M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA.

VOLUMEN SECUNDUM

ORATIONES CONTINENS.

M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

EX RECENSIONE

IO. CASP. ORELLII.

EDITIO ALTERA EMENDATIOR.

OPUS MORTE ORELLII INTERRUPTUM

CONTINUAVERUNT

I. G. BAITERUS ET **CAR. HALMIUS.**

VOLUMINIS II. PARS II.

TURICI

SUMPTIBUS AC TYPIS ORELLII FÜSSLINI ET SOCIORUM.

LONDINII, WILLIAMS ET NORGATE.

AMSTELODAMI, IO. MÜLLER.

M. DCCC. LVI.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES.

AD CODICES
EX MAGNA PARTE PRIMUM AUT ITERUM COLLATOS
EMENDAVERUNT

I. G. BAITERUS ET CAR. HALMIUS.

PARS POSTERIOR.

TURICI
SUMPTIBUS AC TYPIS ORELLII FÜSSLINI ET SOCIORUM.

LONDINII, WILLIAMS ET NORGATE. **AMSTELODAMI,** IO. MÜLLER.

M. DCCC. LVI.

Posteriore huius voluminis parte continentur:

I. G. BAITERUS ET C. HALMIUS

LECTURIS S.

Iam anno ante quam I. C. Orellius mortem obiit, cum eius corporis vires ita debilitatae essent, ut consilium Ciceronis sui continuandi abiicere cogeretur, inter nos convenit opus ab eo inceptum absolvere. Quod negotium cum in nos reciperemus, una tamen spes vehementer nos fefellerat. Exspectaveramus enim nos adhibitis novis copiis ab Orellio paratis statim ad opus editoris curis Horatianis et Taciteis iam per aliquot annos intermissum aggredi posse, sed iis accuratius examinatis intelleximus, nisi aliis melioribusque subsidiis instructi essemus, nec orationes Ciceronis nec opera quae ad philosophiam spectant vulgari posse, nisi in plerisque partibus nihil aliud nisi priorem editionem repetere vellemus. Praeter eas enim lectiones, quas ex aliquot, non multis illis codicibus exscriptas Orellius in variis scriptis Tullianis, quae post editionem maiorem vulgavit, iam ipse in lucem protulerat, nullas fere alias copias ab eo collectas invenimus, codicumque paucissimorum, ex quibus lectiones descriptae in Orellii schedis repertae sunt, nonnullos tam negligenter collatos esse intelleximus, ut, si eos adhibere vellemus, iterum excutiendi viderentur. Codex autem, quem facile totius apparatus optimum existimares, Bernensis num. 104, is quidem totus abiiciendus erat, cum Halmius postea Parisino num. 7794 excusso, quo eaedem plane orationes continentur, ex certissimis indiciis cognovisset atque declaravisset Bernensem ex nullo alio nisi ex ipso Parisino descriptum esse; cf. Nov. mus. Rhen. VIIII, p. 322 et

Ann. nov. philol. et paedag. Vol. LXXI, p. 117. Quae res cum ita se haberet, nova subsidia nobis quaerenda et comparanda fuerunt. In quo negotio dubii sumus quid magis praedicemus, amicorumne studia, qui multos codices in nostrum usum gratis contulerunt, an bibliothecarum praefectorum liberalitatem, qui thesauros sibi commissos nobis recluserunt, an denique fortunae benignitatem, per quam nobis nova quaedam reperire licuit. Qui autem recognoscere voluerit, quot codices per breve spatium quinque sexve annorum excussi sint, ut melius instructi ad opera Ciceronis edenda accederemus, industriae laudem facile nobis concedet; nam praeter amplum apparatum criticum, quem in hac orationum editione cum litteratis hominibus communicavimus, non minus copiosum ad scripta quae ad philosophiam spectant comparavimus, cum vetustissimos codices quibus haec scripta continentur nobis acquisivisse videamur; ad rhetorica quoque Halmius non multa illa quidem subsidia, sed egregia et ab aliis nondum adhibita nactus est. Hoc praeterea praemonendum est nos in lectionibus exscribendis a ratione, quam Orellius etiam in duobus voluminibus secundae editionis secutus est, omnino discessisse. Nos enim ubique optimorum codicum quos habuimus lectiones integras attulimus ne minimis quidem mendis primarii cuiusque libri praetermissis, selectas tantum in iis orationibus, in quibus alii meliores codices praesto erant, quod sicubi faciendum putavimus, ne praeter necessitatem apparatum criticum augeremus, in notarum explicatione, quae cuique orationi praescripta est, religiose indicavimus. His praemissis iam breviter recognoscamus quibus codicibus in orationibus Tullianis recensendis usi simus.

In prima oratione Quinctiana post apparatum criticum quem F. L. Kellerus congessit supervacaneum visum est nova subsidia quaerere, cum praesertim codices saeculo XV antiquiores huius orationis non videantur exstare exceptis fragmentis, quae in palimpsesto Taurinensi servata sunt. Consuluimus tamen ex parte etiam codices Genevensem et Mediceum, qui dicitur Petrarchae, atque locupletavimus orationem ex rhetore Iulio Severiano p. 341 ed. Capp., qui ex loco cap. 27 extr., ubi in codd. est magna lacuna, plures sententias attulit.

Non alia est causa orationis quam Cicero pro S. Roscio Amerino habuit. Huius quoque recensio ex codicibus saeculo demum XV scriptis repetenda est, sed hoc interest inter hanc et Quinctianam, quod in illa quid quoque loco in codicibus scriptum esset iam ex apparatu Kelleriano notum erat, Roscianae aliquot scripturae adhuc neglectae iacuerant, cum prioribus editoribus non suppetiissent nisi copiae Oxonienses et lectiones a Steinmetzio ex Parisinis excerptae. Hinc factum est ut non sine aliquo fructu tres codices primum adhiberemus, ad quos accedebat apparatus Lagomarsinianus a Niebuhrio ad §§ 1—25 descriptus. Illud quoque antea ignotum erat, etiam hanc orationem et illam quam Cicero pro Murena habuit a Poggio tempore, quo concilio Constantiae habito intererat, apud Gallos repertam et ad populares suos reportatam esse, ut testatur Guarini Veronensis (v. p. 66 ed. nostrae) in expositione orationis, quae legitur in cod. Paris. 7832, quod testimonium Theodorus Mommsenius primus in lucem protulit. Reliquae orationes, quas a Poggio tum primum in monasteriis Gallicis et Germanicis inventas esse iam prius constabat, sunt hae: or. pro Caecina, in Rullum I, II, III, in Pisonem, pro Rabirio Postumo, pro Rabirio perduellionis reo, pro Roscio Comoedo. Interciderunt in exemplo illo, quod Poggius invenerat, aliquot folia, quo damno factum est ut hodie orationis pro Rab. perd. reo non habeamus nisi partem priorem, Roscianae autem tantum posteriorem. (Omnium orationum Tullianarum a Poggio repertarum syllogen nitidissime scriptam, in qua orationes p. Murena et p. Roscio Amerino ceteras praecedunt, complectitur cod. Ambrosianus Part. sup. C. 96 membr. fol° a Baitero his ipsis diebus inspectus.)

Sed ut ad hanc, cuius modo mentionem iniecimus, quam Cicero habuit pro Roscio Comoedo, transeamus, male eam habitam esse in libris superstitibus satis constat; in nostra editione ex tribus codicibus antea nondum collatis saltem accurate cognoscetur, quid quoque loco libri scriptum habeant, coniunctisque Mommsenii nostri studiis in aliquot certe locis oratio facilior ad legendum facta esse videbitur.

Ut orationis pro M. Tullio fragmenta, ad quam neque nova ex codicibus afferre neque cura Klotziana novissima sicut in ceteris

uti licuit, quoniam nos primi hanc orationem Verrinis praeposuimus, silentio praetermittamus, quae sequuntur orationes Verrinae, eas a nobis rogatus Car. Adolphus Iordan curandas suscepit. Nihil praesto erat praeter apparatum a Car. Tim. Zumptio congestum, sed in editione nostra lectiones codicum ab illo iam adhibitorum multo accuratius descriptae sunt. Primum enim Iordanus ipse duos Wolfenbuttelanos, in quibus exstant divinatio in Caecilium, actio prior primique libri accusationis pars maior purius scriptae quam sunt in plerisque aliis libris, iterum excussit; deinde opera Halmii etiam meliora subsidia acquisita sunt. Primum enim per munificentiam eorum, qui rebus scholasticis in Bavaria praesunt, ei contigit ut palimpsestum illum Vaticanum, ex quo Ang. Mài satis ampla fragmenta Verrinarum in Auct. class. e Vatt. codd. II, pag. 390 sqq. Romae a. 1828 publicaverat, iterum conferendum curare posset, in quo negotio difficillimo quanta diligentia sollertiaque Henricus Brunn versatus sit, quotque novae lectiones et emendationes in lucem protractae sint, ab Halmio expositum est in lectione academica sic inscripta «*Ueber die Handschriften der Verrinischen Reden des Cicero, insbesondere den Vatikanischen Palimpsest*»; v. Gelehrte Anzeigen der bayer. Akad. der Wissensch. 1853 num. 29—34. Deinde Halmius cum apud Zumptium in praef. pag. XXXI legisset, illum exemplum Niebuhrianum editionis Neapolitanae, in cuius marginibus vir ille immortalis lectiones codicum Lagomarsiniarum descripserat, non ipsum ad manus habuisse, sed apographo Bonnae sibi facto usum esse, precibus adiit Classenium v. cl., ut sibi ad lectiones a Zumptio publicatas recognoscendas exemplum Niebuhrianum commodaret. In quo labore taedii pleno illud compertum est Zumptium nimium fidei apographo suo tribuisse, cum diceret tanta cura et diligentia lectiones ex exemplo Niebuhriano in suum translatas esse, ut nihil fieri posse perfectius videretur. Immo multa ab iuvene illo, cuius opera Zumptius usus est, praetermissa, multa male lecta et vitiose descripta sunt, in primis in libro II et III accusationis, quorum tot loci ope codicis praestantissimi, quem Lagomarsini numero 42 signavit, iam a Zumptio in integrum restituti sunt. Ut hos libros copiis Lagomarsinianis iterum excussis et nova palimpsesti collatione egregie emendare licuit, ita quarto et quinto libro Caroli Bursiani officiosa sedulitas subvenit, qui codicis pri-

marii **Parisini** num. 7774, A, iam ab aliis saepius usurpati, lectiones tanta diligentia exscripsit, ut nihil perfectius fieri potuisse nostro iure, qui duas alias eiusdem libri collationes ad manus habebamus, praedicare possimus.

Quae sequitur oratio Fonteiana, haec in ea parte, quae iam ante quam Niebuhrius nova eius orationis fragmenta repperisset, nota erat, hoc proprii habet, quod etiam nunc codex ille archetypus exstat, ex quo ceteros omnes, qui hanc partem habent, defluxisse argumentis certissimis comprobatum est. Is codex est Vaticanus ille nobilissimus, in quo etiam orationes Philippicae scriptae exstant. Qui autem factum sit ut ex hoc codice post lectiones a Niebuhrio in *Orationum pro M. Fonteio* cet. *fragmentis* p. 112 publicatas aliquot novas nec contemnendas nobis proferre liceret, p. 462 breviter indicatum est.

Oratio Caeciniana est una ex iis, quas Poggius, ut supra diximus, primus ad populares suos reportavit. Sed gratia habenda est fortunae benignitati, quod eadem oratio etiam in nonnullis codd. Germanicis servata est. Horum iam antea notus erat Erfurtensis, qui quantum vulgaribus Italicis praestaret, cum ex ipsa lectionum bonitate facile erat intellectu, tum fragmentis eiusdem orationis, quae Peyronus ex palimpsesto Taurinensi protulit, comprobatum est. Alter codex eiusdem familiae Erfurtensi et vetustior et in haud paucis locis melior nostra demum aetate ad litteratorum hominum notitiam pervenit. Is est Tegernseensis ille inclytus, quo Garatoni primus in curis secundis ad Plancianam et in Miloniana usus est. Lectiones huius codicis ad Caecinianam primum petitae sunt ex schedis Garatonianis quae Ravennae asservantur, ubi Theodorus Mommsenius collationem codicis, quam Garatoni ab Ioanne Christophoro Harlessio acceperat, descripsit et cum Halmio communicavit. Ab eo lectiones Iordanus accepit et in commentatione de cod. Tegerns. cet. (Lips. 1848) publicavit. Nobis contigit ut in editione nostra lectiones Tegernseensis paulo accuratius referre possemus, cum anno demum 1853 exemplum illud editionis Ernestianae, in cuius marginibus lectiones codicis Tegernseensis descriptae exstant, ab I. Chr. Harlessii nepote Woldemaro inventum esset. Sed paulo post etiam benigniore

fortuna usi sumus; nam codicem ipsum, qui ab E. Trossio bibliopola Parisino in catalogo cum aliis libris venalibus expositus erat, deteximus, unde a Baitero redemptus iam in bibliothecam regiam Monacensem relatus est, in qua ceteri quoque Tegernseenses praeter paucos furum manibus subreptos asservantur.

Oratio Pompeiana in codice Erfurtensi tam pure scripta est, ut in emendatissimis orationibus Tullianis numeranda sit. In nostra editione apparatus criticus auctus est lectionibus codicis Palatini num. 1525 (= Pal. noni Gruteri) et fragmenti Tegernseensis, de quo modo diximus, publicatis, quorum uterque ad eandem familiam atque Erfurtensis pertinet. Praeterea curavimus ut reliquorum codicum Germanicorum nunc deperditorum quotquot lectiones a prioribus criticis exscriptae sunt accurate a nobis referrentur.

Ad Cluentianam, quam IOANNES CLASSEN satis largo apparatu instructus a. 1831 Bonnae edidit, nihil novi habuimus, sed codicem Salisburgensem iam ab illo usurpatum, qui in hac oratione fere principatum tenet, non sine aliquo fructu iterum excussimus et locos a veteribus grammaticis et rhetoribus allatos, quam provinciam Classenius nimium neglexerat, diligenter, ut nobis videmur, collegimus.

Orationum quas Cicero de lege agraria contra P. Rullum habuit eadem est causa atque Caecinianae. Nam cum a Poggio XV saeculo ad Italos reportatae essent, eaedem postea etiam in aliquot codd. Germanicis inventae sunt. Sed in his quoque admodum vitiatae leguntur nec pleniores quam exstant in Italicis, ut non tantum ex his fontibus subsidii accesserit, quantum Caeciniana eiusdem familiae ope emendata est. Nos codicem antea nondum cognitum familiae Germanicae, Erlangensem, ex Palatino aliquo descriptum, adbibuimus; praeterea nobis praesto erant lectiones a Torrentio Levino ad marginem exempli Aldini a. 1554 ex codice aliquo bonae notae exscriptae, quarum ope unum locum ex or. II, § 7 p. 611, 3 insigni interpolatione liberare licuit. Ne quid tamen in apparatu nostro critico desideraretur, duorum quoque codicum Italicorum, Salisburgensis, nunc Monacensis, et Ambrosiani supra p. III memorati lectiones integras in supplemento editionis publicavimus.

Quae sequitur oratio pro C. Rabirio perduellionis reo item est una ex Poggianis. Ad eam recognoscendam praeter codicem Salisburgensem adhibuimus apparatum Lagomarsinianum, ut iam satis testatum habeamus, quae quoque loco lectio libris manu scriptis prodita sit.

Orationes Catilinariae cum iam, ante quam studia antiquitatis fere intermortua saeculo XIIII et XV in Italia renascerentur, in scholis lectitari ob eamque causam saepe describi solitae essent, iam pridem multis interpolationibus et pravis correctionibus foedari coeptae sunt, id quod antea magis divinari quam satis perspici poterat. Nunc nemo qui lectiones ex quadraginta codicibus, qui nobis in recensendis his orationibus ad manus erant, perscrutari atque examinare voluerit, amplius dubitabit, quin hae orationes in libris manu scriptis multis vitiis inquinatae ad nostram aetatem pervenerint, sed ita ut alia in aliis familiis mendorum genera deprehendantur. Nobis contigit ut optimae familiae septem codices nancisceremur, qui sunt Salisburgensis St. Petri, Benedictoburanus, Indersdorfensis sive codd. Monacenses Lat. num. 15964, 4611, 7809, et Lagomarsiniani quattuor, numeris 62, 10, 51, 57 signati, quorum tamen tres posteriores iam multas interpolationes habent. Sed in ingenti lectionum variarum copia magnisque scripturarum discrepantiis non tantum nobis adrogamus, ut ubique verum vidisse contendamus; illud tamen pro certo affirmare posse nobis videmur multorum locorum scripturam in his orationibus rectius a nobis constitutam esse. Quod ne exemplis confirmaremus, otium nobis fecit C. L. Kayseri industria, qui in censura prioris tomi nostrae editionis (v. *Münchner gelehrte Anzeigen* 1855) quae per singula mendorum genera correcta sunt, sub unum conspectum admodum diligenter vocavit.

Orationis pro Murena, cuius iam supra pag. III mentionem fecimus, codices saeculo XV vetustiores nulli videntur exstare. Post Steinmetzium, qui quinque Parisinos et duos Monacenses excussit, sed suo more non omnes lectiones, quas in suis codicibus invenerat, in commentarium criticum rettulit, nos tribus codicibus diligenter collatis usi sumus, ex quibus Helmstadtiensis quamquam negligen-

tissime scriptus saepius meliora habet quam codices vulgares Italici. Praeterea ad manus erant lectiones a Niebuhrio ex apparatu Lagomarsiniano excerptae, ut iam ad hanc quoque orationem recensendam, quae multis vitiis affecta ad nos pervenit, certiora fundamenta iacta sint.

Quam male habita oratio Sullana in codicibus vulgaribus Italicae originis legeretur, ex paucis illis lectionibus, quae saeculis XVI et XVII ex cod. Erfurtensi illo tempore nondum mutilato et ex Palatino nono exscriptae sunt, nostra autem aetate ex lemmatis scholiastae Bobiensis, ex lectionibus Erfurtensis a Wundero ad extremam orationis partem (§ 81 sqq.) publicatis, ex una denique insigni emendatione, quam Garatoni in *Curis secundis ad Plancianam* pag. X ed. Bon. ex codice Tegernseensi protulerat, satis cognosci potuit. Puriorem fontem primus Niebuhrius reclusit, qui Romae codicem Palatinum nonum Gruteri, quem quaerens multos Palatinos frustra evolverat, repperit lectionesque a se et a Fr. Blumio exscriptas cum Eduardo Wundero communicavit, qui cum ipse consilium eius edendae abiecisset, perhumaniter eis Halmio cessit. Sed cum ne in hoc quidem codice oratio integra exstet, sed tantum paragraphi 43 priores, ad bonam orationis partem (§§ 43—81) codex familiae non interpolatae desiderabatur, ex qua sola remedium multis corruptis locis exspectari posset. Subsidium diu frustra quaesitum tandem invento codice Tegernseensi nacti sumus, postquam iam a. 1851 orationem ex lectionibus huius codicis a Mommsenio ex schedis Garatonianis descriptis passim emendavimus. Praeterea adhibuimus codicem Bruxellensem num. 9763, admodum illum quidem interpolatum, qui tamen hoc proprii habet, quod eo haud paucae lectiones melioris familiae, quarum nullum est vestigium in vulgaribus Italicis, servatae sunt.

Ad orationem Archianam Niebuhrius apparatum criticum a Lagomarsinio ex duobus et viginti codicibus congestum totum descripsit, sed a nobis fere omnis abiiciendus erat, cum appareret codices Italicos multo deteriores esse quam Erfurtensem et Bruxellensem (num. 5352) illius simillimum, quo nos primum usi sumus.

Quae sequitur oratio **Flacciana** ut non integra ad nostram aetatem pervenit, ita ne ea quidem pars, quae ex temporum iniuria elapsa est, in codicibus vetustis servata est excepto uno fragmento §§ 29—54, quod in nobilissimo Vaticano, qui Philippicas habet, inventum est. Reliquae orationis recensio ex recentibus codd. Italicis repetenda est; sed tamen homines litterati nobis gratiam habebunt, quod quid in his codd. exstet saltem ex duobus, quos primum adhibuimus, in nostra editione cognoscent. Praeterea habuimus lectiones a Niebuhrio ex apparatu Lagomarsiniano selectas, quas omnes repetere ne in hac quidem oratione necesse habuimus.

Sequuntur deinde **novem orationes**, quas habet codex primarius, **Parisinus** ille num. 7794. Harum agmen ducunt orationes illae quattuor, quas Frid. Aug. Wolfius a Cicerone scriptas esse negavit, nos tamen summo oratore minime indignas videri iudicamus una illa excepta, quam populo gratias agens habuisse fertur. Laturusne fuerit Wolfius eandem sententiam, si nunc has orationes, postquam multis mendis codicum ope repurgatae sunt, legeret, supervacaneum est quaerere; sed hoc saltem nomine reprehendendus videtur, quod, ut Madvigii verbis (in Opusc. acad. I, p. 193 not.) utamur, Gruterianas sordes exagitare maluit tamquam declamatoris ineptias quam adhibitis, quae parata erant, aliisque provisis subsidiis in emendata scriptura certum ponere fundamentum. Atque in his quidem quattuor orationibus scripturae Parisini plane incognitae erant; in orationibus autem **pro Sestio**, **in Vatinium**, **pro Caelio**, **pro Cornelio Balbo**, **de provinciis consularibus** eas iam Madvigius, quem de harum ipsarum emendatione praeclare meritum esse inter omnes constat, in Opusculis suis academicis publicavit, eas tamen, quas non ipse, sed Krarupius ex codice exscripserat, homo in eo negotio non minus negligenter quam imperite versatus. Quare non possumus satis gratias agere bibliothecae imperialis Parisinae praefectis, quod Halmii rogatu concesserunt, ut codex in paucis egregius Monachium mitteretur ut iterum excuti posset, quo quidem beneficio summi illi viri non minus de nostra editione quam de universis litteris Latinis praeclare meruerunt. Illud autem, ut alia mittamus, praecipue iterata codicis collatione effectum est, ut, id quod in codice tam vetusto gravissimum est, lectiones

primae manus et secundae tertiaeve accurate distinguerentur, qua re plane perspecta quaestio difficillima, de qua Halmius in Novi musei Rhenani Vol. VIIII, p. 321 sqq. (*Interpolationen in Ciceronischen Reden aus dem codex Parisinus num.* 7794 *nachgewiesen*) egit, suborta est, quid statuendum esset de aliquot lacunis in Parisino, quae a librariis posterioribus in codice expletae apparent. Qui enim intellexerit, quotiens in hoc codice levia vitia in singulis verbis commissa prave a librariis posterioribus correcta sint, qui illud reputaverit, ex omnibus reliquis libris, quibus eaedem orationes continentur, nihil fere subsidii ad scripturam emendandam peti posse, is hoc saltem concedet de illis locis lacunosis, qui in libris Parisino longe deterioribus expleti sunt, admodum caute iudicandum esse, ne medio quod vocant aevo confecta pro Tullianis venditentur. In una tamen oratione, quam Cicero habuit cum post reditum ex exilio senatui gratias egit, duo codices a nobis usurpati, alter, quo iam usus est Pithoeus, ex bibliotheca Palatina, ut videtur, petitus, alter Erlangensis a nobis primum adhibitus, aliquot bonas lectiones habent, quae manaverintne ex fonte etiam puriore, an sint emendationes critici intelligentis dubitare possis. Nos quidem nunc satis habemus rem tetigisse, sed digna videtur de qua alii diligentius quaerant. Praeter Parisinum in eisdem orationibus habuimus codicem quondam Gemblacensem, nunc Bruxellensem num. 5345, qui ut longe est inferior Parisino, ita ceteris tamen codicibus, qui easdem orationes habent, facile praestat. Qui autem factum sit, ut nobilem illum Bernensem num. 104, quem, priusquam Parisinum ipsi tractassemus, codicem primae notae habendum esse putaramus, prorsus abiiceremus, iam supra p. I indicatum est.

Orationem Pisonianam saeculo XV a Poggio in Italiam reportatam esse iam diximus. Postea tamen magna eius pars (§§ 32—74) inventa est in codice illo inclyto tabulariae basilicae Vaticanae et nostra aetate aliquot fragmenta in palimpsesto Taurinensi. Quibus partibus detectis ut permulta orationis menda correcta sunt, ita hoc manifestum factum est ad reliquas orationis partes emendandas codices vulgares non sufficere, sed arti criticae maiorem in modum locum dandum esse. Nam codices Germanicos quoque, quamquam aliquanto meliores sunt, ex eodem fonte manasse ex quo apogra-

phum Poggianum, ex communibus utriusque familiae lacunis apparet. Quae tamen scripturae in his codicibus vulgaribus proditae sint, hoc quidem ut plene cognosci posset satis cura nostra provisum est; sex enim codices ad manus erant, inter quos sunt quattuor antea nondum cogniti. Illud autem magno opere dolendum est quod non invenimus qui iterum Vaticanum in nostrum usum conferret; non enim putamus huius codicis, qui in hac sui parte saeculo octavo scriptus est (v. ed. nostr. p. 1223) iam omnes lectiones exscriptas esse. Haec igitur provincia aliis, quibus facultas erit bibliothecae tabulariae Vaticanae adeundae, relicta est.

In oratione Planciana satis habuimus lectiones, quae exstant in lemmatis scholiastarum et in codd. Erfurtensi et Tegernseensi, congessisse; qui enim Wunderi apparatum criticum (in edit. a. 1830, 4.) inspexerit, reliquo apparatu supersederi posse facile intelliget.

In oratione quam Cicero pro C. Rabirio Postumo habuit, cuius non exstare videntur codices nisi ex apographo Poggiano derivati, hoc primum egimus ut quam quoque loco scripturam codices in hac oratione foede corrupti habent, ex quinque quos habuimus accurate referremus; deinde oratio a vanis commentis Hotomani, qui nescio quem codicem pervetustum repperisse sibi visus est aut simulavit, repurganda erat, qua de re proprie actum est in commentatione academica sic inscripta: *Ueber Cicero's Rede für C. Rabirius Postumus. Eine kritische Abhandlung von K. Halm* (München 1855, 4.). Denique id spectavimus, quantum quidem per temporis brevitatem licuit, ut scripturarum, quae codicibus testatae sunt, vestigia secuti aliquot saltem mendis orationem graviter vitiatam liberaremus; quod tamen eam quasi novam in editione nostra offerimus, ea non est nostra laus, sed praecipua Io. Nic. Madvigii, qui, cum oratio iam typis expressa erat, cum ad alias orationes tum ad Rabirianam aliquot suas emendationes nobiscum communicavit. Quibus perlectis cum intellexissemus quam felix fuisset homo mentis acumine praecellens in oratione Rabiriana emendanda, statim exemplo novae editionis misso eum rogavimus ut orationem nostri apparatus critici ope iam satis emendatam relegere et si quid praeterea novi

invenisset nobis impertire vellet. Quae spes cum non fefellisset et Madvigius priores suas emendationes novis egregiis auxisset, non dubitavimus folium 72 nostrae editionis iterum typis exscribendum curare, ut oratio quantum fieri poterat emendata publicaretur. In supplemento autem editionis argumenta, quibus Madvigius emendationes confirmavit et quae de aliquot locis aliarum orationum plane egregie, ut adsolet, commentatus est attulimus, religioni ducentes quidquam praetermittere eorum quae vir summus nobiscum communicaverat.

Ad orationem Milonianam Peyronus in Cic. oratt. pro Scauro cet. fragmentis (Stuttgardiae et Tubingae 1824. 4.) amplum apparatum criticum collegit, lectionibus codicum Lagomarsinianarum omnibus p. 282 sqq. descriptis; nos tamen satis habuimus lectiones codicum Germanicorum, ex quibus Tegernseensis antea nondum satis cognitus erat, integras rettulisse, quoniam ne in hac quidem oratione interpolatis codicibus Italicis ulla fides haberi potest.

In tribus orationibus quae sequuntur, quas grammatici nomine Caesarianarum complecti solent, pleraeque lectiones meliorum codicum iam ante nos cognitae erant. Auximus tamen apparatum criticum, aliquot codicibus, quorum lectiones afferre operae pretium visum est — nam ex pluribus lectiones exscriptas habemus — adhibitis, in quibus est optimus Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345. Sed est saepius in his orationibus difficilis optio inter scripturas duarum familiarum, velut in Deiotariana, in qua alterius familiae iam satis interpolatae agmen ducit codex Gudianus num. 335, quo nondum vetustior huius orationis inventus est. Nam si veteres grammaticos et rhetores, qui haud paucos ex his orationibus locos afferunt, audimus, in aliis locis alterius utrius familiae lectiones confirmatas videmus. Nos quidem familiam, cuius principes sunt Gemblacensis et Erfurtensis, ita secuti sumus ut ei nos non addiceremus, si ratio alias lectiones praeferendas esse persuaderet.

Restat ut quid in orationibus Philippicis emendandis, in quibus egregiis subsidiis adiuti eramus, effecerimus, paucis significemus. Primum enim nobis nova collatio codicis primarii Vaticani

ad manus erat, quam debemus amicitiae Caroli Bursiani et Ottonis Ribbeckii, qui quamquam suis negotiis gravissimis Romae occupati erant, tamen hoc munus in se recipere non gravati sunt. Eorum diligentissima opera effectum est, ut tandem huius quoque codicis lectiones accurate cognoscerentur; nam nunc quidem vix ullo iam loco dubitatio superest quid in codice scriptum exstet. Praeterea adhibuimus quattuor codices familiae Germanicae, unius illos quidem recensionis, sed inter se magno opere discrepantes, Tegernseensem, eundem de quo supra p. V diximus, Bernensem, quo iam Carolus Stephanus usus est, Bambergensem, Gudianum, qui nunc est in bibliotheca Wolfenbuttelana. Quamquam hi codices longe meliores sunt quam vulgares Italici, quorum unum Henr. Alanus, vir doctissimus, ex Hibernia benignissime ad nos transmisit, tamen in iis harum orationum partibus, quae exstant in Vaticano, non multum ad sermonem emendandum afferunt. Tanto maiorem fructum ex iis percepimus in illis orationum partibus, quae in lacerato Vaticano desiderantur, ad quas recensendas quamquam codicem non habuimus qui Vaticanum bonitate aequiparet, duo tamen praesto erant, Tegernseensis et Bernensis, quibus meliores nondum inventi sunt, qua re factum est ut in his orationum partibus multa novare atque emendare possemus.

Orationibus Tullianas tres declamationes subiunximus, ne quid in nostra editione desideraretur, quod inest in priore Orelliana, ad quas nugas antiquas emendandas egregia quaedam praesto erant subsidia.

Superest ut omnibus, qui nos partim codicibus conferendis et suppeditandis, partim emendationibus subministrandis, in quibus praeter ceteros Madvigius et Mommsenius nominandi sunt, in longo operosoque labore adiuvare voluerunt, quantas maximas possumus gratias publice agamus. Qui autem quid ipsi effecerimus examinare atque aestimare voluerint, ei velimus hoc cogitent, quantum operae et temporis in codicibus conquirendis et excutiendis, in eorum familiis discernendis et ponderandis, in tot milibus lectionum describendis et digerendis, in typothetarum denique innumerabilibus erroribus corrigendis consumendum fuerit, et quanto opere hoc ingenti molestissimoque labore, quo haud scio an nullum aliud ingenii et ocu-

lorum aciem magis obtundat, tempus contractum sit, quod in orationibus ad codicum vestigia ex ingenio emendandis collocaretur. Erunt fortasse qui ne in hac quidem operis parte nos desides fuisse dicant, nos tamen hac una laude satis contenti erimus, si nostra opera effectum esse dicetur, ut crisis orationum Tullianarum iam longe melioribus et certioribus fundamentis quam quae ante habuimus nitatur.

Dabamus Turici et Monachii mense Augusto anni MDCCCLV.

Priore huius voluminis parte continentur:

M. TULLII CICERONIS

PRO P. SULLA

ORATIO AD IUDICES

EX RECENSIONE

CAROLI HALMII.

NOTARUM EXPLICATIO.

A = lemmata Scholiastae Bobiensis. Schol. Cic. II, p. 359 sqq.

T = codex Tegernseensis, in quo solo ex meliore codicum familia oratio tota servata est. Cum in oratione pro Caecina et in fragmento Pompeianae lectionibus usi simus quas Io. Chr. Harlessius in usum G. Garatoni ex codice exscribendas curaverat, ab hac inde oratione praestantissimo codice ipso uti licuit, qui postquam per dimidium fere saeculum delituit, nuper ex Hungaria, ut fertur, cum aliis codicibus Parisios delatus est ad bibliopolam E. Trossium, a quo eum mense Decembri a. 1853 redemit Baiterus. Nunc in bibliotheca regia Monacensi asservatur. (Cod. Lat. 18787.)

V = codex Vaticanus num. 1525, olim Palatinus (= Pal. nonus Gruteri). Fragmentum orationis in eo servatum (§. 1—43 med.) partim B. G. Niebuhrius, partim Fr. Blumius Romae contulerunt, eiusque collationis apographum a se factum Niebuhrius cum Wundero communicavit, a quo primum hanc collationem accepi. Postea lectiones a Niebuhrio et a Blumio exscriptas in marginibus exempli Neapolitani, quod Niebuhrius possederat, inveni, cuius usu a Classenio mihi concesso quaedam in apographo neglecta corrigere licuit. Praeterea in haud paucis locis, in quibus collatio parum accurata videbatur, codicem ipsum denuo Car. Prienius et Leop. Schmidtius inspexerunt, quod propterea moneo, ne quis, in cuius manus exemplum Niebuhrianum pervenerit, novis lectionibus a nobis in commentario critico prolatis fidem deroget.

E = codex Erfurtensis, nunc Berolinensis, in quo cum oratio saeculo XVI. integra exstitisset, nunc in uno folio relicto non superest nisi extrema orationis pars §. 81 sqq., foliis proximis superioribus temporum iniuria deperditis.

B = codex Bruxellensis num. 9763, ab I. Roulez collatus. Huius codicis, qui foedissime ille quidem interpolatus et mendis omnis generis refertus est, sed persaepe lectiones melioris familiae habet, simillimus erat ille codex Parcensis, cuius lectiones a Levino Torrentio ad margines ed. Manutianae (Venet. 1554. 8.) exscriptas Orellius in Oratt. sell. XV (Turici 1836. 8.) nec tamen satis accurate publicavit. Num idem codex fuerit — nam aliquot locis lectiones Parcensis et Bruxellensis multum discrepant —, propterea incertum est, quod Torrentius etiam altero Parcensi usus est. Nos aliquot proprias lectiones Parcensis, quae non exstant in B, proferendas putavimus, consentientes omnes praetermisimus.

S = codex Salisburgensis aulicus n. 34, nunc cod. Monacensis Lat. 15734, a me collatus.

R = codices reliqui praeter nominatim allatos sive deterior codicum familia.

O = editio Orelliana a. 1826.

Lectiones ed. Lambinianae a. 1566 integras afferre supervacaneum visum est, quoniam Lambinus in hac oratione subsidio codicis bonae notae caruit. Nec quidquam bonae frugis Niebuhrius in codicibus a Lagomarsino collatis invenit, quippe qui omnes ad familiam deteriorem pertineant.

I. 1. Maxime vellem, iudices, ut P. Sulla et antea dignitatis suae splendorem obtinere et post calamitatem acceptam modestiae fructum aliquem percipere potuisset: sed quoniam ita tulit casus infestus, ut et amplissimo honore cum communi ambitionis invidia, tum singulari Autronii odio everteretur, et in his pristinae fortunae reliquiis miseris et afflictis tamen haberet quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset, quamquam ex huius incommodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis facile patior oblatum mihi tempus esse, in quo boni viri lenitatem meam misericordiamque, notam quondam omnibus, nunc quasi intermissam, agnoscerent, improbi ac perditi cives, redomiti atque victi, praecipitante re publica vehementem me fuisse atque fortem, conservata mitem ac misericordem faterentur. 2. Et quoniam L. Torquatus, meus familiaris ac necessarius, iudices, existimavit, si nostram in accusatione sua necessitudinem familiaritatemque violasset, aliquid se de auctoritate meae defensionis posse detrahere, cum huius periculi propulsatione coniungam defensionem officii mei. Quo quidem genere non uterer orationis, iudices, hoc tempore, si mea solum interesset; multis enim locis mihi et data facultas est et saepe dabitur de mea laude dicendi: sed, ut ille vidit, quantum de mea auctoritate deripuisset, tantum se de huius praesidiis deminuturum, sic hoc ego sentio, si mei facti rationem vobis constantiamque huius officii ac defensionis probaro, causam quoque me P. Sullae probaturum. 3. Ac primum abs te illud, L. Torquate, quaero, cur me a ceteris clarissimis viris ac principibus civitatis in hoc officio atque in defensionis iure secernas. Quid enim est, quam ob rem abs te Q. Hortensii factum, clarissimi viri atque ornatissimi, non reprehendatur, reprehendatur meum? Nam si est initum

---

Inscriptio. *M. T. Ciceronis pro P. Sylla oratio ad iudices* S; in T inscriptio deest.

1. *ut*] *ait* B — *Silla* V; *Sylla* T B S, et sic fere semper. — 2. *obtinere* ed. Crat.: *optineret* T; *obtineret* codd. reliqui. — 3. *percipere potuisset* T V: *pot. percipere* R O — *ut et amplissimo* scripsi: *ut et in ampl.* V; *et ampl.* (om. *ut*) Grillius in comment. inedito ad Cic. de Invent., qui exstat in cod. Bamberg. (affert ille verba *sed quoniam* -- *everteretur*); *ut amplissimo in* T R O. Particulam partitivam *et* iam desideravit Fr. Sal. Huldricus in *Progr. Gymn. Turicensis* 1813; *in* autem delendum esse vidit Ernesti. — 4. *tum communi* B S. — *autroni* Grillius; *Antronii* S et sic plerumque. In B aut *Antronius* aut *Antonius* ubique scriptum est. — 6. *tamen*] *tum* B — 7. *exsatiare* B — *ex huiusmodi inc.* B — *animi* S — 8. *patiar* B — *michi* T, ut fere semper, et sic etiam plerumque *nichil* — *tempus esse* T V B: *esse* om. R O — 9. *meam miseric.*] *meannamque* (sic) V; *misericordiamque meam* B — *quondam omnibus* T V: *omnibus quondam* R O — 10. *inprobi* T; *improb vero* B — 11. *redomiti* codd. praeter B, in quo est *confusi* (ex *contusi*?), et T, qui habet *re domiti* cum ed. Crat., quod probaverunt Garatoni in Cur. sec., Klotzius, M. Seyffertus (*Epist. crit. ad C. Halmium* p. 39. Berol. 1848). — 12. *conservatam* B — 14. *in* om. B — *necessitudinem* T V: *necessitatem* R O — *familiaritatem* V — 17. *non uterer orationis* T B (?) S: *orat. non uterer* V et Parcensis — 18. *locis mihi et data* T B: *locis et data mihi* V; *mihi locis et data* R O — *est facultas* B — 19. *ut ille vidit* T V, item B (sed habet hic *vidit* post *deminuturum*): *ut ille iudices* R O. — 20. *deripuisset* T S, ut Lamb. primus scripsit: *diripuisset* V B — *deminuturum* T V, codd. alii: in aliis codd. *speravit* aut *putavit* (et sic S O) ex interpolatione additum est; de B v. supra. — *hoc* om. V et cod. Oxon. H — 21. *constantiam* V — 22. *probavero* V B — *me P. mei Syllae* B — 23. *L.* om. V — *a* om. B — 24. *iure* om. B — *ceternas* V; *secernatis* B — 25. *Hortensi* T — *clarissimi viri atque ornatissimi* T V, cod. Pithoeanus: *clar. atque ornat. viri* B; *clariss. viri atque ornat. civis* R O. — 26. *reprehendatur* semel habet V — *est initum a P. S. consilium* T V B: *initum est cons. a P. Sulla* R O.

a P. Sulla consilium inflammandae huius urbis, exstinguendi imperii, delendae civitatis, mihine maiorem hae res dolorem quam Q. Hortensio, mihi maius odium afferre debent? meum denique gravius esse iudicium, qui adiuvandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur? Ita, inquit; tu enim investigasti, tu patefecisti coniurationem. II. 4. Quod cum dicit, non attendit eum, qui patefecerit, hoc curasse, ut id omnes viderent, quod antea fuisset occultum. Qua re ista coniuratio, si patefacta per me est, tam patet Hortensio quam mihi. Quem cum videas, hoc honore, auctoritate, virtute, consilio praeditum, non dubitasse quin innocentem P. Sullam defenderet, quaero, cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit? quaero illud etiam, si me, qui defendo, reprehendendum putas esse, quid tandem de his existimes summis viris et clarissimis civibus, quorum studio et dignitate celebrari hoc iudicium, ornari causam, defendi huius innocentiam vides? Non enim una ratio est defensionis, ea quae posita est in oratione; omnes, qui adsunt, qui laborant, qui salvum volunt, pro sua parte atque auctoritate defendunt. 5. An vero in quibus subselliis haec ornamenta ac lumina rei publicae viderem, in his me apparere nollem, quorum ego illum in locum atque in hanc excelsissimam sedem dignitatis atque honoris multis meis et magnis laboribus et periculis adscendissem? Atque ut intelligas, Torquate, quem accuses, si te forte id offendit, quod ego, qui in hoc genere quaestionis defenderim neminem, non desim P. Sullae, recordare de ceteris, quos adesse huic vides: intelliges et de hoc et de aliis iudicium meum et horum par atque unum fuisse. 6. Quis nostrum adfuit Vargunteio? Nemo, ne hic quidem Q. Hortensius, praesertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. Non enim iam se ullo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, cum ille tanto scelere commisso omnium officiorum societatem diremisset. Quis nostrum Servium Sullam, quis Publium, quis M. Laecam, quis C. Cornelium defendendum putavit? quis iis horum adfuit? Nemo.

---

1. *infl. huius urbis*] sic V (sed est repetitum *huius* etiam ante *extinguendi*) : *infl. huius civitatis* T; *infl. civitatis huius* R O. — 2. *civitatis* V: *urbis* T R O. Verba *civitatis* et *urbis* transponenda esse ingenio assecutus est L. Spengelius in *Schneidewini Philologo* II, p. 297. Cf. infra §. 57. — *mihine* scripsi: *michi me* V, *mihi* T R O. — 3. *gravius est* S — 4. *qui defendendus sum quam qui deserendus* B — 5. *videtur* V — 6. *adtendit* T — 7. *quod prius erat occultum* B — 8. *est per me* B — 9. *hoc honore* T V B: *honore hoc* R O — 10. *innocentem*] *innocentiam* V — *Sullam*] *sille* V; *syllo* T — 11. *aditus*] *adit* T — 13. *existimas* B — 14. *caelebrari* T — 15. *una ratio est* T: *una ratione* B; *est una ratio* V; *una est ratio* R O — 16. *assunt* T V — 17. *An*] *A* V — 18. *in is* T, sed eadem m. *h* superscripta est. — 19. *apparare* V — *quorum ego* T V B, codd. alii: *cum ego* S; alii codd. post *ego* aut *opera* aut *ope* aut *auxilio* addunt. — *excelsissimam sedem* V: *sedem celsissimam* B; *celsissimam s.* T R O. Cf. Auct. ad Herenn. IV, c. 47: *in excelso loco collocatus.* — 20. *atque*] *et* V — *et magnis* T: *et* om. B; *ac magnis* R O. Cf. de Inv. I, § 6; de imp. Cn. Pomp. § 64; Phil. I, § 6; Auct. ad Her. II, § 37. — 21. *ascendissem* T V S — 22. *si te forte* V: *forte* om. T R O — *in hoc* V: *in* om. T R O. Cf. §. 48. — *defenderam* B — 24. *intellegeres* T — *de aliis* T V: *de ceteris* R O — 25. *Varcumteio* T V; *L. Vargunteio* Lamb. in marg. cum Sylvio. — 26. *Q.* om. V — *de* om. V; *de ambulatu* T — 29. *seruum syllam* T — *quis Publium* V S, alii: *quis publicum* T; *quis P. Lentulum* aliquot codd. dett.; *quis P.* O; at recte in codd. plerisque *Publium* plenis litteris scriptum est. — *Laetam* T; *Lecam* V; *Leccam* vel *Lectam* codd. vulgares. — 30. *C. Cornelium* Manutius et Lamb. in marg.: *C.* om. codd. (Quod Orellius in ed. minore *C.* exstare dicit in cod. Genevensi, ex silentio collatoris videtur ita coniecisse.) — *quis iis* Garatoni in Curis

Quid ita? Quia in ceteris causis etiam nocentes viri boni, si necessarii sunt, deserendos esse non putant: in hoc crimine non solum levitatis culpa est, verum etiam quaedam contagio sceleris, si defendas eum, quem obstrictum esse patriae parricidio suspicere. 7. Quid? Autronio nonne sodales, non collegae sui, non veteres amici, quorum ille copia quondam abundarat, non hi omnes, qui sunt in re publica principes, defuerunt? immo etiam testimonio plerique laeserunt. Statuerant illud tantum esse maleficium, quod non modo non occultari per se, sed etiam aperiri illustrarique deberet. III. Quam ob rem quid est quod mirere, si cum isdem me in hac causa vides adesse, cum quibus in ceteris intelligis afuisse? Nisi vero me unum vis ferum praeter ceteros, me asperum, me inhumanum existimari, me singulari immanitate et crudelitate praeditum. 8. Hanc mihi tu si propter meas res gestas imponis in omni mea vita, Torquate, personam, vehementer erras. Me natura misericordem, patria severum: crudelem nec patria nec natura esse voluit. Denique istam ipsam personam vehementem et acrem, quam mihi tum tempus et res publica imposuit, iam voluntas et natura ipsa detraxit. Illa enim ad breve tempus severitatem postulavit, haec in omni vita misericordiam lenitatemque desiderat. 9. Qua re nihil est, quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me unum abstrahas: simplex officium atque una bonorum est omnium causa. Nihil erit, quod admirere posthac, si in ea parte, in qua hos animum adverteris, me videbis: nulla est enim in re publica mea causa propria; tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam ceteris, doloris vero et timoris et periculi fuit illa causa communis. Neque enim ego tunc princeps ad salutem esse potuissem, si esse alii comites noluissent. Qua re necesse est, quod mihi consuli praecipuum fuit praeter alios, id iam privato cum ceteris esse commune. Neque ego hoc partiendae invidiae, sed communicandae laudis causa loquor: oneris mei partem nemini impertio, gloriae bonis omnibus. 10. In Autronium testimonium dixisti, inquit; Sullam defendis.

---

sec. et Huldricus: *quis* B; *quorum* V; *quis his* T R O; *quis his nostrum* coni. Ernesti. — *affuit* T V — 1. *in ceteris* V: *ceteris in* T R O — *innocentes* B — 2. *deserendos* V: *defendendos* T B; *non defendendos* S O — *non putauit* V; *putauit* B — 3. *culpa est* T: *est* om. V; *est culpa* R O — *contagio quaedam scel. est* B — *defendendas* T — *eum* om. T — *qui* B — 4. *parricidio* T V B: om. S et codd. dett. — *Quid Autronio? nonne* O — *nonne -- non -- non*] *num* ter B (*non sodales* Lamb.) — 5. *nonne collegae* V et cod. C. Steph. — 6. *habundarat* T V — *nonne hi* S — 7. *immo*] *in uno* V — *plerumque* B — *illud tantum* T: *tantum illud* V R O — 8. *quod*] *ut* Lamb. susp. — *non modo non*] *non modo* V solus. Cf. Seyfferti epist. p. 19. — 9. *debet* V — 10. *isdem* T: *hisdem* B S V, *iisdem* O — *me in causam* B — *intelliges* V (ex *intellegis*); *intelleges* T — 11. *affuisse* B T; *abfuisse* S O — *me unum fers praeter ceteros. me asspes.* (sic) *me* T — 12. *inmanitate* T — 13. *meas res gestas* T V: *res meas gestas* R O. Cf. in Verr. IV, § 82; p. Deiot. § 12 etc. — 14. *mea vita* T: *vita mea* R O — *Torquate personam* T V: *personam Torq.* R O — 15. *nec natura nec patria* V — 17. *inposuit* V — 18. *severitatem* om. V — 21. *bonorum est omnium* T: *est* om. V; *est bon. omnium* cod. Garatonii, O; *est omnium bon.* S (*est omnium causa bonorum* B). Cf. Seyfferti epist. p. 33. — *nihil erit* T B S: *nihil est* V, 2 Oxonn., Dresd., ed. 1472. — *ammirere* T, *amirare* V, *mirere* S — 22. *animum adverteris* T V: *animadverteris* R O — 23. *mea causa* T V: *causa mea* R O — *mihi magis* T: *magis mihi* R O — 25. *enim ego tunc princeps* T V: *enim princeps tunc* R O — *esse* om. V, unde suspiceris post *comites* positum fuisse. — 27. *praecipuum est consuli* B — 28. *municandae* V — 29. *impartio* S — 30. *inquid* T; *in quo* V.

Hoc totum eius modi est, iudices, ut, si ego sum inconstans ac levis, nec testimonio fidem tribui convenerit nec defensioni auctoritatem: sin est in me ratio rei publicae, religio privati officii, studium retinendae voluntatis bonorum, nihil minus accusator debet dicere quam a me defendi Sullam, testimonio laesum esse Autronium. Videor enim iam non solum studium ad defendendas causas, verum etiam opinionis aliquid et auctoritatis afferre; qua ego et moderate utar, iudices, et omnino non uterer, si ille me non coëgisset.

IV. 11. Duae coniurationes abs te, Torquate, constituuntur: una, quae Lepido et Volcatio consulibus, patre tuo consule designato, facta esse dicitur; altera, quae me consule: harum in utraque Sullam dicis fuisse. Patris tui, fortissimi viri atque optimi consulis, scis me consiliis non interfuisse; scis me, cum mihi summus tecum usus esset, tamen illorum expertem temporum et sermonum fuisse: credo, quod nondum penitus in re publica versabar, quod nondum ad propositum mihi finem honoris perveneram, quod me ambitio et forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. 12. Quis ergo intererat vestris consiliis? Omnes hi, quos vides huic adesse, et in primis Q. Hortensius; qui cum propter honorem ac dignitatem atque animum eximium in rem publicam, tum propter summam familiaritatem summumque amorem in patrem tuum cum communibus tum praecipuis patris tui periculis commovebatur. Ergo istius coniurationis crimen defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognovit, qui particeps et consilii vestri fuit et timoris; cuius in hoc crimine propulsando cum esset copiosissima atque ornatissima oratio, tamen non minus inerat auctoritatis in ea quam facultatis. Illius igitur coniurationis, quae facta contra vos, delata ad vos, a vobis prolata esse dicitur, ego testis esse non potui: non modo animo nihil comperi, sed vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit. 13. Qui vobis in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum conflari putabatur, qui Autronio non adfuerunt, qui in illum testimonia gravia di-

---

1. *hoc igitur totum est eiusmodi* B — *ego sum* T V B (sed B addito *iudices*): *ego sim* R O — 3. *privatio* V — 4. *debet*] *dedit* V — 5. *iam non solum* A T V: *iam* om. R O — 6. *defendendam* A — *verum etiam* A T V: *etiam* om. R O — *oppinionis* T — *et* post *aliquid* om. V — 7. *ego et moderate* T V: *et mod. ego* R O — 8. *cogisset* T — 9. *ab te* V (*abs te* firmat etiam A). — *constituunt* V — 10. *que laepido* T — *Volcatio* mei: *Tullo* Lamb. in marg. et cod. Parcensis Torrentii. — *consulibus designatis esse facta* mediis omissis B — 11. *me* om. B — 12. *fort. atque optimi viri* (om. *consulis*) B — 13. *non interfuisse*] *interfuisse dicis* V — 14. *quod - - versabar* om. B — 15. *versabatur* V — *nondum*] *nunquam* B — *praepositum* V — 16. *quod me* T V B S: *quod mea me* O; *quod mea* aliquot codd. dett. — 18. *huic* mei: *hic* codd. nonnulli dett. — *qui tum* S — 19. *atque dignitatem ac animum extimumque in rem p.* V — *in .rp.* T — 20. *amorem*] *honorem* T — 21. *cum communibus* T V et Oxon. C: *tum criminibus* B; *tum communibus* R O. Cf. or. p. Fonteio § 41 (31) p. 474, 33 sqq. — *tum*] *cum* V — 25. *auctoritatis inerat* V — 26. *contra vos facta* V — *esse* om. S — 27. *animo* A T, item V (sed hic *non animo modo*): *enim* R O. Verba *enim* et *animo* saepius confusa inveniuntur, ut in Auct. ad Herenn. IV, § 25 (v. ed. Kayseri p. 151, 1). Pro lectione *animo*, quam Klotzius in Annal. philol. et paedag. novis Vol. 55, p. 33 acriter defendit, afferre possis etiam or. in Catil. III, § 4. — *vix* om. A — *auris* A — 28. *famam* A, unde Ang. Mai *fama non* coniecit. — *vobis in consilio* T S, alii: *nobiscum in cons.* V; *vobiscum in cons.* B — 29. *tum*] *tuum* T — 30. *affuerunt* T S.

xerunt, hunc defendunt, huic adsunt, in huius periculo declarant, se non crimine coniurationis, ne adessent ceteris, sed hominum maleficio deterritos esse. Mei consulatus autem tempus et crimen maximae coniurationis a me defendetur. Atque haec inter nos partitio defensionis non est fortuito, iudices, nec temere facta; sed cum videremus eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum testes esse possemus, uterque nostrum id sibi suscipiendum putavit, de quo aliquid scire ipse atque existimare potuisset. V. 14. Et quoniam de criminibus superioris coniurationis Hortensium diligenter audistis, de hac coniuratione, quae me consule facta est, hoc primum attendite.

Multa, cum essem consul, de summis rei publicae periculis audivi, multa quaesivi, multa cognovi: nullus umquam de Sulla nuntius ad me, nullum indicium, nullae litterae pervenerunt, nulla suspicio. Multum haec vox fortasse valere deberet eius hominis, qui consul insidias rei publicae consilio investigasset, veritate aperuisset, magnitudine animi vindicasset, cum is se nihil audisse de P. Sulla, nihil suspicatum esse diceret. Sed ego nondum utor hac voce ad hunc defendendum; ad purgandum me potius utar, ut mirari Torquatus desinat, me, qui Autronio non adfuerim, Sullam defendere. 15. Quae enim fuit Autronii causa? quae Sullae est? Ille ambitus iudicium tollere ac disturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu, deinde, id quod vidimus omnes, lapidatione atque concursu; Sulla, si sibi suus pudor ac dignitas non prodesset, nullum auxilium requisivit. Ille damnatus ita se gerebat, non solum consiliis et sermonibus, verum etiam adspectu atque vultu, ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriae videretur: hic se ita fractum illa calamitate atque afflictum putavit, ut nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quod modestia retinuisset. 16. Hac vero in coniuratione quid tam coniunctum, quam ille cum Catilina, cum Lentulo? quae tanta societas ullis inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis sceleris, libidinis, audaciae? Quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admisit? cum interim Sulla cum eisdem illis non modo noctem solitudinemque non quaereret, sed ne mediocri quidem sermone et congressu coniungeretur. 17. Illum Allobroges, maximarum rerum verissimi indices, illum multorum litterae ac nuntii coarguerunt: Sullam

1. *assunt* T V — *se*] *si* V — 3. *maxime* B V — 4. *defenditur* B — *atque haec inter* T V B (sed V *hic*): *haec* om. R O — *partitio defensionis* T B: *defensionis* om. R O — 7. *sibi*] *verbi* V — *putant* V — 10. *adtendite* T — 11. *de summae rei publicae* Lambinus; at firmat *summis* etiam A — 13. *indicium* A B S: *iudicium* T V — *literae* A — *nulla suspicio* glossema videtur Mommsenio ex p. 760, 4. — 14. *valere deberet* T V B (sed B *debet*): *deberet valere* R O — *qui*] *que* V — 15. *apperuisset* V — 16. *is se* T V: *ipse* R O Lambinus *se* post *audisse* ex sua coniectura addidit. — *audisse*] *laudis* V, *auditum esse* B — 17. *utor hac* deest in A — 18. *potius utar* T V: *p. utor* R O — *ut imitari* B — *torquatius* T — 19. *non affuerim* T V B; *abfuerim* R O — *defenderim* B — *fuit Autronii* A: *Autr. fuit* T V R O — 20. *tolle* T in extremo versu cum spatio vacuo — *conflata* V — 21. *gladiorum et fugitivorum* T — *tumultu*] *in multu* V — *id* om. B — 22. *si tibi* V — 23. *non prodesset ac dignitas* S — *quaesivit* B — *ille*] *ita* T — *dampnatus ita* T; *ita* om. B — 24. *sed etiam* B — *aspectu* T V B S — *atque*] *et* V — 26. *ita factum* T — *atque* om. B — 28. *hac*] *ac* V — *in* om. B — *quod tam* T — 29. *quanta soc.* B — 30. *audatiae* T — 31. *cum A. non concepit* B — *illo* om. B — 32. *facinus non admisit* B — 33. *solicitudinemque* V — *ne* om. S — 35. *iudices* V — *nuncii ac literae* B.

interea nemo insimulavit, nemo nominavit. Postremo, eiecto sive emisso iam ex urbe Catilina, ille arma misit, cornua, tubas, fasces, signa, legiones; ille relictus intus, exspectatus foris, Lentuli poena compressus convertit se aliquando ad timorem, numquam ad sanitatem: hic contra ita quievit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit, ubi neque homines fuisse putantur huius affines suspicionis, et locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos quam ad consolandos accommodatus. VI. 18. Propter hanc igitur tantam dissimilitudinem hominum atque causarum dissimilem me in utroque praebui. Veniebat enim ad me, et saepe veniebat Autronius, multis cum lacrimis supplex, ut se defenderem, et se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in quaestura commemorabat fuisse; multa mea in se, nonnulla etiam sua in me proferebat officia. Quibus ego rebus, iudices, ita flectebar animo atque frangebar, ut iam ex memoria, quas mihi ipsi fecerat insidias, deponerem, ut iam immissum esse ab eo C. Cornelium, qui me in sedibus meis, in conspectu uxoris ac liberorum meorum trucidaret, obliviscerer. 19. Quae si de uno me cogitasset, qua mollitia sum animi ac lenitate, numquam me hercule illius lacrimis ac precibus restitissem: sed, cum mihi patriae, cum vestrorum periculorum, cum huius urbis, cum illorum delubrorum atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum ac virginum veniebat in mentem, et cum illae infestae ac funestae faces universumque totius urbis incendium, cum tela, cum caedes, cum civium cruor, cum cinis patriae versari ante oculos atque animum memoria refricare coeperat, tum denique ei resistebam, neque solum illi hosti ac parricidae, sed his etiam propinquis illius, Marcellis, patri et filio, quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat: neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorum socio, cum scirem, defendere. 20. Atque idem ego neque P. Sullam supplicem ferre, neque eosdem Marcellos pro huius periculis lacrimantes adspicere, neque huius

---

1. *simulavit* B — 2. *tubes* T, *tube* V — *fasces* V S: *falces* T B et codd. plerique: *faces* codd. alii teste Lambino. Cf. or. Catil. II, § 13, qui tamen locus non plane est similis. — *signa*, *ligones* cod. Genevensis; *signa legionis* Ant. Augustinus et Huldricus, quam emendationem defendit Seyffertus p. 17. At hoc si voluisset Cicero, aut *signa legionum* aut *signa legionaria* scripsisset. — 3. *expectatus foris lentu poena* T — 4. *ad sanitatem nunquam* B — 5. *ita* om. B — 6. *putant* V — *adfines* V — *suspitionis* T; *scipionis* V — *ad flammandos* V — 7. *consolandum* B, *consolationem* S — 8. *ergo tam diversam* B — 9. *dissimilemq. in* T — *enim* om. A B — *sepe* T, ut plerumque; *saepius* B — 10. *autoronius* T — 11. *discipulum* V — 12. *sua in me etiam* T — 13. *flectabar* V — 14. *ut iam* T V, ut Spengelius coniecit: *ut etiam* R O — *mihi ipsi* V B S: *michi ipse* T (sed videtur *ipsi* pr. m. correctum); *ipsi mihi* aliquot dett. (*fecerat m. i.* B) — 15. *inmissum* T V — *esse* om. B — *in meis sedibus* V solus, unde probabilior facta est emendatio Lambini, qui *aedibus* coniecit. Cf. tamen or. de domo sua § 146 *me in sedibus meis collocetis* et Ravii *Var. Lectt.* II, p. 135. — 16. *uxoris* T V: *uxoris meae* R O — 18. *leuitate* V — 19. *tum vestrorum* B et sic deinceps quater *tum* pro *cum* — 21. *in mentem*] addit B *discrimen* — *illae venustae* V — 22. *cum tela* om. T — 23. *cum ciuis pratriae* V — 24. *caeperat* T, *ceperant* S — *tum*] *cum* V — 25. *illius*] *eius* B — 27. *optinebat* V — *possum* V — 28. *in alios* B — *idem nullorum scio* V — 30. *eosdem* B S: *eodem* V, *hos* T — *pro huius periculis lacrimantes aspicere* Erf. T V (sed T om. *huius*): *pro huius salute orantes* (om. *aspicere*) B; desunt verba in S et in codd. rell. — *huius* post *neque* om. B.

M. Messallae, hominis necessarii, preces sustinere potui; neque enim est causa adversata naturae, nec homo nec res misericordiae meae repugnavit. Nusquam nomen, nusquam vestigium fuerat; nullum crimen, nullum indicium, nulla suspicio. Suscepi causam, Torquate, suscepi, et feci libenter ut me, quem boni constantem, ut spero, semper existimassent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent.

VII. 21. Hic ait se ille, iudices, regnum meum ferre non posse. Quod tandem, Torquate, regnum? Consulatus, credo, mei; in quo ego imperavi nihil, et contra patribus conscriptis et bonis omnibus parui: quo in magistratu non institutum est videlicet a me regnum, sed repressum. An tum in tanto imperio tantaque potestate non dicis me fuisse regem, nunc privatum regnare dicis? quo tandem nomine? Quod in quos testimonia dixisti, inquit, damnati sunt: quem defendis, sperat se absolutum iri. Hic tibi ego de testimoniis meis hoc respondeo: si falsum dixerim, te in eosdem dixisse; sin verum, non esse hoc regnare, cum verum iuratus dicas, probare. 22. De huius spe tantum dico, nullas a me opes P. Sullam, nullam potentiam, nihil denique praeter fidem defensionis exspectare. Nisi tu, inquit, causam recepisses, numquam mihi restitisset, sed indicta causa profugisset. Si iam hoc tibi concedam, Q. Hortensium, tanta gravitate hominem, si, hos tales viros non suo stare iudicio, sed meo; si hoc tibi dem, quod credi non potest, nisi ego huic adessem, hos adfuturos non fuisse: uter tandem rex est, isne, cui innocentes homines non resistunt, an is, qui calamitosos non deserit? At hic etiam, id quod tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti, cum Tarquinium et Numam et me tertium peregrinum regem esse dixisti. Mitto iam de rege quaerere: illud quaero, peregrinum cur me esse dixeris. Nam si ita sum, non tam est admirandum regem esse me, quoniam, ut tu ais, etiam peregrini reges Romae fuerunt, quam

---

1. *Messalae* T V S — *homines* S, *et hominis* B — *necessarie* V — *est* om. T V; videtur *est* post *naturae* intercidisse. — 2. *nec res nec homo* V — 3. *fastigium* B — 4. *nulla suspicio* Erf. et V: om. codd. reliqui, etiam T. Cf. § 14. — *et libenter id feci* B — 5. *ut spero semper* T V B S: *semper ut spero* O — 7. *hinc ait ille iud. se* B — 9. *et contra* T V B: *sed et contra* S; *sed contra* O. Cf. Handii Tursell. II, p. 123. — *parui* om. V — 10. *est videlicet a me regnum* V: *est a me iudices* (*iudices* T) *regnum* T R O — *sed repressum* V: *sed promissum* T B; *sed non permissum* S et alii, *sed repulsum* S in marg. — 11. *an tum* T V S: *an tu* A B, cod. Genevensis; vereor ne in palimpsesto Bobiensi signum litterae *m* in *tu* obscuratum sit. Cf. tamen Seyfferti epist. p. 7. — *tantaque* A: *tanta* codd. rell. et O. — *dicis me fuisse* T V: *me dicis f.* B; *dices me f.* A O; *dicis fuisse* R. Seyffertus pag. 8 praefert *dices* collatis iis quae Klotzius ad Catonem maiorem p. 96 sq. disputavit; at vereor ne A. Maius, cum *dices* dederit nulla adnotatione subiecta, errore ita scripserit. — 12. *privatum me regnare* B — *quod tandem nomine quot* V — *quod illi in quos* B — 13. *inquid* V, *inquis* B — *dampnati* T V — *sperat* bis habet T — 14. *abs. iri*] *absoluturum* B — *hoc* S superscr. *tantum* — *respondebo* T et cod. Dresd. — 15. *in eosdem* A V: *in eos* T R — *si verum* A, quod probavit Iordanus ad or. p. Caecina p. 146. Ego tamen propterea recipere nolui, quod teste Niebuhrio in margine exempli sui ed. Garat. in cod. Bobiensi *si id uerum* scriptum est. — *hoc non esse* B — 16. *iuratus* A T V: *iurato* S m. pr.; *iuratos* B et S corr. — *dicam* B — 17. *nullam* S: *uel* B; om. T V — *propter fidem def. expectare* T — 18. *inquis causam suscepisses* B — 19. *mihi*] *hic* B — *iam hoc tibi* T S: *iam tibi hoc* V; *tibi iam hoc* B — 20. *gravitate tanta* V — *hominem* om. B — 21. *hoc tibi idem* T V S; *tibi hoc idem* B — 22. *affuturos* T V S — 24. *id* om. B — *minime tibi necesse fuit* V — 25. *noluisti* B — *me tertium*] *metricium* V — 27. *regem me esse* V; *esse regem me* B — 28. *quoniam* T V: *quia* B (?) R O — *ais* T: *agis* V; *vis* R O.

consulem Romae fuisse peregrinum. 23. Hoc dico, inquit, te esse ex municipio. Fateor, et addo etiam ex eo municipio, unde iterum iam salus huic urbi imperioque missa est. Sed scire ex te pervelim, quam ob rem, qui ex municipiis veniant, peregrini tibi esse videantur. Nemo istuc Marco illi Catoni seni, cum plurimos haberet inimicos, nemo Tiberio Coruncanio, nemo Manio Curio, nemo huic ipsi nostro C. Mario, cum ei multi inviderent, obiecit umquam. Equidem vehementer laetor eum esse me, in quem tu, cum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris, quae non ad maximam partem civium conveniret. VIII. Sed tamen te a me pro magnis causis nostrae necessitudinis monendum esse etiam atque etiam puto. Non possunt omnes esse patricii; si verum quaeris, ne curant quidem: nec se aequales tui propter istam causam abs te anteiri putant. 24. Ac si tibi nos peregrini videmur, quorum iam et nomen et honos inveteravit et urbi huic et hominum famae ac sermonibus, quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore ac de omni dignitate contendent; quorum tu cave quemquam peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragiis obruare. Qui si attulerint nervos et industriam, mihi crede, excutient tibi istam verborum iactationem et te ex somno saepe excitabunt, nec patientur se abs te, nisi virtute vincentur, honore superari. 25. Ac si, iudices, ceteris patriciis me et vos peregrinos videri oporteret, a Torquato tamen hoc vitium sileretur. Est enim ipse a materno genere municipalis, honestissimi ac nobilissimi generis, sed tamen Asculani. Aut igitur doceat, Picentes solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi me meum non anteponere. Qua re neque tu me peregrinum posthac dixeris, ne gravius refutere, neque regem, ne derideare. Nisi forte regium tibi videtur ita vivere, ut non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli servias; contemnere omnes libidines, non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere; in senatu sentire libere, populi utilitati magis consulere quam voluntati; nemini cedere, multis obsistere. Si hoc putas esse regium, regem me esse

---

1. *inquid* A — *e municipio* A solus. — 2. *eo* om. T (habet A). — 4. *nemo istuc* A V: *nemo enim istuc* T R O — 5. *Marco* T: *M.* R O — *illi* om. A solus; *illo* S — 6. *Tiberio* A B T V: *T.* R — *Manio Curio*] sic A (est in lemmate *Mario*, sed in adnot. *Manius*), ut divinavit Garatoni in Cur. secundis: *Curioni* T V B S; *Curio* ed. Ven. 1472 et Lamb. in marg. — 7. *tum ei* V — *et quidem* B — 8. *tu* om. B — 9. *civium partem* B — *conveniret* T V S: *pertineret* B et Oxon. H — 11. *si*] *et si* B — 12. *curent* T (habet V *curant*). — 13. *ac* T V S: *at si* B et edd. vett. — 14. *iam nomen* V — *urbi huic* T V: *huic urbi* R O. Cf. infra p. 762, 22 et 764, 19. — *hominum* om. V — *ac*] *et* B — 15. *quanti illi compet.* B — 16. *dilecti* Lamb. in marg. ex cod. vetere. — *de omni honore et dignitate* B — *ac de* T V: *et de* R O — 17. *contendent* T V: *contenderint* B; *contendunt* R O — *tu cave* V: *cave tu* T R O — 18. *pereginorum* T — *obgurgare* corr. in *obiurgare* T — *quod si* S — *si ita attulerint* V; *si attulerit* T — 19. *tibi*] *uel* B — *e somno* B S — 20. *nec*] *ne* S — *se* om. B — 21. *ac si* T S: *at si* B V, ed. Ven. 1472. — *ceteris* om. V — *me patriciis* B — *peregrini* V — 22. *oportet* B — *uicium* T — 23. *a* om. A (hic quoque Maius omisit, ut supra p. 760, 11, diversitatem scripturae in adnot. indicare.) — 24. *esculani* B V — *Picentis* T; *piceniis* V — *esse non peregr.* V; *peregr. non esse* B — 25. *non anteponere* T V: *non* om. B; *ante non ponere* R O — *neque tu me* T V: *neque me* R O — 26. *posthac* om. B; *post haec* T — *nec regem* S — 27. *tibi regnum* B — 28. *serviatur* B — *contempnere* T V — 30. *magis utilitati* V — 31. *regnum* B et Oxon. C — *regem me esse* T: *me regem esse* R O.

confiteor: sin te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans aut superbum movet, quin tu id potius profers quam verbi invidiam contumeliamque maledicti?

IX. 26. Ego, tantis a me beneficiis in re publica positis, si nullum aliud mihi praemium ab senatu populoque Romano nisi honestum otium postularem, quis non concederet? Sibi haberent honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia praeclarae laudis insignia: mihi liceret eius urbis, quam conservassem, conspectu tranquillo animo et quieto frui. Quid? si hoc non postulo; si ille labor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si operae, si vigiliae deserviunt amicis, praesto sunt omnibus; si neque amici in foro requirunt studium meum neque res publica in curia; si me non modo non rerum gestarum vacatio, sed neque honoris neque aetatis excusatio vindicat a labore; si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus; si mihi ne ad ea quidem, quae pro salute omnium gessi, recordanda et cogitanda quidquam relinquitur temporis: tamen hoc regnum appellabitur, cuius vicarius qui velit esse inveniri nemo potest? 27. Longe abest a me regni suspicio: si quaeris, qui sint Romae regnum occupare conati, ut ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus invenies. Res enim gestae, credo, meae me nimis extulerunt ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, iudices, hoc possum dicere, me, qui ex summis periculis eripuerim urbem hanc et vitam omnium civium, satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum redundarit. 28. Etenim in qua civitate res tantas gesserim, memini; in qua urbe verser, intelligo. Plenum forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, iudices, a meis non removi: nisi vero paucos fuisse arbitramini, qui conari aut sperare possent se tantum imperium posse delere. Horum ego faces eripere de manibus et gladios extorquere potui, sicuti feci; voluntates vero consceleratas ac nefarias nec sanare potui nec tollere. Qua re non sum nescius, quanto periculo vivam in tanta multitudine improborum, cum mihi uni cum omnibus improbis aeternum videam esse bellum susceptum. X. 29. Quod si illis meis

---

1. *aliquid* B — 2. *arrogantis* V — *potius id* B — 5. *mihi aliud* B — *ab senatu* A T V: *a senatu* R O — *ocium* T — *non* om. A — 6. *sibi haberent* T V S (sed V *si*): *haberent sibi* B; *sibi haberent alii* cod. Parcensis Torrentii et Lamb. in marg. — *sibi praemia imperia* T, sed *praemia* eadem m. deletum. — 7. *provintias* T — 10. *praesto sum* B — 12. *non modo non* T V B S: *non modo* alii, O. — *vocatio* V — 13. *vindicatur* B — 16. *quicquam* T — *relinquam* B — *tamenne* lectio varia in marg. Lamb. — 17. *qui* om. B — *invenire* B — *a me* Erf. et V: om. T R — 18. *si*] *sin* V; *et si* cod. Parcensis et H. Stephani. — *sunt* B — 19. *ex*] *et* T — 20. *meae* om. B — 21. *inmortalibus* T V — 22. *ex summis* T V B: *e summis* R O — *periculis eripuerim* T V: *eripuerim periculis* R O — 23. *in omnis inmortalis* T — 24. *in me*] *in me ipsum* V — *redundarit* Erf. T V: *redundabit* R — 25. *rem tantam* A solus, quod praefert Seyffertus p. 8. — *in qua urbe* A: *et qua in urbe* T; *et in qua urbe* codd. rell. (sed B om. *in*) et O — 26. *verser* A T V B (sed B *versor*): om. R — *intellego* A T — *a* om. B — 27. *depuli* A B T S: *repuli* V (*iudices depuli* Lamb. in marg.) — *iud. et a* (ex *iudices sed a*, ut videtur) B — *nisi forte paucos* B — 28. *sed tantum* T — 29. *faces*] *faceres* V — 30. *sicuti* T V: *sicut* R O — *vero* om. B — 33. *esse bellum susc.* T: *bellum susc. esse* V; *bellum esse susc.* R (*bellum videam esse susc.* B). In or. Catil. IV, §. 22 dixit Tullius: *mihi cum perditis civibus aeternum bellum susceptum esse video.* — *quod si me illis praesidiis meis fortem vides* B.

praesidiis forte invides, et si ea tibi regia videntur, quod omnes boni omnium generum atque ordinum suam salutem cum mea coniungunt: consolare te, quod omnium mentes improborum mihi uni maxime sunt infensae et adversae; qui me non [modo] solum idcirco oderunt, quod eorum conatus impios et furorem consceleratum repressi, sed eo etiam magis, quod nihil iam se simile me vivo conari posse arbitrantur. 30. At vero quid ego mirer, si quid ab improbis de me improbe dicitur, cum L. Torquatus primum ipse iis fundamentis adolescentiae iactis, ea spe proposita amplissimae dignitatis, deinde L. Torquati, fortissimi consulis, constantissimi senatoris, semper optimi civis, filius, interdum efferatur immoderatione verborum? Qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset, tantum modo ut vos, qui ea probatis, exaudire possetis, de supplicio, [de Lentulo,] de carcere magna et queribunda voce dicebat. 31. In quo primum erat illud absurdum, quod, cum ea, quae leviter dixerat, vobis probare volebat, eos [autem], qui circum iudicium stabant, audire nolebat, non intelligebat ea, quae clare diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat, ut vos quoque audiretis, qui id non probabatis: deinde alterum iam oratoris vitium non videre, quid quaeque causa postulet. Nihil est enim tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accuset, quam videri coniuratorum poenam mortemque lugere. Quod cum is tribunus pl. facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nemini mirum est; difficile est enim tacere, cum doleas: te, si quid eius modi facis, non modo talem adolescentem, sed in ea causa, in qua te vindicem coniurationis velis esse, vehementer admiror. 32. Sed reprehendo tamen illud maxime, quod isto ingenio et prudentia praeditus causam rei publicae non tenes, qui arbitrere plebi Romanae res eas non probari, quas me consule omnes boni pro salute communi gesserunt. XI. Ecquem

---

1. *regna* T — 3. *te* om. B — *mihi* om. B — 4. *infestae* B — *non modo solum* S T V, 5 Oxonn., alii: *modo solum* om. B; *modo* om. O — 5. *magis etiam* V et ed. 1472. — 6. *iam* om. V — 7. *ac vero* T — *mirer* T V, ut Pantagathus voluit: *miror* R O — 8. *iis* scripsi: *hisce* B, *his* rell. codd. et O (*his fundam. ipse* V). — 11. *inmoderatione* V — *subpressa* V — 12. *p. clodii lentuli* T, sed *clodii* eadem manu deletum; *per lentuli* V. «Fort. Lentuli nomen hic adiecticium est. Non convenit eundem scelus Lentuli exagitare et supplicium aversari. At hoc ipsum, inquies, Cic. reprehendit. Si quidem vulgata retineatur: sed haec tamen accusatorem ultra fidem stultum ac dementem facit. Satis omnino est ita dicere: *qui cum suppr. voce de scelere, de audacia coniuratorum o. dixisset.* Iunguntur saepissime *scelus* et *audacia*, recteque coniuratis omnibus tribuuntur. Quid enim scelus uni Lentulo, audacia reliquis adsignetur? quaenam haec inaudita partitio?» Garatoni in *Cur. secundis.* Ego tamen *P. Lentuli* retinui, quoniam, ut alia taceam, *omnium* ad v. *coniuratorum* adiectum ostendit aliud nomen praecessisse. — *audatia* T — 13. *ea non probatis* S — *de Lentulo* T V, quod glossema videtur: *Lentuli* B; *P. Lentuli* R O — 14. *de carcere de magna* V — 15. *erat illud* T: *illud erat* R O — *leviter* T V B S: *leniter* Lamb. in marg. ex tribus suis codd.; at v. Seyff. p. 44. — 16. *autem* om. T — *circa* B — 17. *intellegebat* T — *dicebat* B — *de quibus se vindicabat* B — 18. *idem* B; *id* O cum Ernestio uncinis circumdedit. — *probabatis* V B S: *probabitis* T; *probatis* 3 Oxonn. — 19. *uicium* T — *quod* T — *quaecumque c. postularet* B — *nihil enim est* S — 21. *videri* om. B — *quod cum is* A T V B S: *quod tamen is* cod. Parc. et Lamb. in marg., sed hic *is* om. — *tribunos pl.* A — 22. *nemini mirum est* A T V (de V erravit Gruterus): *vere mirum est* B; *neque id mirum est* S; alii dett. aliter. — 23. *facis eiusmodi* V; *huiusmodi facias* B — 24. *non talem modo* B — 27. *sed qui arbitraris* B — 28. *pro comm. salute* B — *et quem* T B S.

tu horum, qui adsunt, quibus te contra ipsorum voluntatem venditabas, aut tam sceleratum statuis fuisse, ut haec omnia perire voluerit, aut tam miserum, ut et se perire cuperet et nihil haberet, quod salvum esse vellet? An vero clarissimum virum generis vestri ac nominis nemo reprehendit, qui filium suum vita privavit, ut in ceteros firmaret imperium: tu rem publicam reprehendis, quae domesticos hostes, ne ab iis ipsa necaretur, necavit? 33. Itaque attende, Torquate, quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei. Maxima voce, ut omnes exaudire possint, dico semperque dicam: adeste omnes animis qui adestis, quorum ego frequentia magno opere laetor; erigite mentes auresque vestras et me de invidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite! Ego consul, cum exercitus perditorum civium clandestino scelere conflatus crudelissimum et luctuosissimum exitium patriae comparasset, cum ad occasum interitumque rei publicae Catilina in castris, in his autem templis atque tectis dux Lentulus esset constitutus, meis consiliis, meis laboribus, mei capitis periculis, sine tumultu, sine dilectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus comprehensis atque confessis incensione urbem, internicione cives, vastitate Italiam, interitu rem publicam liberavi: ego vitam omnium civium, statum orbis terrae, urbem hanc denique, sedem omnium nostrum, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperii quinque hominum amentium ac perditorum poena redemi. 34. An me existimasti haec iniuratum in iudicio non esse dicturum, quae iuratus in maxima contione dixissem? XII. Atque etiam illud addam, ne qui forte incipiat improbus subito te amare, Torquate, et aliquid sperare de te, atque, ut îdem omnes exaudiant, clarissima voce dicam: harum omnium rerum, quas ego in consulatu pro salute rei publicae suscepi atque gessi, L. ille Torquatus, cum esset meus contubernalis in consulatu atque etiam in praetura fuisset,

---

1. *assunt* T V S — *te*] *rem* B — *vindicabas* S — 2. *omnia* om. V; *omni* T — 3. *et se ipsum* B — 4. *vestri*] *nri* cum linea T — *et nominis auctorem nemo* B — *nemo* S ante *clarissimum* habet. — 5. *in ceteros* A V: *in ceteris* T R O, quod immerito praefert Bake ad *Cic. de Legg.* p. 529. At v. Cic. Cat. m. § 35. Terentii Eun. III, 1, 21. — 6. *rep.* T — *hostis* T — *ab iis* edd.: *ab his* codd. noti. — 7. *attende* T V: *attende iam* R O — 8. *diffugiam* B; *non defugiam* aliquot edd. vett. — *audire* S — 9. *adeste* T V B: *adestote* R O — *animisque omnes qui* V — *adestis* T V B S: *adestis corpore* cod. Pithoei; *adestis corporibus* O et aliquot deteriores. — 10. *ergo* V — *magnopere* mei. — 12. *perditor* T — 13. *fluctuosissimum* V; *flagitiosissimum* B pr. m. — 14. *cathelina* V — 15. *ac tectis* V — 16. *periculi* V — *dilectu* V et Lamb. in marg.: *delectu* T R O — 17. *confessis* T V B, ed. 1472: *confossis* S O. Videtur *confessis* idem esse quod *ad confessionem adactis*, ut est in or. pro Sestio § 85. — 18. *urbis* B — *internicione* T V: *internitione* S; *internecione* B O; *interemptione* aliquot dett. — *rep. interitu* T — 19. *liberavit* V — 24. *ne qui* A T V S: *ne quis* B — *inprobus* A — 25. *îdem*] *idem* vulgo. Esse *idem* nominativum numeri pluralis (vid. supra v. 8) Spengelius primus intellexit. Recte etiam apud Festum p. 185 Muell. se habet: *omnes idem* (sc. iidem) *supra pontificem*, et perperam Muellerus *item* praetulit. — 26. *rerum omnium* V solus. — 27. *salute rei publicae* T V: *vestra quirites salute* B; *communi salute* S; *salute* codd. alii; *salute communi* O — *atque* T V B: *et* R O — 28. *meus*] *ille* T — *in consulatu - - signifer esset iuventutis*] sic verba in T V ordinata sunt, quae in codd. reliquis misere turbata leguntur, sed in T post *consulatu* verba *pro salute rei publ. suscepi atque gessi. L. ille torquatus cum esset meus* (sic h. l.) *contubernalis in conflatu* (sic in loco repetito) iterum scripta leguntur: *in consulatu cum signifer esset cum princeps iuventutis atque praetura fuisset. autor adiutor particeps extitit* B; *in consulatu cum signifer esset iuventutis atque in pretura fuisset auctor adiutor particeps extitit cum*

auctor, adiutor, particeps exstitit, cum princeps, cum auctor, cum signifer esset iuventutis; parens eius, homo amantissimus patriae, maximi animi, summi consilii, singularis constantiae, cum esset aeger, tamen omnibus rebus illis interfuit; nusquam est a me digressus; studio, consilio, auctoritate unus adiuvit plurimum, cum infirmitatem corporis animi virtute superaret. 35. Videsne, ut eripiam te ex improborum subita gratia et reconciliem bonis omnibus? qui te et diligunt et retinent retinebuntque semper, nec, si forte a me desciveris, idcirco te a se et a re publica et a sua dignitate deficere patientur. Sed iam redeo ad causam atque hoc vos, iudices, testor: mihi de memet ipso tam multa dicendi necessitas quaedam imposita est ab illo. Nam si Torquatus Sullam solum accusasset, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem nisi eum, qui accusatus esset, defenderem: sed cum ille tota illa oratione in me esset invectus, et cum, ut initio dixi, defensionem meam spoliare auctoritate voluisset, etiam si dolor meus respondere non cogeret, tamen ipsa causa hanc a me orationem flagitavisset.

XIII. 36. Ab Allobrogibus nominatum Sullam esse dicis. Quis negat? sed lege indicium et vide, quem ad modum nominatus sit. L. Cassium dixerunt commemorasse, cum ceteris Autronium secum facere. Quaero, num Sullam dixerit Cassius? Nusquam. Sese aiunt quaesisse de Cassio, quid Sulla sentiret. Videte diligentiam Gallorum: qui vitam hominum naturamque non nossent ac tantum audissent eos pari calamitate esse, quaesiverunt, essentne eadem voluntate. Quid tum Cas-

---

princeps cum auctor cum signifer esset iuventutis S — *in consulatura* V — 1. *auctor* codices: *actor* Orellius, in ed. minore a. 1836 haec adnotans: *auctor* nimium est; *actore* utimur etiam adolescente. «Recte Orelli scripsit *actor*; parum enim est credibile, Tullium consulem nominasse contubernalem adolescentem *auctorem* suorum consiliorum; et parum etiam oratorium esset, si de tribus nominibus *auctor* primo loco, *particeps* postremo poneretur, quod profecto multo minoris esset dignitatis.» I. Bake in *Evertsii Annotatt. selectis ad or. p. Sulla* Noviomagi a. 1835 editis. At v. quae disputavi in ed. altera Lipsiensi apud Weidmannos 1853 p. 135.— *extitit* mei. — 2. *esse* T — *parens vero eius* V; *parens etiam eius* B — *homo*] *amo* T — 4. *illis rebus* B — *nusquam* T V: *numquam* R O; cf. or. Phil. I, § 1. — *a me est digressus* V (*degressus* Lamb. in marg.) — *auctoritate consilio* B — 5. *virtute animi* V — 7. *et* post *gratia* om. V — 8. *si forte a me* B V: *si a me forte* T R O — *te ad se* (sed *d* punctata; ex *ab se*?) T; *te et a se* S; *a te se* B — 9. *a sua* T V B: *a tua* S O — 10. *hoc*] *hic* V — *vobis* B — *tam stulta* B — 11. *est* om. V (*necessitatem quandam impositam ab illo* cod. Parcensis Torrentii et Lamb. in marg.) — *ab ipso* B — 12. *agerem* sine causa suspectum erat Ernestio. — *ni eum* T — 13. *illa ratione* T; *oratione illa* V. «Aut pro *illa* legendum est *sua*, ut unus facit Oxoniensis, atque ut in meo codice tamquam varietas adscribitur, aut ea vox plane delenda, cum iusta sit adiectionis suspicio.» Garatoni in *Curis secundis.* — 14. *ut initio dixi* T V: *initio* om. B; *initio, ut dixi* edd. secundum codd. vulgares. Sententiam Spengelius coniectura assecutus est interpunctione pervulgata sic emendata «*cum, initio ut dixi*»; iam locus ex codd. optimis persanatus est. — 15. *spoliare auctoritate* T V: *auct. spol.* R O — *voluissem* V — *meus dolor* V; *dolor me meus* Orellius. — *cogerer* V — 16. *rationem* T — *flagitavisset* T V B: *flagitasset* R O — 17. *Ab* A B V, ut Lamb. scripsit: *ab* om. T R — *Sullam esse dicis. Quis negat? sed lege indicium*] sic A T V, Erf. (sed V *negas* et *iudicium*): *syllam quis negat syllae indicium et vide* B; *Syllam esse quis negat? et vide* S et sic fere codd. dett. — 20. *nunquam* S — *sese autem qu.* B — 21. *quid*] *quod* T — 22. *noscent* V — *ac qui tantum* B; *attamen tantum* S — *audivissent* V — *pari calamitate - - voluntate*] sic Erf. T V B: *pari calamitate qui fuerant esse in eadem voluntate* S et codd. vulgares. — 23. *quesierunt* T — *quid tum Cassius? Si*] sic distinguendum esse Niebuhrius ex Scholiastae lemmate intellexit (eandem verborum interpunctionem affert Torrentius ex Parcensi suo): *quid tum? Cassius si* O; *quid? tum Cassius* Huldricus (*tamen* pro *tum* V).

sius? Si respondisset idem sentire et secum facere Sullam, tamen mihi non videretur in hunc id criminosum esse debere. Quid ita? Quia qui barbaros homines ad bellum impelleret, non debebat minuere illorum suspicionem et purgare eos, de quibus illi aliquid suspicari viderentur. 37. Non respondit tamen una facere Sullam. Etenim esset absurdum, cum ceteros sua sponte nominasset, mentionem Sullae facere nullam nisi admonitum et interrogatum. Nisi forte veri simile est P. Sullae nomen in memoria Cassio non fuisse. Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquiae pristinae dignitatis non tam illustres fuissent, tamen Autronii commemoratio memoriam Sullae rettulisset; etiam, ut arbitror, cum auctoritates principum coniurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, et cum sciret exteras nationes maxime nobilitate moveri, non prius Autronium quam Sullam nominavisset. 38. Iam vero illud probari minime potest, Gallos Autronio nominato putasse propter calamitatis similitudinem sibi aliquid de Sulla esse quaerendum, Cassio, si hic esset in eodem scelere, ne cum appellasset quidem Autronium, huius in mentem venire potuisse. Sed tamen quid respondit de Sulla Cassius? Se nescire certum. Non purgat, inquit. Dixi antea: ne si argueret quidem tum denique, cum esset interrogatus, id mihi criminosum videretur. 39. Sed ego in quaestionibus et indiciis non hoc quaerendum arbitror, num purgetur aliqui, sed num arguatur. Etenim cum se negat scire Cassius, utrum sublevat Sullam an satis probat se nescire? Sublevat apud Gallos. Quid ita? ne indicent? Quid? si periculum esse putasset, ne illi umquam indicarent, de se ipse confessus esset? Nesciit videlicet. Credo celatum esse Cassium de Sulla uno: nam de ceteris certe sciebat; etenim domi eius pleraque conflata esse constabat. Qui negare noluit esse in eo numero Sullam, quo plus spei Gallis daret, dicere autem falsum non ausus est, se nescire dixit. Atque hoc perspicuum est, cum is, qui de omnibus scierit, de Sulla se scire negarit, eandem vim esse negationis huius, quam si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. Nam cuius scientiam de omnibus constat fuisse,

---

1. *si* om. T — *responderet* B — *syllam facere* B — 4. *et pugnare eos* T — *suspicari viderentur* Erf. et T V: *suspicarentur* R O — 5. *Sullam*] *silla* V — 6. *Syllae facere* T; *facere sillae* V; *Sullae* om. B S — 7. *ammonitum* V— 8. *afflicta* V S: *afflata* T B, alii — 9. *reliquae* T — *retulisset* mei — 11. *Allob.*] *ad allobrogum* V — 12. *alliceret atque colligeret* B — 13. *nominavisset* T V: *nominasset* R O — 14. *minime probari potest* V — 15. *aliquod* T — *quaerendum esse a cassio. si hic in eodem scelere eorum necessarium appellasset* B — 17. *quod responderit* T — *silla de cassio* V — 18. *ne -- quidem*] *quidem si argueret eum* B — 19. *mihi* om. V — 20. *in quaestionibus et indiciis* A: *in iudiciis et in quaestionibus* T V B S (sed B S posteriore *in* om.); *indiciis* etiam unus cod. Lamb. — *hoc non* B — 21. *num*] *cum* V — *aliqui sed* A: *aliquis et* T V B; *aliquis sed* R — *num*] *non interrogatus* B — *etenim*] *et cum* B — 22. *se negat* T V B: *negat se* R — *an*] *aut* B — 23. *iudicentur* V; *iudicent* B — *quod si* T V, quod iam propterea recipere nolui, quod in primis in T *quid* et *quod* saepissime confusa sunt. — 24. *iudicarent* B; *uindicarent* V — *de se ipse* T, ut Ernesti legendum esse vidit: *de ipso* V; *de se ipso* R O — *nesciit videlicet. Credo*] sic B T (sed T *nescit*): *nesciit credo* V; *nesciit iudices credo* S et edd. vett.; *nescivit. Credo, iudices* cum ed. Crat. O — 25. *cassio* B — *silla* T h. l. et v. 29. — 26. *etenim* T V B: *et ea* R O — 27. *negaret* V — *uoluit* T — *in eo numero esse* B — *daret gallis* B — 28. *est* om. B — *se nescire* B: *se* om. T V R O; *nescire se* Lamb. — *atque* T V: *atqui* R O — 30. *eandem esse vim* V — *quam*] *atque* Lamb. — 31. *sciri* T — *cuius sententiam constat de omnibus fuisse* B.

eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. Sed iam non quaero, purgetne Cassius Sullam: illud mihi tantum satis est, contra Sullam nihil esse in indicio.

XIV. 40. Exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me irruit, me accusat: ait me aliter ac dictum sit in tabulas publicas rettulisse. O di immortales! — vobis enim tribuo, quae vestra sunt; nec vero possum tantum meo ingenio dare, ut tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbulentissima tempestate rei publicae mea sponte dispexerim; — vos profecto animum meum tum conservandae patriae cupiditate incendistis; vos me ab omnibus ceteris cogitationibus ad unam salutem rei publicae convertistis; vos denique in tantis tenebris erroris et inscientiae clarissimum lumen menti meae praetulistis. 41. Vidi ego hoc, vidi, nisi, recenti memoria senatus, auctoritatem huius indicii monumentis publicis testatus essem, fore ut aliquando non Torquatus neque Torquati quispiam similis, (nam id me multum fefellit,) sed ut aliquis patrimonii naufragus, inimicus otii, bonorum hostis aliter indicata haec esse diceret, quo facilius vento aliquo in optimum quemque excitato posset in malis rei publicae portum aliquem suorum malorum invenire. Itaque introductis in senatum indicibus constitui senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent. 42. At quos viros! non solum summa virtute et fide, cuius generis erat in senatu facultas maxima, sed etiam quos sciebam memoria, scientia, celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi posse: C. Cosconium, qui tum erat praetor, M. Messallam, qui tum praeturam petebat, P. Nigidium, Appium Claudium. Credo esse neminem, qui his hominibus ad vere referendum aut fidem putet aut ingenium defuisse. XV. Quid deinde? quid feci? cum scirem ita esse indicium relatum in

---

1. *non* om. T — *quaero quid purgetne* V — 2. *purgare me cassium nec syllam* B — *est*] *esset* V — 3. *iudicio* B — 4. *inruit* A — 5. *dictum sit* A T V: *d. est* R (*ait aliter me quam ut dictum est* B). — *rettulisse* A: *retulisse* codd. rell. et O — 6. *inmortales* A V — *tribuo* T: *tribuam* V R O — 7. *tantum meo* V: *meo tantum* T B S O, sed est in T *tantum* sup. lin. (in aliquot codd. *meo* deest.) — 8. *tempestate*] *potestate* V per compendium. — *rep.* T — 9. *despexerim* T; *disposuerim* B — 10. *ceteris omnibus* B — 11. *convertistis* T V B: *contulistis* R — 12. *et insolentiae* B — *menti meae praetulistis* T V (sed V *mei*), ut Lamb. voluerat: *praetulistis menti meae* R O — *hoc ego* B — 13. *vidi* T: *uidi ut* B; *iudices* S O; om. V — *iudicii* V — 14. *esset* B — *non aliquando* B — 15. *nam opinio multum me fefellit* B — 16. *patrimonii* T V, ut Ernesti coniecerat: *patrimonio* R O — *ocii* T — *iudicata* V (*aliter enim haec indicata* B). — 17. *quemque*] *quemtib* V (ex *quemlibet?*) — 18. *aliquem s. malorum* T V (sed T *maiorum*): *suorum mal. aliquem* R O — 19. *indicatoribus* B — *constitui*] *instituí* A, quod defendit Seyffertus pag. 7. — 20. *ad quos* T — 21. *virtute et* om. A, et deinde *cuius - - maxima.* — *generis erat* T V B: *erat* om. R O; *generis est* Lambinus. — 23. *celeritate scribendi* A V: *consuetudine et celeritate scribendi* T R O — *facile quae dicerent* B — *prosequi* V (*persequi* etiam A). — *Costumum* S; *Conium* B — 24. *tum* T V S: *tunc* B O — *Messalam* T V S — 25. *Appium* T S: *apum* V; *App.* O — *qui* om. V — *his hominibus - - defuisse* Erf. et T V: *his hominibus aut facundiam aut fidem aut ingenium putet defuisse* B; *his omnibus vere referendis aut memoriam putet aut ingenium defuisse* S et sic fere codd. vulgares. — 27. *quid deinde? quid feci?* sic T: «Rectius haec ita videntur distingui: *Quid? deinde quid feci?* Prius *quid?* ad transitum inservit, et deinde simpliciter quaeritur *deinde quid feci?* postquam scil. ita, ut dixerat, indicum dictis in senatu perscribendis accurate consultum est. p. Caec. §. 24. *Quid? testes quid aiunt?*» HULDRICUS pag. 5. — *ita esse ind. relatum in tab. publ.* T V: *ita esse* om. B; *ita indicium in tab. publ.* S et omnes Oxonn., ed. 1472; *ita ind. in tab. publ. relatum* ed. Ascens. 1511, O.

tabulas publicas, ut illae tabulae privata tamen custodia more maiorum continerentur, non occultavi, non continui domi, sed statim describi ab omnibus librariis, dividi passim et pervulgari atque edi populo Romano imperavi. Divisi toti Italiae, dimisi in omnes provincias, eius indicii, ex quo oblata salus esset omnibus, expertem esse neminem volui. 43. Itaque dico locum in orbe terrarum esse nullum, quo in loco populi Romani nomen sit, quin eodem perscriptum hoc indicium pervenerit. In quo ego tam subito et exiguo et turbido tempore multa divinitus, ita ut dixi, non mea sponte providi: primum, ne qui posset tantum aut de rei publicae aut de alicuius periculo meminisse, quantum vellet; deinde, ne cui liceret umquam reprehendere illud indicium aut temere creditum criminari; postremo, ne quid iam a me, ne quid ex meis commentariis quaereretur; ne aut oblivio mea aut memoria nimia videretur; ne denique aut negligentia turpis aut diligentia crudelis putaretur. 44. Sed tamen abs te, Torquate, quaero, cum indicatus tuus esset inimicus, et esset eius rei frequens senatus et recens memoria testis, tibi, meo familiari et contubernali, prius etiam edituri indicium fuerint scribae mei, si voluisses, quam in codicem rettulissent: cum videres aliter referri, cur tacuisti, passus es? non mecum aut cum familiari meo questus es? aut, quoniam tam facile inveheris in amicos, iracundius aut vehementius expostulasti? Tu, cum tua vox numquam sit audita, cum indicio lecto, descripto, divulgato quieveris, tacueris, repente tantam rem ementiare et in eum locum te deducas, ut ante, quam me commutati indicii coargueris, te summae negligentiae tuo iudicio convictum esse fateare? XVI. 45. Mihi cuiusquam salus tanti fuisset, ut meam negligerem? per me ego veritatem patefactam contaminarem aliquo mendacio? quemquam denique ego iuvarem, a quo etiam

---

1. *prauata* T — *tamen*] *cum* V — *more* om. T — 2. *sed statim* T V: in B *statim* est post *describi*, in R O post *omnibus.* — 3. *liberariis* V — *possim* V — *promulgari* B; *divulgari* cod. Francianus primus. — 4. *totae* V. Eandem formam libri optimae notae habent in or. Catil. III, §. 2, pag. 687, 12. — *dimisi* T et Lamb. in marg. ex coni. Errici Memmii: *emisi* Erf. et O; *divisi* V R — *prouintias* T — *inditii* T, *iudicii* V — 5. *ex quo* T: *et quo* V; *e quo* R O — *oblata salus* T V: *salus oblata* R O — *elpertem* V — 6. *in orbem* V — *in quo loco* B — 7. *iudicium* V — 8. *ego* om. B — *tam* cod. Mon. 68 (bibl. quondam electoralis) et ed. 1472: *tamen* B; *tum* T S; *cum* V — 9. *ne quid* B — *tantum* om. B — 10. *de rep.* T — *meminisse*] hic deficit praestantissimum fragmentum codicis Palatini, ad cuius finem librarius adscripsit: hic modicus defectus, ut apparet. — 11. *umquam*] *aut* B — 12. *creditum* om. B — *iam ad me* B — *a meis* S — 13. *nimia videretur* T: *nimia diceretur* B; *videretur nimia* R O — 14. *neglegentia* T — *crud. existimaretur* B — 16. *esset inimicus* T B: *inimicus esset* R O — *frequens* om. B — *memoria recens* B — 17. *tibi*] *cumque tibi* coni. Huldricus. — *indicium fuerint* T B S, ed. 1472: *fuerint ind.* O — 18. *in codice* S — 19. *aliter referri* Orelli in ed. 1836: *aliter ferri* T; *aliter fieri* R O — *cur* B et ed. 1472: om. T S, 4 Oxonn., alii. — *es et non* B — 20. *in amico* B — 21. *aut vehementius* T B S: *ac vehementius* codex Dresdensis et O — *postulasti* B — 23. *ementiare* T: *ementiaris* codex Parcensis Torrentii; *enunciare* B; *enuntiares* S; *enuntiare audeas* O (deest *audeas* etiam in 4 Oxonn. et in cod. Pithoei). — 24. *iudicio* T B, aliquot Palatini et codd. Gulielmii: *indicio* S (*conuictum tuo iud.* B, *tuo iudicio conuinctum* T). — 25. *Mihi*] *nihil mihi* B — 27. *ego denique* cod. Parc. (itemne B?) — *a quo etiam crudelis insidias reip. factas et me potissimum consule putarem*] sic T: *a quo crudeles insidias r. p.* (sic) *factas in me potissimum cons. putarem* B; *a quo et crudeles insidias in rem p. factas et in me potissimum consulem constitutas putarem* edd. et S, sed hic sine *constitutas*, quod in nullo alio cod. inventum in Erfurtensi,

crudeles insidias rei publicae factas, et me potissimum consule, putarem? Quod si iam essem oblitus severitatis et constantiae meae, tamne amens eram, ut, cum litterae posteritatis causa repertae sint, quae subsidio oblivioni esse possent, ego recentem putarem memoriam cuncti senatus commentario meo posse superari? 46. Fero ego te, Torquate, iam dudum, fero, et nonnumquam animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam revoco ipse et reflecto; permitto aliquid iracundiae tuae, do adolescentiae, cedo amicitiae, tribuo parenti. Sed nisi tibi aliquem modum tute constitueris, coges me oblitum nostrae amicitiae habere rationem meae dignitatis. Nemo umquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non perverterim ac perfregerim. Sed mihi hoc credas velim: non iis libentissime soleo respondere, quos mihi videor facillime posse superare. 47. Tu, quoniam minime ignoras consuetudinem dicendi meam, noli hac lenitate nova abuti mea; noli aculeos orationis meae, qui reconditi sunt, excussos arbitrari; noli id omnino a me putare esse amissum, si quid est tibi remissum atque concessum. Cum illae valent apud me excusationes iniuriae tuae, iratus animus tuus, aetas, amicitia nostra, tum nondum statuo te virium satis habere, ut ego tecum luctari et congredi debeam. Quod si esses usu atque aetate robustior, essem idem qui soleo, cum sum lacessitus: nunc tecum sic agam, tulisse ut potius iniuriam quam rettulisse gratiam videar. XVII. 48. Neque vero, quid mihi irascare, intelligere possum. Si, quod eum defendo, quem tu accusas, cur tibi ego non suscenseo, quod accusas eum, quem ego defendo? Inimicum ego, inquis, accuso meum. Et amicum ego defendo meum. Non debes tu quemquam in coniurationis quaestione defendere. Immo nemo magis eum, de quo nihil umquam est suspicatus, quam is, qui de aliis multa cogitavit. Cur dixisti testimonium in alios? Quia coactus sum. Cur damnati sunt? Quia creditum est. Regnum est

---

cuius reliqua lectio ignota est, fuisse traditur. Garatonio quoque probata est lectio cod. T in Cur. sec., nisi quod pro *etiam* legendum esse existimat: *et tam.* Lectionem vulgatam pluribus nominibus vitiosam esse apparet; nam 1) falsa est positio vv. *et crud. insidias* pro *crudeles insidias et* (cf. supra § 10, p. 757, 7, ubi item vulgata vitiosa fuerat); 2) insolens est locutio *insidias in rem p. facere*, etiam insolentior altera *insidias constituere*; 3) vitiosa partitio *et -- et potissimum* pro *cum -- tum*; 4) arrogans denique sententia, si Cicero insidiis sibi structis plus tribuisset quam iis quae rei p. factae erant. — 2. *si tam* B — 4. *possint* B S — 6. *incitatum* B post *tuam* habet. — 7. *promitto* B — *adulescentiae. caedo* T (*concedo* coni. Ernesti). — *tute* T B, Erf., codd. Rubenii: *uitae* R — 9. *me oblitum* B: *oblitum* om. T; *oblitum me* R O — 10. *unquam me* T; *me unquam* B — *perstrinxerit* T — 11. *perverterim ac perfregerim* scripsi: *praeverterim ac perfregerim* Erf.; *perverterim aut perfregerim* T; *perculerim* (vel *pertulerim*) *ac perfregerim* codd. Rubenii et Parcensis; *perculerim atque confregerim* B (cf. ad pag. 714, 18); *perverterim* S et codd. vulgares; *praeverterim* O. Cf. Seyff. p. 53 sq. — 12. *his* B — 13. *dicendi consuetudinem* B — 14. *lenitate nova* T: *nova lenitate* R O — *rationis* T — 15. *omnino a me putare* T: *putare omnino a me* R O — 16. *amissum* Erf. T B: *omissum* S — 17. *tuae iniuriae tuae* B — 18. *cum* B — 19. *usu* om. T — 21. *retulisse* mei. — *vere* B — 23. *tibi ego* T: *tibi quoque ipse* R O — *suscenseo* T: *succenseo* R O — *quod accusas* T B: *qui accuses* R O; *qui accusas* Schuetzius. — 24. *inimicum ego* T: *ego* om. R O — *amicum*] *inimicum* T — *ego* om. B — *tu* T B: *tamen* R O — *quemquam in* S: *in* om. T B. Cf. supra p. 755, 22. — 26. *umquam est* T: *est umquam* B O et Erf., ut videtur; *umquam* om. R — 27. *de aliis qui* B — *cogitavit* T B S: *cognovit* Lamb. et 3 codd. Lagomarsiniani teste Niebuhrio. — 28. *coactus sum* B, ut Huldricus coniecit: *sum* om. T R O. Cf. in Verr. III, §. 89: *Cur fecit? coactus est: quis hoc dicit? tota civitas.* — *dampnati* T.

dicere in quem velis, et defendere quem velis. Immo servitus est non dicere in quem velis, et non defendere quem velis. Ac si considerare coeperis utrum magis mihi hoc necesse fuerit facere an istud tibi, intelliges honestius te inimicitiarum modum statuere potuisse quam me humanitatis. 49. An vero, cum honos agebatur familiae vestrae amplissimus, hoc est consulatus parentis tui, sapientissimus vir familiarissimis suis suscensuit pater tuus, cum Sullam et defenderent et laudarent? Intelligebat hanc nobis a maioribus esse traditam disciplinam, ut nullius amicitia ad pericula propulsanda impediremur. At erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio: tum, afflicto P. Sulla, consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est; honoris erat certamen; ereptum repetere vos clamitabatis, ut victi in campo in foro vinceretis: tum qui contra vos pro huius salute pugnabant, amicissimi vestri, quibus non irascebamini, consulatum vobis eripiebant, honori vestro repugnabant, et tamen id inviolata vestra amicitia, integro officio, vetere exemplo atque instituto optimi cuiusque faciebant. XVIII. 50. Ego vero quibus ornamentis adversor tuis? aut cui dignitati vestrae repugno? Quid est quod iam ab hoc expetas? Honos ad patrem, insignia honoris ad te delata sunt. Tu ornatus exuviis huius venis ad eum lacerandum, quem interemisti: ego iacentem et spoliatum defendo et protego. Atque hic tu et reprehendis me, quia defendam, et irasceris. Ego autem non modo tibi non irascor, sed ne reprehendo quidem factum tuum. Te enim existimo tibi statuisse, quid faciendum putares, et satis idoneum officii tui iudicem esse potuisse.

51. At accusat C. Cornelii filius, et id aeque valere debet, ac si pater indicaret. O patrem Cornelium sapientem! qui quod praemii solet esse in indicio reliquerit, quod turpitudinis in confessione, id per accusationem filii susceperit. Sed quid est tandem, quod indicat per istum puerum Cornelius? Si vetera, mihi ignota, cum Hortensio com-

---

1. *et defendere* T: *at sic etiam def.* B; *ac defendere* R O — 2. *et non defendere* B: *et defendere* T; *ac non def.* Sylvius; *ac def.* S; *nec defendere* O cum cod. Franc. 1. — 3. *hoc mihi* B — *istud* Erf. T B, codd. Rubenii: om. R — *intelleges* T — 4. *inimicitiae tuae modum* B — 5. *An vero - - suis succensuit* cod. Parcensis et H. Stephani: *aut vero - - suis non suscensuit* T; *an vero - - suis non succensuit* B et 6 Oxonn.; *at vero - - suis non succ.* S O (sed in S *an* sup. lin.). Cf. Seyff. p. 36. — *fam. vestrae amplissimus* T: *ampl. fam. vestrae* R O — 6. *vir*] *nisi* B — 8. *intelligebat enim hanc* Lambinus. — *hanc*] *enim* B — *traditam esse* B — 9. *pericula propulsanda* T: *propulsanda pericula* R O — *At erat* nos: *aderat* T; *erat* Parc.; *et erat* R O — 10. *tum*] *cum* B — *publio sylla* T — 12. *victi in certamine vel in campo in foro vinceretis tamen contra vos qui pro* B — 14. *id* om. B et cod. C. Stephani. — 15. *vetere* T B: *veteri* R O — *instituto atque exemplo optimi quique* B — 17. *quid est* om. B — *quod quidem ab hoc iam* B — 18. *expetas* mei: *expectas* aliquot deteriores. — *honos* T: *honor* R O — 19. *exuviis huius* Erf., codd. Rubenii, Lag. 20: *exuviis* T B, in quibus *huius* fort. post *ornatus* intercidit; *erumnis* S et codd. dett. — *quem ipse interemisti* B — 20. *et* post *tu* om. B — 21. *quia defenderim* B; *qui defendam* Ernesti. — *tibi non modo* B — 22. *sed neque* B S — 23. *quod* T — *officii tui* Erf. et T: *tui* om. R O — 24. *esse potuisse* scripsi: *potuisse* T; *posuisse* R O. Torrentius voluerat *posse esse*, Gulielmius *fuisse.* — 25. *C.* om. codd. noti. — *et id aeque* T B: *idemque* R O — *deberet uti pater* B — 26. *qui quidquid praemii* B — 27. *in indicio* T B: *in iudicio* S et dett. plerique. — 28. *sed quod* T — *indicat* B S: *indicet* T et Parc. Cf. Wesenberg. Observv. critt. ad or. Sestianam p. 47. — 29. *si vetera* T: *sin ea* B; *si est causa* R O — *cum M. Hortensio* Torrentius in marg.

municata, respondit Hortensius; sin, ut ais, illum conatum Autronii et Catilinae, cum in campo consularibus comitiis, quae a me habita sunt, caedem facere voluerunt: Autronium tum in campo vidimus, sed quid dixi vidisse nos? ego vidi; vos enim tum, iudices, nihil laborabatis neque suspicabamini, ego tectus praesidio firmo amicorum Catilinae tum et Autronii copias et conatum repressi. 52. Num quis est igitur, qui tum dicat in campum adspirasse Sullam? Atqui si tum se cum Catilina societate sceleris coniunxerat, cur ab eo discedebat? cur cum Autronio non erat? cur in pari causa non paria signa criminis reperiuntur? Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando dubitat, ut dicitis, informat ad hoc adumbratum indicium filium, quid tandem de illa nocte dicit, cum inter falcarios ad M. Laecam nocte ea, quae consecuta est posterum diem nonarum Novembrium me consule, Catilinae denuntiatione convenit? quae nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit atque acerbissima. Tum Catilinae dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum descriptio totam per urbem caedis atque incendiorum constituta est; tum tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam sibi officiosam provinciam depoposcit, ut, cum prima luce consulem salutatum veniret, intromissus et meo more et iure amicitiae me in meo lectulo trucidaret. XIX. 53. Hoc tempore, cum arderet acerrime coniuratio, cum Catilina egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Cassius incendiis, Cethegus caedi praeponeretur, Autronio ut occuparet Etruriam praescriberetur, cum omnia ordinarentur, instruerentur, pararentur: ubi fuit Sulla, Corneli? num Romae? immo longe afuit: num in iis regionibus, quo se Catilina inferebat? multo etiam longius: num in agro Camerti, Piceno, Gallico, quas in oras maxime quasi morbus quidam illius furoris pervaserat? nihil vero minus. Fuit enim, ut iam ante dixi, Neapoli; fuit in ea parte Italiae,

---

1. *respondit* T: *respondet* S, 4 Oxonn.; *respondeat* B (?) O — *sin ut ais* T B S, 5 Oxonn., codd. Lagom.: *sin tu ais* aliquot edd. vett. et Lamb. — *conatum* T: *comitatum* R O. Cf. fragm. or. in toga candida: *praetereo illum nefarium conatum tuum, cum Cn. Pisone socio -- caedem optimatum facere voluisti.* — 3. *tum*] *tamen* B — *in cāp* (sic) T — *sed quid* Madvigius (Opusc. I, p. 187): *et quid* codd. (sed T *quod*) et O. Hoc defendit Seyffertus p. 41 coll. or. Verr. IV, § 6: *nuper homines nobiles huius modi, iudices, et quid dico nuper? immo vero modo ac plane ante vidimus,* ubi mihi item *sed quid* in aperta correctione restituendum videtur. — 5. *firmo praesidio* B — 6. *tamen* B — *tum autroni* (om. *et*) T — *igitur* om. B — 7. *in campo* B — *aspirasse* T S — *si tum* om. B — *secum catilinam* T (*se societate cum Cat.* B) — 9. *in pari*] *ire pari* T — *criminis reperiuntur* T B S: *reper. criminis* O — 10. *ipse* om. B — *ut diximus* B; *ut dicis* Torrentius in marg. — 11. *ad hoc* T B S: *adhuc* cum Ernestio O — *indicium adumbratum* B — *filium* T: *filii* B S O — *de* om. T — 12. *dicitur? Cur inter* T — *Laecam* T: *Lectam* vel *Leccam* R — 13. *Nonarum Novembrium* T et B, ut videtur: *nonas nov.* cod. Parc. Torrentii; *non. novembris* S; cf. Tacit. Hist. I, 26. — 17. *tum tuus* T B: *tunc tuus* R O — 18. *confiteatur* B — *sibi* om. B — *provintiam* T — *ut eum* T; *ut cum* sine commate O, qui *cum* pro praepositione habuit, ut etiam Seyffertus p. 45 sq.; at v. Iordan. in *Zeitschr. für die Alterth. Wissenschaft* 1846 p. 1114. — 19. *salutatum consulem* B — *et meo* T: *meo* R O — 20. *lectulo* T B: *lecto* S, Pith., 5 Oxonn., edd. vett. Cf. ad or. in Cat. I, §. 9. — 23. *perscriberetur* S — 24. *instruerentur* T, Parc., Genev., Lamb.: *instituerentur* R O — *num* om. B — 25. *longius* B — *affuit* T; *abfuit* B S O — *num iis* T; *num in his* S — *regionibus* T S: *legionibus* B, codd. Gruteri et Lagg. omnes — *inferebat* T S, alii: *conferebat* B; *referebat* alii. — 26. *quas in oras* T: *quas oras* R O. Cf. or. Verr. V, c. 2, § 6. — 28. *ea* om. B.

quae maxime ista suspicione caruit. 54. Quid ergo indicat aut quid affert aut ipse Cornelius aut vos, qui haec ab illo mandata defertis? Gladiatores emptos esse Fausti simulatione ad caedem ac tumultum. Ita prorsus; interpositi sunt gladiatores, quos testamento patris deberi videmus. Arrepta est familia, quae si esset praetermissa, posset alia familia Fausti munus praebere. Utinam quidem haec ipsa non modo iniquorum invidiae, sed aequorum exspectationi satis facere posset! Properatum vehementer est, cum longe tempus muneris abesset. Quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret. Nec opinante Fausto, cum is neque sciret neque vellet, familia est comparata. 55. At litterae sunt Fausti, per quas ille precibus a P. Sulla petit, ut emat gladiatores, et ut hos ipsos emat; neque solum ad Sullam missae, sed ad L. Caesarem, Q. Pompeium, C. Memmium, quorum de sententia tota res gesta est. At praefuit familiae. Iam si in paranda familia nulla suspicio est, quis praefuerit, nihil ad rem pertinet. † Sed tamen in munere servili obtulit se ad ferramenta prospicienda; praefuit vero numquam, eaque res omni tempore per Bellum, Fausti libertum, administrata est.

XX. 56. At enim Sittius est ab hoc in ulteriorem Hispaniam missus, ut eam provinciam perturbaret. Primum Sittius, iudices, L. Iulio C. Figulo consulibus profectus est aliquanto ante furorem Catilinae et suspicionem huius coniurationis; deinde est profectus non tum primum, sed cum in isdem locis aliquanto ante eadem de causa aliquot annos fuisset; ac profectus est non modo ob causam, sed etiam ob necessariam causam, magna ratione cum Mauritaniae rege contracta. Tum

---

1. *ista* T: *ea* R O — *igitur* B — 2. *haec ab illo* T: *ab eo haec* R O — *deberi videmus* T B et Lamb.: *videmus deberi* R O — 5. *arrepta* T B, codd. plerique: *abrepta* S; *at empta* Lamb. in marg. — 6. *munus* om. B; *minus* T — *praebere*] *praeparari* B — *haec omnia ipsa* B — 7. *invidiae sed* Lambinus: *invidia esset* codd. — *properatum* T B: *preparat* S — 8. *est* T: om. R O — 10. *velle* B — 12. *neque solum ad* T B: *neque ad solum* S; *non solum ad* Torrentius. — *misisse* S — 13. *et Q. Pompeium et G. Memmium* B — *q. pōp.* (sic) in fine versus T — 14. *res gesta est tota* B — *familiae*] *familiae Cornelius* codd. et O. *Cornelius* glossam esse interpretis, qui significare vellet vv. *at praefuit familiae* Cornelii subscriptoris esse, Manutius et Lambinus intellexerunt. Alia praeterea glossa B interpolatus est, qui habet: *familiae fausti Cornelius* — *iam* om. B — *in paranda* T B S, aliquot Lagom., Lamb. in marg.: *in comparanda* O — 15. *nulla susp. est* T S, ed. 1472: *est* om. B; *susp. est nulla* O — *quis praefuerit* T: *quis praefertur* B; *quod profert* S et alii; *quod praefuit* O — *tamen* T B S: *tantum* cod. Monac. electoralis, ut Orelli (in ed. 1836) coniecit; mihi locus transpositione verborum vitiosus et sic fere constituendus videtur: «*At praefuit familiae.*» *Iam si in paranda familia nulla suspicio est, quis praefuerit, nihil ad rem pertinet, praefuit vero numquam.* «*Sed tamen in munere servili obtulit se ad ferramenta prospicienda.*» *Ea quidem (quoque?) res omni tempore per Bellum, Fausti libertum, administrata est.* Cf. tamen Seyff. p. 52. — 16. *in* om. codd. — *ferramenta prospicienda* T S: *feras prospiciendas* B (*perspicienda* male Lamb.) — 17. *res omni tempore* T: *omni tempore* R O post *libertum* habent — *per Balbum* Erf. solus. — 19. *Sittius* T: *Sitius* B et aliquot Lagg.; *Siccius* Erf.; *Sicius*, *Citius*, *Cincius* codd. dett. et sic fere iidem infra. (*P. Sittius* Mommsenius coll. p. 773, 2.) — *missus. Aut eam prouintiam* T — 20. *eam*] *iam* B — *Sitius profectus est iudices* B — 21. *fugulo* T — *ante*] *autem* T — *et suspicionem* T B S, 4 Oxonn.: *et ante susp.* O — 23. *isdem* T: *iisdem* B S O — 24. *ac*] *at* B — *etiam ob* T B et Oxon. H (sed B *etiam* post *causam* habet): *ob* om. R O. Cf. Cic. de Finibus b. et mal. II, c. 17: *non igitur de improbo, sed de callido improbo quaerimus.* — 25. *magna ratione pecuniae* aliquot codd. dett. — *rege*] *regione* B.

autem, illo profecto, Sulla procurante eius rem et gerente, plurimis et pulcherrimis P. Sittii praediis venditis, aes alienum eiusdem est dissolutum; ut, quae causa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinendae possessionis, ea Sittio non fuerit, praediis deminutis. 57. Iam vero illud quam incredibile, quam absurdum, qui Romae caedem facere, qui hanc urbem inflammare vellet, eum familiarissimum suum dimittere ab se et amandare in ultimas terras. Utrum quo facilius Romae ea, quae conabatur, efficeret, si in Hispania turbatum esset? At haec ipsa per se sine ulla coniunctione agebantur. An in tantis rebus, tam novis consiliis, tam periculosis, tam turbulentis, hominem amantissimum sui, familiarissimum, coniunctissimum officiis, consuetudine, usu, dimittendum esse arbitrabatur? Veri simile non est, ut, quem in secundis rebus, quem in otio semper secum habuisset, hunc in adversis et in eo tumultu, quem ipse comparabat, ab se dimitteret. 58. Ipse autem Sittius (non enim mihi deserenda est causa amici veteris atque hospitis) is homo est aut ea familia ac disciplina, ut hoc credi possit, eum bellum populo Romano facere voluisse? ut, cuius pater, cum ceteri deficerent finitimi ac vicini, singulari exstiterit in rem publicam nostram officio et fide, is sibi nefarium bellum contra patriam suscipiendum putaret? cuius aes alienum videmus, iudices, non libidine, sed negotii gerendi studio esse contractum; qui ita Romae debuit, ut in provinciis et in regnis ei maximae pecuniae deberentur, quas cum peteret, non commisit ut sui procuratores quidquam oneris absente se sustinerent: venire omnes suas possessiones et patrimonio se ornatissimo spoliari maluit quam ullam moram cuiquam fieri creditorum suorum. 59. A quo quidem genere, iudices, ego numquam timui, cum in illa rei publicae tempestate versarer. Illud erat hominum genus horribile et pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab iis membra citius divelli ac distrahi posse diceres. Sittius numquam sibi cognationem cum praediis esse existimavit suis. Itaque se non modo ex suspicione tanti sceleris, verum etiam ex omni hominum sermone non armis, sed patrimonio suo vindicavit.

XXI. 60. Iam vero quod obiecit, Pompeianos esse a Sulla impulsos,

---

2. *est* om. TB, 2 Oxonn., ed. 1472; *dissoluisti* S et 4 Oxonn.; *dissolutum est* edd. incerta auctoritate; videtur *ē* post *eiusdē* intercidisse. — 3. *caeteros* T — 5. *Romae* om. B — 6. *eum*] *eum tum* Lamb. — 7. *amandare* T et Parc. Torrentii: *mandare* R — *utrum*] *uirum* S et 5 Oxonn. — 8. *in hyspania* T (*in Hispaniam turbatum isset* cod. Car. Steph.) — *ad haec* T — 9. *coniuratione* B — 11. *consuet. usu* T: *usu consuetudine* R O — 12. *esse* mei: *a se* Lamb. — *arbitrabatur* T B: *arbitraretur* R O — 13. *semper secum* T B S: *secum semper* O — 15. *deseranda* T — *amici causa* B — 16. *ac* T, ed. 1472: *aut ea* B; *aut* S, 2 Oxonn. — *posset cum libellum* B — 17. *populo R.* T, ut Gulielmius coniecit: *rei publicae* R O. Cf. or. Catil. III, § 22. (*populo -- exstiterit* om. B) — 18. *extiterit* T — 20. *putarit* coni. Huldricus. — 22. *ei maximae* T: *maximae ei* R O — 23. *remisit* B — *quicquam honeris* T — 24. *omnis suas positiones* T; *omnes possessiones suas* B — *et de patrimonio suo ornat. se spoliari* B — 25. *hereditorum* T — 26. *illa*] *ea* B — 27. *hominum genus* T: *genus hominum* R O — 28. *complexi suas possessiones* B (*complexi* etiam Lamb.) — *ab his* codd. et O — 29. *citius divelli* T: *divelli citius* R O — *posse*] *potius* B — 30. *suis esse existimavit* Parc. solus ex notis. — 31. *suspitione* T — *etiam* om. B — 32. *vindicavit patr. suo* B — 33. *obiecit* T, Oxon. S et Torrentius coni.: *obicit* B S, cod. Pith.; *subiicit* Ox. C, ed. 1472, O — *esse* om. B.

ut ad istam coniurationem atque ad hoc nefarium facinus accederent, id cuius modi sit, intelligere non possum. An tibi Pompeiani coniurasse videntur? quis hoc dixit umquam? aut quae fuit istius rei vel minima suspicio? Diiunxit, inquit, eos a colonis, ut hoc discidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset per Pompeianos habere. Primum omnis Pompeianorum colonorumque dissensio delata ad patronos est, cum iam inveterasset ac multos annos esset agitata; deinde ita a patronis res cognita est, ut nulla in re a ceterorum sententiis Sulla dissenserit; postremo coloni ipsi sic intelligunt, non Pompeianos a Sulla magis quam sese esse defensos. 61. Atque hoc, iudices, ex hac frequentia colonorum, honestissimorum hominum, intelligere potestis, qui adsunt laborant, hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniae, si in omni fortuna atque omni honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen casu, in quo afflictus iacet, per vos iuvari conservarique cupiunt. Adsunt pari studio Pompeiani, qui ab istis etiam in crimen vocantur; qui ita de ambulatione ac de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent. 62. Ac ne haec quidem P. Sullae mihi videtur silentio praetereunda esse virtus, quod, cum ab hoc illa colonia deducta sit, et cum commoda colonorum a fortunis Pompeianorum rei publicae fortuna diiunxerit, ita carus utrisque est atque iucundus, ut non alteros demovisse, sed utrosque constituisse videatur.

XXII. At enim et gladiatores et omnis ista vis rogationis Caeciliae causa comparabatur. Atque hoc loco in L. Caecilium, pudentissimum atque ornatissimum virum, vehementer invectus est; cuius ego de virtute et constantia, iudices, tantum dico, talem hunc in ista rogatione, quam promulgarat non de tollenda, sed de levanda calamitate fratris sui, fuisse, ut consulere voluerit fratri, cum re publica pugnare nolue-

---

1. *ut* om. B — *atque ad* T B: *ac ad* S; *et ad* O — 2. *an in Pompeianum crimen coniurasse videmur* B — 3. *dixit umquam* T B: *unquam dixit* R O — *istius*] *huiusmodi* B — *vel* om. B — 4. *diiunxit* T: *disiunxit* R O — *inquam* S — *discidio* T B S: *dissidio* O — *atque* B — 5. *facta* om. B — *opidum* T — *per Pompeianos* T: *et Pomp.* R O — 6. *delata est* B — 7. *agitata* T: *exagitata* R O. Cf. in Verr. III, § 141: *sed vetus* (crimen), *agitatum iam et te praetore iactatum.* — *ita* om. B — 8. *disenserit* T — 9. *coloni illi* B — *intellegunt non pompeiano* T — *Pompeianos non magis a S. quam se* B — 11. *assunt* T B — *et laborant* B; at v. p. Quinct. § 75 *adsunt defendunt*; Div. in Caecil. § 11 *adsunt queruntur*; in Verr. I, § 3 *adsit respondeat*, V, § 127 etc. — 12. *defensorem* om. B — 13. *atque omni* T S: *atque in omni* codd. Graevii, 3 Oxonn., ed. 1472 et O (*in omni honore fortunaque* B) — *incolomem* T — 14. *in quo* T B: *in* om. R O — *iuvari* T: *tutari* R O. Iam nemo amplius lectionem *tutari* defendet, quamquam *tutare* apud antiquos scriptores in usu erat (v. Non. p. 476 ed. Merc.) et *tutatur* Fronto p. 260, 1 ed. Nieb. passive dixit. — *conservareque* multae editt. codd. invitis. — 15. *assunt* T S — *ab istis* scripsi: *ab his* T; *ab illis* R O — 16. *ambulatione* T S, codd. plerique: *ambitione* B, 1 Oxon., Lag. 24. — *ac de* T: *et de* R O — 17. *P. Sylle praetereunda est virtus* reliquis om. S — 18. *quod* om. B — *colonia illa* B; *illa coloniae* T — 19. *a fornis* T — 20. *rei publicae* T B S, alii: *populi Romani* O — *diiunxerit* T: *disiunxerit* Erf. et O; *diuiserit* R — *est* om. T — 21. *dimovisse* B — 22. *rogationis caeliae* T — 23. *comparabatur* T B S, alii, ed. 1472: *comparabantur* O — *hoc loco* T S, cod. C. Steph., alii: *hoc in loco* ed. 1472; *in hunc locum* B; *in hoc loco* ed. Grut., quod defendit Seyffertus p. 42. — *Cecilium* T et sic deinceps. — *pudentissimum* T: *prudentissimum* R — 25. *tantum dico tantum ego talem in hac rog.* B — 26. *quam* om. B — *promulgarat* T B, cod. C. Steph.: *promulgavit* R O — *levanda* om. B — 27. *consulere* T B, ed. 1472 et Gulielmius: *consul esse* S et alii; *consultum esse* O, ut S in marg. — *fratri voluisset* B — *cum* mei: *tamen cum* aliquot edd. vett.

rit; promulgarit impulsus amore fraterno, destiterit fratris auctoritate deductus. 63. Atque in ea re per L. Caecilium Sulla accusatur, in qua re est uterque laudandus; primum Caecilius, qui si id promulgavit, in quo res iudicatas videbatur voluisse rescindere, ut restitueretur Sulla, recte reprehendis; status enim rei publicae maxime iudicatis rebus continetur; neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, ut quisquam, dum saluti suorum consulat, communem relinquat. At nihil de iudicio ferebat, sed poenam ambitus eam referebat, quae fuerat nuper, superioribus legibus constituta. Itaque hac rogatione non iudicum sententia, sed legis vitium corrigebatur. Nemo iudicium reprehendit, cum de poena queritur, sed legem; damnatio est enim iudicum, quae manebat; poena legis, quae levabatur. 64. Noli igitur animos eorum ordinum, qui praesunt iudiciis summa cum gravitate et dignitate, alienare a causa. Nemo labefactare iudicium est conatus, nihil est eius modi promulgatum: semper Caecilius in calamitate fratris sui iudicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putavit. XXIII. Sed quid ego de hoc plura disputem? Dicerem fortasse, et facile et libenter dicerem, si paulo etiam longius, quam finis quotidiani officii postulat, L. Caecilium pietas et fraternus amor propulisset: implorarem sensus vestros, unius cuiusque indulgentiam in suos testarer, peterem veniam errato L. Caecilii ex intimis vestris cogitationibus atque ex humanitate communi. 65. Lex dies fuit proposita paucos; ferri coepta numquam, deposita est in senatu. Kalendis Ianuariis cum in Capitolium nos senatum convocassemus, nihil est actum prius, et id mandatu Sullae Q. Metellus praetor se loqui dixit, Sullam illam rogationem de se nolle ferri. Ex illo tempore L. Caecilius egit de re publica multa: agrariae legi, quae tota a me reprehensa et

---

1. *inpulsus* T — 2. *atque*] *ut* B — *L. Celium* B — *accusatur*] *laudatur* B — 3. *re* et *uterque* om. B — *qui si id promulgavit* nos: *qui id promulgauit* T; *qui id promulgarit* B, ed. 1472; *qui id promulgaret* S et plerique (aut *promulgare*); *qui si promulgarit* Pantagathus.— 4. *videatur* coni. Garatoni in Curis secundis. -- *ut restitueretur* Pantagathus: *ut stitueretur* T; *ut statueretur* R O — *Sulla*, *recte reprehendis*] sic T, ut Pantagathus voluerat: *Sulla recte reprehendit* R O. In cod. Parcensi locus sic scriptus est: *qui id promulgarit, in quo fratris casum levare posset. quem quia res iudicatas videbatur voluisse rescindere, ut desisteret Sulla recte reprehendit.* — 5. *in rebus iudicatis* B — 6. *amori fraterno* B — *dandum*] *neque dandum* T; *concessum esse neque dandum* Mommsenius. — *quisque* S — 7. *dum saluti* T, ut Christ. D. Beckius coniecit: *de salute* R O (*cum de salute s. cogitat* B) — *At* Orellius: *atqui* cod. Pith.; om. R O — *de* T: *inde* 1 Oxon.; *de* om. B S, 5 Oxonn. — 8. *penam* T — *eam referebat* T B: *eam ferebat* S et codd. vulg.; *auferebat* cod. Memm. et O — *quae fecerat* T. Comma post *nuper* primus addidi. — 9. *sententia -- uicium corrigebatur* T: *sententiam -- vitium corrigebat* R O — 11. *dampnatio* T — *est enim* T: *enim est* R O — *iudicii* B — 15. *iudicium* T, S m. pr., 2 Oxonn. — *perpetuandam* B S, ed. 1472: *perpetiundam* T et cod. Parc. — 16. *plura de hoc* B — 17. *et facile* om. B — *dicem* T — *paulo* mei: *paullo* O — 18. *cotidiani* T — *l. cecilium pietas* T; in R O est *L. Caec.* post *amor.* — 19. *propulisset* Erf., T B: *protulisset* R O, quam lectionem Seyffertus p. 11 praetulit. — *unicuiusque* T — 20. *veniam errato* T B: *errato veniam* R O — *L. Caecilii* suspectum Beckio Orellius propter positionem uncinis circumdedit, quibus non iam opus erit lectione *veniam errato* ex codd. restituta. — 21. *lex ante paucos dies fuit proposita* B — 22. *cepta* T — *deposita* Erf.: *posita* T R O — 23. *Kal. ianuar.* T B: *r. lateri* (S) *r. lati*, *relaturi*, *r. lata ē* R; *populum r. latuit* lectio vulg. post ed. Crat. — 24. *mandatu* T, cod. Pith., Lamb. in marg.: *mandato* R. Cf. Iordan. ad or. p. Caecina p. 175. — *praetor*] *pr.* S; *p. r.* T; *po. Ro.* B — 25. *nolle illam rogationem de se fieri* B — 26. *egit de rep. multa* T: *multa de re p. egit* R; *multa e rep. egit* O, ut primus Sylvius scribendum esse

abiecta est, se intercessorem fore professus est, improbis largitionibus restitit, senatus auctoritatem numquam impedivit, ita se gessit in tribunatu, ut onere deposito domestici officii nihil postea nisi de rei publicae commodis cogitarit. 66. Atque in ipsa rogatione ne per vim quid ageretur, quis tum nostrum Sullam aut Caecilium verebatur? nonne omnis ille terror, omnis seditionis timor atque opinio ex Autronii improbitate pendebat? eius voces, eius minae ferebantur; eius adspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum nobis seditionesque afferebant. Itaque P. Sulla hoc importunissimo cum honoris, tum etiam calamitatis socio atque comite et secundas fortunas amittere coactus est et in adversis sine ullo remedio atque allevamento permanere.

XXIV. 67. Hic tu epistolam meam saepe recitas, quam ego ad Cn. Pompeium de meis rebus gestis et de summa re publica misi, et ex ea crimen aliquod in P. Sullam quaeris; et, si furorem incredibilem biennio ante conceptum erupisse in meo consulatu scripsi, me hoc demonstrasse dicis, Sullam in illa fuisse superiore coniuratione. Scilicet ego is sum qui existimem, Cn. Pisonem et Catilinam et Vargunteium et Autronium nihil scelerate, nihil audacter ipsos per sese sine P. Sulla facere potuisse. 68. De quo etiam si quis dubitasset antea num, id quod tu arguis, cogitasset, interfecto patre tuo consule descendere Kalendis Ianuariis cum lictoribus, sustulisti hanc suspicionem, cum dixisti hunc, ut Catilinam consulem efficeret, contra patrem tuum operas et manum comparasse. Quod si tibi ego confitear, tu mihi concedas necesse est, hunc, cum Catilinae suffragaretur, nihil de suo consulatu, quem iudicio amiserat, per vim recuperando cogitavisse: neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen, iudices, P. Sullae persona suscipit.

69. Iam enim faciam, criminibus omnibus fere dissolutis, contra atque in ceteris causis fieri solet, ut nunc denique de vita hominis ac de moribus dicam. Etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satis facere exspectationi hominum, de me aliquid ipso, qui accusatus eram, dicere; nunc iam revocandi estis eo, quo vos ipsa

---

proposuit. «Lectio *e re publ.* etsi valde blanditur, tamen non videtur vera esse, quia hoc loco universa haec sententia praemittenda erat sequentibus, multa tribunum negotia publica tractasse; deinde demum *de commodis rei p.* diserte dicitur.» C. D. Beck. — 1. *se intercessorem* T: *interc. se* B et Lambinus; *se* om. R O. Cf. § 14. — *professus* T B: *perpessus* S — 2. *obstitit* B — 3. *onere*] *honore* B — *de rep.* T — 4. *in*] *etiam* B — *ne quid per vim* B et Lamb. — *ageretur egit* B; *agerent* maluit Ernesti. — 5. *tum* T, 2 codd. Francii, ed. 1472: *inde* B; *tamen* cod. C. Steph., alii, O (*tamen nostrum tum* S); *tandem* Sylvius et Lamb.— *vestrum* ed. 1472 — 7. *aspectus* T — 8. *metum*] *tumultum* Schuetz.— 9. *cum* T: *tum* R O — 11. *alleniamento atque remedio* B — 12. *sepe* T: *saepius* B — *Gñ.* T — 13. *de summa re p.* T B et Lamb. in marg.: *de summa rei p.* R — 14. *et si* T B S, cod. Genev.: *ubi si* cod. Busbequii, quod vereor ut etiam nunc Seyffertus (v. p. 37) praeferat; *et quia* O — 15. *et rupisse* T — 16. *superiorem* T — *ego is* T: *ego* om. R O — 17. *Varguteium* T — 20. *tu*] *tu modo* B — *cogitasset ut interfecto - - descenderet* B (*descenderet* habet etiam T, sed *ut* non item.) — 21. *lictoribus? Sustulisti* O — *sustuli - - dixi* T — 22. *faceret* B — *manum et operas* B — 23. *ego tibi* B — *confitear* T: *confiteor* R O — 24. *suo*] *meo* T — 26. *persona syllae* B — 30. *expectationi* T — *de me aliquid ipso qui acc. eram* Erf. et T: *et de me ipso qui accus. eram aliquid dicere* B; *de me. aliquid de ipso qui accusatus erat* S et sic fere codd. dett. (ex Lagom. solus 20 *accusatus eram* habet.)

causa, etiam tacente me, cogit animos mentesque convertere. XXV. Omnibus in rebus, iudices, quae graviores maioresque sunt, quid quisque voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum. Neque enim potest quisquam nostrum subito fingi, neque cuiusquam repente vita mutari aut natura converti. 70. Circumspicite paulisper mentibus vestris, ut alia mittamus, hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri fuerunt. Catilina contra rem publicam coniuravit. Cuius aures umquam haec respuerunt conatum esse audacter hominem a pueritia non solum intemperantia et scelere, sed etiam consuetudine et studio in omni flagitio, stupro, caede versatum? Quis eum contra patriam pugnantem perisse miratur, quem semper omnes ad civile latrocinium natum putaverunt? Quis Lentuli societates cum indicibus, quis insaniam libidinum, quis perversam atque impiam religionem recordatur, qui illum aut nefarie cogitasse aut stulte sperasse miretur? Quis de C. Cethego atque eius in Hispaniam profectione ac de vulnere Q. Metelli Pii cogitat, cui non ad illius poenam carcer aedificatus esse videatur? 71. Omitto ceteros, ne sit infinitum; tantum a vobis peto, ut taciti de omnibus, quos coniurasse cognitum est, cogitetis: intelligetis unum quemque eorum prius ab sua vita quam vestra suspicione esse damnatum. Ipsum illum Autronium, quoniam eius nomen finitimum maxime est huius periculo et crimini, non sua vita ac natura convicit? Semper audax, petulans, libidinosus; quem in stuprorum defensionibus non solum verbis uti improbissimis solitum esse scimus, verum etiam pugnis et calcibus; quem exturbare homines ex possessionibus, caedem facere vicinorum, spoliare fana sociorum, vi [conatum] et armis disturbare iudicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non rei publicae cedere, non fortunae ipsi succumbere. Huius si causa non manifestissimis rebus teneretur, tamen eum mores ipsius ac vita convin-

---

1. *cogit animos mentesque convertere*] sic Erf. solus: *cogit* B; *cogit animus* T S et sic vel *animis* codd. rell. noti. — 2. *iudices* om. T — 3. *qui accusatus vel arguitur* B — 5. *fringi* T — *atque natura* B — 6. *paulisper* mei: *paullisper* O — *mittamus* T: *omittamus* R O — 8. *umquam haec* T: *hoc unquam* B, *umquam hoc* R O — *audacter* T: om. R O — 9. *a pueritia* codd. noti: *usque a pueritia* O — *intemperantia*] «Ex vita hominis probat mores orator; qui Catilinae a puero erant, aucti sunt consuetudine et studio, unde reponendum: *non solum in intemperantia.*» Spengelius in *Schneidewini Philologo* II, p. 297. Equidem explico: non solum intemperanti sua natura et scelesta, sed etiam etc. — 10. *versatum*] *grassatum* Erf. Cf. Seyfferti epist. p. 12. — 11. *perisse* mei: *periisse* O — *ad civile patrocinium notum* T — 14. *aut nefarie cogitasse aut stulte sperasse* Erf.: *aut nef. cogitasse aut stulte cogitasse* T; *nefarie atque stulte cogitasse* B; *aut nefarie aut stulte cogitasse* R — 15. *hyspaniam* T — 18. *intelligitis* T S — 19. *eorum* T B S, alii: *illorum* ed. 1472, O — *ab sua* T: *a sua* R O — *vestra* T: *a nostra* cod. Parc. (prob. Seyfferto p. 26); *nostra* R O — *suspitione esse dampnatum* T — 20. *maxime finitimum est huic p.* B — 21. *sua vita ac natura* T: *sua natura* B; *sua haec vita* codd. Palatini, ed. 1472; *sua hac (ac) vita* 3 Oxonn.; *sua consuetudine ac vita* S; *sua ante acta vita* cod. Car. Steph., Bern., O — *convicit* T: *convincit* R O — 22. *stuprum* T — 23. *improb. uti* B — *verum*] *quem* B — 24. *quem* om. B — *ex* T: *e* R O — 25. *vi conatum et armis* codd. plerique, sed B *vi et armis conatum*, T *vi et conatum et armis*, sed ita ut prius *et* a librario ipso deletum sit; *vi conatu et armis* 4 Oxonn.; *conatum* inducendum esse vidit Lambinus; *vi coactis et armatis* coni. Orelli. — 26. *omnis contempnerē* T — 28. *eum* om. B — *convinceret* T B, cod. C. Steph., 2 Oxonn.: *convincerent* S O. Cf. c. 22 init. Madv. Gramm. lat. § 213, b et adde Cic. de imp. Cn. Pomp. § 35. Tac. Ann. I, 56. II, 26.

ceret. XXVI. 72. Agedum, conferte nunc cum illius vitam P. Sullae, vobis populoque Romano notissimam, iudices, et eam ante oculos vestros proponite. Ecquod est huius factum aut commissum non dicam audacius, sed quod cuiquam paulo minus consideratum videretur? Factum quaero? verbum ecquod umquam ex ore huius excidit, in quo quisquam posset offendi? At vero in illa gravi L. Sullae turbulentaque victoria quis P. Sulla mitior, quis misericordior inventus est? quam multorum hic vitam est a L. Sulla deprecatus! quam multi sunt summi homines et ornatissimi et nostri et equestris ordinis, quorum pro salute se hic Sullae obligavit! quos ego nominarem; neque enim ipsi nolunt et huic animo gratissimo adsunt: sed quia maius est beneficium, quam posse debet civis civi dare, ideo a vobis peto, ut quod potuit tempori tribuatis, quod fecit ipsi. 73. Quid reliquam constantiam vitae commemorem? dignitatem, liberalitatem, moderationem in privatis rebus, splendorem in publicis? quae ita deformata sunt a fortuna, ut tamen a natura inchoata compareant. Quae domus! quae celebratio quotidiana! quae familiarium dignitas! quae studia amicorum! quae ex quoque ordine multitudo! Haec diu multumque et multo labore quaesita una eripuit hora. Accepit P. Sulla, iudices, vulnus vehemens et mortiferum, verum tamen eius modi, quod videretur huius vita et natura accipere potuisse. Honestatis enim et dignitatis habuisse nimis magnam iudicatus est cupiditatem: quam si nemo alius habuit in consulatu petendo, cupidior iudicatus est hic fuisse quam ceteri: sin etiam in aliis nonnullis fuit iste consulatus amor, fortuna in hoc fuit fortasse gravior quam in ceteris. 74. Postea vero quis P. Sullam nisi maerentem, demissum afflictumque vidit? quis umquam est suspicatus, hunc magis odio quam pudore hominum adspectum lucemque vitare? Qui cum multa haberet invitamenta urbis et fori propter summa studia amicorum, quae tamen ei sola in malis restiterunt, afuit ab oculis vestris, et, cum lege retineretur, ipse

---

1. *cum illius vitam* B S, Bern., 4 Oxonn.: *cum illius vita* T; *cum illius vita vitam* ed. Iunt. et Lamb. (cf. Tusc. V, § 64); *cum illis vitam* 2 codd. Francii, 3 codd. Lallem., Mon. electoralis, ed. 1472, O. Cf. or. Verr. IV, § 45: *ut non conferam vitam tuam cum illius.* Lectio codicis T per se ipsa non est falsa, sed h. l. vix probanda, cum sequatur: *vobis -- notissimam.* — 3. *ecquod*] *et quod* mei et sic paulo post. — *est* T B: om. R O — 4. *paulo* mei: *paullo* O — 5. *et quod unquam verbum* B — *eius* S — *in quo* T B et unus Oxon.: *quo* Oxon. χ; *ut* cod. C. Steph. et Bern.; *unde* R O — 6. *turbulentaque victoria* T: *victoria turbulentaque* R O — 7. *quis misericordior inventus est* Erf. solus: om. codd. rell., etiam T — *quam* om. codd. noti; primus addidit Hervagius ex Gellii Noct. Att. VII (VI), 16, 6. — 8. *sunt etiam summi* B — 9. *aequestri* T — 10. *hic se* B — *neque enim*] *nisi quia* B — 11. *assunt* T — 12. *quod potuit -- quid* om. B — 13. *vitae dignitatem liberalitatem me commemorante recordamini moderationem* B — 14. *libertatem* T — 15. *deformata sunt a fort.* T: *a fort. deform. sunt* R O — 16. *conpareant* T; *comparentur* S pr. m. — *cotidiana* T — 17. *familiarium* T B: *familiaris* R O. Cf. § 77. — *quaeque ex* B — 18. *multumque* T, Erf. et Parc.: *multum* B S et codd. dett. — *ac* B — 19. *hora*] *dies* S m. pr. — *vulnus vehemens* T B S et codd. plerique: *vehemens vulnus* cod. Victorianus, ed. Ascens. 1511, O, quod praetulit Seyffertus p. 33. — 20. *huius vita* T B: *eius vita* R O — *et*] *ac* B, fort. recte, ut est § 71. *vita ac natura* et ibid. *mores ac vita*; § 69. *vita ac mores.* — 21. *enim* T et Parc.: *quidem* B; *enim* om. R O — 23. *hic iudicatus est* B — *etiam*] *autem* B — 25. *nisi*] *non* S — *merentem* T S — *afflictum demissumque* B — 27. *aspectum* T — 28. *quae tantum* B — 29. *afuit* Lambinus: *affuit* T; *abfuit* B S O — *nostris* B, cod. C. Steph. et Oxon. T — *retineretur*] *non mereretur* B.

se exilio paene multavit. XXVII. In hoc vos pudore, iudices, et in hac vita tanto sceleri locum fuisse creditis? Adspicite ipsum, contuemini os, conferte crimen cum vita; vitam ab initio usque ad hoc tempus explicatam cum crimine recognoscite. 75. Mitto rem publicam, quae fuit semper Sullae carissima: hosne amicos, tales viros, tam cupidos sui, per quos res eius secundae quondam erant ornatae, nunc sublevantur adversae, crudelissime perire voluit, ut cum Lentulo et Catilina et Cethego foedissimam vitam ac miserrimam, turpissima morte proposita, degeret? Non, inquam, cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio. Nova quaedam illa immanitas exorta est; incredibilis fuit ac singularis furor; ex multis ab adolescentia collectis perditorum hominum vitiis repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit. 76. Nolite, iudices, arbitrari, hominum illum impetum et conatum fuisse — neque enim ulla gens tam barbara aut tam immanis umquam fuit, in qua non modo tot, sed unus tam crudelis hostis patriae sit inventus —: beluae quaedam illae ex portentis immanes ac ferae, forma hominum indutae, exstiterunt. Perspicite etiam atque etiam, iudices, — nihil enim est, quod in hac causa dici possit vehementius —: penitus introspicite Catilinae, Autronii, Cethegi, Lentuli, ceterorumque mentes: quas vos in his libidines, quae flagitia, quas turpitudines, quantas audacias, quam incredibiles furores, quas notas facinorum, quae indicia parricidiorum, quantos acervos scelerum reperietis! Ex magnis et diuturnis et iam desperatis rei publicae morbis ista repente vis erupit, ut ea confecta et eiecta convalescere aliquando et sanari civitas posset; neque enim est quisquam qui arbitretur, illis inclusis in re publica pestibus diutius haec stare potuisse. Itaque eos non ad perficiendum scelus, sed ad luendas rei publicae poenas Furiae quaedam incitaverunt. XXVIII. 77. In hunc igitur gregem vos nunc P. Sullam, iudices, ex his, qui cum hoc vivunt aut vixerunt, honestissimorum

---

1. *poenae* T — *iudices* B (?), 1 Oxon. et cod. Victorianus, ut Graevius coniecit: *iudicii* T R, quam lectionem defendit Seyffertus p. 38 explicans: Sulla non inertia neque ignavia quadam aut necessitate ulla, sed *iudicio* patria caruit, coll. Cic. de Orat. II, § 10 et Nep. Att. 15, 3. — 2. *aspicite* T — *ipsum*] *hunc* B — *intuemini* B — 3. *os*] *hos* T B — *conferre* T — *crimen cum vita: vitam ab initio usque ad hoc tempus explicatam cum crimine recogn.*] sic Erf. et T, nisi quod in Erf. *usque* non fuisse traditur, quod ego ex T addidi: *crimen cum vita ab initio ad hoc tempus explicata cum crim. recogn.* B; *crimen cum vita usque ad hoc tempus explicata cum crim. rec.* S et codd. dett. — 4. *semper fuit S.* B; *fuit S. semper* S — 6. *ornatae* Mon. electoralis et ed. 1472: *ordinatae* T B S — 8. *faedissimam* T — 9. *non inquam cadit* T S, Oxonn. omnes: *non cadit, non, inquam, cadit* Parc. Lamb. et O. At v. Seyff. p. 24 (*non cadit in hos inquit* B) — 10. *ista*] *haec* B — *inmanitas* T, et sic infra in hoc verbo et in cognatis. — 11. *furor ac singul. fuit* B — 12. *perdit. hom. collectis* B — *ista tanta* T S, ed. 1472: *tanta ista* B O — *inportunitas* T; *immanitas importunitas* B — 13. *arbitrare* T (*nolite inquit arbitrari iud.* B) — 15. *sed nec unus crudelis* B — 16. *patriae* om. B — *beluae* T R S: *belluae* O — 17. *formas* B — *extiterunt* T; *fuerunt* B — 18. *iudices*] *uidete* B. Cf. ad p. 754, 19. — *possit* B (?) et ed. Ascens. 1511: *posset* T R — 19. *paenitus* T — 21. *notas facinorum* T: *notas scelerum* R O — 22. *inditia* T — *acervos scelerum* T: *acervos facinorum* R O — *repperietis* T — 24. *reiecta* B — *et sanari aliquando* B — 25. *posset* Ernesti: *possit* codd. — *arbitraretur* B — 26. *haec*] *hoc imperium* cod. Victorianus et Lamb. — 28. *vos iudices publium syllam* B — 29. *ex iis* ed. 1472. — *aut* T: *atque* R O.

amicorum gregibus, reiicietis? ex hoc hominum numero, ex hac familiarium dignitate in impiorum partem atque in parricidarum sedem atque numerum transferetis? Ubi erit igitur illud firmissimum praesidium pudoris? quo in loco nobis vita ante acta proderit? quod ad tempus existimationis partae fructus reservabitur, si non extremo discrimine ac dimicatione fortunae deserviet? si non aderit? si nihil adiuvabit?

78. Quaestiones nobis servorum accusator et tormenta minitatur; in quibus quamquam nihil periculi suspicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque cum animi, tum corporis, regit quaesitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur. Vita P. Sullae torqueatur; ex ea quaeratur, num quae occultetur libido, num quod lateat facinus, num quae crudelitas, num quae audacia. Nihil erroris erit in causa nec obscuritatis, iudices, si a vobis vitae perpetuae vox, ea quae verissima et gravissima debet esse, audietur. 79. Nullum in hac causa testem timemus; nihil quemquam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamen, si nihil vos P. Sullae fortuna movet, iudices, vestra moveat. Vestra enim, qui cum summa elegantia atque integritate vixistis, hoc maxime interest, non ex libidine aut simultate aut levitate testium causas honestorum hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus repentinisque periculis vitam unius cuiusque esse testem. Quam vos, iudices, nolite armis suis spoliatam atque nudatam obiicere invidiae, dedere suspicioni. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum: valeat ad poenam et ad salutem plurimum, quam solam videtis ipsam ex sua natura facillime perspici, subito flecti fingique non posse.

XXIX. 80. Quid vero? haec auctoritas — semper enim est de ea dicendum, quamquam a me timide modiceque dicetur —, quid, inquam,

---

1. *amicorum gregibus* T: *hominum gregibus* R O — *reicietis* T — *et ex hoc* B — *familiarium* T et B corr.: *familiarum* S, unus Oxon., ed. Asc. 1511; *familiari* ed. 1472, O. cf. § 73. — 2. *atque in* T B: *in* om. S et alii. — *sedem* T: *cedem* vel *caedem* B S, codd. alii et edd. vett.; *coetum* O auctoritate incerta. — *atque* T: *a* B; *ac* R O — 3. *firmissimum* T, ut Lambinus coniecit: *fortissimum* R O. Cf. § 51 *praesidio firmo*. p. Mur. § 52, in Verr. V, § 60, de imp. Cn. Pomp. §§ 31. 34 etc. — 5. *parta* T — *si non* T: *si in* R O — *ac dimic.*] *ad mutationem* B — 6. *deserviet* scripsi: *deserit* T B S, 2 Oxonn., alii (sed habet deinde T *nsi* pro *si*); *deseruit* 2 Oxonn., ed. 1472; *deseritur* Ox. χ; *deseruerit* cod. Victorianus; *deseret* cod. Francii I et O. Cf. supra § 26. — *si* ante *nihil* om. T — 7. *accusator et tormenta* T: *ac tormenta accusator* R O — *in quibus -- suspic.* om. B — 8. *nihil* S: om. T (est in T *periculi* ultima vox paginae, ut fort. *periculi nihil* scribendum sit.) — 9. *cum animi* T, ut Stuerenburg coniecit: *tum animi* R O (*cuiusque animum corporis* B) — 10. *quesitor* T; *quaestor* S et alii (*regit quaes.* om. B) — *ut* om. B — 11. *loci veritati* B — *torqueatur* T B: *torquatur* 2 Lagg.; *torquate* S, codd. plerique et edd. vett., unde Torrentius *Torquate exquiratur* coniecit. — 12. *occultetur quae libido* B — 13. *erit erroris* B — *nec*] *vel* B — 14. *ea* om. B — *verissima et gravissima* T: *gravissima et verissima* Parc.; *gravissima* R O — 16. *quempiam* B — *n. audisse n. vidisse* B — 18. *qui*] *qua* T — *cum* om. B — 19. *non ex -- ponderari*] *ne ex -- ponderetis* B — 21. *testem esse sinatis* B — 22. *obicere* T — *delere suspicationi* T — 24. *ad salutem vita plurimum* B; contra Lamb. *haec* post *valeat* addidit. Cf. Seyff. p. 24. — 25. *ipse* T; fort. *ipsa*; *per se* Mommsenius. — *ex sua natura* T: *ex vi sua natura* S; *ex natura sua et vi* B; *ex vi sua naturaque* alii, O — *fingique*] *frangi* B — 27. *haec vestra auctoritas* B — *semper*] *saepe* Spengelius. — *est de ea dicendum* T: *de ea est dic.* B; *de ea dic. est* R O — 28. *modiceque* T B: *modice* S et 4 Oxonn.; *et modice* 1 Oxon. — *inquam* T B, ed. 1472: om. S et 4 Oxonn.

haec auctoritas nostra, qui a ceteris coniurationis causis abstinuimus, P. Sullam defendimus, nihil hunc tandem iuvabit? Grave est hoc dictum fortasse, iudices; grave, si appetimus aliquid; si, cum ceteri de nobis silent, non etiam nosmet ipsi tacemus, grave: sed, si laedimur, si accusamur, si in invidiam vocamur, profecto conceditis, iudices, ut nobis libertatem retinere liceat, si minus liceat dignitatem. 81. Accusati sunt uno nomine consulares, ut iam videatur honoris amplissimi nomen plus invidiae quam dignitatis afferre. Adfuerunt, inquit, Catilinae, illumque laudarunt. Nulla tum patebat, nulla erat cognita coniuratio; defendebant amicum, aderant supplici, vitae eius turpitudinem in summis eius periculis non insequebantur. Quin etiam parens tuus, Torquate, consul reo de pecuniis repetundis Catilinae fuit advocatus, improbo homini, at supplici, fortasse audaci, at aliquando amico. Cui cum adfuit post delatam ad eum primam illam coniurationem, indicavit se audisse aliquid, non credidisse. At idem non adfuit alio in iudicio, cum adessent ceteri. Si postea cognorat ipse aliquid, quod in consulatu ignorasset, ignoscendum est iis, qui postea nihil audierunt: sin illa res prima valuit, num inveterata quam recens debuit esse gravior? Sed si tuus parens etiam in ipsa suspicione periculi sui tamen humanitate adductus advocationem hominis improbissimi sella curuli atque ornamentis et suis et consulatus honestavit, quid est, quam ob rem consulares, qui Catilinae adfuerunt, reprehendantur? 82. At idem iis, qui ante hunc causam de coniuratione dixerunt, non adfuerunt. Tanto scelere adstrictis hominibus statuerunt nihil a se adiumenti, nihil opis, nihil auxilii ferri oportere. Atque ut de eorum constantia atque animo in rem publicam dicam, quorum tacita gravitas et fides de uno quoque loquitur neque cuiusquam ornamenta orationis desiderat, potest quisquam dicere umquam meliores, fortiores, constantiores consulares fuisse, quam iis temporibus et periculis, quibus paene oppressa est res publica? Quis non de communi salute optime, quis non fortissime, quis non constantissime sensit? Neque ego praeci-

---

1. *vestra* B — 2. *hunc tandem*] *haec inquam* B — *grave est hoc dictum fort. iud.* Erf. solus: om. codd. rell., etiam T — 4. *non* om. B — *ipsi de nobis tacemus* B — *sed* om. B — 5. *conceditis* T B S, codd. plerique: *concedetis* cod. Mon. electoralis, 2 Oxonn., Franc. I, O. Cf. in Verr. IV, § 3. — 7. *uno nomine* codices: *omnes uno nomine* Lamb. et O. At v. Seyff. p. 42. — 8. *affuerunt* T S — *inquid* T — 9. *laudaverunt* B — *nulla tum* T, ed. 1472: *nulla tamen* S; *nihil tamen* B — 12. *repetundis*] hic incipit fragmentum, quod hodie in cod. Erfurtensi (= E) exstat. — *at*] *ac* S — 13. *affuit* E T S, et sic deinde. — 14. *illam primam* B — *iudicavit* T — 15. *Si* S: *sed* E T B, ed. 1472. — 16. *cognoverat* B — *ignorasset*] *non esset* B, ex *non nosset*, ut est in Parcensi Torrentii. — 17. *his* T — *sin illa res prima* E T S, alii: *si nulla res publica* B; *sin illa res de pecuniis repetundis prima* codd. aliquot deteriores. — *num* E T: *non* R O — 18. *in ipsa* E T: *in illa* R O — 19. *tui* S — *tamen*] *cum* B — 20. *curili* T — 21. *quid est quare* B — 22. *idem* T: *iidem* R O — *his* T B; *hi* S — *hanc* T — 23. *astrictis* T S; *asstrictis* E — 24. *ferre* E T et 1 Oxon.; *fore* B, sed *fieri* sup. lin.; fort. *nihil se adiumenti -- ferre oportere.* — 25. *in rep.* T — 27. *dicere quisquam* E solus. — *melioris fortioris constantioris consularis* E (*fort. et constantiores* B) — 28. *quam his* T, fort. recte, scil. temporibus quae nuper fuerunt. — 29. *poene* T — *optime* Spengelius (in *Schneidew. Philol.* II, p. 297): *apertissime* codd. (*aptissime* Mon. elector. et Oxon. H). «Dicit orator *meliores*, *fortiores*, *constantiores*; iam repetit secundum et tertium, *fortissime, constantissime,* primum *apertissime* non convenit.» Supra quoque § 30 eadem tria adiectiva coniuncta leguntur; itemque paulo post eadem tria membra redeunt, sed mutato ordine: *plus virtutis*, *plus amoris in rem p.*, *plus gravitatis.*

pue de consularibus disputo; nam haec et hominum ornatissimorum, qui praetores fuerunt, et universi senatus communis est laus, ut constet post hominum memoriam numquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in rem publicam, plus gravitatis fuisse: sed quia sunt descripti consulares, de his tantum mihi dicendum putavi, quod satis esset ad testandam omnium memoriam, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, virtute, auctoritate incubuerit ad rem publicam conservandam.

XXX. 83. Sed quid? ego, qui Catilinam non laudavi, qui reo Catilinae consul non adfui, qui testimonium de coniuratione dixi in alios, adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor, ut, cum consul bellum gesserim cum coniuratis, nunc eorum ducem servare cupiam, et in animum inducam, cuius nuper ferrum rettuderim flammamque restinxerim, eiusdem nunc causam vitamque defendere? Si medius fidius, iudices, non me ipsa res publica, meis laboribus et periculis conservata, ad gravitatem animi et constantiam sua dignitate revocaret, tamen hoc natura est insitum, ut, quem timueris, quicum de vita fortunisque contenderis, cuius ex insidiis evaseris, hunc semper oderis. Sed cum agatur honos meus amplissimus, gloria rerum gestarum singularis, cum, quotiens quisque est in hoc scelere convictus, totiens renovetur memoria per me inventae salutis: ego sim tam demens, ego committam, ut ea, quae pro salute omnium gessi, casu magis et felicitate a me quam virtute et consilio gesta esse videantur? 84. Quid ergo? hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam, ut, quia tu defendis, innocens iudicetur? Ego vero, iudices, non modo mihi nihil assumo, in quo quispiam repugnet, sed etiam, si quid ab omnibus conceditur, id reddo ac remitto. Non in ea re publica versor, non iis temporibus meum caput obtuli pro patria periculis omnibus, non aut ita sunt exstincti, quos vici, aut ita grati, quos servavi, ut ego mihi plus appetere coner, quam quantum omnes inimici invidique patiantur. 85. Grave esse videtur eum, qui investigarit coniurationem, qui patefecerit, qui oppresserit, cui senatus singularibus verbis gratias egerit, cui uni togato supplicationem decreverit, dicere in iudicio: non

---

1. *disputo*] *dico seu disputo* S — 2. *laus est* B — 4. *in rep.* T — 5. *ad testandam* E, ut Lambinus coniecit: *adtestandum* T, *attestantem* B S, alii; *attestante* O — 6. *omnium memoriam* E T: *memoriam omnium* R; *memoria o.* O — *illius honoris* B — 7. *virtute et auct.* B — 10. *testimonium coniurationis* B — 11. *vobis*] *sum* B — *alienus*] *avius* codd. Arusiani p. 217 Lindem. — 12. *a me* om. B — 13. *servare* E T B S: *conservare* alii. — *et animum inducam* mavult Madvigius *Bemerkungen über lat. Sprachl.* pag. 11. — 14. *retuderim* codd. et O. Cf. lect. var. ad p. 687, 14. — 15. *defendam* B — 16. *ipsa rep.* T; *r. p. ipsa* B — 18. *cum quo de* B — 20. *amplissima* B — *cum quotiens* - - *salutis* om. E — *quotiens* T: om. B; *quoties* O — *quisque* T B: *quisquam* R O — 21. *in* om. Lamb.; at v. Cic. de Invent. II, § 32. Tac. Ann. XV, 44. Schol. ad Iuven. VI, 638. — *totiens* T: *toties* O — *memoria* om. B — 22. *sim* om. T — 25. *defendis* E T B et S corr.: *defenderis* S pr. m., O — 26. *mihi nihil* E T S, alii: *nihil mihi* O; *mihi nihil assumo* om. B — *etiam* om. B — 27. *concedetur* S — 28. *meum caput* E: *caput meum* T R O — *pro patria* ed. Crat. 1528: *pro patriae* codd. noti, etiam E teste Freundio. — 29. *non aut ita* - - *omnes* om. B — *extincti* T S — *graui* T, corr. m. eadem. — 30. *ut ego* E S. *ut eo* T B, 3 Oxonn. — *quam quantum*] *quăquă tum* E T — 31. *grave enim esse* B — *videtur* E T B S: *videretur* O — *eum* om. B — 33. *cui uno* T — *decrerit* B.

defenderem, si coniurasset. Non dico id, quod grave est: dico illud, quod in his causis coniurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo: Ego ille coniurationis investigator atque ultor certe non defenderem Sullam, si coniurasse arbitrarer. Ego, iudices, de tantis omnium periculis cum quaererem omnia, multa audirem, crederem non omnia, caverem omnia, dico hoc, quod initio dixi, nullius indicio, nullius nuntio, nullius suspicione, nullius litteris de P. Sulla rem ullam ad me esse delatam. XXXI. 86. Quam ob rem vos, di patrii ac penates, qui huic urbi atque huic rei publicae praesidetis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, qui populum Romanum, qui haec tecta atque templa me consule vestro numine auxilioque servastis, testor integro me animo ac libero P. Sullae causam defendere; nullum a me sciente facinus occultari, nullum scelus susceptum contra salutem omnium defendi ac tegi. Nihil de hoc consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil audivi. 87. Itaque idem ego ille, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum, persolvi patriae quod debui; reliqua iam a me meae perpetuae consuetudini naturaeque debentur: tam sum misericors, iudices, quam vos; tam mitis, quam qui lenissimus. In quo vehemens fui vobiscum, nihil feci nisi coactus; rei publicae praecipitanti subveni, patriam demersam extuli; misericordia civium adducti tum fuimus tam vehementes quam necesse fuit. Salus esset amissa omnium una nocte, nisi esset severitas illa suscepta. Sed ut ad sceleratorum poenam amore rei publicae sum adductus, sic ad salutem innocentium voluntate deducor.

88. Nihil video esse in hoc P. Sulla, iudices, odio dignum, misericordia digna multa. Neque enim nunc propulsandae calamitatis suae causa supplex ad vos, iudices, confugit, sed ne qua generi ac nomini suo nota nefariae turpitudinis inuratur. Nam ipse quidem, si erit vestro iudicio liberatus, quae habet ornamenta, quae solatia reliqua vitae, quibus laetari ac perfrui possit? Domus erit, credo, exornata; aperientur maiorum imagines; ipse ornatum ac vestitum pristinum recuperabit. Omnia, iudices, haec amissa sunt; omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius iudicii calamitate occiderunt. Sed ne exstinctor patriae, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti sceleris in familia relinquat, id laborat, id metuit; ne denique hic miser

---

2. *assumo* B — 5. *multa audirem* om. S; *multa audirem - - caverem omnia* om. T et 2 Oxonn. — *crederem non omnia* E: *non crederem omnia* B S, cod. Mon. elect., ed. 1472, O — 6. *quod in initio* T; *quod in iudicio* B — *nullius iudicio* E — *nullius nuncio* E solus: om. codd. rell. et O — 7. *suspicatione* S — *nullius litteris* E T B: *nullis litteris* S — *de P. Sulla* E T B et Lamb. in marg.: *de rep. syllae* S; *de reatu P. Syllae* cod. C. Steph.; *de re P. Sullae* edd. priores. — 8. *di* T: *dii* O — *patri ac paenates* T — 9. *rei publicae* E T B: *imperio* R O — 10. *qui populum R.* E T: *populo romano* B; *populi R.* S, ut Bake in *Bibliotheca crit. nova* V, p. 511 voluerat; *populumque Romanum* Bern., O — 11. *nomine* T; *munimine* B — 13. *suspectum* S m. pr. — 15. *ego idem ille* Lamb. — 16. *esse* om. B, 1 Oxon. — 18. *quas vos* T — 19. *ni* B — 20. *tum* E T: *tunc* R O — 21. *salus fuit* B — *amissa omnium* E T: *omnium amissa* R O — 22. *paenam* T — 23. *sic*] *si* T — *ducor* T — 25. *nunc* om. B, 3 Oxonn. — 26. *ad nos confugit* S — *ne* om. E — *qua* om. B — 27. *iudicio vestro* B — 28. *reliqua vitae* E: *reliquae vitae* T R O. Cf. Seyffertus p. 15. — 29. *ac* E T: *et* R O — 30. *pristinum* E: om. T R O — *recuperauit* T — 32. *occiderunt* E T B S: *conciderunt* Parc. — *extinctor* T S — 33. *ne hostis*] *ut hostis* T — *sceleris* E T B, Pith.: *generis* R O. Cf. or. p. Caelio § 52. — 34. *in familia* habet B ante *tanti scel.* — *ne denique - - metuit* E T: om. codd. rell.

coniurati et conscelerati et proditoris filius nominetur: huic puero, qui est ei vita sua multo carior, metuit, cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne aeternam memoriam dedecoris relinquat. 89. Hic vos orat, iudices, parvus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at ut afflicta, patri suo gratulari sinatis; huic misero notiora sunt itinera iudiciorum et fori quam campi et disciplinarum. Non iam de vita P. Sullae, iudices, sed de sepultura contenditur: vita erepta est superiore iudicio; nunc, ne corpus eiiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui, quod eum in hac vita teneat? aut quid est, quam ob rem haec cuiquam vita videatur? XXXII. Nuper is homo fuit in civitate P. Sulla, ut nemo ei se neque honore neque gratia neque fortunis anteferret: nunc spoliatus omni dignitate, quae erepta sunt, non repetit; quod fortuna in malis reliqui fecit, ut cum parente, cum liberis, cum fratre, cum his necessariis lugere suam calamitatem liceat, id sibi ne eripiatis, vos, iudices, obtestatur. 90. Te ipsum iam, Torquate, expletum huius miseriis esse par erat: etsi nihil aliud Sullae nisi consulatum abstulissetis, tamen eo contentos vos esse oportebat: honoris enim contentio vos ad causam, non inimicitiae deduxerunt. Sed cum huic omnia cum honore detracta sint, cum in hac fortuna miserrima ac luctuosissima destitutus sit, quid est quod expetas amplius? Lucisne hanc usuram eripere vis, plenam lacrimarum atque maeroris, in qua cum maximo cruciatu ac dolore retinetur? Libenter reddiderit, adempta ignominia foedissimi criminis. An vero inimicum ut expellas? cuius ex miseriis, si esses crudelissimus, videndo fructum caperes maiorem quam audiendo. 91. O miserum et infelicem illum diem, quo consul omnibus centuriis P. Sulla renuntiatus est! o falsam spem! o volucrem fortunam! o caecam cupiditatem! o praeposteram gratulationem! quam cito illa omnia ex laetitia et voluptate ad luctum et lacrimas reciderunt, ut, qui paulo ante consul designatus fuisset, repente nullum vestigium retineret pristinae dignitatis! Quid enim erat mali, quod huic spoliato fama, honore, fortunis deesse videretur? aut cui novae calamitati locus ullus relictus esset? Urget eadem fortuna, quae coepit; repperit novum maerorem; non patitur hominem calamitosum uno malo afflictum uno in luctu perire.

---

3. *hic*] *hoc* T — 4. *iudices* om. S — *parvus*] *patruus* S — *at ut* E T B: *ut* om. R O — 5. *afflicto* E — *itinera iudiciorum* E T: *iudic. itinera* R O — 6. *campi et disciplinarum* E: *disciplinarum et scholae* Parc.; *campi* om. T; *campi et* om. R — 7. *supultura* T — 8. *eiciatur* T — 9. *hac vita* E T B, Lamb.: *vita hac* R O — 11. *neque fortunis* E T B S (sed B *fortuna*), alii: *nec fort.* O — 12. *non reposcit sed quod* B — 13. *reliquis* B — 14. *iungere* S — *calamitatem suam possit id ne sibi* B — *vos iudices* E T B, ed. 1472, Lamb.: *iudices vos* S O. Cf. infra p. 785, 13. — 15. *huius mis. esse* E T B: *esse* om. R; *esse huius mis.* O — 16. *par erat* E T B: *pateat* R — *nisi*] *quam* B — 17. *contentos vos* E B: *vos contentos* T R O — 18. *adduxerunt* B — *detractata sunt* T — 19. *miserrima* E T et Lamb. in marg.: *misera* R O — *destitutus est* E; *nudus destitutus sit* susp. Seyffertus p. 13. — 20. *expetas* E S: *expectas* T; *expectes* B — *hanc*] *huius* Lamb. — 21. *dolore et cruciatu* B — *ac* E T: *atque* R O — 22. *fedissimi* T — 24. *maiorem caperes* E solus — *et* om. A; cf. Seyff. p. 47. — 25. *ab omnibus* B — *denunciatus* B — 27. *illa*] *sylla* T — *et*] *ex* T (*ex volupt. ex laetitia* B) — 28. *lachrymasque* B; *et ad lacrimas* Torrentius. — 29. *rep. nullum vest. retineret* E T: *retineret nullum rep. suffragium* (in marg. *vestigium*) B; *retineret rep. nullum vest.* R O — 30. *fama honore* E T B: *honore fama* R O — 31. *calamitatis* S — *relictus esse* cod. Parcensis: *relictus esset* R O; *rel. esse putaretur* Lamb.; *relictus est* maluit Fr. Car. Wolffius. — 32. *caepit* T; *ceperat* B — *repperit* E S: *reoperit* (sic) T; *reperit* R O — *novum errorem* B — 33. *uno malo* E T B: *uno modo* R O.

XXXIII. 92. Sed iam impedior egomet, iudices, dolore animi, ne de huius miseria plura dicam. Vestrae sunt iam partes, iudices; in vestra mansuetudine atque humanitate causam totam repono. Vos reiectione interposita, nihil suspicantibus nobis, repentini in nos iudices consedistis, ab accusatoribus delecti ad spem acerbitatis, a fortuna nobis ad praesidium innocentiae constituti. Ut ego, quid de me populus Romanus existimaret, quia severus in improbos fueram, laboravi, et quae prima innocentis mihi defensio est oblata suscepi: sic vos severitatem iudiciorum, quae per hos menses in homines audacissimos facta sunt, lenitate ac misericordia mitigate. 93. Hoc cum a vobis impetrare causa ipsa debet, tum est vestri animi atque virtutis declarare, non esse eos vos, ad quos potissimum interposita reiectione devenire convenerit. In quo ego vos, iudices, quantum meus in vos amor postulat, tantum hortor, ut communi studio, quoniam in re publica coniuncti sumus, mansuetudine et misericordia nostra falsam a nobis crudelitatis famam repellamus.

---

2. *miseriis* B — *sunt iam* E T B: *iam sunt* R O — 3. *tutam reperio* B (*depono* coni. Garat. in Cur. sec. coll. or. p. Caec. § 103.) — *reiectione* A B: *ex reiectione* E T; *et reiect.* S R (*ex reiect.* praeferunt Seyff. p. 5 et Mommsenius.) — 6. *destituti* E solus; at v. Seyff. p. 13. — *ego ut quid* B — 8. *mihi innocentis* B — *sic vos*] *mitto* B — 9. *facta sunt* E T, ut Lamb. coniecit: *facta est* R O — *lenitatem ea ac benignitate. Hoc* B — 10. *cum*] *autem* B; *tum* S — *a vobis impetrare* E T B: *impetrare a vobis* R O — *causa ipsa* E T: *ipsa causa* R O — 11. *tamen* B — 12. *pervenire* B — 13. *ego* om. B — *vos iudices* E T B: *iudices vos* R O — *in vos amor* E T: *amor in vos* R O — 14. *in re p.* mei: *in rebus* aliquot dett. — *fuimus* B — 15. *nostra* cod. Bern. et Lambinus: *uostra* S et cod. Mon. elector.; *uestra* E T O (*mansuetudine mea et vestra* om. *miseric.* B); cf. Seyff. p. 14.

M. TULLII CICERONIS

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA

ORATIO AD IUDICES.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

G = Cod. Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5352, membr. sec. XII. a me ipso collatus.
E = Cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum (vid. supra p. 516.) pagg. 76 sqq. et Freundium p. 41 sq.
P = lectiones a P. Pithoeo ad margines exempli editionis Lambinianae a. 1581, quod exstat in bibliotheca Heidelbergensi, adscriptae. Post Graevium iterum excripsit Halmius.
S = Scholiastes Ambrosianus ap. Ang. Maium *Class. Auctt. e Vatic. codd. edit.* T. II. p. 237 sqq., ed. nostrae p. 353 sqq.
B = Cod. Barberinus prior Garatonii.
Reliquas notas vide supra p. 517.

I. 1. Si quid est in me ingenii, iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse, earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque repetens hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quod si haec vox, huius hortatu praeceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit, a quo id accepimus, quo ceteris opitulari et alios servare possemus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, et opem et salutem ferre debemus. 2. Ac ne quis a nobis hoc

---

Inscriptio orationis. *M.t.ciceronis pro Aulo archita poeta* E; *PRO AULO LICINIO ARCHIA POETA* G P.

1. *Si quid est ingenii in me, quod sentio quam sit exiguum* habet Quintilianus *I. O.* XI. 1, 19. 3, 97. — 5. *Licinius*] *licinius archia* ex glossemate G — 6. *petere* E — 12. *possumus* G E.

ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii neque haec dicendi ratio aut disciplina, ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur. II. 3. Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quaestione legitima et in iudicio publico, cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos iudices, tanto conventu hominum ac frequentia, hoc uti genere dicendi, quod non modo a consuetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat, quaeso a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis, quem ad modum spero, non molestam, ut me pro summo poëta atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum litteratissimorum, hac vestra humanitate, hoc denique praetore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis ac litterarum paulo loqui liberius et in eius modi persona, quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est, uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi. 4. Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam, perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numero civium, verum etiam, si non esset, putetis adsciscendum fuisse.

III. Nam ut primum ex pueris excessit Archias atque ab iis artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiae (nam ibi natus est loco nobili), celebri quondam urbe et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti, celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. Post in ceteris Asiae partibus cunctaque Graecia sic eius adventus celebrabantur, ut famam ingenii exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret. 5. Erat Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio vehementius tum colebantur, quam nunc isdem in oppidis, et hic Romae propter tranquillitatem rei publicae non negligebantur. Itaque hunc et Tarentini et Regini et Neapolitani civitate ceterisque praemiis donarunt, et omnes, qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus, Romam venit Mario consule et Catulo. Nactus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset. Statim Luculli,

2. *aut*] *ac* L — *ne*] *nec* P — *huic uni* Lambinus: *huic cunti* codd. Lagomarsiniani tres; *huic cuncti* G E L O; *huicce uni* Puteanus. — 4. *uinclum* G — 5. *Sed*] *si* P — 6. *cum res* - - *virum* habet S — *agitatur* S, unde Maius *agitetur*; sed vid. Madvig *Op*. II. p. 317. — 7. *aput* S — *rectissimum* S. Cf. Madvig l. l. — 13. *hoc denique* - - *iudicium* habet S — 17. *mihi* om. E P — 20. *assciscendum* E. «Et sic deinceps *asscribi, asscripti* et *asscriptum*.» Freund. — 21. *ab his* G — 25. *celeriter ei ut antecelleret* L — 26. *cunctaque Graecia* B L: *cunctaeque Graeciae* G E P O. Cf. Madvig *Op*. II. p. 301. — 27. *celebrantur* E — 28. *admirationemque* G E — *tum* G E: *tunc* A L O — 30. *isdem* G: *iisdem* E A L O — 31. *rei publicae*] *.p. R.* G E P — *neglegebantur* G E — *Itaque* - - *donarunt* habet S — *hunc*] *unum* S — 32. *Regini* G E S A: *Rhegini* L O — 36. *quorum* - - *adhibere posset* habet S — *altera* - - *alterum* S — *maxumas* G — *cum* om. E — 37. *auris* S.

cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. † Sed etiam hoc non solum ingenii ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huius adolescentiae prima fuit, eadem esset familiarissima senectuti. 6. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi Numidico et eius Pio filio; audiebatur a M. Aemilio; vivebat cum Q. Catulo et patre et filio; a L. Crasso colebatur; Lucullos vero et Drusum et Octavios et Catonem et totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore, quod eum non solum colebant qui aliquid percipere atque audire studebant, verum etiam si qui forte simulabant. IV. Interim satis longo intervallo cum esset cum M. Lucullo in Siciliam profectus et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam. Quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere, adscribi se in eam civitatem voluit idque, cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli ab Heracliensibus impetravit. 7. Data est civitas Silvani lege et Carbonis, «si qui foederatis civitatibus adscripti fuissent; si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent;» et «si sexaginta diebus apud praetorem essent professi.» Cum hic domicilium Romae multos iam annos haberet, professus est apud praetorem Q. Metellum, familiarissimum suum. 8. Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico amplius; causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Grati, potest? Heracleaene esse tum adscriptum negabis? Adest vir summa auctoritate et religione et fide M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire, non audisse, sed vidisse, non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines, huius iudicii causa cum mandatis et cum publico testimonio venerunt, qui hunc adscriptum Heracliensem dicunt. Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes. Est ridiculum ad ea, quae habemus, nihil dicere, quaerere, quae habere non possumus, et de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare, et cum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipii ius iurandum fidemque, ea, quae depravari nullo modo possunt, repudiare, tabulas, quas idem dicis so-

---

1. *praetexatus* E — *in domum* P, quam lectionem etiam in E se invenisse dixit Zumptius ad Verr. p. 146. Sed vide supra p. 447. v. 39. — 2. *Sed etiam hoc*] *Sed enim hoc* cum ed. Aldina L; *etenim hoc* mg. ℒ; *Est iam hoc* Garatonius; *Sed est iam hoc* Stuerenburg; *Sed iam hoc* Halmius; *Specimen iam hoc* Madvigius. — 3. *virtutis fuit, ut* cum ed. Veneta (a. 1483) L — *adulescentiae* G — *fuit* codd. Lagomarsiniani novem: *fuerit* G E A L O; *faverit* Weiskius; *patuerit* Reizius; *patuit* Madvigius. — 4. *Erat - - M. Aemilio* habet S — *iocundus* G — *Q.* om. L — 5. *et Pio eius filio* L; sed cf. pro Cluentio § 25: *A. Aurium et eius Lucium filium.* Brut. § 98: *Ser. Galba, cuius Gaio filio.* De deor. nat. III. § 39: *Leucotheam, quae fuit Ino, et eius Palaemonem filium.* — 6. *cum Quinto Catulo patre - - Hortensiorum domum* habet S — *Lucullus* S — 10. *longo satis* L — 11. *cum M. Lucullo* Schuetzius: *cum L. Lucullo* G E L O — *Ciliciam* cum ed. Hervagiana L — 13. *cum* om. P — 14. *Heracliensibus* G E S (ubique): *Heracleensibus* cum Ernestio O — 15. *Sillani* E; *Silani* G L. Hotomani et Manutii emendationem confirmare videtur cod. Lagom. 66. — 19. *praetoremque Metellum* E — 20. *de civitate hac lege* Puteanus. — 21. *Grati* Gruterus: *gratis* G E P A; *Gracche* L. Cf. § 12. — 22. *tum* G E P: *cum* A L; *tu cum* Halmius. — 23. *M.* G E A: *L.* cum ed. Hervagiana L O; om. P — *audisse* G E: *audivisse* A L O — 25. *huius*] *qui huius* cum ed. Camerarii L — 26. *venerunt* delendum censet Mommsenius. — *ascriptum Heracliae esse dicunt* L; *adscriptum* † *Heracleensem dicunt* O — *hic tu tabulas desideres Heracliensium, quas interisse scimus omnes* habet S — 27. *tabellas* G E P — 28. *habemus*] *videmus* G.

lere corrumpi, desiderare. 9. An domicilium Romae non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit? At non est professus. Immo vero iis tabulis professus, quae solae ex illa professione collegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. V. Nam cum Appii tabulae neglegentius asservatae dicerentur, Gabinii, quam diu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum praetorem et ad iudices venerit et unius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomine A. Licinii videtis. 10. Quae cum ita sint, quid est quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit adscriptus? Etenim cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebant, Reginos credo aut Locrenses aut Neapolitanos aut Tarentinos, quod scaenicis artificibus largiri solebant, id huic, summa ingenii praedito gloria, noluisse. Quid? cum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint, hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracliensem esse voluit, reiicietur? 11. Census nostros requiris. Scilicet: est enim obscurum proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitum fuisse, superioribus cum eodem quaestore fuisse in Asia, primis, Iulio et Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo indicat eum, qui sit census, [ita] se iam tum gessisse pro cive, iis temporibus, quem tu criminaris ne ipsius quidem iudicio in civium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit nostris legibus et adiit hereditates civium Romanorum et in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo proconsule. VI. Quaere argumenta, si quae potes; numquam enim hic neque suo neque amicorum iudicio revincetur.

12. Quaeres a nobis, Grati, cur tanto opere hoc homine delectemur.

---

1. *An domicilium -- habuit is* G E P L: *At domicilium -- habuit is* A; *At domicilium -- habuit. Is* cum Ilgenio O — 2. *ante* om. G E P — *ciuitate data* P — 3. *At*] *An* E P — 4. *optinent* G — 5. *neglegentius* G — *Gabinii quam diu incolumis fuit* habet S — *Gabii* P — *quam diu -- resignasset* habet Servius ad Virg. Aen. IV, 244. — 10. *tabulis*] *talibus* E P — 11. *nomine* B L: *nomen (nom̄)* G E A O (*nulla in litura nomen* Mommsenius.) — 12. *dubitatis* G E. Conf. Wesenberg ad orationem pro Sestio p. 47. — *in* om. L — 13. *multi sed aut* P — *et* om. E — 14. *gratuito*] *grauat in* (superscr. eadem manu «vel *gratuito*») G; *vel gratuito grauat* E; *gratuito grauat* P; *gratuito non grauate* Graevius et omissa voce *gratuito* Stuerenburg. — *Graecia*] *gratia* (*gra̅*) G E — *impercíebant* G E: *impertiebantur* A O — 15. *Reginos* G E A: *Rheginos* L O — *scaenicis* v. c. in mg. ℒ et A: *scenicis* G E L O — 16. *huic*] *cui* P — 17. *noluisse*] *noluisse. sed credendum est* E — *post civitatem -- aliquo modo* om. P — 18. *inrepserunt* G, *irrepserunt* E — 19. *ne*] *nec* G E — 20. *reicietur* G — *Census nostros requiris* habet S — *requiris scilicet. Est* A O — 21. *proxumis* G — *cum L. Lucullo aput exercitum fuisse* habet S — 24. *censam*] *censeam* G E; *censitam* A — 25. *ita* om. L — 26. *hiis* G — *quem -- iudicio* cod. Oxoniensis C: *quae -- iudicio* G E; *quibus -- iudicio* A; *per quae -- iudicio eum* L; *quae -- iudicio cum* ℒ O — 27. *iure esse -- civium Romanorum* om. E — *et testamentum s. f. n. legibus* habet S — *nostris*] *nobis* L — 29. *L. Lucullo proconsule* Graevius: *L. Lucullo P. R. consule* P; *L. Lucullo praetore consule* E; *L. Lucullo .p. r. et consule* G; *L. Lucullo praetore et consule* A L O — *si quae* G E: *si qua* A L O — 30. *hic* om. E — *convincetur* L — 31. *Quaeris* L — *Grati* Gruterus: *gratti* G E P; *Gracce* A; *Gracche* L — *tanto opere* G P: *tantopere* E A L — *homine*] *nomine* E.

Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus, aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor me his studiis esse deditum: ceteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt, ut nihil possint ex iis neque ad communem afferre fructum neque in adspectum lucemque proferre; me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, iudices, ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit aut voluptas avocarit aut denique somnus retardarit? 13. Quare quis tandem me reprehendat aut quis mihi iure suscenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero? Atque hoc eo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas, quae, quantacumque in me est, numquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur, illa quidem certe, quae summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio. 14. Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exsilii parvi esse ducenda, numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas, quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt! quas ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

VII. 15. Quaeret quispiam: Quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditae sunt, istane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare; sed tamen est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac

---

1. *animus ex*] *enim lex* G E P — 3. *cotidie* G — 4. *doctrina -- animos* om. E P — 6. *se ita* L — 7. *iis* Madvigius: *his* ceteri. — 9. *a nullius* G E A L: *ab nullius* O — *commodum* codd. Lagomarsiniani quinque, A L (*tempore aut commodum meum*, deletis verbis *aut otium*, Garatonius.) — 10. *auocauerit* G — 13. *ipsas* G — 14. *temporis* cum ed. Aldina L — 15. *alueolo* G E P (in G ead. m. superscr. «vel *aleae*): *aleae* A L O — *quantum denique -- pilae*] *quia eloqui pilu* S — 16. *eo* Lambinus: *ideo* codd. Lagomarsiniani undecim, A; *adeo* G E O (*Atque id eo mihi* Nauck in Iahnii *Ann. Nov. Supplem.* VIII. p. 292.) — 18. *in me est* A L: *est in me* O; *est* om. G E P — 21. *persuasissem* L — *magnopere* G E A L — 23. *omnis* G — *exilia* G E P. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 31. n. 2. — 25. *perfligatorum* (per compendium) E — *cotidianos* G — *coniecissem* Halmius. — 26. *plene* G — *sunt omnes* E — *plene* G — *sapientum* L — 28. *accenderet* E A. Cf. Val. Max. VIII, 14, 1: *si tamen litterarum quoque lumen illis accessisset.* — 34. *effers laudibus* G E: *laudibus effers* A L O — 36. *quod* G E (*est quod respondeam* deleto v. *certum* Mommsenius.) — *Ergo* E P.

virtute fuisse et sine doctrina, naturae ipsius habitu prope divino, per se ipsos et moderatos et graves exstitisse fateor. Etiam illud adiungo, saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego hoc contendo, cum ad naturam eximiam et illustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum illud nescio quid praeclarum ac singulare solere exsistere: 16. ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem, Africanum; ex hoc C. Laelium, L. Furium, moderatissimos homines et continentissimos; ex hoc fortissimum virum et illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem; qui profecto, si nihil ad percipiendam colendamque virtutem litteris adiuvarentur, numquam se ad earum studium contulissent. Quod si non hic tantus fructus ostenderetur, et si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animi remissionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceterae neque temporum sunt neque aetatum omnium neque locorum; at haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

VIII. 17. Quod si ipsi haec neque attingere neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non commoveretur? qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus celeritatemque ingeniorum negligemus? 18. Quotiens ego hunc Archiam vidi, iudices, — utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis, — quotiens ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de iis ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore! quotiens revocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis! Quae vero accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem perveniret. Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defen-

---

1. *fuisse sine doctrina et naturae* Schuetzius. — *naturae ipsius -- sine doctrina* om. E P — *habitatu* G — 3. *quam s. n. v. doctrinam* om. P — 4. *hoc* G E: om. ceteri. — *natura* G — 5. *et* G E: *atque* A L O — *inlustrem* G — *oratio* P — *confirmatioque* A — 6. *exsistere solere* L — 7. *hunc*] «Aut dele aut *illum* substitue. Pro Cael. c. 17 (§ 39): *Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fabricios, Curios.* Atque ita semper de antiquis et mortuis.» Garat. Sed vide Halmium ad h. l. in ed. Lips. — 8. *affricanum* E — *moderatissimos* G E P: *modestissimos* A L — 10. *M.* om. G E A. Praenomen absorptum a praecedenti littera addidit C. Stephanus. Cf. p. Sulla § 23: *M. illi Catoni seni.* p. Plancio § 20: *de M. Catone illo.* Verr. lib. II § 5: *ille M. Cato Sapiens.* — 11. *que* om. G E P (*colendam* pro glossemate habet Mommsenius; *atque colendam* suspicatur Halmius.) — *adiuvaremur* Tollius. Sed vide Garatonium ad or. p. Sestio c. 67. p. 274. — 13. *animi remissionem* Naugerius in ed. Victoriana (ex coni. Laz. Bonamici teste Grutero): *animadversionem* G E P A; *animi adversionem* cum Grutero O — 15. *at* G E P: om. ceteri. Cf. de imp. Cn. Pompeii § 15. — 16. *adolescentia* E — *alunt* Hervagius: *agunt* G E P A; *acuunt* Gulielmius. Cf. Brut. § 126. — 17. *profugium* (per compendium) G — *inpediunt* G — 21. *Quis animo tam agresti et duro fuit, ut Rosci morte non moreretur* (sic) S — *animo tam agresti* S L — 25. *nos*] *hos* Ernestius; sed vide Halmium. — *neglegemus* G — 26. *Quotiens* G A (ubique): *quoties* E L O — *architam* E — 29. *iis*] *his* G E A — 30. *quotiens ego reuocatum* G — 32. *perveniret* G E P: *pervenirent* A L O — 33. *ego*] *ego uero* P.

dendum putem? Atque sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia et doctrina et praeceptis et arte constare, poëtam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. 19. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poëtae nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa et solitudines voci respondent, bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt: nos instituti rebus optimis non poëtarum voce moveamur? Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt; permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt. IX. Ergo illi alienum, quia poëta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus? praesertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam. Nam et Cimbricas res adolescens attigit et ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. 20. Neque enim quisquam est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: eius, a quo sua virtus optime praedicaretur. Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari. 21. Mithridaticum vero bellum, magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc expressum est: qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum, et regiis quondam opibus et ipsa natura regionis vallatum; populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit; populi Romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio atque totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam; nostra semper feretur et praedicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis et incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis; nostra sunt tropaea, no-

---

1. *Atque* G E: *Atqui* A L O — 4. *afflari* L — 5. *nobis* om. P — 6. *uidentur* E — *sanctum*] *secundum* E — 8. *Saxa atque solitudines voci - - consistunt* habet Quintilianus *I. O.* VIII, 3, 75. IX, 4, 44; *Saxa atque solitudines voci respondent* idem XI, 1, 34. 3, 84. 167. — *uoce* G E (*voci* iam A) — 10. *Chii ut suum* L — *vindicant* G E A: *vendicant* cum ed. Iuntina L O — 11. *smirnii* G E; *Smyrnii* A — 12. *eius*] *ei* L — 14. *qui et*] *et qui* G E A L — 15. *repudiabimus* ed. Aldina: *repudiamus* G E A O. Cf. § 17 et 22. — 18. *iocundus* G — 19. *quisque* E — 20. *praeconium facile* cum ed. Iuntina L — 21. *quod acroama*] *qualia carmina quod acroama* E — 22. *cuius*] *cuiuis* E — 23. *Marius ille item* L; *ille Marius* (om. *item*) P; *ille idem* (deleto nomine) Bakius *Schol. Hypomn.* IV. p. 189 et 196. (*manus* pro *marius* E) — *illa* (sic) *Marius idem eximiae L. Clodium dilexit* S — *L. Plautium* L — 25. *mari terraque* G — 28. *inlustrant* G — Malim *L. Lucullo.* Cf. v. 33. — 29. *naturae regione* G E P; *natura et regione* Mommsenius; *natura egregie* Benecke coll. Caes. B. G. II, 29. — 30. *innumerabilis* G — 31. *cizicenorum* G E A — 32. *atque totius* G E: *ac totius* A L O — 33. *conservatam* cum ed. Victoriana L — 34. *classis est*, *incredibilis* Garatonius.

stra monumenta, nostri triumphi: quae quorum ingeniis efferuntur, ab iis populi Romani fama celebratur. 22. Carus fuit Africano superiori noster Ennius; itaque etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore. At iis laudibus certe non solum ipse, qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In caelum huius proavus Cato tollitur: magnus honos populi Romani rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrum laude decorantur. X. Ergo illum, qui haec fecerat, Rudinum hominem, maiores nostri in civitatem receperunt: nos hunc Heracliensem, multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate eiiciemus?

23. Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis sane, continentur. Quare si res eae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt, tum iis certe, qui de vita gloriae causa dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. 24. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset, «O fortunate» inquit «adolescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!» Et vere: nam nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, nonne Theophanem Mytilenaeum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit, et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriae commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt? 25. Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit! Sulla, cum Hispanos et Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset! quem nos in contione vidimus, cum ei libellum malus poëta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantum modo alternis

---

1. *quae* G E (in G superscr. «vel *quia*»): *que* P; *quia* A; *quare* cum ed. Aldina L O — *ingenus (ingen')* G — *efferuntur* Madvigius et Wunderus (Mus. Rhen. III, 2 p. 275.): *haec feruntur* (ex antiquiore scriptura *ecferuntur*) G E A L O — *ab his* G — 2. *affricano* E — 4. *e marmore. At iis* Honor. Fascitellus: *et marmoratis* G E A; *e marmoratis* P. Pro *e* cum Klotzio scripsi *ex* coll. Wesenb. ad or. p. Sestio p. 32. (*ex marmore: cuius* Mommsenius et Halmius.) — *ipse qui laudatur* G E P: *ipsi laudantur* A; *ipsi qui laudantur* L O — 6. *rebus* om. P — 8. *Ergo -- hominem* habet S — *Rudinum* S et Ant. Augustinus: *rudem tum* G A; *rudem tu* E; *rudem tamen* P; *Rudium* cum ed. Aldina L — 9. *a multis* L — 11. *eiciamus* G — 14. *fere*] *fert* G — 15. *continet* E — *eae* G: *esse* E; *hae* A — 16. *quo* codd. Lagom. sex et Lambinus: *quo minus* G E A; *quo eminus* Gulielmius. — 17. *eandem* G — 18. *tum his* G A — 20. *magnns* (sic) E — 21. *Sigaeo* L — *achillis .L. tumulum* E — 23. *inueneras* G E P — *nisi Ilias illa exstitisset* Naugerius in ed. Victoriana: *nisi illi ars illa exstitisset* G P; *nisi ars illa exstitisset* E: *nisi illi ars exstitisset* A; *nisi Ilias exstitisset illa* cum P. Manutio L — 24. *Quid noster hic Magnus* habet S — 25. *fortunam*] *forte* E — 26. *Mytilenaeum* nos: *mitilenеum* G E; *Mitilenium* A; *Mitylenaeum* L O — *contione* G: *concione* E A L O — 29. *approbarunt* L — 30. *donaret* E — 31. *donaret et Gallos* E — 32. *uidemus* G E — 33. *epigramma -- versibus* habet S.

versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tum vendebat, iubere ei praemium tribui, sed ea conditione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poëtae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium et virtutem in scribendo et copiam non expetisset? 26. Quid? a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se neque per Lucullos impetravisset? qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubae natis poëtis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet. XI. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum: trahimur omnes studio laudis et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi etiam in iis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt; in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt. 27. Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Attii, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. Iam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Quare, in qua urbe imperatores prope armati poëtarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poëtarum salute abhorrere.

28. Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo et de meo quodam amore gloriae, nimis acri fortasse, verum tamen honesto, vobis confitebor. Nam, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huiusce imperii et pro vita civium proque universa re publica gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit; quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum adornavi. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat praeter hanc laudis et gloriae, qua quidem detracta, iudices, quid est quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam brevi tantis nos

---

1. *ex his rebus quas uendebat iussit enim praetium tribui -- scriberet* S — *ex his* G A — *tum* G E: *tunc* A L O — 2. *sed* S: *sub* ceteri. — *condicione* S — *ne quod* E — 3. *deduxerit* G E — *huius* B: *cuius* G E P A. Cf. var. lect. p. 789. v. 16. — 4. *copiam tamen non* E — *Qui a .p. metello* E P — 6. *praesertim*] *praesentem* E — 7. *etiam Cordubae -- sonantibus* habet S — *Cordubae natis poëtis* cet.] Seneca rhetor. Suasor. VII. a. p. 44 ed. Bip.: *Sextilius Hena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poëta et paene quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poëtas ait, pingue quiddam sonantes atque peregrinum.* — 8. *cederet* E, sed fuit *dederet.* — 10. *traimur* G — *studio laudis* G E: *laudis studio* A L O — 11. *Ipsi illi philosophi -- inscribunt, ut in eo ipso quo* (al. *quod*) *-- nominari velint* habet Ammianus Marcellinus XXII, 7. — *etiam in iis* Madvigius: *etiam in his* Ammianus; *etiam illis* G E P O; *etiam in illis* A L. Cf. Tusc. I. § 34: *Quid nostri philosophi? nonne in iis libris ipsis, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt?* — 13. *praedicari se* (om. *de*) L — *ac se nominari* Ammianus. — 14. *Decimus quidem Brutus* habet S — *summus vir* G E: *summus ille vir* A L O — *Attii*] *acci* G E P A — 15. *monimentorum* G — 16. *etiolis emio* E — 19. *togati*] *locati* G E — 24. *huiusce imperii* codd. Palatini primus et quartus, Lagomarsiniani tres: *huius aeque imperii* G P A; *huius atque imperii* E; *huius urbis atque imperii* cum ed. Aldina L O — 26. *hunc ad perficiendum adoravi* habet S — *adornavi* Klotzius: *adoraui* S; *adortaui* G; *hortaui* P; *adhortatus sum* E; *hortatus sum* A L O. Cf. var. lect. ad Herenn. IV § 22. — 27. *Nulla* G E — 28. *iudices*] *unn* G — 29. *et tam brevi* ex glossemate orta esse suspicatur Garatonius (2) coll. or. p. Rabir. perd. § 30: *exiguum nobis vitae periculum natura circumscripsit, immensum gloriae.* p. Sestio § 47: *nesciebam vitae brevem esse cursum, gloriae sempiternum?*

in laboribus exerceamus? 29. Certe, si nihil animus praesentiret in posterum et si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret neque tot curis vigiliisque angeretur neque totiens de ipsa vita dimicaret. Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet, non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam. XII. 30. An vero tam parvi animi videamur esse omnes, qui in re publica atque in his vitae periculis laboribusque versamur, ut, cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt, consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus, summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia, quae gerebam, iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam. Haec vero sive a meo sensu post mortem afutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector.

31. Quare conservate, iudices, hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari cum dignitate, tum etiam vetustate, ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis, causa vero eius modi, quae beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quae cum ita sint, petimus a vobis, iudices, si qua non modo humana, verum etiam divina in tantis ingeniis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis aeternum se testimonium laudis daturum esse profitetur estque ex eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur. 32. Quae de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse

---

1. *in* ante *lab.* om. B L; sed cf. Tuscul. V § 3: *eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit.* — 2. *est, eisdem*] *iste isdem* G E P — 3. *neque tantis* L — 4. *ageretur* P; *angeret* L — *neque*] *nec* E A — *totiens* E A: *toties* G L O — *ipsa vita* G E: *vita ipsa* A L O — 5. *ac dies* G E: *et dies* A L O — 7. *esse dimetiendam* L; *esse dimetandam* Bergkius; *esse* ┼ *dimittendam* O — 8. *praui* E — *esse* om. E — 12. *An statuas -- reliquerunt* G E: *an cum statuas -- reliquerunt* A; *an cum statuas -- reliquerint* cum P. Manutio L O — 14. *nonne*] *non* L O — 17. *sive* om. G E P — 18. *afutura* G: *affutura* E; *abfutura* A O — *est -- pertinebit*] *sunt -- pertinebunt* B A — *aliquam mei* cod. Ursini, unus e Parisiensibus, tres Lagomarsiniani: *aliquam animi mei* G E A L; *aliquam* [*animi*] *mei* O — 21. *amicorum*] *amicorum studiis* A — 22. *cum* G E P: *tum* A L O — *vetustate* Muretus et Lagom. 18: *venustate* G E A L — 23. *quantum* P. Manutius et Lag. 66: *quanto* G E A. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 25. — *quod a summorum* L — 24. *ingenus (ingen')* G — *huiusmodi* E — 26. *petimus* om. G — 27. *ingeniis* G E: *negotiis* A L O — 28. *qui vos -- ornavit* habet S — *Romani* (i. e. *r.*) om. G — 30. *laudis* G E: *laudum* A L O — *estque ex* Madvigius: *isque est* G E A; *quique est* cum ed. Iuntina L O — 31. *itaque* G E P: *atque* A L O — 32. *fidem accipiatis* L — 33. *Qua* E.

omnibus; quae † firme a me iudicialique consuetudine et de hominis ingenio et communiter de ipsius studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta, ab eo, qui iudicium exercet, certo scio.

---

1. *quae firme* (*firmo* P) *a me iudicialique* G E P A: *quae non ferme a mea iudicialique* Stuerenburg; *quae non fori neque iudiciali* cum ed. Iuntina O; *quae non forensi neque iudiciali* L; *quae a foro aliena iudicialique* Garatonius; *quae forensi aliena iudicialique* Halmius. — *et proprie de hominis ingenio et communiter de meo atque ipsius studio* L — 4. *certo* G et Ernestius: *certe* E A L — Subscriptione carent G E.

M. TULLII CICERONIS

PRO L. VALERIO FLACCO

ORATIO AD IUDICES.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

B = Scholiasta Bobiensis apud Ang. Maium *Class. Auct. e Vatic. codd. edit.* T. II p. 1 seqq. ed. nostrae p. 226 seqq.

C = codex Ambrosianus, unde fragmentum Mediolanense, inter cap. 2 et 3 huius orationis insertum, primus edidit Ang. Maius *Oratt. pro Scauro, pro Tullio, pro Flacco Partes ined.* Mediol. 1814. Cf. Peyronum p. 112 seq. et p. 169 seqq.

V = codex Vaticanus, de quo Garatonius ad Pison. p. 316: «Codex est optimus et antiquissimus, quadrata forma, membranis latissimis, una quaque pagina in tres columnas divisa, marginibus etiam satis amplis interiectis, quem in Tabulario Basilicae versare mihi ac totum conferre licuit. Sexdecim proinde paginae huius fragmentum orationis (in L. Pisonem) continent, quod ante mille pluresque fortasse annos conscriptum est litteris maioribus summa diligentia. Quod deinde sequitur totum minoribus litteris perscribitur, quarum forma quivis facile adducatur ut seculo decimo descriptorem vixisse censeat. Haud certe posterior, paulo tamen antiquior is esse potuit. Ea vero pars est multo maxima, qua fragmenta pro Flacco (§§ 39—54) et pro Fonteio, deinde Philippicae continentur.» Cf. Niebuhrium *Oratt. pro M. Fonteio et pro C. Rabirio Fragmm.* p. 37 seqq. et p. 108 sqq., cuius collatione ea usi sumus, quam nobis e Niebuhrii exemplo Garatoniano exscriptam suppeditavit Halmius. In usum vocavi etiam quas ex hoc codice exscripsit lectiones ipse Garatonius. Cf. supra p. 462.

S = codex Salisburgensis aulicus n. 34, nunc cod. Lat. Monacensis 15734, ab I. G. Krabingero diligentissime collatus.

T = cod. Bernensis n. 254. Cf. Halm *zur Handschriftenkunde der Cic. Schr.* p. 10.

P = «vetus codex», e quo Levinus Torrentius paucas lectiones ad marginem editionis Manutianae (a. 1554) exscripsit.

F = editio Faërni rarissima, Romae 1563.

Cetera sigla vide supra p. 517.

Praeterea consului lectiones codicum sex Oxoniensium et Excerpta Niebuhriana e quindecim codicibus Lagomarsinianis.

I. 1. Cum in maximis periculis huius urbis atque imperii, gravissimo atque acerbissimo rei publicae casu, socio atque adiutore consiliorum

---

Inscriptio Codicis. *Pro L. Valerio Flacco* P; *M. T. Ciceronis pro L. Flacco ad iud. oratio incipit* S; *pro Valerio Flacco* Isidorus Hisp. *Origg.* II, 7, 35.

1. Malim *imperii, in gravissimo* cet. — 2. Grillius (vid. supra ad p. 754 v. 3) fol. 42 a: «ut est in Flacciana: *cum socio et adiutore consiliorum periculorumque meorum flacco caedem a vobis coniugibus liberisque uestris* et cetera.»

periculorumque meorum L. Flacco caedem a vobis, coniugibus, liberis vestris, vastitatem a templis, delubris, urbe, Italia depellebam, sperabam, iudices, honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum quam miseriarum deprecatorem. Quod enim esset praemium dignitatis, quod populus Romanus, cum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret, cum L. Flaccus veterem Valeriae gentis in liberanda patria laudem prope quingentesimo anno rei publicae rettulisset? 2. Sed si forte aliquando aut beneficii huius obtrectator aut virtutis hostis aut laudis invidus exstitisset, existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitae, nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum et lectissimorum virorum iudicium esse subeundum. Etenim quibus auctoribus et defensoribus omnium tum salus esset non civium solum, verum etiam gentium defensa ac retenta, neminem umquam putavi per eos ipsos periculum huius fortunis atque insidias creaturum. Quod si esset aliquando futurum, ut aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, numquam tamen existimavi, iudices, D. Laelium, optimi viri filium, optima ipsum spe praeditum summae dignitatis, eam suscepturum accusationem, quae sceleratorum civium potius odio et furori quam ipsius virtuti atque institutae adolescentiae conveniret. Etenim cum a clarissimis viris iustissimas inimicitias saepe cum bene meritis civibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus quemquam amicum rei publicae, posteaquam L. Flacci amor in patriam perspectus esset, novas huic inimicitias nulla accepta iniuria denuntiaturum. 3. Sed quoniam, iudices, multa nos et in nostris rebus et in re publica fefellerunt, ferimus ea, quae sunt ferenda: tantum a vobis petimus, ut omnia rei publicae subsidia, totum statum civitatis, omnem memoriam temporum praeteritorum, salutem praesentium, spem reliquorum in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc uno iudicio positam esse et defixam putetis. Si umquam res publica consilium, gravitatem, sapientiam iudicum imploravit, hoc, hoc, inquam, tempore implorat. II. Non estis de Lydorum aut Mysorum aut Phrygum, qui huc corrupti concitatique venerunt, sed de vestra re publica iudicaturi, de civitatis statu, de communi salute, de spe bonorum omnium, si qua reliqua est etiam nunc, quae fortium civium mentes cogitationesque sustentet. Omnia alia perfugia bonorum, praesidia innocentium, subsidia rei publicae, consilia, auxilia, iura ceciderunt. 4. Quem enim appellem? quem obtester? quem implorem? Senatumne? At is ipse auxilium petit a vobis et confirmationem auctoritatis suae vestrae po-

---

3. *honorum* F L — 6. «Recentiores inde ab Ernestio distinguunt: *prope quingentesimo anno rei publicae*, *retulisset*. Sed *rei publicae* dativum esse regique a verbo *retulisset* docet Sal. Huldricus (*Progr. Gymn. Turic.* a. 1812). Cf. Philipp. I § 12.» Or. — 7. *detulisset* S — 9. *extimabam* S — 10. *et lectissimorum* om. T — 15. *de lucii pernicie* S T A — 18. *institutae*] «Sic plerique (*instituto* L, *institutis* Halmius); potest corruptum videri, cum adverbium aliquod *praeclare*, *honeste* desideretur. Attamen simile illud est Cluentianae § 42: *et voluntate et instituta ratione vitae.*» Or. — 20. *esse* om. S — 25. *civitatis* om. T — 27. *nostra* - - *nostris* T — *posita esse et defixa* Halmius. — 28. *Si umquam* - - *iudicaturi* habet B — *sapientiam* B S: *sapientiam*, *providentiam* ceteri. — 29. *iudicium* T et pr. S — *hoc hoc inquam tempore* B: *hoc inquam tempore* S T A; *hoc tempore*, *hoc*, *inquam*, *tempore* F L O — *inplorat* B — 30. *Myrsorum* B, sed prior *r* videtur expuncta. — *Frygum* B — *corrupti* B: *compulsi* ceteri. — 35. *occiderunt* P Ꝩ — *Quem enim* - - *inplorem* habet B — *quem enim* B: *quem enim alium* ceteri.

testati permissam esse sentit. An equites Romanos? Iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta, quid cum omnibus senseritis. An populum Romanum? At is quidem omnem suam de nobis potestatem tradidit vobis. Quam ob rem nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos, iudices, non auctoritatem, quae amissa est, sed salutem nostram, quae spe exigua extremaque pendet, tenuerimus, nihil est praeterea, quo confugere possimus: nisi forte, quae res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui causae fundamenta iaciantur, iudices, non videtis. 5. Condemnatus est is, qui Catilinam signa patriae inferentem interemit: quid est causae, cur non is, qui Catilinam ex urbe expulit, pertimescat? Repetitur ad poenam, qui indicia communis exitii cepit: cur sibi confidat is, qui ea proferenda et patefacienda curavit? Socii consiliorum, ministri comitesque vexantur: quid auctores, quid duces, quid principes sibi exspectent? Atque utinam inimici nostri ac bonorum omnium mecum potius † contendant utrum tum omnes boni duces nostri an comites fuerint ad communem conservandam salutem * * *

Fragmenta a Scholiasta Bobiensi servata.

Strangulatos maluit dicere.
Quid sibi meus necessarius Caetra voluit?
Quid vero Decianus?
Utinam esset proprie mea! Senatus igitur magna ex parte * * *
Di, inquam, immortales! Lentulum * * *

Fragmentvm mediolanense.

* * * externum cum domestica vita naturaque constaret. Itaque non patiar, D. Laeli, te tibi hoc sumere atque hanc ceteris in posterum, nobis in praesens tempus legem conditionemque * * *

Cum adolescentiam notaris, cum reliquum tempus aetatis turpitudinis maculis consperseris, cum privatarum rerum ruinas, cum domesticas labes, cum urbanam infamiam, cum Hispaniae, Galliae, Ciliciae, Cretae, quibus in provinciis non obscure versatus est, vitia et flagitia protuleris, tum denique, quid Tmolitae et Lorymeni de L. Flacco existiment, audiemus. Quem vero tot tam gravesque provinciae salvum esse cupiant, quem plurimi cives tota ex Italia devincti necessitudine

---

1. *sentiat* T — *Iudicabitis - - senseritis* habet B — 2. *quid*] *quod* P A — 3. *nobis* cod. Memmianus: *bonis* S T A F — *tradit* T et pr. S — 8. *Condemnatus* B: *damnatus* ceteri. — 10. *expulit* Pantagathus: *repulit* B A F; *reppulit* S. Fort. *pepulit.* — *Repetitur*] *rapitur* T A — 11. *cepit* S T A: *excepit* «ex uno tantum libro» F L O. Cf. § 103. — *cur sibi - - curavit* habet B — 14. *uestri* S — 15. *contendant*, *utrum tum* Gruterus: *contendant utrum tum est tum* S; *tum est utrum tum* (om. *contendant*) T cum novem codd. Lagomarsinianis et quattuor Oxoniensibus; *aut est utrum tum* unus Oxon. et sex. Lagom.; *contendant: tantum est utrum tum* A; *contendant: utrum tamen* F L — *nostri* om. S — 19. *Quid* Orellius: *Quod* B — *Caetra*] *Chaerea* Orellius. — 24. *externum*] *Quid attinuit adhibere testimonium externum* cum Beiero O — 26. *conditionemque*] Desiderantur undecim versus duodenarum fere litterarum; *conditionemque statuere, ut defensiones nostras ad accusatorum arbitrium accommodemus, non veniamus ad illam contentionem, ad quam nos causa ipsa deducit* cum Beiero O — 27. *adulescentiam* C — *relicum* C — 31. *Molitae* C — *Lorymeni* Heinrichius: *Loreni* C; *Dorylenses* Mommsenius coll. § 39. — 33. *necessitudine ac vetustatem* C; *necessitudinis vetustate* Maius. «Sed *vetustas* plane hic ponitur pro *vetusta amicitia* s. *consuetudine*, ut in Planciana c. 40, ubi consule Garatonium.» Or.

ac vetustate defendant, quem haec communis nostrum omnium patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat, hunc etiam si tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam. Quid? si neque tota neque optima neque incorrupta neque sua sponte nec iure nec more nec vere nec religiose nec integre, si impulsa, si sollicitata, si concitata, si coacta, si impie, si temere, si cupide, si inconstanter nomen suum misit in hoc iudicium per egentissimos testes, ipsa autem nihil queri vere de iniuriis potest, tamenne, iudices, haec ad breve tempus audita longinqui temporis cognitarum rerum fidem derogabunt?

Tenebo igitur hunc ordinem defensor, quem fugit inimicus, et accusatorem urgebo atque insequar et ultro crimen ab adversario flagitabo. Quid est, Laeli? Numquid ea d . . d . . ea . . f . . . no? qui equidem non in umbra neque in illius aetatis disciplinis artibusque versatus est. Etenim puer cum patre consule ad bellum est profectus. Nimirum etiam hoc ipso nomine aliquid . . iasus * * *

Fragmenta a Scholiasta Bobiensi servata.

Sed si neque Asiae luxuries infirmissimum tempus aetatis *potuit voluptate corrumpere* * * *

Ex hoc aetatis gradu se ad exercitum C. Flacci patrui contulit.

Tribunus militaris cum P. Servilio gravissimo et sanctissimo cive profectus.

Quorum amplissimis iudiciis ornatus quaestor factus est.

M. Pisone, qui cognomen frugalitatis, nisi accepisset, ipse peperisset.

Idem novum bellum suscepit atque confecit.

Non Asiae testibus, sed accusatoribus contubernalibus traditus * * *

III. 6. Hunc igitur virum, Laeli, quibus tandem rebus oppugnas? Fuit P. Servilio imperatore in Cilicia tribunus militum: ea res siletur. Fuit M. Pisoni quaestor in Hispania: vox de quaestura missa nulla est. Bellum Cretense ex magna parte gessit atque una cum summo imperatore sustinuit: muta est huius temporis accusatio. Praeturae iuris dictio, res varia et multiplex ad suspiciones et simultates, non attingitur. At vero in summo et periculosissimo rei publicae tempore etiam ab inimicis eadem praetura laudatur. At a testibus laeditur. Ante quam dico a quibus, qua spe, qua vi, qua re concitatis, qua levitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia praeditis, dicam de genere universo et de conditione omnium nostrum. Per deos immortales! iudices, vos quo modo is, qui anno ante Romae ius dixerat, anno post in Asia ius dixerit, a

---

4. *neque optima neque incorrupta* Peyronus: *neque optimos neque incorruptos* C (sed *s* ex voce *optimos* expuncta est et Peyronus in postrema voce syllabam *os* non vidit); *neque optime neque incorrupte* Maius. — 5. *inpulsa* C — 6. *impie* Orellius: *impia* C — 8. *quaeri* C — 12. *numquid ea . . . . vere . . . dicis? qui* Maius (tamquam e codice); *Numquid adolescentiam L. Flacci notasti? qui* cum Beiero O — *equidem*] *quidem* cum Beiero O. Cf. Reisig *Lat. Sprachw.* p. 262. — 15. *aliquid quia suspiciose dici poterat, criminabare* cum Beiero O — 17. *luxuriaes* B — Verba *potuit voluptate corrumpere* supplevimus e Scholiastae interpretatione. — 27. *seruio* S — *sicilia* S — 28. *missa nulla* S T: *nulla missa* A F L O — 31. *At vero -- eadem praetura laudatur* P S T: *ea vero -- laudatur* (om. *eadem praetura*) cum sex codd. Lagom. A O — 32. *inimicissimis* cum sex codd. Lagom. A — 33. *At a testibus laeditur* habet B — 34. *qua vi* om. F. Scilicet haec verba cum in aliquot codd. abiissent in *quam*, exinde a multis librariis omissa sunt. — *lenitate* T.

testibus quaeretis ignotis? ipsi coniectura nihil iudicabitis? In tam varia iuris dictione tam multa decreta, tot hominum gratiosorum laesae voluntates: quae est umquam iacta non suspicio, quae tamen solet esse falsa, sed iracundiae vox aut doloris? 7. Et is est reus avaritiae, qui in uberrima re turpe compendium, in maledicentissima civitate, in suspiciosissimo negotio maledictum omne, non modo crimen effugit? Praetereo illa, quae praetereunda non sunt: nullum huius in privatis rebus factum avarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari sordem posse proferri. Quibus igitur testibus ego hosce possum refutare nisi vobis? 8. Tmolites ille vicanus, homo non modo nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit, qualis sit L. Flaccus, quem vos modestissimum adolescentem, provinciae maximae sanctissimum virum, vestri exercitus fortissimum militem, diligentissimum ducem, temperantissimum legatum quaestoremque cognoverunt, quem vos praesentes constantissimum senatorem, iustissimum praetorem, amantissimum rei publicae civem iudicavistis? IV. 9. De quibus vos aliis testes esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis? At quos testes? Primum dicam, id quod est commune, Graecos: non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem; nam si quis umquam de nostris hominibus a genere isto studio ac voluntate non abhorrens fuit, me et esse arbitror et magis etiam tum, cum plus erat otii, fuisse: sed sunt in illo numero multi boni, docti, pudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt, multi impudentes, illitterati, leves, quos variis de causis video concitatos. Verum tamen hoc dico de toto genere Graecorum: tribuo illis litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam, denique etiam, si quae sibi alia sumunt, non repugno: testimoniorum religionem et fidem numquam ista natio coluit totiusque huiusce rei quae sit vis, quae auctoritas, quod pondus, ignorant. 10. Unde illud est DA MIHI TESTIMONIVM MVTVVM? num Gallorum, num Hispanorum putatur? Totum istud Graecorum est, ut etiam qui Graece nesciunt, hoc quibus verbis a Graecis dici soleat, sciant. Itaque videte, quo vultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. Numquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quam ad rogatum. Numquam laborant, quem ad modum probent quod dicunt, sed quem ad modum se explicent dicendo. Iratus Flacco dixit M. Lurco, quod, ut ipse aiebat, libertus erat eius turpi iudicio con-

---

1. *queritis* S — 2. *laesas* T; *laesae sunt* Beckius. — 5. *turpe compendium* concinnitatis causa delendum censuit Bremius. — *in maledicentissima civitate maledictum omne*, *in suspiciosissimo negotio omnem suspicionem*, *non modo* L — 7. *praetermittenda* A — 8. *nullam in re familiari sordem* habet B — 9. *hosce*] *hostes* T — 10. *refutare testes? nisi* A — *Tmolites* Lambinus: *T. molites* septem codd. Lagom.; *Timolites* S A F; *T.I.molites* T; *molites* alii. — *vicanus*] *Nicenus* cum Turnebo L — 13. *vestri* S T A: *nostri* F L O — *temperantissimum* Lambinus: *temperatissimum* S T A F L. Cf. pro Murena §. 64. — 14. *cognoverint* F; *cognorunt* mg. 𝔏 — 15. *amantissimum* P et Faërnus: *atque amantissimum* S T O; *ac amantissimum* A F. Cf. Madvigium *de Finn.* p. 571. — 16. *iudicavistis* S et decem codd. Lagom.: *iudicastis* ceteri. — 17. *iis*] *his* S T — *Atq. quos* S — *dicam primum* L — 18. *non quo -- derogem* habet B — *quo*] *quod* L — 21. *Sed si sunt* cum tribus codd. Oxon. A — 22. *prudentes* S T A — *sint* S — *imprudentes* A F — 24. *tribuo illis litteras* cet.] Cf. Quintilianum *Inst. Or.* XI, 1, 89. — 26. *denique*] *dein* T — *quae* S: *qua* ceteri. — 30. *illud* T — 33. *uobis* S — *respondetur* T — 35. *explicent se* S.

demnatus. Nihil dixit, quod laederet, cum cuperet; impediebat enim religio: tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore et pallore dixit! 11. Quam promptus homo P. Septimius! quam iratus de iudicio et de vilico! tamen haesitabat, tamen eius iracundiae religio nonnumquam repugnabat. Inimicus M. Caelius, quod, cum in re manifesta putasset nefas esse publicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat e numero recuperatorum, tamen tenuit se neque attulit in iudicium quicquam ad laedendum nisi voluntatem. V. Hi si Graeci fuissent ac nisi nostri mores ac disciplina plus valeret quam dolor ac simultas, omnes se spoliatos, vexatos, fortunis eversos esse dixissent. Graecus testis cum ea voluntate processit, ut laedat, non iuris iurandi, sed laedendi verba meditatur. Vinci, refelli, coargui putat esse turpissimum; ad id se parat, nihil curat aliud. Itaque non optimus quisque nec gravissimus, sed impudentissimus loquacissimusque deligitur. 12. Vos autem in privatis minimarum rerum iudiciis testem diligenter expenditis; etiam si formam hominis, si nomen, si tribum nostis, mores tamen exquirendos putatis. Qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, ut se ipse sustentat! ut omnia verba moderatur! ut timet, ne quid cupide, ne quid iracunde, ne quid plus minusve, quam sit necesse, dicat! Num illos item putatis? quibus ius iurandum iocus est, testimonium ludus, existimatio verba, tenebrae laus, merces, gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio. Sed non dilatabo orationem meam. Etenim potest esse infinita, si mihi libeat totius gentis in testimoniis dicendis explicare levitatem. Sed propius accedam: de his nostris testibus dicam. 13. Vehementem accusatorem nacti sumus, iudices, et inimicum in omni genere odiosum ac molestum, quem spero his † verbis fore magno usui et amicis et rei publicae; sed certe inflammatus incredibili cupiditate hanc causam accusationemque suscepit. Qui comitatus in inquirendo! comitatum dico? immo vero quantus exercitus! quae iactura! qui sumptus! quanta largitio! Quae quamquam utilia sunt causae, timide tamen dico, quod vereor, ne Laelius ex his rebus, quas sibi suscepit gloriae causa, putet aliquid oratione mea sermonis in sese aut invidiae esse quaesitum. VI. Itaque hanc partem totam relinquam: tantum a vobis petam, iudices, ut, si quid ipsi audistis communi fama atque sermone de vi, de manu, de armis, de copiis, memineritis: quarum rerum invidia lege hac recenti ac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. 14. Sed ut hanc vim omittam, quanta illa sunt, quae quoniam accusatorio iure et more sunt facta, reprehendere non possumus, queri tamen cogimur!

---

1. *laederet* P S T: *laederet eum* L O — 4. *de* ante *vilico* om. A — 5. *Coelius* S — 9. *ualeret* S T: *ualerent* A F L O. Cf. p. 777, 28. — *ac sim.*] *atque sim.* S — 13. *curat aliud* S T: *aliud curat* A L O — 14. *levissimusque* P A — 17. *autem*] *tum* T F — *uestris* S — 19. *item* S T: *idem* A F L — 20. *existimatio verba*, *tenebrae* Pantagathus: *existimatio uestra tenebrae* ceteri. Cf. Pison. § 65. — 21. *posita* cum duobus codd. Oxonn. L — 22. *potest*] *posset* cum quattuor codd. Oxonn. A. Cf. Zumptium ad Verr. p. 231. — 23. *levitatem* S T A: *vanitatem* F L O — 24. *nostris* S T: *vestris* A L O — 26. *verbis* codd. noti omnes et A: *rebus* cum ed. Iuntina F L O; *fervoribus* Halmius; *nervis* Garatonius coll. or. Caelianae postremis verbis: *omniumque huius nervorum ac laborum vos potissimum, iudices, fructus uberes diuturnosque capietis.* — 28. *Qui comitatus -- exercitus* habet B — *inquirundo* B; *anquirendo* P et mg. 𝔏 — 34. *quid*] *qui* S — 35. *de copiis: memineritis quarum -- certus sit* de Faërni coniectura L — *lege hac -- constitutus* habet B.

primum quod distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium, quod L. Flacco esset vehementer inimicus, contendisse a D. Laelio, paterno amico ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arcesseret, omnemque ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc veri similius Graecis hominibus videbatur, quod paulo ante in eadem provincia familiarem Laelium Flacco viderant. Pompeii autem auctoritas cum apud omnes tanta est, quanta esse debet, tum excellit in ista provincia, quam nuper et praedonum et regum bello liberavit. Adiunxit illa, ut eos, qui domo exire nolebant, testimonii denuntiatione terreret, qui domi stare non poterant, largo et liberali viatico commoveret. 15. Sic adolescens ingenii plenus locupletes metu, tenues praemio, stultos errore permovit; sic sunt expressa ista praeclara, quae recitantur, psephismata, non sententiis neque auctoritatibus declarata, non iure iurando constricta, sed porrigenda manu profundendoque clamore multitudinis concitatae.

VII. O morem praeclarum disciplinamque, quam a maioribus accepimus, si quidem teneremus! sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur. Nullam enim illi nostri sapientissimi et sanctissimi viri vim contionis esse voluerunt: quae scisceret plebes aut quae populus iuberet, summota contione, distributis partibus tributim et centuriatim, descriptis ordinibus, classibus, aetatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata et cognita, iuberi vetarique voluerunt. 16. Graecorum autem totae res publicae sedentis contionis temeritate administrantur. Itaque, ut hanc Graeciam, quae iam diu suis consiliis perculsa et afflicta est, omittam, illa vetus, quae quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia contionum. Cum in theatro imperiti homines, rerum omnium rudes ignarique, consederant, tum bella inutilia suscipiebant, tum seditiosos homines rei publicae praeficiebant, tum optime meritos cives e civitate eiiciebant. 17. Quod si haec Athenis tum, cum illae non solum in Graecia, sed prope cunctis gentibus enitebant, accidere sunt solita, quam moderationem putatis in Phrygia aut in Mysia contionum fuisse? Nostras contiones illarum nationum homines plerumque perturbant: quid, cum soli sunt ipsi, tandem fieri putatis? Caesus est virgis Cymaeus ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus. Data contio Laelio est. Processit ille et Graecus apud Graecos non de culpa sua dixit, sed de poena questus est. Porrexerunt manus: psephisma natum est. Hoc testimonium est?

---

1. *sermo est -- paterno amico* habet B — *dissupatum* (sic) B — 2. *L.* om. B — *esset* B et Huldricus: *est* ceteri. — *vehementer* om. B — *a* om. B — 3. *D.* om. B T A L — 6. *familiarem Laelium in eadem provincia* A L — 8. *et praedonum -- commoveret* habet B — 9. *illo* A — 10. *uolebant* T — *domo* S — 11. «Cod. *commoveret*». Maivs. Ipse bis (verba enim *qui domi -- commovebat* etiam interpretationi inseruit Scholiastes) dedit *commovebat*, ut fortasse voluerit scribere: «Edd. *commoveret*». — 13. *quae recitantur* cum quattuor codd. Oxonn. om. A — 14. *non iure -- manu* habet B — *non* B: *nec* S T A O; *neque* L — 17. *retineremus* S et duo codd. Lagom. — 18. *enim* contra codd. notos om. F L — *contionis* S (ubique): *concionis* A L O — 19. *plebes* S T: *plebs* A F L — 21. *re in multos* S — 22. *uetariue* P et mg. 𝔏 — 23. *sedentis contentionis* (sic) habet B — 28. *tum* ¹ -- *eiciebant* habet B — 29. *eiciebant* B S et mg. 𝔏 — 30. *tunc cum ille* S — 33. *sunt* A: *sint* codd. noti omnes. — 34. *Caesus -- ausus* habet B — *Cynicus* A — *Athenachoras* B — 35. *erant* B — *conditio* (sic) *Lelio* S; *Laelio concio* T F; *Laelio* delendum censuit Bremius. — 36. *et* om. A.

Nuper epulati, paulo ante omni largitione saturati, Pergameni, quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate sua, sed sagina tenebat, se velle dixit, id sutores et zonarii conclamarunt. Hoc testimonium est civitatis? Ego testes a Sicilia publice deduxi; verum erant ea testimonia non concitatae contionis, sed iurati senatus. 18. Quare iam non est mihi contentio cum teste: vobis videndum est, sintne haec testimonia putanda. VIII. Adolescens bonus, honesto loco natus, disertus, cum maximo ornatissimoque comitatu venit in oppidum Graecorum; postulat contionem; locupletes homines et graves, ne sibi adversentur, testimonii denuntiatione deterret; egentes et leves spe legationis et viatico publico, privata etiam benignitate prolectat. Opifices et tabernarios atque illam omnem faecem civitatum quid est negotii concitare, in eum praesertim, qui nuper summo cum imperio fuerit, summo autem in amore esse propter nomen ipsum imperii non potuerit? 19. Mirandum vero est, homines eos, quibus odio sunt nostrae secures, nomen acerbitati, scriptura, decumae, portorium morti, libenter arripere facultatem laedendi, quaecumque detur! Mementote igitur, cum audietis psephismata, non audire vos testimonia, audire temeritatem vulgi, audire vocem levissimi cuiusque, audire strepitum imperitorum, audire contionem concitatam levissimae nationis. Itaque perscrutamini penitus naturam rationemque criminum: iam nihil praeter speciem, nihil praeter terrorem ac minas reperietis. IX. 20. In aerario nihil habent civitates, nihil in vectigalibus; duae rationes conficiendae pecuniae, aut versura aut tributo: nec tabulae creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur. Quam vero facile falsas rationes inferre et in tabulas, quodcumque commodum est, referre soleant, ex Cn. Pompeii litteris ad Hypsaeum et Hypsaei ad Pompeium missis, quaeso, cognoscite. LITTERAE POMPEII ET HYPSAEI. Satisne vobis coarguere his auctoribus dissolutam Graecorum consuetudinem licentiamque impudentem videmur? nisi forte qui Cn. Pompeium, qui praesentem, qui nullo impellente fallebant, eos urgente Laelio in absentem et in L. Flaccum aut timidos fuisse aut religiosos putamus. 21. Sed fuerint incorruptae litterae domi: nunc vero quam habere auctoritatem aut quam fidem possunt? Triduo lex ad praetorem deferri, iudicum signis obsignari iubet: tricesimo die vix deferuntur. Ne corrumpi tabulae facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni

---

2. *qui -- tenebat* habet B — *sua* B (et in lemmate et in commentario): om. ceteri. — 3. *quod se velle -- est civitatis* habet B — *zonarii*] *coriarii* P T — 4. *a Sicilia publice deduxi* Halmius: *a* (*e* marg. 𝔏) *Sicilia publice duxi* ceteri. Conf. Madvigium *de Finn.* p. 570. — 6. *dividendum* T — 9. *adversarentur* S A — 10. *legationis*] *largitionis* T A L — 11. *perlectat* S A — 12. *praesertim in eum* S — 13. *summo cum*] *cum in summo* T A — 14. *propter ipsum imperii nomen* S — 15. *vero*] *non* S — *quibus -- secures* habet B; *quibus -- morti* Arusianus Messius p. 247 ed. Lindem. — *acerbitatis* S T et cod. Gud. Arusiani. — 16. *decimae portarum* Arusianus. — 18. *uos audire* T — 19. *contionem*] *contentionem et concionem* S; *contentionem et* T — 21. *spetiem* S: *spem* T A L O — 22. *reperietis*] Post hoc verbum inde ab Aldo usque ad Orellium addebatur: *Deesse videntur nonnulla.* Nihil deesse e Scholiasta docuit Maius; cf. Klotzium *Emendatt. Tull.* p. 21. — *In aerario -- vectigalibus* habet B — 25. *Quam vero falsas rationes in tabulas inferre soleant* habet B — 26. *solent* S — 27. *LITTERAE POMPEII AD HYPSAEVM ET HYPSAEI AD POMPEIVM* L — 29. *impendentem* T — 33. *Triduo lex ad praetorem deferri iubet* habet B — 34. *signis*] *anulis* B in commentario. — *trigesimo* S A F.

voluit: at obsignantur corruptae. Quid refert igitur, tanto post ad iudices deferantur an omnino non deferantur?

X. Quid? si testium studium cum accusatore sociatum est, tamenne isti testes habebuntur? Ubi est igitur illa exspectatio, quae versari in iudiciis solet? Nam antea, cum dixerat accusator acriter et vehementer cumque defensor suppliciter demisseque responderat, tertius ille erat exspectatus locus testium, qui aut sine ullo studio dicebant aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. 22. Hoc vero quid est? Una sedent, ex accusatorum subselliis surgunt, non dissimulant, non verentur. De subselliis queror? una ex domo prodeunt; si verbo titubaverint, quo revertantur, non habebunt. An quisquam esse testis potest, quem accusator sine cura interroget nec metuat, ne sibi aliquid, quod ipse nolit, respondeat? Ubi est igitur illa laus oratoris, quae vel in accusatore antea vel in patrono spectari solebat? «Bene testem interrogavit; callide accessit, reprehendit; quo voluit, adduxit; convicit et elinguem reddidit.» 23. Quid tu istum roges, Laeli, qui, prius quam hoc TE ROGO dixeris, plura etiam effundet quam tu ei domi ante praescripseris? Quid ego autem defensor rogem? nam aut oratio testium refelli solet aut vita laedi. Qua disputatione orationem refellam eius, qui dicit DEDIMVS, nihil amplius? In hominem dicendum est igitur, cum oratio argumentationem non habet. Quid dicam in ignotum? Querendum est ergo et deplorandum, id quod iam dudum facio, de omni accusationis iniquitate: primum de communi genere [testium]; dicet enim natio minime in testimoniis dicendis religiosa. Propius accedo. Nego esse ista testimonia, quae tu ipse psephismata appellas, sed fremitum egentium et motum quendam temerarium Graeculae contionis. Intrabo etiam magis. Qui gessit, non adest; qui numerasse dicitur, non est deductus; privatae litterae nullae proferuntur, publicae retentae sunt in accusatorum potestate. Summa est in testibus. Hi vivunt cum inimicis, adsunt cum adversariis, habitant cum accusatoribus. 24. Utrum hic tandem disceptationem et cognitionem veritatis an innocentiae labem aliquam aut ruinam fore putatis? Multa enim sunt eius modi, iudices, ut etiam si in homine ipso, de quo agitur, negligenda sint, tamen in conditione atque in exemplo pertimescenda videantur. XI. Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitae, nulla commendatione famae defenderem, tamen civis a civibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer, ne ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris consessoribus, convivis, contubernalibus, ne hominibus levitate Graecis, crudelitate barbaris, civem ac supplicem vestrum dederetis, ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. 25. Sed cum L. Flacci res agatur, cuius ex familia qui primus consul factus est, primus in hac civitate consul fuit, cuius virtute regibus exterminatis libertas in re publica constituta est,

---

1. *quanto* T — 2. *an -- deferantur* om. T — 6. *dimisseque* S — 10. *titubaverint* S T: *titubarint* A O — 12. *nec*] *ne* S — 15. *accessit; scite reprehendit* Mommsenius. — 22. *primo* T — 23. *testium*] *omnium* codd. Lagomarsiniani quinque; om. S A et multi alii. — *dicet* S T A: *dicit* F L O — 25. *sed* P S: *et* T; *sed et* A — 26. *conditionis* S — 29. *Hi*] *ii* S — *amicis* pr. S — 30. *disceptationes et cognitiones* A — 31. *aut* S T: *ac* A O — 33. *sunt* T F — 34. *uidentur* T — 35. *civis* S A: *civem* T F L O — 37. *consensoribns* pr. S — 39. *nostrum* T — *dederitis* S — 40. *proderitis* S T — 41. *est factus* S.

quae usque ad hoc tempus honoribus, imperiis, rerum gestarum gloria continuata permansit, cumque ab hac perenni contestataque virtute maiorum non modo non degeneraverit L. Flaccus, sed, id quod maxime florere in generis sui gloria viderat, laudem patriae in libertatem vindicandae praetor adamarit: in hoc ego reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimescam, in quo, etiam si quid errasset, omnes boni conivendum esse arbitrarentur? 26. Quod quidem ego non modo non postulo, sed contra, iudices, vos oro et obtestor, ut totam causam quam maxime intentis oculis, ut aiunt, acerrime contemplemini. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum, contraque omnia corrupta libidine, iracundia, studio, pretio, periurio reperientur.

XII. 27. Etenim iam universa istorum cognita cupiditate accedam ad singulas querelas criminationesque Graecorum. Classis nomine pecuniam civitatibus imperatam queruntur, quod nos factum, iudices, confitemur. Sed si hoc crimen est, aut in eo est, quod non licuerit imperare, aut in eo, quod non opus fuerit navibus, aut in eo, quod nulla hoc praetore classis navigarit. Licuisse ut intelligas, cognosce, quid me consule senatus decreverit, cum quidem nihil a superioribus continuorum annorum decretis decesserit. Senatus consultum. Proximum est ergo ut, opus fuerit classe necne, quaeramus. Utrum igitur hoc Graeci statuent aut ullae exterae nationes, an vestri praetores, vestri duces, vestri imperatores? Equidem existimo, in eius modi regione atque provincia, quae mari cincta, portibus distincta, insulis circumdata esset, non solum praesidii, sed etiam ornandi imperii causa navigandum fuisse. 28. Haec enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus nostris fuit, ut, cum in privatis rebus suisque sumptibus, minimo contenti, tenuissimo cultu viverent, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocarent. Quaeritur enim in re domestica continentiae laus, in publica dignitatis. Quod si etiam praesidii causa classem habuit, quis erit tam iniquus, qui reprehendat? Nulli erant praedones. Quid? nullos fore quis praestare poterat? Minuis, inquit, gloriam Pompeii. 29. Immo tu auges molestiam. Ille enim classes praedonum, urbes, portus, receptacula sustulit; pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit: illud vero neque suscepit neque suscipere debuit, ut, si qua uspiam navicula praedonum apparuisset, accusandus videretur. Itaque ipse in Asia, cum omnia iam bella terra marique confecisset, classem tamen isdem istis civitatibus imperavit. Quod si tum statuit opus esse, cum ipsius praesentis nomine tuta omnia et pacata esse poterant, quid, cum ille decessisset, Flacco existimatis statuendum et faciendum fuisse? XIII. 30. Quid? nos hic nonne ipso Pompeio auctore Silano et Murena consulibus decrevimus, ut classis in Italia navi-

1. *imperiis* cod. S. Victoris et Faërnus: *imperii* S T; *imperio* A — 2. *contextaque* S — 3. *non* post *modo* om. S — *degeneraverit* S T A: *degenerarit* F L O — *sed id quod maxime fl. in generis sui gloria* T A: *sed quod quam maxime fl. in generis sui gloriam* S; *sed in qua maxime fl. generis sui gloriam* P F L O — 4. *laudem*] *in laudem* S — 5. *praetor*] *reip.* S — *adamaverit* A — *ergo* S — *pernitiosum* S — 11. *reperietis* A. Cf. § 19. — 17. *praetore*] *tempore* pr. S — 19. *decesserat* S; *discesserit* L — 21. *nostri* (ter) T L — 23. *portibus* S T: *portubus* A F L O — *distincta*] *destinata* S — 29. *Quid si* A — 30. *reprehendat? At nulli* Schuetzius. — *quid quis nullos fore prestare* S (*quid* a manu sec. superscr. est.) — 38. *omnia* om. S — 41. *Syllano* S A — *in italiã* S.

garet? nonne eo ipso tempore, cum L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragies erogabamus? Quid postero anno? nonne M. Curtio et P. Sextilio quaestoribus pecunia in classem est erogata? Quid? hoc omni tempore equites in ora maritima non fuerunt? Illa est enim gloria divina Pompeii: primum praedones eos, qui tum, cum illi bellum maritimum gerendum datum est, toto mari dispersi vagabantur, redactos esse omnes in potestatem; deinde Syriam esse nostram, Ciliciam teneri, Cyprum per Ptolemaeum regem nihil audere; praeterea Cretam Metelli virtute esse nostram; nihil esse, unde proficiscantur, nihil, quo revertantur; omnes sinus, promontoria, litora, insulas, urbes maritimas claustris imperii nostri contineri. 31. Quod si Flacco praetore nemo in mari praedo fuisset, tamen huius diligentia reprehendenda non esset. Idcirco enim, quod hic classem habuisset, existimarem non fuisse. Quid? si L. Eppii, L. Agrii, C. Cestii, equitum Romanorum, huius etiam clarissimi viri, Cn. Domitii, qui in Asia tum legatus fuit, testimonio doceo, eo ipso tempore, quo tu negas classem habendam fuisse, complures a praedonibus esse captos, tamen Flacci consilium in remigibus imperandis reprehendetur? Quid? si etiam occisus est a piratis Adramytenus homo nobilis, cuius est fere nobis omnibus nomen auditum, Atyanas pugil Olympionices? hoc est apud Graecos, quoniam de eorum gravitate dicimus, prope maius et gloriosius quam Romae triumphasse. At neminem cepisti. Quam multi orae maritimae clarissimi viri praefuerunt, qui cum praedonem nullum cepissent, mare tamen tutum praestiterunt? Casus est enim in capiendo, locus, eventus, occasio. Defendendi facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione et conversione. XIV. 32. Reliquum est, ut quaeratur, utrum ista classis cursu et remis an sumptu tantum et litteris navigarit. Num igitur negari potest, cuius rei cuncta testis est Asia, bipartito classem distributam fuisse, ut una pars supra Ephesum, altera infra Ephesum navigaret? Hac classe M. Crassus, vir amplissimus, ab Aeno in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam navigavit. In quo igitur praetoris est diligentia requirenda? In numero navium et in descriptione aequabili sumptus? Dimidium eius, quo Pompeius erat usus, imperavit. Num potuit parcius? Descripsit autem pecuniam ad Pompeii rationem, quae fuit accommodata L. Sullae descriptioni: qui cum omnes Asiae civitates pro portione in provincia descripsisset, illam rationem in imperando

---

2. *sextertium* S — 3. *erogabamus* P. Manutius (a. 1554): *rogabamus* S T A — *postero* duo codd. Lagom.: *postremo* S T A F L — *M. Curtio* S T: *M. Curio* A F; *M'. Curio* L O. Cf. or. p. red. in senatu § 21. — *Sestullio* S T — 4. *rogata* S A — 5. *enim est* T — 8. *per*] *pthiso* tres codd. Oxx.; om. S T — *ptholomeum* S — 11. *promunctoria* S — 14. *Eppii* A: *Eppi* S T; *Oppii* F L O — *L. Agri* S — 15. *Cesti* S T — 17. *tu* S T: *tu ipse* A F L O — 19. *Adramytenus* Ursinus: *Adryamettenus* S; *Adriametenus* A; *adriani et tenus* T; *Adramitenus* F L — 20. *Atyanas pugil* Garatonius (coll. Phlegonte Tralliano apud Photium Bibl. cod. XCII p. 146): *Atynas pugil* S; *ut in aspuligo* T; *Acinas pugil* A; *Athinas pugil* F L — 23. *praefuere* T — 26. *conversione et moderatione* F — 27. *querant nostra ista* S — 28. *cursu et* om. T — *igitur* S A et omnes codd. Oxon.: *id igitur* T F O — 29. *bipertito* A F — 30. *ut* rec. m. superscr. in S — 31. *uir amplissimus M. Crassus* S — *ab Eno* A; *ab Hemo* F — 32. *est praetoris* F — 33. *et descriptione* (om. *in*) S — *aequali* S A — 37. *in provincia* sex codd. Lagg. et tres Oxx.: *in prouincias* S T A F *(cum in omnes Asiae civitates pro portione pecuniam descripsisset* L); *in provincias* glossema videtur Mommsenio. — *in* ante v. *imperando* om. S.

sumptu et Pompeius et Flaccus secutus est. Neque est adhuc tamen ea summa completa. 33. Non refert. Vero: quid lucretur? cum enim genus imperatae pecuniae suscipit, id, quod tu crimen esse vis, confitetur. Qui igitur probari potest, in ea pecunia non referenda crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret? At enim negas fratrem meum, qui L. Flacco successerit, pecuniam ullam in remiges imperasse. Equidem Quinti fratris mei laude delector, sed aliis magis, gravioribus atque maioribus. Aliud quiddam statuit, aliud vidit: existimavit, quocumque tempore auditum quid esset de praedonibus, quam vellet subito, classem se comparaturum. Denique hoc primus frater meus in Asia fecit, ut hoc sumptu remigum civitates levaret. Crimen autem tum videri solet, cum aliquis sumptus instituit eos, qui antea non erant instituti, non cum successor aliquid immutat de institutis priorum. Flaccus, quid alii postea facturi essent, scire non poterat: quid fecissent, videbat.

XV. 34. Sed, quoniam de communi totius Asiae crimine est dictum, aggrediar iam ad singulas civitates: ex quibus sit sane nobis prima civitas Acmonensis. Citat praeco voce maxima legatos Acmonenses. Procedit unus Asclepiades. Prodeant. Etiamne praeconem mentiri coëgisti? Est enim, credo, is vir iste, ut civitatis nomen sua auctoritate sustineat: damnatus turpissimis iudiciis domi, notatus litteris publicis: cuius de probris, adulteriis ac stupris exstant Acmonensium litterae, quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscenitatem verborum praetereundas puto. Dixit publice datum drachmarum $\overline{\text{CCVI}}$. Dixit tantum: nihil ostendit, nihil protulit, sed adiunxit, id quod certe, quoniam erat domesticum, docere debuit, se privatim drachmarum CCVI milia dedisse. Quantum sibi ablatum homo impudentissimus dicit, tantum numquam est ausus ut haberet optare. 35. Ab Aulo Sextilio dicit se dedisse et a suis fratribus. Potuit dare Sextilius; nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. Audiamus igitur Sextilium; fratres denique ipsi prodeant; quam volent impudenter mentiantur et quod numquam habuerunt dedisse se dicant: tamen aliquid fortasse coram producti dicent, in quo reprehendantur. Non deduxi, inquit, Sextilium. Cedo tabulas. Non deportavi. Fratres saltem exhibe. Non denuntiavi. Quod ergo unus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, impudentia atque audacia fretus, sine tabulis, sine auctore iecerit, id nos quasi crimen aut testimonium pertimescemus? 36. Idem laudationem, quam nos ab Acmonensibus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat; cuius quidem laudationis iactura exoptanda nobis fuit. Nam ut signum publicum inspexit praeclarus iste

---

1. *secuti sunt* L — 2. *refert. Vero: quid* nos: *refert vero. Quid* ceteri. (*refertur. Eo quid* Mommsenius; *refert. At vero quid* Halmius.) — *vero*] *uere* T: *ergo* S — *genus*] *onus* P T F L — 10. *classem se* S T: *se classem* A L O — 14. *videbat*] *iubebat* S — 15. *de totius communis Asiae crimen* (sic) T — *est dictum* S T: *dictum est* A L O — 17. *Aemonensis* S A F (ubique) — *Procedit unus Asclepiades* habet B — 18. *Prodeant*] *Prodeant ceteri* F L — 20. *cuius* om. pr. S — 23. *datum* S T A: *data* L O — *CCVI* S T A: *CCVI milia* F L O — 25. *dragmas IↃↃCCIↃↃ dedisse* S; *drachmarum CCVII dedisse* T A; *drachmas CCVII dedisse* F; *drachmas CCVI dedisse* L — 27. *At* S A — *sestullio* (ubique) S — 28. *et* om. S — *nam -- mendicitatis* habet B — 31. *habuerunt* cod. Oxon. χ et Faërnus: *habuerint* S T A L — 36. *iecerit* P. Victorius (Var. Lect. XIII, 22): *legerit* S T A L. Cf. pro Quinctio § 8 (p. 3, 10). — *pertimescemus* S: *pertimescimus* T A; *pertimescamus* F L O — 38. *exoptata* T.

auctor suae civitatis, solere suos cives ceterosque Graecos ex tempore quod opus sit obsignare dixit. Tu vero tibi habeto istam laudationem; nec enim Acmonensium testimonio Flacci vita et dignitas nititur. Das enim mihi, quod haec causa maxime postulat, nullam gravitatem, nullam constantiam, nullum firmum in Graecis hominibus consilium, nullam denique esse testimonii fidem: nisi vero hactenus ista formula testimonii atque orationis tuae describi ac distingui potest, ut Flacco absenti aliquid civitates tribuisse dicantur, Laelio praesenti, per se agenti, vi legis, iure accusationis, opibus praeterea suis terrenti ac minanti nihil temporis causa scripsisse aut obsignasse videantur. XVI. 37. Equidem in minimis rebus saepe res magnas vidi, iudices, deprehendi ac teneri, ut in hoc Asclepiade. Haec, quae est a nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, quae fere est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis, sed etiam in privatis litteris, quas cotidie videmus mitti a publicanis, saepe uni cuique nostrum. Neque enim testis ipse signo inspecto falsum nos proferre dixit, sed levitatem totius Asiae protulit, de qua nos et libenter et facile concedimus. Nostra igitur laudatio, quam ille temporis causa nobis datam dicit, datam quidem confitetur, consignata creta est: in illo autem testimonio, quod accusatori dicitur datum, ceram esse vidimus. 38. Hic ego, iudices, si vos Acmonensium decretis, si ceterorum Phrygum litteris permoveri putarem, vociferarer et, quantum maxime possem, contenderem: testarer publicanos, excitarem negotiatores, vestram etiam scientiam implorarem; cera deprehensa confiderem totius testimonii fictam audaciam manifesto comprehensam atque oppressam teneri. Nunc vero non insultabo vehementius nec volitabo in hoc insolentius neque in istum nugatorem tamquam in aliquem testem invehar neque in toto Acmonensium testimonio, sive hic confictum est, ut apparet, sive missum domo est, ut dicitur, commovebor. Etenim, quibus ego laudationem istam remittam, quoniam sunt, ut Asclepiades dicit, leves, horum testimonium non pertimescam.

XVII. 39. Venio nunc ad Dorylensium testimonium, qui producti tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt. O pastores nescio quos cupidos litterarum! si quidem nihil istis praeter litteras abstulerunt. Sed aliud esse causae suspicamur, ne forte isti parum versuti esse videantur. Poena est, ut opinor, Dorylai gravior quam apud alios falsarum et corruptarum litterarum. Si veras protulissent, criminis nihil erat: si falsas, erat poena. Bellissimum putaverunt dicere amissas. 40. Quiescant igitur et me hoc in lucro ponere atque aliud agere patiantur. Non sinunt. Supplet enim iste nescio qui et privatim dicit se dedisse. Hoc vero ferri nullo modo potest. Qui de tabulis publicis recitat iis, quae

2. *Tu vero tibi habe totam laudationem decrevisse* habet B — 3. *vita Flacci* S — 4. *nullam constantiam* om. T — 7. *atque destingui* S — *ut -- dicantur* habet B — 12. *obsignata -- Asiatica* habet B — 14. *qua* S — 15. *enim* delet Mommsenius. — 19. *obsignata* L — 22. *quantum*] *quam* T F. — 23. *scientiam* S T A: *conscientiam* cum ed. Iuntina F L O. Cf. p. 658, 7. — 29. *laudationem istam* S T: *istam laudationem* A L O — 32. *O pastores -- litterarum* habet B — 35. *dorilai* S; *Dorylensium* A L — 36. *litterarum*] Ab hac voce incipit fragmentum huius orationis Vaticanum. — *protulisset* S — 37. *si falsas* V S T A: *sin falsas* L O — *Bellissimum -- amissas* habet B — *putauerunt* B: *putarunt* ceteri. — 38. *aliud me agere* S T A — 39. *sinunt*] *sit* V — *iste nescio qui* V: *ille nescio quis* S T A — 40. *Qui*] *quia* T — *recitat iis*] *recitatis* V; *recitat his* S A; *recitant iis* (s. *his*) septem codd. Lagom.

in accusatoris potestate fuerunt, non debet habere auctoritatem: sed tamen iudicium fieri videtur, cum tabulae illae ipsae, cuiuscumque modi sunt, proferuntur. Cum vero is, quem nemo vestrum vidit umquam, nemo, qui mortalis esset, audivit, tantum dicit DEDI, dubitabitis, iudices, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum civem vindicetis? Atque huic eidem nuper tres equites Romani honesti et graves, cum in causa liberali eum, qui asserebatur, cognatum suum esse diceret, non crediderunt. Qui hoc convenit, ut, qui locuples testis doloris et sanguinis sui non fuerit, idem sit gravis auctor iniuriae publicae? 41. Atque hic Dorylensis nuper cum efferretur magna frequentia consessuque vestro, mortis illius invidiam in L. Flaccum Laelius conferebat. Facis iniuste, Laeli, si putas nostro periculo vivere tuos contubernales, praesertim cum tua negligentia factum arbitremur; homini enim Phrygi, qui arborem numquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Cuius mors te aliqua re levavit; edacem enim hospitem amisisti. Flacco vero quid profuit? qui valuit tam diu, dum huc prodiret, mortuus est aculeo iam emisso ac dicto testimonio. Ut istud columen accusationis tuae, Mithridates, posteaquam, biduum retentus testis a nobis, effudit quae voluit omnia, reprehensus, convictus fractusque discessit, ambulat cum lorica; metuit homo doctus et sapiens, ne L. Flaccus nunc se scelere alliget, cum iam testem illum effugere non possit: ut, qui ante dictum testimonium sibi temperarit, cum tamen aliquid assequi posset, is nunc id agat, ut ad falsum avaritiae testimonium verum maleficii crimen adiungat. Sed quoniam de hoc teste totoque Mithridatico crimine disseruit subtiliter et copiose Q. Hortensius, nos, ut instituimus, ad reliqua pergamus.

XVIII. 42. Caput est omnium Graecorum concitandorum, qui cum accusatoribus sedet, Heraclides ille Temnites, homo ineptus et loquax, sed, ut sibi videtur, ita doctus, ut etiam magistrum illorum se esse dicat. At qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos nosque quotidie persalutet, Temni usque ad illam aetatem in senatum venire non potuit, et

---

1. *debent* V — 2. *cum*] *cui cum* V — *cuiuscumque modi* Lambinus: *huiusmodi* V; *cuiuscemodi* S T A; *cuiusque modi* F; *cuicuimodi* cum Schuetzio O. Cf. Zumpt ad Verr. p. 921. — 4. *dubitauitis* V (sic statim *nouilissimum*); *dubitatis* T — 5. *quin -- civem condonetis* (sic) habet B — *fryge* B S — 6. *Atqui* L — *idem* V — *tris* S — *et* om. V — 7. *atsereuatur* V — 8. *convenit* Gulielmius: *evenit* ceteri. Cf. § 44. pro Caecina § 7, pro Milone § 54, Philipp. VII § 4. — 10. *Dorulensis* V — *cum* om. T — *efferretur*] *haec ferertur* (sic) V; *ecferretur* L — *magnae* V — *consensuque* V S A et omnes codd. Lagom. — 11. *L.* om. F — *Laelius*] *L. Laelius* V — 12. *nostro periculo* V: *periculo nostro* S T A O — *tuos*] *uos* V — 13. *cum*] *quum* V; *quod* S T A O — *neglegentia* V — *arbitraremur* S — *homini -- obiecisse* (sic) habet B — *frygi* B S; *frugi* V — 14. *arborem* B V: *arborem fici* ceteri. — *uidisse* B — *te aliqua re levavit* Klotzius: *te aliqua releuauit* V F L; *te ex aliqua parte relevavit* S T A O — 15. *admisisti* V — *Flacco -- testimonio* habet B — 16. *prodires* V — 17. *emisso* V: *demisso* S F: *dimisso* T A — *Ut* V T: *At* S A F L O — *accusationis* V: *actionis* ceteri. — 18. *biduum*] *uidum* V — *a uobis* T A — 19. *repraensus* V — 22. *temperauit* S — *posset*] *possas* rec. m. V — *is nunc id*] *nunciat* V, in quo *is* deesse videtur. — *ad* om. V — 23. *verum* V: *verum etiam* S T A; *verum* [*etiam*] O — *quoniam* om. T A; a pr. m. inter versus habet S — 24. *totoque Mithridatico crimine* habet B — *totoquae* V — *crimine* V B: om. S T A — *suptiliter* V: *et subtiliter* S T A O — 25. *Q.*] *quintus* V — 27. *aeraclides* V — *tennites* S A (ubique); *tenuites* T — 28. *illorum*] *aliorum* A L — *esse se* S — 29. *dicat. At qui -- persalutet, Temni* nos: *dicat et qui -- persalutet. Temni* ceteri. Cf. Ravii V. L. II p. 181. — *et qui -- persalutem* (sic) habet B — *omnis* B V — *nos cotidie* (om. *que*) B.

qui se artem dicendi traditurum etiam ceteris profiteatur, ipse omnibus turpissimis iudiciis victus est. 43. Pari felicitate legatus una venit Nicomedes, qui nec in senatum ulla conditione pervenire potuit et furti et pro socio damnatus est. Nam princeps legationis Lysanias adeptus est ordinem senatorium, sed cum rem publicam nimium amplecteretur, peculatus damnatus et bona et senatorium nomen amisit. Hi tres etiam aerarii nostri tabulas falsas esse voluerunt. Nam servos novem se professi sunt habere, cum omnino sine comite venissent. Decreto scribendo primum video adfuisse Lysaniam, cuius fratris bona, quod populo non solvebat, praetore Flacco publice venierunt. Praeterea Philippus est, Lysaniae gener, et Hermobius, cuius frater Pollis item pecuniae publicae est condemnatus. XIX. Dicunt se Flacco et iis, qui simul essent, drachmarum xv milia dedisse. 44. Cum civitate mihi res est acerrima et conficientissima litterarum, in qua nummus commoveri nullus potest sine quinque praetoribus, tribus quaestoribus, quattuor mensariis, qui apud illos a populo creantur. Ex hoc tanto numero deductus est nemo, et cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant, maiorem aliam cum huic eidem darent, in aedem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt: quod minime convenit. Nam aut omnia occulte referenda fuerunt, aut aperte omnia. Cum perscribunt Flacco nominatim, nihil timent, nihil verentur. Cum operi publico referunt, iidem homines subito eundem, quem contempserant, pertimescunt. Si praetor dedit, ut est scriptum, a quaestore numeravit, quaestor a mensa publica, mensa aut ex vectigali aut ex tributo. Numquam erit istuc simile criminis, nisi hanc mihi totam rationem omni et personarum genere et litterarum explicaris. 45. Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos civitatis, amplissimis usos honoribus hoc praetore circumventos; cur hi neque in iudicio adsunt neque in decreto nominantur? non enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclidam. Utrum enim est in clarissimis civibus is, quem iudicatum hic duxit Hermippus? qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit a suis civibus, sed usque Tmolo petivit? cui nullus honos in sua civitate habitus est umquam;

---

1. *profitetur* T — 2. *turpissimis iudiciis* habet B — *turpissumis* V — *victus* V: *convinctus* S: *convictus* T A O — *legatus una* V: *una legatus* ceteri. — 3. *nec* V: *neque* ceteri. — *condicione* V — *et pro furti et pro socio damnatus est* habet B — *furtim* V — 4. *Nam Lysanias -- damnatus est* habet B — *Lysania* V — 6. *damnatus est bona* V — 7. *aerari* V — 8. *scribendõs* V — 9. *quod* V: *quod is* S T A L O — 10. *Lysiae* V — 11. *fratrem* V — *Pollis* V (Garatonio teste): *Poles* ceteri. — *publice* V S — 12. *iis*] *is* V — 13. *draghmarum* V; *dragmarum* S A — *quindecim milia* S; *ccIↄↄIↄↄ* V — *acerruma* V — 14. *et conficientissima* om. T; *et conficiendarum litterarum diligentissima* L — *nullus commoveri* T L; *moveri nullus* S A. Cf. pro Fonteio § 11 p. 465, 17. — 15. *tribus* om. V — *quattuor mensaris* (sic) habet B — 16. *aput* V — *crenatur* V — *Ex tanto numero d. est nemo* habet B — 17. *maiorem aliam* V: *maiorem etiam aliam* L; *maiorem etiam aliquam* S T A O — 18. *eidem* Faërnus: *fide* V; *idem* T; *iidem* S A O — *in aedem*] *in dem* V — 19. *occulta* V S A — 20. *praescribunt* V S -- *Flacco nominatim* V: *nominatim Flacco* ceteri. — 21. *idem* V — 24. *istuc* V: *istud* ceteri. — *hanc* Niebuhrius: *hunc* V; om. ceteri. — 27. *hi neque*] *in eaque* V — 29. *Heraclidam* S A: *haeraclidan* V; *Heraclidem* T F L O. Cf. p. 812, 6. 813, 1. — *est in clarissimis* V: *in clarissimis est* S T A L O — 30. *quem iudicatum duxit Hermippus* habet B — *cibibus* V — *hic* om. B — 31. *usque*] *usque abs* A; *usque a* L; fort. *usque e.* — 32. *timulo* S; *Tymolo* A; *molo* V addita littera *t* a manu sec.

res autem ea, quae tenuissimis committebatur, huic una in vita commissa sola est. Custos T. Aufidio praetore in frumento publico est positus: pro quo cum a P. Varinio praetore pecuniam accepisset, celavit suos cives ultroque iis sumptum intulit. Quod posteaquam Temni litteris a Varinio missis cognitum atque patefactum est, cumque eadem de re Cn. Lentulus, qui censor fuit, Temnitarum patronus, litteras misisset, Heraclidam istum Temni postea nemo vidit. 46. Atque, ut eius impudentiam perspicere possitis, causam ipsam, quae levissimi hominis animum in Flaccum incitavit, quaeso, cognoscite. XX. Fundum Cymaeum Romae mercatus est de Publio* Meculonio. Cum verbis se locupletem faceret, haberet nihil praeter illam impudentiam, quam videtis, pecuniam sumpsit mutuam a Sex. Stloga, iudice hoc nostro, primario viro, qui et rem agnoscit neque hominem ignorat, qui tamen credidit P. Fulvii Nerati, lectissimi hominis, fide. Ei cum solveret, sumpsit a C. M. Fufiis, equitibus Romanis, primariis viris. Hic hercule cornici oculum, ut dicitur: nam hunc Hermippum, hominem eruditum, civem suum, cui debebat esse notissimus, percussit; eius enim fide sumpsit a Fufiis. Securus Hermippus Temnum proficiscitur, cum iste se pecuniam, quam huius fide sumpserat, a discipulis suis diceret Fufiis persoluturum. 47. Habebat enim rhetor iste adolescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat: neminem tamen adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. Itaque cum Roma clam esset profectus multosque minutis mutuationibus fraudavisset, in Asiam venit Hermippoque percontanti de nomine Fufiano respondit se omnem pecuniam Fufiis persolvisse. Interim, neque ita longo intervallo, libertus a Fufiis cum litteris ad Hermippum venit: pecunia petitur ab Hermippo.

---

1. *una* V: *uni* S T A — 2. *sola* om. L. Sed cf. pro Sestio §§ 43. 130. pro Caelio § 19. de harusp. resp. § 14. Verr. lib. II. § 14. V § 95. — *T. considio* S — *in* V S T A: om. ℓ O — 3. *a* om. S — *P.*] *publio* V — *Varinio* V: *Varino* S T A L — 4. *ciuis* V — *ultroque iis sumtum intulit* habet B — *iis*] *his* S — 5. *Varinio* V: *P. Varino* S T A L; *P. Varinio* O — *Cn.*] *gnaeius* V; *Gn.* A — 6. *Heraclidam -- vidit* habet B — *Heraclidam* B V S: *Heraclidem* T A F L O — 7. *tempni* V — *postea nemo* B V: *nemo postea* ceteri. — 8. *leuissumi* V — 9. *quaese* V — 10. *de P. Maeculonio* Ursinus: *de pupillo Meculonio* ceteri. — 12. *mutuam*] *tum* V T — *a Sex. Stloga* Garatonius (II): *a Sex. Siloga* V F; *a Sex. Sigola* L; *a sesto stola* S; *a Sex. Scola* A; *a Sex. Stola* T O. Cf. Marini *Mon. Fr. Arv.* I p. 239. — *iudices* V S — 13. *qui tamen -- fide* habet B — *publi Fulvii nerati* V: *L. Fului Nerati* B; *P. Fulvii meratii* S; *P. fuluii ueratur* T; *P. Fulvii Veratii* O. Cf. Ascon. Ped. p. 40 et 54. — 14. *fide. Ei* V: *fidei. Ei* L; *fidei. is* S T A — *C. M.* V T: *C. et M.* ceteri. Cf. Brut. p. 136. 169.— *Fufis* V; *fusiis* S A — 15. *Hic ercle cornici ocumulum* (sic) *ut dicitur* habet B— 16. *suum*] *sume* (littera *e* expuncta) V — 17. *fides sumpsit Fufiis* (om. *a*) V — *fusiis* S — 18. *se* V: *sese* S T A O — 19. *Fufio* V; *fifio* T; *fusio* pr. S; *fusiis* A et corr. S — *Habebat discipulos quos dimidio redderet stultiores quam acceperat* habet B (addita hac interpretatione: «Inludit personae rhetoris imperiti, hanc eruditionem discipulorum fuisse in eius schola dicens, ut in ea nihil aliut disceretur praeter ignorantiam litterarum»); *Habebat enim rhetor iste discipulos, quos d. redderet st. quam acceperat: neminem tamen adeo inf. potuit, ut ei nummum concrederet* (cod. Ambr. *concederet*) Arusianus M. p. 223 ed. Lindem. — 20. *iste discipulos adolescentes* Ravius V. L. II p. 145. — *adulescentes* S; *adulescentis* V — *locuplentis* V — 21. *stultioris* V — *acceperat* V et Arusianus: *acceperat, ubi nihil possent* (*possint* S T) *discere nisi ignorantiam litterarum* S T A F L; *acceperat*, [*ubi nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum*] O — *tamen* V et Arusianus: *quidem* ceteri. — *infatuare* habet B — 22. *ei*] *et* V — *Romam* V A — 24. *percunctanti* S; *percunctantei* V — *fusiano* S A — *respondet* A — *pecuniam -- quid in re sit* (c. 23 § 53) om. T, codd. Lagomarsiniani decem, Oxonienses duo. — 25. *fusiis* S A ubique.

Hermippus ab Heraclida petit: ipse tamen Fufiis satis facit absentibus et fidem suam liberat: hunc aestuantem et tergiversantem iudicio ille persequitur: a recuperatoribus causa cognoscitur. 48. Nolite existimare, iudices, non unam et eandem omnibus in locis esse fraudatorum et infitiatorum impudentiam: fecit eadem omnia, quae nostri debitores solent. Negavit sese omnino versuram ullam fecisse Romae; Fufiorum se affirmavit numquam omnino nomen audisse; Hermippum vero ipsum, pudentissimum atque optimum virum, veterem amicum atque hospitem meum, splendidissimum atque ornatissimum civitatis suae, probris omnibus maledictisque vexat. Sed cum se homo volubilis quadam praecipiti celeritate dicendi in illa oratione iactaret, repente testimoniis Fufiorum nominibusque recitatis, homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. Itaque recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione iudicaverunt. Cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo et ab hoc ductus est. XXI. 49. Habetis et honestatem hominis et auctoritatem testimonii et causam omnem simultatis. Atque is ab Hermippo missus, cum ei pauca mancipia vendidisset, Romam se contulit; deinde in Asiam rediit, cum iam frater meus Flacco successisset, ad quem adiit causamque ita detulit: recuperatores vi Flacci coactos et metu falsum invitos iudicavisse. Frater meus pro sua aequitate prudentiaque decrevit ut, si iudicatum negaret, in duplum iret: si metu coactos diceret, haberet eosdem recuperatores. Recusavit et, quasi nihil esset actum, nihil iudicatum, ab Hermippo ibidem mancipia, quae ipse ei vendiderat, petere coepit. M. Gratidius legatus, ad quem est aditum, actionem se daturum negavit; re iudicata stari ostendit placere. 50. Iterum iste, cui nullus esset usquam consistendi locus, Romam se rettulit: persequitur Hermippus, qui numquam istius impudentiae cessit. Petit Heraclides a C. Plotio senatore, viro primario, qui legatus in Asia fuerat, mancipia quaedam, quae se, cum iudicatus esset, per vim vendidisse dicebat. Q. Naso, vir ornatissimus, qui praetor fuerat, iudex sumitur: qui cum sententiam secundum Plotium se dicturum ostenderet, ab eo iudice abiit et, quod iudicium lege non erat, causam totam reliquit. Satisne vobis, iudices, videor ad singulos testes accedere neque, ut primo constitueram, tantum modo cum universo genere confligere? 51. Venio ad Lysaniam eiusdem civitatis, peculiarem tuum, Deciane, testem: quem tu, cum ephebum Temni cognosses, quia tunc te nudus delectarat, semper nudum esse voluisti. Abduxisti Temno Apollonidem: pecuniam adolescentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupavisti. Hanc fidu-

---

1. *Heraclida* V S A: *Heraclide* T F L O — 3. *existumare* V — 5. *inpudentiam* V — *debilitores* V — 6. *se*] *sed* V — *adfirmauit* V — 9. *propriis* (alteri *p* superscr. littera *b*) V — 10. *uexat* V S A: *vexavit* T F L O — 11. *in illa ratione* V S A F — 12. *homo - - ommutuit* habet B — *ommutuit* B V; *omutuit* S — 18. *redit* V — *cum*] *quum* V — 21. *in duplum iret* habet B — 23. *mancupia* V — 24. *ad*] *at* V — 26. *unquam* errore typogr. L — *rettulit* V: *retulit* ceteri. — 27. *Heraclidaes* V — 28. *C.*] *gaio* V — 29. *quaedum* V — *iudicatus* V S: *iudicatum* A O — *uendisse* V — 31. *ostenderet ab* Faërnus: *ostenderet et ab* V S A (sed in V *et* est ab alia manu). — *iudice abiit et* Faërnus: *iudice habitet* V S; *iudice res abiret* A — 34. *Venio ad*] *ueniat* V — 35. *tuum*] *tum* V S; *cum* A — *deciani* S A — *teste* A — 36. *cognosce* (expuncta littera *c*) V — *qui tunc te nudus delectaverat*, *semper nudum esse voluisti* habet B — *quia* Faërnus: *qua* V; *qui* B; *quoniam* S A O — *tunc* B: *tum* F; om. V S A L O — 37. *adduxisti* V S A — *Apolloniam* L.

ciam commissam tibi dicis: tenes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coëgisti: qui quoniam testimonium nondum dixit, quidnam sit dicturus, exspecto. Novi genus hominum, novi consuetudinem, novi libidinem. Itaque etsi teneo, quid sit dicere paratus, nihil tamen contra disputabo prius quam dixerit; totum enim convertet atque alia finget. Quam ob rem et ille servet quod paravit, et ego me ad id, quod attulerit, integrum conservabo.

XXII. 52. Venio nunc ad eam civitatem, in quam ego multa et magna studia et officia contuli, et quam meus frater in primis colit atque diligit: quae si civitas per viros bonos gravesque homines querelas ad vos detulisset, paulo commoverer magis. Nunc vero quid putem? Trallianos Maeandrio causam publicam commisisse, homini egenti, sordido, sine honore, sine existimatione, sine censu? Ubi erant illi Pythodori, Aetidemi, Epigoni, ceteri homines apud nos noti, inter suos nobiles? ubi illa magnifica et gloriosa ostentatio civitatis? Nonne esset puditum, si hanc causam agerent severe, non modo legatum, sed Trallianum omnino dici Maeandrium? Huic illi legato, huic publico testi patronum suum iam inde a patre atque maioribus, L. Flaccum, mactandum civitatis testimonio tradidissent? 53. Non est ita, iudices, non est profecto. Vidi ego in quodam iudicio nuper Philodorum testem Trallianum, vidi Parrhasium, vidi Archidemum, cum quidem idem hic mihi Maeandrius quasi ministrator aderat, subiiciens, quid in suos cives civitatemque, si vellem, dicerem. Nihil enim illo homine levius, nihil egentius, nihil inquinatius. Quare si hunc habent auctorem Tralliani doloris sui, si hunc custodem litterarum, si hunc testem iniuriae, si hunc auctorem querelarum, remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam, fateantur in Maeandrii persona esse expressam speciem civitatis: sin istum semper illi ipsi domi proterendum et conculcandum putaverunt, desinant putare auctoritatem esse in eo testimonio, cuius auctor inventus est nemo. XXIII. Sed exponam, quid in re sit, ut, quam ob rem ista civitas neque severe Flaccum oppugnarit neque benigne defenderit, scire possitis. 54. Erat Castriciano nomine irata,

---

1. *dicis* om. S A — *eum -- coëgisti* habet B — *tu testem* om. B — 3. *nondum* Faërnus: om. V S A — *quidnam si* (sic) *dicturus expecto* habet B — 4. *novi*] *nui* V — 6. *conuertit* V — 7. *ego*] *eo* V — *adtulerit* V — *inigrum* V; *in integrum* S — *servabo* L — 9. *quam*] *qua in* V — *et* om. V — 10. *studia et* om. S A — 11. *querellas* V — 13. *Trallianos causam publicam Meandro homini sordido commisisse* habet B — *prallianos meandrio* V — *publicam* B: om. ceteri. Cf. Ravii *Var. Lectt.* I p. 192. — 14. *honoram* (littera *m* expuncta) V. Verba *sine honore* suspecta sunt Madvigio *Ep. crit.* p. 184. Cf. tamen c. 30. init. — *existumatione* V — *Pythodori, Aetidemi, Epigoni* nos: *pythodoria et idem iepisoni* V S A (sed V *iepisone* postrema littera expuncta); *Pythodori, Aetidemi, Lepisones* F L O — 15. *aput* V — 17. *Tralianum* V; item v. 21. 25. — 18. *illi*] *tali* L — 19. *a patre*] *aperte* V S A — 21. *phylodorum* V — 22. *parrhasidium* V — *cum*] *quum* V — *mihi* om. S A — 23. *meandrius* V A — *quasi nistratur* (sic) *aderat* habet B — *subiciens* V S — *ciuis* V S — *ciuitatem quae siue illem dicerem* V — 25. *quare -- sui* habet B — 26. *actorem* de Camerarii coniectura F L O — 27. *quaerellarum* V — *conprimant* V — *sedeant* V S — 28. *adrogantiam* V — *meandri* V S — *speciem* V S: *faciem* A O — 29. *sin*] *in* V; om. S A — *proterendum* V S: *proterendum esse* A O — 31. *sit* om. V spatio relicto. — 32. *ista*] *sta* V — *severe*] *uere* V — 33. *defenderet* V — *erat* V: *erat enim* S; *erat ei* ceteri.

de quo toto respondit Hortensius: invita solverat Castricio pecuniam iam diu debitam. Hinc totum odium, hinc omnis offensio. Quo cum venisset Laelius ad iratos et illud Castricianum vulnus dicendo refricuisset, siluerunt principes neque in illa contione adfuerunt, neque istius decreti ac testimonii auctores esse voluerunt. Usque adeo orba fuit ab optimatibus illa contio, ut princeps principum esset Maeandrius, cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium contio ventilata. 55. Itaque civitatis pudentis, ut ego semper existimavi, et gravis, ut ipsi existimari volunt, iustum dolorem querelasque cognoscite. Quae pecunia fuerit apud se Flacci patris nomine a civitatibus, hanc a se esse ablatam queruntur. Alio loco quaeram, quid licuerit Flacco: nunc tantum a Trallianis requiro, quam pecuniam a se ablatam queruntur, suamne dicant, sibi a civitatibus collatam in usum suum. Cupio audire. Non, inquit, dicimus. Quid igitur? Delatam ad nos, creditam nobis L. Flacci patris nomine ad eius dies festos atque ludos. Quid tum? Hanc te, inquit, capere non licuit. 56. Iam id videro, sed primum illud tenebo. Queritur gravis, locuples, ornata civitas, quod non retinet alienum: spoliatam se dicit, quod id non habet, quod eius non fuit. Quid hoc impudentius dici aut fingi potest? Delectum est oppidum, quo in oppido uno pecunia a tota Asia ad honores L. Flacci poneretur. Haec pecunia, tota ab honoribus translata in quaestum et fenerationem, recuperata est multis post annis. Quae civitati facta est iniuria? XXIV. 57. At moleste fert civitas. Credo: avulsum est enim praeter spem, quod erat spe devoratum lucrum. At queritur. Impudenter facit: non enim omnia, quae dolemus, eadem queri iure possumus. At accusat verbis gravissimis. Non civitas, sed imperiti homines, a Maeandrio concitati. Quo loco etiam atque etiam facite ut recordemini, quae sit temeritas multitudinis, quae levitas propria Graecorum, quid in contione seditiosa valeat oratio. Hic, in hac gravissima et moderatissima civitate, cum est forum plenum iudiciorum, plenum magistratuum, plenum optimorum virorum et civium, cum speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis et moderatrix officii curia, tamen quantos fluctus excitari in contione videtis! Quid vos fieri censetis Trallibus? an id, quod Pergami? nisi forte hae civitates existimari volunt facilius una se epistola Mithridatis moveri impellique

---

3. *ad*] *at* V — *illum* S — *dicendum* V — 4. *siluerunt*] *exsiluerunt* cum Henr. Stephano L O — *contione* S: *contionis* V; *concione* A L O — *necque* V — *istius* V: *ipsius* S T A — 5. *adeo* V: *eo* S T A O — *orbam* V — *ab* om. tres codd. Lagom. et tres Graeviani. — 6. *optumatili* sive *optumatiti* V (*fuit optimatum* de Faërni coniectura L) — *contio* V S: *concio* A L O — 7. *egentium*] Hic deficit fragmentum Vaticanum. — 10. *Flacci apud se* S — *nomine*] *nomine collata* cum ed. Naugeriana F L O — *a civitatibus* om. T — 11. *querantur* S A et quattuor codd. Oxonn. (*quam pec. a se abl. querantur suamne dicant et sibi -- in usus suos* Henr. Stephanus.) — 13. *Non, inquit, hoc dicimus* F L — 20. *a* om. S A — *poneretur*] *collata poneretur* L — 21. *tota* cum ed. Naugeriana om. F — *translata* S A, septem codd. Lagom., tres Oxonn.: *translata est* T F L; *translata [est]* O — 23. *amissum est* S A, septem codd. Lagomarsiniani, tres Oxonienses. — 25. *eodem* Klotzius. — *queri iure* S T: *iure queri* A L O — 26. *meandro* S — 31. *rostra*] *nostra* S — 32. *excitari in contione* S: *excitari concione* A; *excitari concionum* ceteri. — 33. *an id quod*] *an non idem quod* L. «Ernesti coniecturam probo *quid Pergami?* Fortasse tamen alterius civitatis nomen, quod medium fuerit, intercidit. Insigni fuisse in Romanos atrocitate Pergamenos et Adramyttenos, Ephesios, Caunios, Trallianos refert Appianus in Mithrid. c. 23.» Garat. II. — *pergameni* S (et plerique alii codd.) A.

potuisse, ut amicitiam populi Romani, fidem suam, iura omnia officii humanitatisque violarent, quam ut filium testimonio laederent, cuius patrem armis pellendum a suis moenibus censuissent. 58. Quare nolite mihi ista nomina civitatum nobilium opponere: quos enim hostes haec familia contempsit, numquam eosdem testes pertimescet. Vobis autem est confitendum, si consiliis principum vestrae civitates reguntur, non multitudinis temeritate, sed optimatum consilio bellum ab istis civitatibus cum populo Romano esse susceptum: sin ille tum motus est temeritate imperitorum excitatus, patimini me delicta vulgi a publica causa separare. XXV. 59. At enim istam pecuniam huic capere non licuit. Utrum vultis patri Flacco licuisse necne? Si licuit, sicuti certe licuit, ad eius honores collatam, ex quibus nihil ipse capiebat, patris pecuniam recte abstulit filius: si non licuit, tamen illo mortuo non modo filius, sed quivis heres rectissime potuit auferre. Ac tum quidem Tralliani, cum ipsi gravi fenore istam pecuniam multos annos occupavissent, a Flacco tamen omnia, quae voluerunt, impetraverunt, neque tam fuerunt impudentes, ut id, quod Laelius dixit, dicere auderent, hanc ab se pecuniam abstulisse Mithridatem. Quis enim erat, qui non sciret in ornandis studiosiorem Mithridatem quam in spoliandis Trallianis fuisse? 60. Quae quidem a me si, ut dicenda sunt, dicerentur, gravius agerem, iudices, quam adhuc egi, quantam Asiaticis testibus fidem habere vos conveniret: revocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam universorum civium Romanorum per tot urbes uno puncto temporis miseram crudelemque caedem: praetores nostros deditos, legatos in vincula coniectos, nominis prope Romani memoriam cum vestigio imperii non modo ex sedibus Graecorum, verum etiam ex litteris esse deletam. Mithridatem deum, illum patrem, illum conservatorem Asiae, illum Euhium, Nysium, Bacchum, Liberum nominabant. 61. Unum atque idem erat tempus, cum L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat, Cappadocem autem illum non modo recipiebat suis urbibus, verum etiam ultro vocabat. Liceat haec nobis, si oblivisci non possumus, at tacere: liceat mihi potius de levitate Graecorum queri quam de crudelitate. Auctoritatem isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerunt? Nam quoscumque potuerunt togatos interemerunt: nomen civium Romanorum, quantum in ipsis fuit, sustulerunt. XXVI. In hac igitur urbe se iactant, quam oderunt? apud eos, quos inviti vident? in ea re publica, ad quam opprimendam non animus eis, sed vires defuerunt? Adspiciant hunc florem legatorum laudatorumque Flacci ex vera atque integra Graecia: tum

---

1. *fidem*] *sedem* S A — 4. *hostis* S — 5. *autem*] *tamen* T — 8. *tum*] *tamen* T — 9. *patiamini* A — *uolgi* S — 11. *flacci* pr. S — 12. *collata* S T et sex codd. Oxonn. — *nihil ipse* S T: *ipse nihil* A L O — 17. *a se* S — 25. *uincla* S — «*cum vestigio* mendosum videtur. Placeret *cum vestigiis* vel *cum omni vestigio*.» GARAT. II. — 26. *ex sedibus* Henr. Stephanus: *ex edibus* S T; *ex aedibus* A F L — 27. *deum*] *demum* A F; *dominum* L — 28. *Euium Nysium* S: *Enium Nysum* T; *Euchium, Dionysium* F; *Evium*, *Dionysum* Graevius; *Euium* (*Euhyum* A), *Bromium*, *Nysium* A L; † *Evium*, *Nysium* O. De scriptura *Euhius* vid. Lachmannum ad Lucret. V, 743. — *Bacchum*] *Iacchum* Orellius. — *Liberum* om. L — 30. *suis*] *in suis* T — 35. *iactant* S T A F: *iactent* L O — 37. *his* S; *iis* F — *defuerunt* Naugerius in ed. Victoriana: *defecerunt et defuerunt* S T; *deficiunt et defuerunt* A.

se ipsi expendant, tum cum his [se] comparent, tum, si audebunt, dignitati horum anteponant suam.

62. Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortae atque in omnes terras distributae putantur: de quorum urbis possessione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est: quae vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives genuisse dicatur et eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur, auctoritate autem tanta est, ut iam fractum prope ac debilitatum Graeciae nomen huius urbis laude nitatur. 63. Adsunt Lacedaemonii, cuius civitatis spectata ac nobilitata virtus non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur: qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius unis moribus et numquam mutatis legibus vivunt. Adsunt ex Achaia cuncta multi legati, Boeotia, Thessalia: quibus locis nuper legatus Flaccus imperatore Metello praefuit. Neque vero te, Massilia, praetereo, quae L. Flaccum militem quaestoremque cognosti: cuius ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Graeciae, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam: quae tam procul a Graecorum omnium regionibus, disciplinis linguaque divisa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus barbariae fluctibus alluatur, sic optimatium consilio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint quam aemulari. 64. Hisce utitur laudatoribus Flaccus, his innocentiae testibus, ut Graecorum cupiditati Graecorum auxilio resistamus.

XXVII. Quamquam quis ignorat, qui modo umquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Graecorum genera sint vere? quorum uni sunt Athenienses, quae gens Ionum habetur; Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur. Atque haec cuncta Graecia, quae fama, quae gloria, quae doctrina, quae plurimis artibus, quae etiam imperio et bellica laude floruit, parvum quendam locum, ut scitis, Europae tenet semperque tenuit: Asiae maximam oram bello superatam cinxit urbibus, non ut munitam coloniis [illam gentem], sed ut obsessam teneret. 65. Quam ob rem quaeso a vobis, Asiatici testes, ut, cum vere recordari voletis, quantum auctoritatis in iudicium afferatis, vosmet ipsi describatis Asiam, nec quid alienigenae de vobis loqui soleant, sed quid vosmet ipsi de genere vestro statuatis, memineritis. Namque, ut opinor, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Utrum igitur nostrum est an vestrum hoc proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid? de tota Caria nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum peri-

---

1. *expediant* pr. S — *cum* cum ed. Victoriana om. L — *se* ante v. *comparent* om. S, codd. Lagomarsiniani omnes et A — 2. *anteponant* S A: *componant* T F L O — 5. *positione* A F — 7. *et eorum - - patria dicatur* om. S — 8. *est* om. L — 14. *Flaccus* S T A cum codd. Lagom. et Oxonn. omnibus: *L. Flaccus* F L O — 15. *militem*] *tribunum militum* Gulielmius coll. § 101. — 17. *iure* S A: om. T F L O — 19. *abluatur* S T — *optimatium* S: *optimatum* ceteri. — 20. *omnes*] *homines* Mommsenius. — *laudari* S — 22. *cupiditati Graecorum* om. S T A — 23. *modo ut unquam - - sciret* S — 25. *Athenienses sunt* F — *habetur* S A: *habebatur* T F L O — *Aeoles*] *eoli* S; *eolis* T — *dori* S; *doris* T. Cf. Lachm. ad Lucret. p. 280. — 26. *quae fama* cum uno codice (Lagom. 2) om. F — 29. *maximam* S: *maritimam* ceteri. — 30. *illam gentem* S A: *illam generaret* T; *illam augeret* F O; *illam gentem augeret* L. Garatonius in Cur. sec. delevit verba *illam gentem augeret*. — 32. *affertis* T; *deferatis* F — 36. *hoc vetus proverbium* cum Naugerio (in ed. Victoriana) contra omnes codices F L.

culo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum? Quid porro in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est quam, si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? quis umquam Graecus comoediam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset? Quam ob rem quae vobis fit iniuria, si statuimus vestro nobis iudicio standum esse de vobis? 66. Equidem mihi iam satis superque dixisse videor de Asiatico genere testium: sed tamen vestrum est, iudices, omnia, quae dici possunt in hominum levitatem, inconstantiam, cupiditatem, etiam si a me minus dicuntur, vestris animis et cogitatione comprehendere.

XXVIII. Sequitur auri illa invidia Iudaici. Hoc nimirum illud est, quod non longe a gradibus Aureliis haec causa dicitur; ob hoc crimen hic locus abs te, Laeli, atque illa turba quaesita est: scis, quanta sit manus, quanta concordia, quantum valeat in contionibus. Summissa voce agam, tantum ut iudices audiant: neque enim desunt qui istos in me atque in optimum quemque incitent, quos ego, quo id facilius faciant, non adiuvabo. 67. Cum aurum Iudaeorum nomine quotannis ex Italia et ex omnibus provinciis Hierosolyma exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret. Quis est, iudices, qui hoc non vere laudare possit? Exportari aurum non oportere, cum saepe antea senatus, tum me consule gravissime iudicavit: huic autem barbarae superstitioni resistere severitatis, multitudinem Iudaeorum flagrantem non numquam in contionibus prae re publica contemnere gravitatis summae fuit. At Cn. Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. 68. In primis hoc, ut multa alia, sapienter: in tam suspiciosa ac maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Non enim credo religionem et Iudaeorum et hostium impedimento praestantissimo imperatori, sed pudorem fuisse. Ubi igitur crimen est? quoniam quidem furtum nusquam reprehendis, edictum probas, indicatum fateris, quaesitum et prolatum palam non negas, actum esse per viros primarios res ipsa declarat. Apameae manifesto comprehensum, ante pedes praetoris in foro expensum est auri pondo centum paulo minus per Sex. Caesium, equitem Romanum, castissimum hominem atque integerrimum; Laodiceae viginti pondo paulo amplius per hunc L. Peducaeum iudicem nostrum; Adramytii ** per Cn. Domitium legatum; Pergami non multum. 69. Auri ratio constat, aurum in aerario est; furtum non reprehenditur, invidia quaeritur; a iudicibus oratio avertitur, vox in coronam turbamque effun-

1. *Care* S et Desid. Erasmus: *ea re* codd. multi; *caria* T A — 2. *si quid desp. dicitur* S — 5. *lidius* S — 7. *supraque* S T — 11. *illud est* S: *est illud* ceteri. Cf. p. 822, 31.
14. *ualet* S T A — *summissa* S A: *si summissa* T; *sic summissa* F L — 17. *iudeorum nomine aureum* S — 18. *provinciis*] *nostris prouinciis* T; *vestris provinciis* F L — *Hierosolyma* Ernestius: *hierosolymam* S T A F L. Cf. v. 24 et p. 819, 2. — 19. *non hoc* F — *prae* nos: *pro* ceteri. Cf. Halmium ad Milon. § 3. — 25. *sapienter: in* S T A: *sapienter*, *qui in* Naugerius; *sapienter*, *quod in* cum Henr. Stephano L O — 28. *igitur* S T: *ergo* A F O — *quandoquidem* S — 29. *indicatum* Pantagathus: *iudicatum* ceteri. — 31. *manifeste* A F — *deprehensum* cum Henr. Stephano L; sed v. Halmium ad Milon. § 72. — 32. *est* S A: *esse* T F L — *Cesium* S A; *Cesimum* T; *Cesinium* alii. — 34. *hunc L.*] *hunc c. lucium* S A; *hunc ipsum .C. lucium* T; *hunc ipsum L.* cum ed. Naugeriana F L; *hunc* [*ipsum*] *L.* O — 35. *Adramytii* Camerarius: *adrymeti* S F; *adrimeti* T A L; *Adramyttii* O. Post hanc vocem deesse librarum numerum (fort. *P. L.*) primus vidit Mommsenius. — *Pergami non multo minus* Halmius. — 37. *convertitur* T.

ditur. Sua cuique civitati religio, Laeli, est, nostra nobis. Stantibus Hierosolymis pacatisque Iudaeis tamen istorum religio sacrorum a splendore huius imperii, gravitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat: nunc vero hoc magis, quod illa gens, quid de nostro imperio sentiret, ostendit armis, quam cara dis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod serva.

XXIX. 70. Quam ob rem quoniam, quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conversum, veniamus iam ad civium Romanorum querelas, ex quibus sit sane prima Deciani. Quid tibi tandem, Deciane, iniuriae factum est? Negotiaris in libera civitate. Primum patere me esse curiosum: quousque negotiabere, cum praesertim sis illo loco natus? Annos iam triginta in foro versaris, sed tamen [in] Pergameno. Longo intervallo, si quando tibi peregrinari commodum est, Romam venis: affers faciem novam, nomen vetus, purpuram Tyriam, in qua tibi invideo, quod unis vestimentis tam diu lautus es. 71. Verum esto: negotiari libet: cur non Pergami? Smyrnae? Trallibus? ubi et multi cives Romani sunt et ius a nostro magistratu dicitur? Otium te delectat: lites, turbae, praetor odio est: Graecorum libertate gaudes. Cur ergo unus tu Apollonidienses, amantissimos populi Romani, fidelissimos socios, miseriores habes, quam aut Mithridates aut etiam pater tuus habuit umquam? cur iis per te frui libertate sua, cur denique esse liberis non licet? Homines sunt tota [ex] Asia frugalissimi, sanctissimi, a Graecorum luxuria et levitate remotissimi, patres familias suo contenti, aratores, rusticani: agros habent et natura perbonos et diligentia culturaque meliores. In hisce agris tu praedia habere voluisti. Omnino mallem — et magis erat tuum, si iam te crassi agri delectabant — hic alicubi in Crustumino aut in Capenati paravisses. 72. Verum esto: Catonis est dictum: «pedibus compensari pecuniam.» Longe est omnino a Tiberi ad Caïcum, quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum invenisset; sed concedo id quoque: placuit oppidum; regio delectavit: emisses. XXX. Amyntas est genere, honore, existimatione, pecunia princeps illius civitatis. Huius socrum, mulierem imbecilli consilii, satis locupletem, pellexit Decianus ad sese et, cum illa quid ageretur nesciret, in possessione praediorum eius familiam suam collocavit: uxorem abduxit ab Amynta praegnantem, quae peperit apud Decianum filiam, hodieque apud Decianum est et uxor Amyntae et filia. 73. Numquid harum rerum a me fingitur, Deciane? Sciunt haec omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt denique nostri homines, sciunt mediocres negotiatores. Exsurge Amynta: repete a Deciano non pecuniam, non prae-

---

4. *nostro imperio* S T: *imperio nostro* A F L O — 6. *serva* Nic. Angelius: *servata* S T A F L; ÷ *servata* O; *enervata* Pantagathus; *serva facta* alii. — 11. *cum praesertim* S T: *praesertim cum* A F L O — *illo* S T A: *isto* cum ed. Victoriana F L O — 12. *in* ante *Perg.* om. S A F — 14. *p. Tyriam eandem*, *in qua* Mommsenius; *p. Tyriam item*, *quam* Halmius. — 18. *praetor* Naugerius in ed. Victoriana: *populus r.* S, *po. Ro.* T A; *praetor Romanus* L — 19. *Apollonidienses* Lambinus in Adnotatt. «cum libris manuscriptis»: *apollonienses* S T A L; *Apollonidenses* F. Cf. § 79. Plin. *N. H.* V § 126. — *fidelissimos* S T A F: *fidelissimosque* de sua coniectura L — 20. *habuerit* cum ed. Cratandrina L — 21. *iis*] *his* S T A L — *liberos* T et corr. S — 22. *ex* om. S — 25. *In* om. F — 26. *et* om. A — *iam* S T A F L: om. O — 27. *Catonis* -- *pecuniam* habet Iulius Rufinianus § 23. — 28. *est* nos: om. ceteri. — 37. *hoc* S.

dia; socrum denique sibi habeat: restituat uxorem, reddat misero patri filiam. Membra quae debilitavit lapidibus, fustibus, ferro, manus quas contudit, digitos quos confregit, nervos quos concidit restituere non potest: filiam, filiam, inquam, aerumnoso patri, Deciane, redde. 74. Haec Flacco non probasse te miraris? cui, quaeso, tandem probasti? Emptiones falsas, praediorum proscriptiones cum mulieribus aperta circumscriptione fecisti. Tutor his [rebus] Graecorum legibus adscribendus fuit: Polemocratem scripsisti, mercennarium et administrum consiliorum tuorum. Adductus est in iudicium Polemocrates de dolo malo et de fraude a Dione huius ipsius tutelae nomine. Qui concursus ex oppidis finitimis undique! qui dolor animorum! quae querela! Condemnatus est Polemocrates sententiis omnibus, irritae venditiones, irritae proscriptiones. Num restituis? Defers ad Pergamenos, ut illi reciperent in suas litteras publicas praeclaras proscriptiones et emptiones tuas. Repudiant, reiiciunt. At qui homines? Pergameni, laudatores tui. Ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum, quasi honorem maiorum tuorum consecutus esses, et hoc te superiorem esse putabas quam Laelium, quod te civitas Pergamena laudaret. Num honestior est civitas Pergamena quam Smyrnaea? Ne ipsi quidem dicunt. XXXI. 75. Vellem tantum haberem otii, ut possem recitare psephisma Smyrnaeorum, quod fecerunt in Castricium mortuum: primum, ut in oppidum introferretur, quod aliis non conceditur; deinde, ut ferrent ephebi; postremo, ut imponeretur aurea corona mortuo. Haec P. Scipioni, clarissimo viro, cum esset Pergami mortuus, facta non sunt. At Castricium quibus verbis, di immortales! «decus patriae, ornamentum populi Romani, florem iuventutis» appellant. Quare, Deciane, si cupidus es gloriae, alia ornamenta censeo quaeras: Pergameni te deriserunt. 76. Quid? tu ludi te non intelligebas? Cum tibi haec verba recitabant, «clarissimum virum, praestantissima sapientia, singulari

---

2. *membra* S T A: *nam membra* cum ed. Victoriana F L O — 5. *te non probasse* A L — *quaeso*] *quasi* S T A. Emendavit Nic. Angelius. — 6. *mulieribus* S T L: *mulierculis* A F O — 7. *tutor mulieribus Graecorum legibus adscribendus* Graevius; *tutor his rebus Graecorum ascribendus* F; *tutor his, Graecorum moribus, ascribendus* L («*rebus* est e stolido glossemate, quod ego seclusi.» Or.) — 8. *polemocraten* S; *Ptolemocratem* L — *mercennarium* S A F: *mercenarium* L O — 12. *uenditionis -- proscriptionis* T — 12. 14. *perscriptiones* S — 12. *num* S T A: *non* F L — 14. *reiciunt* S — 15. *atque homines* T A — *Pergami* T — 16. *consecutus* Klotzius: *secutus* S T A; *assecutus* cum Naugerio (et cod. Oxon. C) F L O — 17. *esse putabas* S T F: *putabas esse* A L O — 18. *Smyrnaea. Ne* Garatonius: *smyrne? anne* S et multi alii codd. (nullus habet *Smyrnaea*); *Smyrnae? Ac ne* A; *Smyrnae? At ne* F; *Smyrnaea? At ne* L O. (*Smirna*, omissis verbis *At ne -- possem recitare* T.) — 19. *haberem* nos: *habere me* S A O; *habere* F L — 21. *primum, ut in oppidum -- iudices esse cetera* (§ 83 init.) cum ceteris codd. notis om. S T A. Chunradus Peutingerus Augustanus in adnotatione ad orationem pro L. Flacco praemissa editioni Cratandrinae hanc lacunam a se expletam esse affirmat his verbis: «Quum superioribus diebus Hieronymus Rorarius Foroiuliensis, non vulgaris eruditionis, apud nos in prandio fuisset et nomismata sua vetusta nobis ostendisset, dedit etiam versus octo vel paulo plus supra quinquaginta, quibus oratio haec Ciceroniana pro Flacco hactenus formis excusa deficiebat: quos addere curavimus.» Parum accurate igitur Niebuhrius *Fragmm.* p. 38. «ex codice Germanico» additum esse hoc supplementum dixit. «Quamquam locus iste illo dumtaxat a Cod. conservatus videtur, aliquoties in eo suum Cod. laudavit Henr. Stephanus, aliquoties suos Lambinus p. 230 et 231 ed. Neap., aliquoties vetustissimos libros Ursinus p. 225 et 232, id quod novo argumento esse potest, quantum fidei tribuendum sit eiusmodi Iannoctii, Lambini, Ursini, Henr. Stephani libris.» Or.

ingenio», mihi crede, ludebant: cum vero coronam auream litteris imponebant, re vera non plus aurum tibi quam monedulae committebant. Ne tum quidem hominum venustatem et facetias perspicere potuisti? Igitur illi Pergameni proscriptiones, quas tu afferebas, repudiaverunt. P. Orbius, homo et prudens et innocens, contra te omnia decrevit. Apud P. Globulum, meum necessarium, fuisti gratiosior: utinam neque ipsum neque me paeniteret! XXXII. 77. Flaccum iniuria decrevisse in tua re dicis: adiungis causas inimicitiarum, quod patri L. Flacci aedili curuli pater tuus tribunus plebis diem dixerit. At istud ne ipsi quidem patri Flacci valde molestum esse debuit, praesertim cum ille, cui dies dicta est, praetor postea factus sit et consul, ille, qui diem dixit, non potuerit privatus in civitate consistere. Sed si iustas inimicitias putabas, cur, cum tribunus militum Flaccus esset, in illius legione miles fuisti, cum per leges militares effugere liceret iniquitatem tribuni? Cur autem praetor te inimicum paternum in consilium vocavit? Quae quidem quam sancte solita sint observari, scitis omnes. Nunc accusamur ab iis, qui in consilio nobis fuerunt. 78. Decrevit Flaccus. Num aliud atque oportuit? In liberos. Num aliter censuit senatus? In absentem. Decrevit, cum ibidem esses, cum prodire nolles; non est hoc in absentem, sed in latentem reum. SENATVS CONSVLTVM ET DECRETVM FLACCI. Quid? si non decrevisset, sed edixisset, quis posset vere reprehendere? Num etiam fratris mei litteras, plenissimas humanitatis et aequitatis, reprehensurus es? † quas easdem mulieri a me datas apud Pataranos requisivit. Recita. LITTERAE Q. CICERONIS. 79. Quid? haec Apollonidienses occasione facta ad Flaccum detulerunt? Apud Orbium acta non sunt?

---

2. Isidorus Hispal. *Origg.* XII, 7, 35: «Cicero pro Valerio Flacco: *Non plus aurum tibi quam monedulae committendum.*» — *monedulae* Isidorus et Peutingerus: *monedium* Crat. — 4. *Igitur illi* ed. Cratandrina: *Isti igitur, isti* cum Naugerio F L; *Isti igitur* (om. *illi*) Th. Mommsenius; *illi igitur, illi* O. Cf. Zumpt. *Gramm. Lat.* § 357. — *proscriptiones* Camerarius: *perscriptiones* Crat. F — 5. *Apud* Lambinus: *In* Crat. F L, † *In* O — 6. *Globulum* Peutingerus (in margine): *Globium* Crat. — 7. *Flaccum - - dicis* Madvigius (*Epist. crit.* p. 93 adnot.): *Flaccum in curia decrevissent veridicas* Crat. et obelo praefixo F O; *Flaccum inimicitiis et iracundia incitatum decrevisse dicis* L. Cf. Ravium *Var. Lectt.* I p. 34. — 8. *adiungis*] *Et vero adiungis* L — *Flacco* malebat Orellius, coll. §§ 59 et 89. — 9. *ne*] *nec* Crat.; emendavit Lambinus. — 12. *iustas* Naugerius: *istas* Crat. — 13. *illius* Crat.: *eius* cum Naugerio F L — 14. *per* Crat.: *tibi per* cum Naugerio F L — *effugere*] *eiurare* Orellius. — 15. *praetor* Camerarius et Antonius Augustinus: *per* Crat. — 17. *fuerunt* Faërnus: *faverunt* Crat. Cf. § 81. — 18. *aliter* Crat.: *aliter ac* cum Naugerio F L O — *In absentem. Decrevit, cum* Madvigius (*Epist. crit.* p. 92): *In absentem decrevit. Cum* Crat. F O; *In absentem. Cum* (omisso de Pantagathi coniectura verbo *decrevit*) L — 19. *Cum prodire nolet. Non est hoc in absentem, sed in latentem* habet B — *hoc decernere in* L — *sed in latentem* B: om. ceteri. — 20. *reum*] *In reum* (deletis verbis *S. C. ET DECR. FL.*) Madvigius *Epist. crit.* p. 93; *Recita* Halmius. — 21. *edixisset* Manutius: *dixisset* Crat. — 23. *es* Lambinus: om. Crat. F — *mulieres* F; *mulieribus* L — *Pataranos* om. Crat.: addidit Naugerius. (*queis easdem mulieres amandatas apud Pataranos requisivit* Pantagathus.) «Ex hoc loco manifestum fit Naugerium aut licentissime in hoc toto capite versatum esse, aut, quod non prorsus incredibile est, habuisse exactius aliquod ἀπόγραφον Cod. Peutingeriani vel similis. Unde enim h. l. accepimus *Pataranos* nisi aut e coniectura libidinosa fere aut e Mss.?» OR. — 24. *Recita. LITTERAE Q. CICERONIS* Th. Mommsenius: *R.* (sic) *literarumque Ciceronis* Crat.; *Recita litteras Q. Ciceronis* cum Naugerio F; *Recita litteras Q. C. LITTERAE Q. C.* L O — *Apollonidienses* Lambinus: *Apollonidenses* Crat. F; *Apollonienses* L. Cf. § 71. — 25. *potestate facta* L; *censione facta* mg. 𝔏; *concursione facta* Gulielmius; *occasione data* Orellius. — *ad Flaccum non detulerunt* L.

ad Globulum delata non sunt? Ad senatum nostrum me consule nonne legati Apollonidienses omnia postulata de iniuriis unius Deciani detulerunt? At haec praedia in censum dedicavisti. Mitto, quod aliena; mitto, quod possessa per vim; mitto, quod convicta ab Apollonidiensibus; mitto, quod a Pergamenis repudiata; mitto etiam, quod a nostris magistratibus in integrum restituta; mitto, quod nullo iure neque re neque possessione tua: illud quaero, sintne ista praedia censui censendo, habeant ius civile, sint necne sint mancipi, subsignari apud aerarium aut apud censorem possint. 80. In qua tribu denique ista praedia censuisti? Commisisti, si tempus aliquod gravius accidisset, ut ex isdem praediis et Apollonide et Romae imperatum esset tributum. Verum esto: gloriosus fuisti, voluisti magnum agri modum censeri, et eius agri, qui dividi plebi Romanae non potest. Census es praeterea numeratae pecuniae $\overline{\text{CXXX}}$: eam opinor tibi numeratam non esse abs te; sed haec omitto. Census es mancipia Amyntae: neque huic ullam in eo fecisti iniuriam; possidet enim ea mancipia Amyntas. Ac primo quidem pertimuit, cum te audisset servos suos esse censum: rettulit ad iuris consultos. Constabat inter omnes, si aliena censendo Decianus sua facere posset, eum maxima habiturum esse * * * XXXIII. 81. Habetis causam inimicitiarum, qua causa inflammatus Decianus ad Laelium detulerit hanc opimam accusationem. Nam ita questus est Laelius, cum de perfidia Deciani diceret: «Qui mihi auctor fuit, qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus, is a Flacco corruptus est, is me deseruit ac prodidit.» Sicine tu auctor tandem eum, cui tu in consilio fuisses, apud quem omnes gradus dignitatis tuae retinuisses, pudentissimum hominem, nobilissima familia natum, optime de re publica meritum, in discrimen omnium fortunarum vocavisti? Scilicet defendam Decianum, qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit. 82. Non est, mihi crede, corruptus: quid enim fuit, quod ab eo redimeretur? Ut duceret iudicium? Cui sex horas omnino lex dedit, quantum tandem ex his horis detraheret, si tibi morem gerere voluisset? Nimirum illud est, quod ipse suspicatur: invidisti in-

---

1. *Globium* Crat. Cf. § 76. — 3. *At* Lambinus: *Ad* Crat. F L — *praedia* Crat.: *praedia etiam* cum Naugerio F L O — *in censum* Iustus Lipsius (*Var. Lectt.* III, 1 collata P. Africani oratione contra Ti. Asellium ap. A. Gellium VI [VII] 11, 9: *quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti*): *incensa* Crat. L; *incensu* Naugerius; *in censu* F O — *Mitto - - vim* habet B — 6. *nullo iure neque re neque p.* Th. Mommsenius: *nullo in iure neque re neque p.* Crat.; *nullo in iure neque in re neque p.* cum Naugerio F; *nullo iure neque in re neque in p.* cum ed. Hervagiana L O — 7. *sintne* Camerarius: *suntne* Crat. — 8. *ius civile, necne: sint, necne mancipi* L — *mancipi* Naugerius: *municipii* Crat. — *subsignari - - aput censorem possent* habet B — *aerarium aut aput* B: *aerarium, apud* ceteri. — 11. *Apollonide* Henr. Stephanus: *Appolonida* (sic) Crat.; *Apolloniae* cum ed. Hervagiana F L — *et Romae* ed. Hervagiana: *Romae est* Crat. — 12. *censeri* Naugerius: *censere* Crat. — 13. *non posset* Halmius. — 14. *CXXX* Crat.: *centum triginta milia* cum ed. Hervagiana F; *centum triginta HS millia* L — 15. *es* Naugerius: *et* Crat. — 18. *eum maxima habiturum esse* (cum lacunae signo) Crat.: *eum maximam habiturum esse rerum omnium copiam* Henr. Stephanus; *eum maximam habiturum esse familiam. Responsum est, eius facta non videri. idem visum est postea Flacco, .cum rem cognosceret: itaque decrevit* «ex antiquo codice, cum essent ad eius oram ab aliena manu e regione huius lacunae adscripta» L — 24. *fuisses* Faernus: *fauisses* Crat. Cf. § 78. — 27. *Scilicet*] *Sed* cum P. Fabro L; excidisse quaedam opinatur Mommsenius. — 29. *Ut duceret iudicum* (sic) habet B — *Cui - - dedit, quantum* Ravius (*Var. Lectt.* I p. 36 sq.): *cui - - dedit. Quantum* F L O — 31. *Invidisti - - prenderat* habet B — *ingenio subscriptoris* B et Naug.: *ingeniosus scriptoris* (cum corruptelae signo) Crat.

genio subscriptoris tui. Quod ornabat facile locum, quem prehenderat, et acute testes interrogabat aut * *, fortasse fecisset ut tu ex populi sermone excideres. Idcirco Decianum † usque ad coronam applicuisti. Sed, ut hoc verisimile est, haud veri simile est Decianum a Flacco esse corruptum. 83. Ita scitote esse cetera, velut quod ait Lucceius L. Flaccum sibi dare cupisse, ut a fide se abduceret, sestertium viciens. Et eum tu accusas avaritiae, quem dicis sestertium viciens voluisse perdere? Nam quid emebat, cum te emebat? Ut ad se transires? quam partem causae tibi daremus? An ut enuntiares consilia Laelii? qui testes ab eo prodirent? Quid? nos non videbamus? Habitare una? Quis hoc nescit? Tabulas in Laelii potestate fuisse? Num dubium est? An ne vehementer, ne copiose accusares? Nunc facis suspicionem: ita enim dixisti, ut nescio quid a te impetratum esse videatur.

XXXIV. 84. At enim Androni Sextilio gravis iniuria facta est et non ferenda, quod, cum esset eius uxor Valeria intestato mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hereditas pertineret. In quo quid reprehendas, scire cupio. Quod falsum intenderit? Qui doces? Ingenua, inquit, fuit. O peritum iuris hominem! Quid? ab ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt? In manum, inquit, convenerat. Nunc audio; sed quaero, usu an coëmptione? Usu non potuit; nihil enim potest de tutela legitima nisi omnium tutorum auctoritate deminui. Coëmptione? Omnibus ergo auctoribus, in quibus certe Flaccum fuisse non dices. 85. Relinquitur illud, quod vociferari non destitit, non debuisse, cum praetor esset, suum negotium agere aut mentionem facere hereditatis. Maximas audio tibi, L. Luculle, qui de L. Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate maximisque beneficiis in tuos venisse hereditates, cum Asiam provinciam consulari imperio obtineres: si quis eas suas esse dixisset, concessisses? Tu, T. Vetti, si quae tibi in Africa venerit hereditas, usu amittes, an tuum nulla avaritia salva dignitate retinebis? At istius hereditatis iam Globulo praetore Flacci nomine petita possessio est. Non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum

---

1. *facile* B et Naugerius: *facere* Crat.; *facete* L O — 2. *interrogabat aut* * ed. Cratandrina: *interrogabat aut circunueniebat* cum ed. Hervagiana F L. Delevit *aut* et lacunae signum Klotzius in ed. altera Ravium l. l. secutus. — *fortasse -- excideres* Manutius in Commentario (nisi quod *tu* omisit): *fortasse fecistis et tu et populi sermone exciperes* Crat. O; *fortasse fecisti et tu et populi sermo ne exciperes* cum ed. Manutiana F; *fortasse fecisti et ut populi sermonem exciperes* L. De verbis *excipere* et *excidere* inter se permutatis cf. p. 615 v. 14, de domo sua § 61. — 4. *haud* Crat.: *ita haud* cum ed. Hervagiana F L; [*ita*] *haud* O — *est* ante v. *Decianum* nos addidimus. — 5. *scitote* Crat.: *scitote*, *iudices* cum ed. Hervagiana F L O — *cetera* Naugerius: *certa* Crat. In hac voce desinit Peutingeri supplementum. — *velut* nos: *vel* ceteri. — *Luceius* S A — 6. *a* om. S A — 6. et 7. *sextertium* S — *Et eum -- prodere* (sic) habet B — 7. *dices* S; *dicens* B — 8. *quas partes* L — 9. *An ut enuntiares* cet.] Recta totius huius loci interpunctio debetur Madvigio *Ep. crit.* p. 94. — 11. *Num*] *non* S A F — 12. *suspitionem* S — 13. *a te* S T A: *abs te* F L O — 14. *sestulio* S; *Sestullio* B in commentario ad v. 20. — 15. *intestata* S A — 19. *in manu* S T — *inquam* S — 20. *an* om. S pr. m. et T — *Nihil potest -- deminui* habet B — 21. *nisi* B: *sine* ceteri. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 5. — *tutorum*] *auctorum* T — 22. *Omnibus ergo tutoribus auctoribus* L — 23. *illud* om. S — *debuisset* T — 25. *de tuo lucio Flacco* S — 28. *tu tite* S — *Vecti* A F — *quae* S T: *qua* A F L O — 30. *Ad* (sic) *istius -- possessio est* habet B.

impulerunt. 86. Atque eodem etiam M. Lurco, vir optimus, meus familiaris, convertit aculeum testimonii sui: negavit a privato pecuniam in provincia praetorem petere oportere. Cur tandem, M. Lurco, non oportet? Extorquere, accipere contra leges non oportet: petere non oportere numquam ostendes, nisi docueris non licere. An legationes sumere liberas exigendi causa, sicut et tu ipse nuper et multi viri boni saepe fecerunt, rectum est, quod ego non reprehendo, socios video queri: praetorem, si hereditatem in provincia non reliquerit, non solum reprehendendum, verum etiam condemnandum putas? XXXV. Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Nihil istorum explicari potest, nisi ostenderis illam in tutela Flacci non fuisse. Si fuit, quaecumque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. 87. Sed tamen Lurconem, quamquam pro sua dignitate moderatus est in testimonio dicendo religioni suae, tamen iratum Flacco esse vidistis: neque enim occultavit causam iracundiae suae neque reticendam putavit: questus est libertum suum Flacco praetore esse damnatum. O conditiones miseras administrandarum provinciarum! in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum; ubi severitas periculosa est, liberalitas ingrata; sermo insidiosus, assentatio perniciosa; frons omnium familiaris, multorum animus iratus; iracundiae occultae, blanditiae apertae: venientes praetores exspectant, praesentibus inserviunt, abeuntes deserunt. Sed omittamus querelas, ne nostrum consilium in praetermittendis provinciis laudare videamur. 88. Litteras misit de vilico P. Septimii, hominis ornati, qui vilicus caedem fecerat: Septimium ardentem iracundia videre potuistis. In Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit: hostis est Lurco. Quid igitur? hominum gratiosorum splendidorumque libertis fuit Asia tradenda? an simultates nescio quas cum libertis vestris Flaccus exercet? an in vestris vestrorumque causis severitas odio est, eandem laudatis, cum de nobis iudicatis? XXXVI. 89. At iste Andro, spoliatus bonis, ut dicitis, ad dicendum testimonium non venit. Quid, si veniat? Decisionis arbiter C. Caecilius fuit: quo splendore vir! qua fide! qua religione! obsignator C. Sextilius, Lurconis sororis filius, homo et pudens et constans et gravis. Si vis erat, si fraus, si metus, si circumscriptio, quis pactionem fieri, quis adesse istos coëgit? Quid? si ista omnis pecunia huic adolescentulo L. Flacco reddita est, si petita, si redacta per hunc Antiochum, paternum huius adolescentis libertum, seni illi Flacco probatissimum, videmurne non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam liberalitatis laudem assequi singularem? Communem enim hereditatem, quae aequaliter ad utrumque lege venisset, concessit

---

1. *Atque* Halmius: *itaque* ceteri. — *vir optimus -- tandem M. Lurco* om. T — 4. *extorquere* S T A: *Eripere, extorquere* cum Naugerio F L O — 5. *An legationes liberas* habet B — 7. *ratum est* S — 8. *in provincia creverit* L — *non solum non* S — 10. *nihil doti istorum* S T A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — *explicare* S — 11. *in tutelam* T — *fuit* Naugerius (in ed. Victoriana): *sit* S A: *sic* T — 14. *religioni*] *orationi* Bremius, Schuetzius, Garatonius (II), qui contulit Verr. III § 103, ad Q. fr. I ep. 1 § 38. — 15. *neque*] *nec* S — 16. *est* om. F — 17. *provinciarum*] *ciuitatum prouinciarum* T; *civitatum et prouinciarum* A — 19. *perniliosa* S — 22. *praetermittendis*] *omittendis* A — 28. *exercuit* cum Naugerio F; *exercebat* Halmius. — *an* S A: *an vobis* T F L O — 30. *dicitur* S — 31. *C. Caelius* T — 32. *C. Sestullius* S — 33. *pudens* P. Manutius: *prudens* S T A. Cf. p. 825, 32. — *per* Pantagathus: *si per* S T A F — 37. *non* om. T A.

adolescenti propinquo suo: nihil ipse attigit de Valerianis bonis. Quod statuerat facere, adductus huius pudore et non amplissimis patrimonii copiis, id non solum fecit, sed etiam prolixe cumulateque fecit. Ex quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cepisse, qui tam fuerit in hereditate concedenda liberalis. 90. At Falcidianum crimen est ingens: talenta quinquaginta se Flacco dicit dedisse. Audiamus hominem. Non adest. Quo modo igitur dicit? Epistolam mater eius profert et alteram soror: scriptum ad se dicunt esse ab illo tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo, per epistolam quod volet iniuratus probabit? At qui vir! quam non amicus suis civibus! qui patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Graecorum conviviis maluit dissipare. 91. Quid attinuit relinquere hanc urbem, libertate tam praeclara carere, adire periculum navigandi? quasi bona comesse Romae non liceret. Nunc denique materculae suae festivus filius, aniculae minime suspiciosae, purgat se per epistolam, ut eam pecuniam, quacum traiecerat, non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur. XXXVII. At fructus isti Trallianorum Globulo praetore venierant: Falcidius emerat HS nongentis milibus. Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ut rata sit emptio: emit igitur aliquid, quod certe multo pluris esset; dat de lucro; nihil detrahit de vivo. Minus igitur lucri facit. 92. Cur Albanum venire iubet? cur matri praeterea blanditur? cur epistolis et sororis et matris imbecillitatem aucupatur? postremo cur non audimus ipsum? Retinetur, credo, in provincia. Mater negat; venisset, inquit, si esset denuntiatum. Tu certe coëgisses, si ullum firmamentum in illo teste posuisses. Sed hominem ab negotio abducere noluisti. Magnum erat ei certamen propositum, magna cum Graecis contentio: qui tamen, ut opinor, iacent victi; nam iste unus totam Asiam magnitudine poculorum bibendoque superavit. Sed tamen quis tibi, Laeli, de epistolis istis indicavit? Mulieres negant se scire, quis: ipse igitur ille tibi se ad matrem et sororem scripsisse narravit? an etiam scripsit oratu tuo? 93. At vero M. Aebutium, constantissimum et pudentissimum hominem, Falcidii affinem, nihil interrogas? nihil eius generum, pari fide praeditum, C. Manilium? qui profecto de tanta pecunia, si esset data, nihil audisse non possent. His tu igitur epistolis, Deciane, recitatis, his mulierculis productis, illo absente auctore laudato, tantum te crimen probaturum putasti, praesertim cum ipse non deducendo Falcidium iudicium feceris, plus falsam epistolam habituram ponderis quam ipsius praesentis fictam vocem et simulatum dolorem?

---

3. *accumulateque* S — 5. *est* om. S — 7. *dicitur* S A — 9. *qui*] *cui* cum Graevio O. Sed cf. Madvigium *Ep. crit.* p. 106 sq. — 11. *latum* S — 14. *Nunc -- epistulam* habet B — 15. *festius* B — *suspitiose* S — 16. *quacum traiecerat* S, Palat. tertius ex correctione (fuerat *qua contraiecerat*) et Gulielmius: *quam contraiecerat* T; *quam traiecerat* F; *quam conieccerat* A; *quam confecerat* cum ed. Aldina L — 17. *uenierunt* T L — 24. *Tu*] *aut* T — 25. *si illum* S — *a negotio* S — 26. *Magnum erat ei certamen* habet B — 27. *iste unus -- superavit* habet B — 29. *scire. quis ipse igitur ille* S: *scire qui sis* (s. *quis is*) *ipse igitur ille* T et plerique codd. Lagomarsiniani; *scire. Quid est igitur? ille* A; *scire. Quis is est igitur? ille ipse* F L; *scire. Quis is est igitur? ipse ille* O — 31. *hortatu* F — *At*] *an* T — *constantissimum*] *et constantissimum* 𝔏; [*et*] *constantissimum* O — 32. *prudentissimum* codd. Lagom. omnes, quinque Oxonn., SA. Cf. p. 824, 33. — *falcidiis* S — 33. *Manlium* A — 34. *posset* STA — 37. *iudicium*] *in iudicio* S.

94. Sed quid ego de epistolis Falcidii aut de Androne Sextilio aut de Deciani censu tam diu disputo [postulo], de salute omnium nostrum, de fortunis civitatis, de summa re publica taceo? quam vos universam in hoc iudicio vestris, vestris, inquam, humeris, iudices, sustinetis. Videtis, quo in motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. XXXVIII. Cum alia multa certi homines, tum hoc vel maxime moliuntur, ut vestrae quoque mentes, vestra iudicia, vestrae sententiae optimo cuique infestissimae atque inimicissimae reperiantur. Gravia iudicia pro rei publicae dignitate, multa de coniuratorum scelere fecistis: non putant satis conversam rem publicam, nisi in eandem impiorum poenam optime meritos cives detruserint. 95. Oppressus est C. Antonius. Esto; habuit quandam ille infamiam suam: neque tamen ille ipse, pro meo iure dico, vobis iudicibus damnatus esset, cuius damnatione sepulchrum L. Catilinae floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est, iusta Catilinae facta sunt. Nunc a Flacco Lentuli poenae per vos expetuntur. Quam potestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum coniugumque vestrarum trucidatos incendio patriae sepelire conatus est, mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in omnes odium saturaveritis? 96. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus eiectos: nimiae pietatis et summi amoris in patriam vicissim nos poenas, si ita placet, sufferamus. Nos iam ab indicibus nominamur; in nos crimina finguntur; nobis pericula comparantur. Quae si per alios agerent, si denique per populi nomen civium imperitorum multitudinem concitassent, aequiore animo ferre possemus: illud vero ferri non potest, quod per senatores et per equites Romanos, qui haec omnia pro salute omnium communi consilio una mente atque virtute gesserunt, harum rerum auctores, duces, principes spoliari omnibus fortunis atque civitate expelli posse arbitrantur. Etenim populi Romani perspiciunt eandem mentem et voluntatem: omnibus rebus quibus potest populus Romanus significat, quid sentiat; nulla varietas est inter homines opinionis, nulla voluntatis, nulla sermonis. 97. Quare si quis illuc me vocat, venio: populum Romanum disceptatorem non modo non recuso, sed etiam deposco. Vis absit, ferrum ac lapides removeantur, operae facessant, servitia sileant: nemo erit tam iniustus, qui me audierit, sit modo liber et civis, quin potius de praemiis meis quam de poena cogitandum putet. XXXIX. O di immortales! quid hoc miserius? nos, qui P. Lentulo ferrum et flammam de manibus extorsimus, imperitae multitudinis iudicio confidimus, lectissimorum civium et amplissimorum sententias pertimescimus. 98. M'. Aquilium patres nostri multis avaritiae criminibus testi-

1. *sestullio* S — 2. *sensu* S — *disputo* Th. Mommsenius: *disputo? postulo* SAF; *disputo et postulo* T; *disputo et expostulo* L O — 3. *rei p.* T A F — 4. *iudicio vestris vestris inquam humeris* Nic. Angelius: *iudicio vestris inquam humeris* S T A; *iudicio vestris humeris*, *vestris inquam humeris* cum ed. Aldina F L — 5. *Videtis -- versemur* habet B — *quo in motu* B: *in quo metu* S; *in quo motu* ceteri. — 10. *conversam*] *conversam esse* A — 12. *est* om. S — 13. *damnatus est* S — 19. *omnes* S et quinque codd. Oxonn.: *nos omnes* T L O; *vos omnes* A; *omnes nos* F — 22. *si ita diis placet* cum ed. Iuntina F — 24. *civium*] *cum* T et pr. S — 26. *per* ante v. *equites* om. S — 27. *atque* S T A: *ac* F L O — 28. *principesque* S — *civitate* S T A: *e civitate* F L O — 29. *etenim si populi R.* F L — *eandem* Gulielmius: *eam* S T A O; om. F L — 38. *iudicio*] *periculo* S — 40. *M. Aquilium patres nostri* habet B —

moniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, iudicio liberaverunt. Consul ego nuper defendi C. Pisonem, qui quia consul fortis constansque fuerat, incolumis est rei publicae conservatus. Defendi item consul L. Murenam, consulem designatum: nemo illorum iudicum clarissimis viris accusantibus audiendum sibi de ambitu putavit, cum bellum iam gerente Catilina omnes me auctore duos consules Kalendis Ianuariis scirent esse oportere. Innocens et bonus vir et omnibus rebus ornatus bis hoc anno me defendente absolutus est A. Thermus. Quanta rei publicae causa laetitia populi Romani, quanta gratulatio consecuta est! Semper graves et sapientes iudices in rebus iudicandis, quid utilitas civitatis, quid communis salus, quid rei publicae tempora poscerent, cogitaverunt. 99. Cum tabella vobis dabitur, iudices, non de Flacco dabitur solum: dabitur de ducibus auctoribusque conservandae civitatis, dabitur de omnibus bonis civibus, dabitur de vobismet ipsis, dabitur de liberis vestris, de vita, de patria, de salute communi. Non iudicatis in hac causa de exteris nationibus, non de sociis: de vobis ac de vestra re publica iudicatis. XL. 100. Quod si provinciarum vos ratio magis movet quam vestra, ego vero non modo non recuso, sed etiam postulo, ut provinciarum auctoritate moveamini. Etenim opponemus Asiae provinciae primum magnam partem eiusdem provinciae, quae pro huius periculis legatos laudatoresque misit, deinde provinciam Galliam, provinciam Ciliciam, provinciam Hispaniam, provinciam Cretam; Graecis autem Lydis et Phrygibus et Mysis obsistent Massilienses, Rhodii, Lacedaemonii, Athenienses, cuncta Achaia, Thessalia, Boeotia. Septimio et Caelio testibus P. Servilius et Q. Metellus huius pudoris integritatisque testes repugnabunt. Asiaticae iuris dictioni urbana iuris dictio respondebit; annui temporis criminationem omnis aetas L. Flacci et perpetua vita defendet. 101. Et si prodesse L. Flacco, iudices, debet, quod se tribunum militum, quod quaestorem, quod legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, provinciis gravissimis dignum suis maioribus praestitit: prosit, quod hic vobis videntibus in periculis communibus omnium vestrum sua pericula cum meis coniunxit; prosint honestissimorum municipiorum coloniarumque laudationes; prosit etiam senatus populique Romani praeclara et vera laudatio. 102. O nox illa, quae paene aeternas huic urbi tenebras attulisti, cum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum et flammam vocabantur; cum ego te, Flacce, caelum noctemque contestans, flens flentem obtestabar; cum tuae fidei optimae et spectatissimae salutem urbis et civium commendabam. Tu tum, Flacce, praetor communis exitii nuntios cepisti, tu inclusam in litteris rei publicae pestem deprehendisti, tu periculorum indicia, tu salutis auxilia ad me et ad senatum attulisti. Quae tibi tum gratiae sunt a me actae! quae a senatu, quae a bonis omnibus! Quis

---

M'. Lambinus: *M.* B S T A F — *Aquilium* B S T: *Aquillium* L O — 8. *A.* om. S — 9. *conservata* T — 11. *quid* ante *rei p.* om. S — 14. *omnibus bonis ciuibus* S T A: *bonis omnibus* F L; *bonis [civibus] omnibus* O — 16. *ac vestra* A; *et de vestra* L — 17. *vos ratio -- provinciarum* om. T — 19. *moneamini* T — 21. *provinciam* ante *hyspaniam* om. S T A — 25. *Q.* Naugerius (in ed. Victoriana): *A.* S T; *M.* A — 32. *nostrum* T — 36. *et ad flammam* T — 38. *et spectatissimae*] *expectatissimae* S T A — 39. *Tu tum* S T: *Tu tu* A F L — 42. *a senatu* S: *ab senatu* ceteri.

tibi, quis C. Pomptino, fortissimo viro, quemquam bonum putaret umquam non salutem, verum honorem ullum denegaturum? O nonae illae Decembres, quae me consule fuistis! quem ego diem vere natalem huius urbis aut certe salutarem appellare possum. XLI. 103. O nox illa, quam iste est dies consecutus, fausta huic urbi, miserum me, metuo, ne funesta nobis! Qui tum animus L. Flacci — nihil dicam enim de me —, qui amor in patriam, quae virtus, quae gravitas exstitit! Sed quid ea commemoro, quae tum, cum agebantur, uno consensu omnium, una voce populi Romani, uno orbis terrae testimonio in caelum laudibus efferebantur? nunc vereor, ne non modo non prosint, verum etiam aliquid obsint. Etenim multo acriorem improborum interdum memoriam esse sentio quam bonorum. Ego te, si quid gravius acciderit, ego te, inquam, Flacce, prodidero: mea dextera illa, mea fides, mea promissa, cum te, si rem publicam conservaremus, omnium bonorum praesidio, quoad viveres, non modo munitum, sed etiam ornatum fore pollicebar. Putavi, speravi, etiam si honos noster vobis vilior fuisset, salutem certe caram futuram. 104. Ac L. Flaccum quidem, iudices, si, quod di immortales omen avertant, gravis iniuria afflixerit, numquam tamen prospexisse vestrae saluti, consuluisse vobis, liberis, coniugibus, fortunis vestris paenitebit; semper ita sentiet, talem se animum et generis dignitati et pietati suae et patriae debuisse: vos ne paeniteat tali civi non pepercisse, per deos immortales, iudices, providete. Quotus enim quisque est, qui hanc in re publica sectam sequatur? qui vobis, qui vestri similibus placere cupiat? qui optimi atque amplissimi cuiusque hominis atque ordinis auctoritatem magni putet, illam viam si sibi vident expeditiorem ad honores et ad omnia quae concupiverunt? XLII. Sed cetera sint eorum: sibi habeant potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates: liceat his, qui haec salva esse voluerunt, ipsis esse salvis. 105. Nolite, iudices, existimare eos, quibus integrum est, qui nondum ad honores accesserunt, non exspectare huius exitum iudicii. Si L. Flacco tantus amor in bonos omnes, tantum in rem publicam studium calamitati fuerit, quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitae, quam ante praecipitem et lubricam esse ducebat, huic planae et stabili praeponendam esse arbitretur? Quod si talium civium vos, iudices, taedet, ostendite: mutabunt sententiam, qui poterunt; constituent, quid agant, quibus integrum est: nos, qui iam progressi sumus, hunc exitum nostrae temeritatis feremus. Sin hoc animo quam plurimos esse vultis, declarabitis hoc iudicio, quid sentiatis. 106. Huic misero puero, vestro ac liberorum vestrorum supplici,

1. *Pomptino* Lambinus: *pomptinio* S; *Prontinio* A; *pontimo* T; *Pontinio* F. Cf. p. 688, 25. 689, 9. 692, 22. de prov. cons. § 32. — 6. *enim* om. F L — 7. *quae virtus*] *qui iuratus* T — 8. *cum* om. T — 13. *perdidero* S A — *dextra* A L cum plerisque codd. Lagomarsinianis. — 17. *ac* S T: *at* A F O — *si id quod* S et codd. Lagom. omnes. — 19. *coniugibus uestris fortunis penitebit* S — 25. *illam viam si sibi* nos: *illam viam sibi* S T A; *cum illam viam sibi* F L O — *uident* S A: *videant* T F L O — 28. *his* S: *iis* ceteri. — 31. *in rem p.* Lambinus: *in R. P.* A; *in rep.* S T F — 32. *quem -- putatis* habet B — 34. *dicebat* S — 36. *poterunt* (ut coniecit Ernestius) S et tres codd. Lagomarsiniani: *potuerunt* alii; *potuerint* T A F L O — 38. *quid sentiatis -- hoc iudicio* om. T — *sentiatis. praeclara illi haec oratio quidem, si huic* ex Naugerii (in ed. Victoriana) inepto supplemento F L — 39. *huic misero puero* habet B — *huic* B: *huic, huic* ceteri.

iudices, hoc iudicio vivendi praecepta dabitis. Cui si patrem conservatis, qualis ipse debeat esse civis, praescribetis: sin eripitis, ostendetis bonae rationi et constanti et gravi nullum a vobis fructum esse propositum. Qui vos, quoniam est id aetatis, ut sensum iam percipere possit ex maerore patrio, auxilium nondum patri ferre possit, orat, ne suum luctum patris lacrimis, patris maerorem suo fletu augeatis; qui etiam me intuetur, me vultu appellat, meam quodam modo flens fidem implorat ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriae spoponderim, dignitatem. Miseremini familiae, iudices, miseremini patris, miseremini filii: nomen clarissimum et fortissimum vel generis vel vetustatis vel hominis causa rei publicae reservate.

Fragmenta ab aliis scriptoribvs servata.

[Isidorus Hispal. Origg. II, 21, 29: *Paradoxon est, cum dicimus inopinatum aliquid accidisse, ut pro Flacco Cicero:* cuius laudis praedicator esse debuerit, eius periculi deprecatorem esse factum.

Iulius Victor XV p. 243 ed. nostrae: *Licet etiam principales quaestiones in principio praecerpere, sed praecursu solo atque tactu, ut de his quaeri videatur, quomodo pro Flacco et pro Fonteio Marcus Tullius:* nihil agi illo iudicio nisi ut magistratus in provinciis non audeant imperare sociis, quod ex usu rei publicae sit.]

Arusianus Messius v. *Benevolus illi* p. 218 ed. Lindem.: *Cicero pro Flacco*: Quam benevolum hunc populo Romano, quam fidelem putatis?

Hieronymus *Comment. ad Galat.* I, 3 et ep. X, 3 (*Opp.* IV, 2 p. 16 ed. Bened.): *doctissimi quique Graecorum, de quibus pro Flacco agens luculenter Tullius ait:* ingenita levitas et erudita vanitas.

---

2. *si eripietis* pr. S — *ostenditis* S T — 7. *imploratam repetit* S T A — 9. *patris* S: *fortissimi patris* ceteri. — 14. «In oratione pro Flacco non reperitur hic locus, nisi memoriter eum laudaverit, qui legitur ab initio orationis: *sperabam, iudices, honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum quam miseriarum deprecatorem.*» F. V. Otto. — 20. «Haec verba collocanda videntur circa initium lacunae capitis secundi, Cicerone ipso indice, ubi ait (§ 4): *nisi forte, quae res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui causae fundamenta iaciantur, iudices, non videtis.*» Mai. — 22. *benivolum* uterque codex.

M. TULLII CICERONIS

ORATIO

CUM SENATUI GRATIAS EGIT.

RECENSUIT

CAROLUS HALMIUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = codex Parisinus num. 7794 a me collatus. Codicem, quem ante me Krarupius Danus, sed negligentissime excussit, descripsi in dissertatione in novo Museo Rhenano vulgata (Vol. IX, p. 321 sqq.), quae sic inscripta est: *Interpolationen in Ciceronischen Reden aus dem codex Parisinus Nro. 7794 nachgewiesen.*

G = codex Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345 a Baitero collatus.

E = codex Erlangensis 38 (nunc num. 847; v. Irmischer, *Handschriftenkatalog der Universitäts-Bibliothek zu Erlangen.* 1852 p. 219), a me collatus.

F = lectiones codicis Pithoeani a me iterum post Graevium ex margine exempli Lambiniani, quod Heidelbergae adservatur, exscriptae.

S = cod. Salisburgensis aulicus n. 34 (cod. lat. Monac. 15734) a me collatus.

mei = P G E S.

L = ed. Lambiniana a. 1566.

O = ed. Orelliana prior.

Praeter hos codices apparatus Lagomarsinianus ad manus erat, quem ad hanc et ad sequentem orationem Niebuhrius totum descripsit. Excussit autem Lagomarsinus viginti codd. his numeris a se signatos: 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 11. 13. 18. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 43. 65. 66. Omnes sunt deterioris notae, quare satis habui aliquot locis eorum lectiones indicasse; ne reliquorum quidem codicum, quos habui, lectiones integras dedissem uno excepto Parisino, nisi unius orationis ex illis quas Parisinus habet apparatu pleniore descripto demonstrare voluissem, in his orationibus verborum recensionem ex uno illo codice petendam esse, cum paucae illae lectiones meliores, quas alii codices habent, felices hominum doctorum emendationes, non ex fonte puriore deductae videantur.

I. 1. Si, patres conscripti, pro vestris immortalibus in me fratremque meum liberosque nostros meritis parum vobis cumulate gratias egero,

---

Inscriptio orationis. *M. Tvlli Ciceronis incipit cvm senatvi gratias egit* P G, ut item Scholiastes Bobiensis (Vol. II, p. 248 ed. Orell.) habuit, in quo adhuc legitur *senatvi gratias egit*, verba autem *incipit cum*, utpote colore exarata, evanuerunt: *Incipit oratio .M. T. Ciceronis cum de reditu suo senatui gratias egit* Erf.; *Oratio M. Tullii Ciceronis in senatu post reditum de exilio* F et Pal. IX (= Vaticanus num. 1525), sed Pal. *ab exilio*; *M. Tullii Ciceronis oratio ad senatum post reditum inc.* S; in E deest inscriptio; *post reditum in senatu oratio* editiones.

quaeso obtestorque, ne meae naturae potius quam magnitudini vestrorum beneficiorum id tribuendum putetis. Quae tanta enim potest exsistere ubertas ingenii, quae tanta dicendi copia, quod tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos universa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo, liberis nostris parentes, nobis liberos, qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam rem publicam, qui patriam, [qua nihil potest esse iucundius,] qui denique nosmet ipsos nobis reddidistis. 2. Quod si parentes carissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est; si deos immortales, quorum beneficio et haec tenuimus et ceteris rebus aucti sumus; si populum Romanum, cuius honoribus in amplissimo consilio et in altissimo gradu dignitatis atque in hac omnium terrarum arce collocati sumus; si hunc ipsum ordinem, a quo saepe magnificentissimis decretis sumus honestati: immensum quiddam et infinitum est, quod vobis debeamus, qui vestro singulari studio atque consensu parentum beneficia, deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me multa iudicia nobis uno tempore omnia reddidistis, ut, cum multa vobis, magna populo Romano, innumerabilia parentibus, omnia dis immortalibus debeamus, haec antea singula per illos habuerimus, nunc universa per vos reciperarimus. II. 3. Itaque, patres conscripti, quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem quandam per vos esse adepti videmur. Quod enim tempus erit umquam, cum vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur, qui illo ipso tempore, cum vi ferro, metu minis obsessi teneremini, non multo post discessum meum me universi revocavistis, referente L. Ninnio,

---

1. *magnitudine* E — 2. *id tribuendum* G S: *adtribuendum* E F P; *id attribuendum* cod. Graevii. Sed tuetur *tribuendum* etiam imitatio Claudii Mamertini in *Grat. act. Iul.* c. 31. — *tanta enim* mei: *enim tanta* O — *existere* E P S (*existere potest* cod. Lamb.) — 4. *possit* P S: *posset* E F et G pr. m. — *vestrum* E F — 5. *merita* cod. Henr. Stephani. — *orando* P G: *ornando* E F S. «*Orando* est pro *oratione*, idque longe aptius verbo *complectendi*. Melior tamen et usitatior est oppositio in or. ad Quir. 2, 5: *non modo augere aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi.*» Fr. Aug. Wolf. — *numerando* G E P et codd. plerique: *enumerando* 5 Lagg., S O. «Ut *percensere numerando* nihil est aliud nisi *numerare* [potius idem quod *enumerare*], ita *complecti ornando* nihil est aliud nisi *ornare*: utrumque vero, *complecti* et *percensere*, propter *universa* scite ponitur ad ornandi numerandique perfectionem significandam.» Garatoni in *Curis sec.* — 6. *optimum* Franc. Fabricius ex cod. suo, ut videtur. Eius adnotationes ad hanc orat. vulgatae sunt in *Niebuhrii Museo Rhenano* II, p. 424 sqq. — 8. *qua -- iucundius* P sup. lin. habet m. 2, sed vetere. — 9. *nobis nosmet ipsos* Erf. — *reddidisti* E — 10. *ab hys* E, ut fere semper. — 11. *inmortalis* G, *immortalis* P — *tenemus* S — 13. *omnium dignitatum terrarum* E — 14. *conlocati* P — *si*] *sed* E — *ordinem ipsum* Erf. — 15. *sumus decretis* E — *inmensum* P G — *quiddam est et infinitum* G; at v. de Offic. I, § 81: *manu cum hoste confligere immane quiddam et beluarum simile est.* — 16. *debeamus* mei et Lagg. omnes: *debemus* Lambinus, cod. Franc. primus, O. Explico: *inmensum vobis deberi nobis videmur* (*ὀφείλοιμεν ἄν*). — *vestro* om. S — 18. *uno tempore omnia* mei: *omnia uno temp.* O — 19. *reddidisti* E — *ut quo* E F (ex *ut quom* ante *multa*.) — 20. *dis* P G: *diis* O — *inmortalibus* G, ut plerumque in hoc voc. — *haec* P G F S: *quod haec* E L; in P *quod* sup. lin. est m. 2 recentiore. — *ante* E — 21. *reciperarimus* P: *recuperaverimus* E L; *recuperavimus* S; *recuperarimus* O — 23. *esse adepti* mei: *esse* om. O — 24. *cum* P G: *quo* E S O. Cf. Madvigii *Gramm. ling. Lat.* § 358 not. 4. — 26. *me universi* mei: *univ. me* O — *L. Ninnio* habent mei et Lag. 21; in plerisque codd. rell. nomen foede corruptum est.

fortissimo atque optimo viro? quem habuit ille pestifer annus et maxime fidelem et minime timidum, si dimicare placuisset, defensorem salutis meae. Posteaquam vobis decernendi potestas facta non est per eum tribunum pl., qui, cum per se rem publicam lacerare non posset, sub alieno scelere delevit, numquam de me siluistis, numquam meam salutem non ab iis consulibus, qui vendiderant, flagitavistis. 4. Itaque vestro studio atque auctoritate perfectum est, ut ipse ille annus, quem ego mihi quam patriae malueram esse fatalem, octo tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea et ad vos saepe numero referrent. Nam consules modesti legumque metuentes impediebantur lege, non ea, quae de me, sed ea, quae de ipsis lata erat, quam meus inimicus promulgavit, ut si revixissent ii, qui haec paene delerunt, tum ego redirem: quo facto utrumque confessus est, et se illorum vitam desiderare, et magno in periculo rem publicam futuram, si, cum hostes atque interfectores rei publicae revixissent, ego non revertissem. Atque illo ipso tamen anno, cum ego cessissem, princeps autem civitatis non legum praesidio, sed parietum vitam suam tueretur, res publica sine consulibus esset, neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata, sententias dicere prohiberemini, caput meae proscriptionis recitaretur, numquam dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere. III. 5. Postea vero quam singulari et praestantissima virtute P. Lentuli consulis ex superioris anni caligine et tenebris lucem in re publica Kalendis Ianuariis dispicere coepistis: cum Q. Metelli, nobilissimi hominis atque optimi viri summa dignitas, cum praetorum, tribunorum pl. paene omnium virtus et fides rei publicae subvenisset; cum

---

2. *timidum et si dimicare* E F — 3. *postea quam* P; *postea vero quam* Franc. I. — *decernendi potestas* P E F S: *potestas decern.* G O — *facta non est* E F soli: *facta* om. P G S; *non est permissa* O, ut est in P sup. lin. manu recentissima. — *.TR. PL.* P, ut fere semper, nisi quod saepe idem habet *.T. R. P. L.* — 4. *sub alio* E — 5. *deleuit* G et P corr. m. 2, codd. plerique: *deluit* P pr. m.; *delituit* E F; *diruit* S. Cf. de re or. p. Sest. § 16. — 6. *non* om. E — *ab iis* P G S (sed in P prior *i* est in ras.): *ab hys* E; *ab his* O — *qui rem p. vendiderant* E F; *qui vendiderunt* S — 7. *ut* om. P G S — *ipse ille* P G: *ipse* om. E; *ille ipse* O — *annus*] *minus* P (*illo ipso anno* S). — 8. *octo* E: *hoc* P; *hos* G O; in S et aliquot Lagg., quorum nullus *octo* habet, *VIII* abiit in *CVM.* — 9. *et de salute mea promulgarent* cod. Lamb. — *nam et consules* E — 10. *inpediebantur* P — 11. *sed ea quae* P E S et 8 Lagg.: *sed quae* G O — *erat; Cum* sic P E — *quam* Lambinus: *cum* codices. (*cum m. i. promulgavisset* Ernesti.) — 12. *ut si revixerit vero qui pene hec* E — *ii* om. S — *quo fato* G P, uterque m. pr. — 14. *si cum hostes - - revixissent, ego non revertissem*] sic E F P (sed P *sicut ostes*, F *si eum hostes*), ut Frid. Aug. Wolfius, quem nemo audivit, coniectura assecutus est: *si aut hostes - - revixissent, aut ego non revertissem* P corr. m. recentissima, G S O. Sententiam loci etiam Garatoni in Cur. sec. recte perspexit, sed minus feliciter locum sic emendavit: *si hostes - - revixissent et ego non revertissem.* — *atque*] *aut* G S — 15. *Atque* E F: *itaque* codd. rell., O — *illo illo anno* S om. *tamen* (*tamen* etiam F, non *tum*, ut Graevius tradidit.) — 16. *gessissem* G P; *cecidissem* S — 17. *res p. sinere* * * *p. sine consulibus* P (sed *sine rep.* deletum prima, ut videtur, manu. — *consule* Erf. — 18. *annuis* * *esset orbata* P; *annuisses sed orbatas* G — 20. *salutem meam* G — 21. *postea vero cum - - coepissetis* Spengelius. — *sing. virtute et praestantissima* G — 22. *caligine anni* Erf. — *lucem rei .p.* G S — 23. *Kal.*] *K.* P — *dispicere* P et Lag. 7 soli: *despicere* G E S, P corr. — *cum Q.*] *cumq;* P G, sed in G *cum q.* corr. (*cum Q. Metelli - - subvenisset* S post *cum virtute - - arbitraretur* habet.) — 24. *optimi* om. E — *precorum* G pr. m., *preconum* G corr. — 25. *penes* E.

virtute, gloria, rebus gestis Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium saeculorum, omnis memoriae facile princeps, tuto se venire in senatum arbitraretur: tantus vester consensus de salute mea fuit, ut corpus abesset meum, dignitas iam in patriam revertisset. 6. Quo quidem mense, quid inter me et meos inimicos interesset, existimare potuistis. Ego meam salutem deserui, ne propter me civium vulneribus res publica cruentaretur: illi meum reditum non populi Romani suffragiis, sed flumine sanguinis intercludendum putaverunt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus respondistis; nihil iudices sententiis, nihil populus suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declaravit: mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. 7. Quo quidem tempore, cum is excessisset, qui caedi et flammae vobis auctoribus restiterat, cum ferro et facibus homines tota urbe volitantes, magistratuum tecta impugnata, deorum templa inflammata, summi viri et clarissimi consulis fasces fractos, fortissimi atque optimi tribuni pl. sanctissimum corpus non tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectumque vidistis. Qua strage nonnulli permoti magistratus, partim metu mortis, partim desperatione rei publicae, paululum a mea causa recesserunt: reliqui fuerunt, quos neque terror nec vis, nec spes nec metus, nec promissa nec minae, nec tela nec faces a vestra auctoritate, a populi Romani dignitate, a mea salute depellerent. IV. 8. Princeps P. Lentulus, parens ac deus nostrae vitae, fortunae, memoriae, nominis, hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putavit, si me mihi, si meis, si vobis, si rei publicae reddidisset; qui ut est designatus, numquam dubitavit sententiam de salute mea se et re publica dignam dicere. Cum a tribuno pl. vetaretur, cum praeclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset, totam illam, ut ante dixi, proscriptionem, non legem putavit, qua civis optime de re publica meritus nominatim sine iudicio una cum senatu rei pu-

---

1. *gloria* P m. 2 sup. lin. habet. — *gestis* om. G — *GN.* P, *Gn.* E. «Nomini *Cn. Pompeius* locus erat aut ante *virtute* aut post *princeps.* Abesse nomen potuit, ut supra § 4 *princeps autem civitatis* cet. Sed tum fort. fuit: *cum vir virtute* cet.» Garatoni (2). Haec posterior coniectura admodum probabilis est. — 2. *saeculorum* P: *seculorum* O — *venire in senatum* mei: *in senatum venire* O — 3. *non arbitraretur* E F, fort. corruptum ex *iam* (vel *tandem*) *arb.*, qualis particula aegre desideratur. — *ut licet corpus* S et 9 codd. Lagg.; *licet* item in P m. recentissima superscr. est. — 9. *iudices*] *uide* E — 10. post *populus* in Erf. *R.* sup. lin. est; *populus et nihil* (om. *suffragiis*) E — 11. *iubeatis* E — 12. *cum his* P ante rasuram. — *vobis auctoritatibus* P; *vestris auctoritatibus* S — 13. *volitantis* P G; *volitarent* E F — 14. *oppugnata* 8 codd. Lagg. et P corr. m. recentissima. — *summi viri et clarissimi viri* P G, sed in P posterius *viri* m. antiqua (fort. prima) deletum est. Fort. prius *viri* delendum est, ut sit: *summi et clarissimi viri, consulis* cet. — 15. *optimi viri tribuni* O contra codd. omnes praeter 4 Lagg. dett. — 16. *non solum tactum* S — 18. *paululum* P G S: *paulum* E et Lag. 4. 13 soli ex notis, O — 19. *nec vis* mei: *neque vis* O — 22. *ac decus* E F; cf. or. p. Sest. § 144. — 23. *indicium* Lagg. plerique: *iudicium* P G E S — *consolatus* E — 24. *me si mihi* E — *mihi* om. G — 25. *mea* in Erf. sup. lin. — *sed et re publ.* P; *de rep.* (om. *se et*) G pr. m., *et de rep.* G corr. et S; *et de rep. se dignam* coni. Garatoni. — 26. *diceret* G — *cum* ante *praecl.* om. E — 27. *ne quis disputaret* G — 29. post *illam* in P m. recent. *causam* additum est; *illam clausulam* L — *qua*] *quia* P ante rasuram et G — 30. *iuditio* P, ut saepe.

blicae esset ereptus. Ut vero iniit magistratum, non dicam, quid egit prius, sed quid omnino egit aliud nisi ut me conservato vestram in posterum dignitatem auctoritatemque sanciret? 9. Di immortales, quantum mihi beneficium dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus consul est! quanto maius dedissetis, si superiore anno fuisset! nec enim eguissem medicina consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine atque optimo civi et viro, Q. Catulo, non saepe unum consulem improbum, duo vero numquam excepto illo Cinnano tempore fuisse: quare meam causam semper fore firmissimam dicere solebat, dum vel unus in re publica consul esset. Quod vere dixerat, si illud de duobus consulibus, quod ante in re publica non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset. Quod si Q. Metellus illo tempore consul fuisset [inimicus], dubitatis quo animo fuerit in me conservando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse adscriptoremque videatis? 10. Sed fuerunt ii consules, quorum mentes angustae, humiles, pravae, oppletae tenebris ac sordibus, nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii nec intueri nec sustinere nec capere potuerunt, non consules, sed mercatores provinciarum ac venditores vestrae dignitatis: quorum alter me Catilinam, amatorem suum, multis audientibus, alter Cethegum consobrinum reposcebat: qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam non consules, sed latrones non modo deseruerunt, in causa praesertim publica et consulari, sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio non solum suo, sed etiam vestro ceterorumque ordinum spoliatum esse voluerunt. V. 11. Quorum alter tamen neque me neque quemquam fefellit: quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo, cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnium libidines divulgatum, qui ne a sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare? qui cum suam rem non minus strenue quam postea publicam confecisset, egesta-

---

1. *iniit*] *inid* P — *quid egerit prius* S; *quid prius* (om. *egit*) Erf. — 2. *prius*] *plus* G — 3. *di* P: *dii* O — 4. *annuo* E — *consul est quanto* E: *cos. quanto* P G; *prefuit. quo quanto* S; *consul fuit! quo quanto* O — 5. *maius*] *magis* E — 8. *consulem* om. E — *duo* P G et 7 Lagg.: *duos* E S O, rell. Lagg. — *numquam* P G S, omnes Lagg.: *numquam post Romam conditam* E F O — *Cinnano* E: *germano* P, sed antiqua manu voc. deletum est; margo habet *cesonino*, ut est in G; *cesonini* S. Codd. quoque Lagg. omnes mendosi sunt. — 10. *esset consul* S; *esset* om. G — *quod*] *quam* E F — *vero* F — *dixit si id* E — 11. *in rep. fuerat* E solus ex notis, quemadmodum F. A. Wolfius flagitavit. Nec tamen lectio speciosa necessaria videtur; codd. reliquorum hanc habet bonam sententiam: quod ante in re p. non fuerat, ut umquam ambo improbi essent. — 13. *inimicus* P G E, 7 Lagg.: *non inimicus* S, rell. Lagg. et 5 Oxonn.; *unicus* O cum ed. Iunt., quod Beckius inclusit; *homo inimicus* coni. Garatoni, *unus* Ernesti. Mihi *inimicus* manifestum glossema videtur. — *in me conservando fuerit* G — 14. *asscriptoremque* E S — 15. *ii* P G E et Lag. 10 (sed P G *u*, quod etiam *II* legere possis; in P ante rasuram *hii* fuerat): *duo* rell. Lagg., S O — *angustate* E — 16. *pravae* P S et Lagg. complures: *parvae* G E O — 17. *intueri* mei: *tueri* O et 5 Lagg. dett. — *sustineri* P — 18. *sed* om. G — 19. *me* P: *a me* sup. lin., codd. rell. et O; cf. in Verr. IV, § 113. — 20. *consobrinum suum* S — *poscebat* E; *reposcebant* G; cf. p. 518, 9. — 23. *non solum suo* S — *sed in vestro* E — 24. *voluerunt. Quorum* P, ut distinguendum esse Savelius (in ed. sua huius orat. Colon. 1830. 8.) vidit: *voluerunt: quorum* et deinde *fefellit. Quis enim* O — 25. *enim* om. S — *illius* E. Cf. Tac. Ann. II, 15: *nulla boni spe.* — 26. *habeat* Erf. — 27. *omnium* E et Pal. IX: *omnes* P G S O — *ne a*] *in ea* E F — 28. *inpuram temperantiam* E — 29. *strennue* E S.

tem et luxuriem domestico lenocinio sustentavit; qui nisi in aram tribunatus confugisset, neque vim praetoris nec multitudinem creditorum nec bonorum proscriptionem effugere potuisset, quo in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset, profecto egestate et improbitate coactus piraticam ipse fecisset, ac minore quidem cum rei publicae detrimento, quam quod intra moenia nefarius hostis praedoque versatus est. Quo inspectante ac sedente legem tribunus pl. tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret, ut lex Aelia et Fufia ne valeret, quae nostri maiores certissima subsidia rei publicae contra tribunicios furores esse voluerunt. 12. Idemque postea, cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, cumque adolescentes nobilissimi cunctique equites Romani se ad lenonis impudicissimi pedes abiecissent, quo vultu cincinnatus ganeo non solum civium lacrimas, verum etiam patriae preces repudiavit! Neque eo contentus fuit, sed etiam in contionem escendit eaque dixit, quae, si eius vir Catilina revixisset, dicere non esset ausus: se Nonarum Decembrium, quae me consule fuissent, clivique Capitolini poenas ab equitibus Romanis esse repetiturum: neque solum id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellavit: Lucium vero Lamiam, equitem Romanum, praestanti dignitate hominem et saluti meae pro familiaritate, rei publicae pro fortunis suis amicissimum, consul imperiosus exire ex urbe iussit: et cum vos vestem mutandam censuissetis cunctique mutassetis, atque idem omnes boni iam ante fecissent, ille unguentis oblitus, cum toga praetexta, quam omnes praetores aedilesque tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum et luctum gratissimae civitatis, fecitque, quod nemo umquam tyrannus, ut, quo minus occulte vestrum malum gemeretis, nihil diceret, ne aperte incommoda patriae lugeretis ediceret. VI. 13. Cum vero in circo Flaminio non a tribuno pl. consul in contionem, sed a latrone archipirata productus esset, primum processit, qua auctoritate vir! vini, somni, stupri plenus, madenti coma, composito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce et te-

---

1. *luxuriem* P G, Lag. 10. 21: *luxuriam* E S O et codd. plerique; cf. ad Verr. V, § 80. — 2. *ne mult.* E — *critorum ne bonorum* P pr. m. — 3. *quo* E, Pal. IX: *qui* P G S, Lagg. omnes. — 5. *cum* om. S et Lagg. praeter septem. — 6. *quam quo* coni. Garat. (2) et Weiske; *qui quam* S — *versatus est: quo* O — 8. *optemperaretur* P — *obnunciare* P G O — *comit*iis* P — 9. *Fufia* P G: *Fusia* E S — *ne*] *non* E — *valeret* mei et 9 Lagg.: *valerent* rell. Lagg., O. Cf. Baiterum in Ind. legum p. 130. — 12. *sordidata ad eum* E — *adulescentes* P, ut fere semper. — 13. *impudicissimi* mei et codd. plerique: *impurisrissimi* 3 Lagg. dett. (4. 19. 65.), L O, ut est in or. p. Sest. § 26. — 14. *cincinnatus* P et S corr.: *cintinnatus* E; *incincinnatus* G et S pr. m. — *praeces* P — 15. *contentus eo* E — *escendit* P, ut Gulielmius coniecit: *descendit* cod. S. Vict.; *ascendit* G E S O, codd. plerique. — 16. *eumque* E — 17. *clivi* S — 18. *Romanis* S: *R.* P; *p.* G; *.p. R.* Erf. — 19. *conpellavit* E — *Lucium* P G E: *L.* S O — *Lamiam* E S: *iam* P G; in Lagg. aut *iam* est aut voc. plane abiectum. — 20. *dignitate et hominem* P — 21. *rei p.*] *et r. p.* E — *sui* P — 22. *exire ex urbe* E et var. lect. in mg. Lamb.: *ex* om. codd. rell. et O. Cf. or. p. Sestio § 30. — 23. *atque hoc idem* E — 25. *inrisit* P — *squallorem* E — 26. *fecit quod* S — *ut*] *et* E — 27. *nihil indiceret* E — *ne aperte -- ediceret* P supra lin. habet m. 2 recentiore addita; *ut, quo magis occulte vestrum malum gemeretis, ne aperte incommoda patriae lugeretis ediceret.* Garatoni (2) coni. Contra Wolfius *nihil diceret* idem esse putat quod *prohiberet.* Cf. or. in Pis. § 18. — *lugeretis et diceret tum vero cum in citro flammineo* E — 30. *qua**auctoritate* P.

mulenta: quod in cives indemnatos esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor vehementissime displicere. Ubi nobis haec auctoritas tam diu tanta latuit? cur in lustris et helluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tam diu cessavit? Nam ille alter Caesoninus Calventius ab adolescentia versatus est in foro, cum eum praeter simulatam versutamque tristitiam nulla res commendaret, non vis consilii, non dicendi facultas, non scientia rei militaris, non cognoscendorum hominum studium, non liberalitas. Quem praeteriens cum incultum, horridum maestumque vidisses, etiam si agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum non putares. 14. Cum hoc homine an cum stipite in foro constitisses, nihil crederes interesse: sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum negotium, Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres. Idem domi quam libidinosus, quam impurus, quam intemperans, non ianua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus! Cum vero etiam litteris studere incipit et belua immanis cum Graeculis philosophari, tum est Epicureus, non penitus illi disciplinae, quaecumque est, deditus, sed captus uno verbo voluptatis. Habet autem magistros non ex istis ineptis, qui dies totos de officio ac de virtute disserunt, qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur, sed eos, qui disputent horam nullam vacuam voluptate esse debere, in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium delectationemque versari. 15. His utitur quasi praefectis libidinum suarum, hi voluptates omnes vestigant

---

1. *ciuis* P G S — *indempnatos* G, *indampnatos* E — *esse* P — 2. *dispicere* G — *vobis* G E — 3. *cur illustris* E F — *et helluationibus* P G S: *etiam helluonis* F; *etiam helluoni* E — 4. *tam* om. S — *eximia*] *optinia* E — *cessoninus* G, *cesonius* S — 5. *caluenticius* E — *adulescentia* P G — *est* om. Erf. — *simulatum* E — 6. *versutamque* P et G corr.: *victamque* E et Pal. IX; *fictamque* F; *irritamque* G pr. m. et S, et sic (aut *irretitamque*) codd. Lagg.; *mimicamque* coni. Graevius. — *ulla* E — *non vis consilii - - cogn. hom. studium*] sic scripsi praeeunte Lambino (sed coni. ille *non consilium*): *non inconsulta studium non dicendi uitia rei militaris non cogn. hominum* P (super *inconsulta* m. recentissima *cōs.* scriptum est); *non cos. studium non discendi uitia* (*iura* S) *rei militaris non cogn. hom.* G S; *studium* (sup. lin. *non iuris*) *non discendi uiciari* (sup. lin. *non rei*) *militaris non cogn. hom.* Erf.; *non iuris studium, non dicendi, non rei militaris, non cogn. hominum* Pal. IX, E F O. Cf. p. 837, 9 et or. in Pis. § 1: *numquam erat audita vox in foro, numquam periculum factum consilii, nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factum aut militiae aut domi.* In codd. Lagg., ex quibus sex hoc totum *non iuris - - liberalitas* omittunt, locus etiam foedius corruptus est. — 8. *cum* om. E — *incultu non horridum* P — 9. *mestumue* G; *maestumue* P, sed *q* ante *u* m. 1, ut videtur, addita est. — *existimasses* E — 10. *peditum* P pr. m. — *putares* E F: *putasti* P; *putasses* S; *dubitasti* G. (Ex Lagg. nullus *putares* habet.) — 11. *an*] *aut* S — *cum stipite* E F, 2 Lagg. (18. 23): *cum stipe* P pr. m.; *cum etiope* P corr. m. 2; *cum stipe l.* (i. e. *vel*) *aethiope* G; *cum stipite vel ethiope* S; *cum stipite Aethiope* O (in 6 Lagg. interpolatio est: *cum stipite Esopo*!) Cf. or. in Pis. § 19. — *in foro* P G E et Lag. 10. 21: *si in foro* S et rell. Lagg.; [*si*] *in foro* O — *si sensu* P; sup. lin. est a m. sec. *ñ* = *non.* — 12. *elingue* coni. Ernesti. — *negotium*] *vecordem* Lamb. — 13. *venialium* E — 14. *intemperas* P pr. m. — *ianua* E: *inaua* P G; hinc est in S et codd. plerisque: *in avare coeptis.* — 15. *pseudothyro* P (corr. ex *psedothyro*): *pseudothyra* E; om. B, 3 Lagg., Erf. (sed Erf. in marg.: *falsa ianua pseudothyra*); *porro* S et rell. Lagg. — *litteris* E, Erf., G corr. Lag. 10. 21. 66: *litteras* P S, G pr. m. et rell. Lagg. — 16. *belua* E L: *belluus* G; *ueluus* P; *heluus* P corr.; *helluo* aliquot Lagg., S O. Cf. Garat. ad h. l. — *graecis* Erf. — 18. *autem enim* E F soli. — 19. *ac virtute* E — 20. *cohortantur* L — *disputant* Lamb. in marg. — 21. *voluptati* E — *in omni semper parte corporis* G.

atque odorantur, hi sunt conditores instructoresque convivii; idem expendunt atque aestimant voluptates sententiamque dicunt et iudicant, quantum cuique libidini tribuendum esse videatur. Horum ille artibus eruditus ita contempsit hanc pudentissimam civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum in forum detulisset. VII. Is me, quamquam me quidem non — cognoram enim propter Pisonum affinitatem, quam longe hunc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset —, sed vos populumque Romanum non consilio neque eloquentia, quod in multis saepe accidit, sed rugis supercilioque decepit. 16. Luci Piso, tune ausus es isto oculo, non dicam isto animo, ista fronte, non vita, tanto supercilio, non enim possum dicere tantis rebus gestis, cum A. Gabinio consociare consilia pestis meae? Non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis in eam cogitationem adducebat, ut, cum illius re similis fuisses, frontis tibi integimento ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret? Cum hoc tu coire ausus es, ut consularem dignitatem, ut rei publicae statum, ut senatus auctoritatem, ut civis optime meriti fortunas provinciarum foedere addiceres? Te consule, tuis edictis et imperiis senatui populi Romani non est licitum non modo sententiis atque auctoritate sua, sed ne luctu quidem ac vestitu rei publicae subvenire. 17. Capuaene te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbiae fuit, consulem esse [sicut eras eo tempore], an Romae, in qua civitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? Tu es ausus in circo Flaminio productus cum tuo illo pare dicere te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum atque omnes bonos tum, cum a patria pestem *depellerent*, crudeles de-

---

1. «*instructores* est ἅπαξ λεγόμενον, ideoque longe praefero lectionem H. ap. Beck. [i. e. Oxon. H] *structoresque.* Structores passim in Inscriptt. memorantur.» Orelli. At h. l. non est sermo de servis ferculorum compositoribus aut de ea conviviorum structura quam habes in Tac. Ann. XV, 37, sed de iis qui hoc curabant ut convivia omnibus deliciis condita atque instructa essent. Cf. in Verr. IV, § 62. — *idem* P G E: *iidem* S O — 2. *existimant* E — 3. *quid tum* S — 4. *pudentissimam* E: *prudentissimam* P G S O et codd. plerique (sed est in P *p* ex corr., in quo videtur fuisse: *hanccrudentissimam*). — *omnis* P — 6. *is me quamquam me quidem non* P: *is me quanquam* (*quandam* G) *equidem non* G S; *sed me quamquam quidem minime non* E F (sed F *minime quidem*), unde coniecit Graevius: *is me quidem minime* (*is non me — namque equidem cognoram* Lamb. in marg.) — 7. *cognoram enim* P G (sed in P est *ã* in ras. et ante *r* item parva rasura): *cognoscantur* (*cognoscatur* F) *a me iam* E F; *cognoram eum* S — *adfinitatem* P — *quam*] *quamquam* E F — *hunc* om. E — 8. *apstulisset* P — 10. *set* P; *si* E — *Luci* P G: *L.* E S O — 12. *tanto* om. E F — *tantis rebus gestis* E: *tantibus gestis* P; *tantis gestis* P corr. et codd. rell.; *tantis* [*rebus*] *gestis* O. Iam igitur hic locus ex iis eximendus est quos Nipperdey contulit ad Nepotis Timotheum 4, 6. — *A.* P E et Lag. 10: om. G S et rell. Lagg. — 14. *nota*ta* P (ex *notanta*, ut videtur); *nonata* G; *nonotata* E; *torta* S — 15. *cognitionem* S — 16. *integimento* P G S: *integumento* E O (*integumentum* habet cod. Ambrosianus in Plauti Trin. II, 2, 32.) — 17. *tu* E F: om. P G S et Lagg. — 18. *optimi* P — *prouintiarum* P — 19. *populi R.* P E: *P. R.* 8 Lagg.: *populo R.* G; *populoque R.* codd. rell., O — 20. *atque* om. E F — 21. *luctu*] *vultu* E F, sed firmat *luctu* etiam Schol. — *Capuane* G — *te*] *te esse* G contra Schol. — *pubas* P — 22. *consulem te esse sicuti* E — 23. vv. *sicut eras eo tempore* delevit Garatonius (2). — *consoles* P pr. m. — 24. *flamini* P; *flaminino* E — 25. *pare* P: *pari* codd. rell. et O. Cf. Charis. p. 14 ed. P. — *semper te* E; *semper* om. Schol. — 26. *omnis* P G — *tunc* E — *depellerent* om. codd. praeter E F Pal. IX et Lag. 9, in quibus est *depulissem* (inde Lamb. *depulissent*), quod tamen supplementum videtur

monstrabas fuisse. Tu misericors me affinem tuum, quem comitiis tuis praerogativae primum custodem praefeceras, quem Kalendis Ianuariis tertio loco sententiam rogaras, constrictum inimicis rei publicae tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis et crudelissimis verbis a genibus tuis reppulisti: idemque tu clementia ac misericordia singulari, cum ego una cum re publica non tribunicio, sed consulari ictu concidissem, tanto scelere tantaque intemperantia fuisti, ut ne unam quidem horam interesse paterere inter meam pestem et tuam praedam, saltem dum conticisceret illa lamentatio et gemitus urbis. 18. Nondum palam factum erat occidisse rem publicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur. Uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat; bona ad vicinum consulem de Palatio, de Tusculano ad item vicinum alterum consulem deferebantur, cum, isdem operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modo a bonis, sed etiam a liberis atque inani foro, ignaro populo Romano quid ageretur, senatu vero oppresso et afflicto, duobus impiis nefariisque consulibus aerarium, provinciae, legiones, imperia donabantur.

VIII. Horum consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis, summa tribunorum pl. praetorumque fide et diligentia sublevati. 19. Quid ego de praestantissimo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali cive satis digne umquam loquetur? qui cum videret, sceleratum civem aut domesticum potius hostem, si legibus uti liceret, iudicio esse frangendum, sin ipsa iudicia vis impediret ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem consilio, manum copiis, vim vi esse superandam, primo de vi postulavit. Posteaquam ab eodem iudicia sublata esse vidit, ne ille omnia vi posset efficere curavit: qui docuit neque tecta neque templa neque forum neque curiam sine summa virtute ac maximis opibus et copiis ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus post meum discessum metum bonis, spem audacibus, timorem huic ordini, servitutem depulit civitati. 20. Quam rationem pari virtute, animo, fide P.

---

arbitrarium; a S et a plerisque Lagg. totum incisum *cum -- depellerent* abest. — *crudelis* P G; *crudelem* E F (*demonstrabas crudeles fuisse* Schol.) — 1. *adfinem* P et Schol. — *comitiis tuis* E F, ut Ernesti coniecit: *tuis* om. P et Lagg.; *tuis comitiis* G O; cf. or. in Pis. § 11. — 2. *praefeceras* codd. plerique: *praeferas* P; *feceras* E fort. recte. — *Kal.*] *K.* P — 3. *rogaras* E: *rogabas* codd. reliqui. — *rei p.* om. Schol. — 4. *meum propinquum generum tuum* F — *adfinem* P — *meam filiam* L — 5. *reppulisti* P G S: *repulisti* E O — 6. *idemque* P E S: *idem* G et Lag. 10. 21. 24. — *cum rei p.* P, sed *i* deleta. — 7. *tribunitio* P S — 8. *tamque* P — *paterere* E S et P corr.: *patere* P pr. m.; *patereris* G — 9. *predam tuam* E — *salutem* P, sed *u* punctata. — *cum* E — *conticisceret* P: *conticesceret* codd. rell. O. Cf. p. 499, 13. — 10. *gemitibus* G — *fuerat* E (firmat *erat* etiam Schol.) — *concidisse* S et 12 Lagg. (*occidisse* etiam Schol.) — 13. *item ad vicinum* E — 14. *isdem* P G E: *iisdem* S O — 15. *latere* E F — *etiam liberis* S — 16. *adflicto* P — 19. *fulsistis* P: *fulcistis* G E; *sustulistis* S — 20. *pl.* om. Erf. et S — *et*] *ac* E — *sublevastis* E — *quid ergo* E — 21. *cive vel satis* E — 22. *qui cum milonem sceleratum civem videret* E F — 24. *sin* om. G; *ni* S — *fortitudinem* P pr. m. — 25. *manum copiis* G E F et 3 Lagg. (10. 21. 24): *manum coiis* P; *manum manu* rell. Lagg. S O — 26. *de vi*] *die* G — *postulabat* E — 28. *nec curiam* P G S — 30. *metum bonis spem* Erf. corr.: *bonis metum spem* E F; *metum bonis set* P pr. m.; *metum bonis et* P corr. m. 2, G S, plerique Lagg. (*metum a bonis, timorem ab hoc ordine, servit. depulit a civitate* L.) Vereor ne *spem* falsa correctio sit; equidem suspicor: *metum bonis ex* (vel *ab*) *audacibus.* — 31. *virtuti* E.

Sestius secutus pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu civitatis nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitae discrimen vitandum umquam putavit: qui causam senatus exagitatam contionibus improborum sic sua diligentia multitudini commendavit, ut nihil tam populare quam vestrum nomen, nihil tam omnibus carum aliquando quam vestra auctoritas videretur: qui me cum omnibus rebus, quibus tribunus pl. potuit, defendit, tum reliquis officiis, iuxta ac si meus frater esset, sustentavit: cuius ego clientibus, libertis, familia, copiis, litteris ita sum sustentatus, ut meae calamitatis non adiutor solum, verum etiam socius videretur. 21. Iam ceterorum officia ac studia vidistis: quam cupidus mei C. Cestilius, quam studiosus vestri, quam non varius fuerit in causa. Quid M. Cispius? cui ego ipsi, parenti fratrique eius, sentio quantum debeam: qui, cum a me voluntas eorum in privato iudicio esset offensa, publici mei beneficii memoria privatam offensionem oblitteraverunt. Iam T. Fadius, qui mihi quaestor fuit, M. Curtius, cuius ego patri quaestor fui, studio, amore, animo huic necessitudini non defuerunt. Multa de me C. Messius et amicitiae et rei publicae causa dixit; legem separatim initio de salute mea promulgavit. 22. Q. Fabricius si, quae de me agere conatus est, ea contra vim et ferrum perficere potuisset, mense Ianuario nostrum statum reciperassemus: quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas vestra revocavit. IX. Iam vero praetores quo animo in me fuerint, vos existimare potuistis, cum L. Caecilius privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare, publice promulgarit de mea salute cum collegis paene omnibus, direptoribus autem bonorum meorum in ius adeundi potestatem non fecerit. M. autem Calidius statim designatus sententia sua, quam esset cara sibi mea salus, declaravit. 23. Omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quintilii, C. Cornuti summa et in me et in rem publicam constiterunt.

Quae cum libenter commemoro, tum non invitus nonnullorum in

1. *Sestius* mei: *Sextius* O — *secutus est* E — *pro nostra* E — 2. *uitae* in S sup. lin. ante *vitandum.* — 3. *contionibus* P G S: *cogitationibus* E F; *concionibus* O — 8. *ego* om. G — 9. *sum* P sup. lin. habet a m. sec.; videtur tamen potius *sū* ante *sustentatus* quam post syllabam *tus* praetermissum esse. — 10. *cetera* S — *officia ac studia* nos: *ac* omittunt codices; *officia studiaque* O. Emendatio loci est incerta; nam potest etiam alterum substantivum alterius interpretatio esse. — 11. *Cestilius* P E F S: *Cestillius* G; *Sextilius* Lamb. — 12. *M. Cispius* E et Pal. IX: *mospius* P; *M. osopius* S; *m. ospius* G et sic plerique Lagg., quorum nullus veram lectionem servavit; cf. or. p. Sestio § 76. — 13. *cum a me* P E: *cum mea* G; *cum mihi* S; *cum mea sententia* Lag. 10. 24; *a me* om. rell. Lagg. — 14. *publicis meis beneficiis* Erf. — *memoriam* E — *oblitteraverunt* mei (sed P pr. m. *obliteraverunt*): *obliterarunt* O — 15. *T. adius* G — *M. Curtius* mei: *M'. Curius* L O. Nomen *Curius* est in aliquot codd. dett., ut in 3 Oxonn. et in 7 Lagg.; at habent *Curtius* codd. etiam in ep. ad Quint. frat. I, 4, 3. Cf. p. Flacco § 30. — 16. *ego quaestor pari fui* E F — 17. *con messius* E F; *C. Messinius* L — 18. *separatim* edd.: *separatam* E; *speratim* P; *specialim* G S et codd. plerique. — 19. *ea* om. S — 20. *vestrum statum* E F et 5 Lagg.; *veterem statum recuperassem* coni. Garatoni. — *recipirassemus* P; *recuperassemus* G O; *recuperasse si* F; *recuperasset si* E; *recuperasset* S — 21. *nostra* G — 23. *copiis omnibus* E — 24. *promulgauit* G E — *pro mea* E — *cum* om. E — 25. *autem*] *aut* E et Erf. corr.; *enim* Erf. m. 1. — *bonorum meorum* mei: *meorum bon.* O — 27. *cara sibi mea* P E: *sibi cara mea* G S; *sibi mea cara* Erf. — *Septimi* E et P pr. m. — 28. *Cornutii* E F — *et re .p.* G — 29. *constituerunt* E — 30. *quem tum libenter* E — *commemoratum non* P pr. m. (*commemorata nominentur nonnullorum* S). — *inuentus* P.

me nefarie commissa praetereo. Non est mei temporis iniurias meminisse, quas ego etiam si ulcisci possem, tamen oblivisci mallem: alio transferenda mea tota vita est, ut bene de me meritis referam gratiam, amicitias igni perspectas tuear, cum apertis hostibus bellum geram, timidis amicis ignoscam, proditores non indicem, dolorem profectionis meae reditus dignitate consoler. 24. Quod si mihi nullum aliud esset officium in omni vita reliquum, nisi ut erga duces ipsos et principes atque auctores salutis meae satis gratus iudicarer, tamen exiguum reliquae vitae tempus non modo ad referendam, verum etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic homini ac liberis eius, quando omnes mei gratiam referent? quae memoria, quae vis ingenii, quae magnitudo observantiae tot tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus afflicto et iacenti consularem fidem dextramque porrexit: qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem vocavit: qui tanto amore in me, studio in rem publicam fuit, ut excogitaret, quem ad modum calamitatem meam non modo levaret, sed etiam honestaret. Quid enim magnificentius, quid praeclarius mihi accidere potuit, quam quod illo referente vos decrevistis, ut cuncti ex omni Italia, qui rem publicam salvam vellent, ad me unum, hominem fractum et prope dissipatum, restituendum et defendendum venirent? ut, qua voce ter omnino post Romam conditam consul usus esset pro universa re publica apud eos solum, qui eius vocem exaudire possent, eadem voce senatus omnes ex omnibus agris atque oppidis cives totamque Italiam ad unius salutem defendendam excitaret. X. 25. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere quam hoc, senatum iudicasse, qui civis me non defendisset, eum rem publicam salvam noluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia consulis dignitas valuit, ut

---

1. *praeterea* E — 2. *etiam* om. G — *transferendo* E F — 3. *tota mea* G — *amicitias -- tuear* om. G S, Lagg. praeter 10 et 21, alii. — 4. *igni* P: *digne* E et Pal. IX; *dignas* F; *igne* O et Lag. 10. 21. (*amicitia segni* P corr. m. 2.) Cf. de Offic. II, § 38: *hunc igni spectatum arbitrantur.* — *perspectas* E F: *perspectu* P corr. in *perspecta.* — *tuear* E F: *tuen* P pr. m.; *tunc* P corr. — *gerat* P pr. m. — 5. *proditores -- consoler*] sic P E S Pal. IX (sed P *dolerem* et *consolere*): *proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meae, defensores reditus dignitate consoler* G O (sed G pr. m. *consolor*). In P post *meae* superscr. est m. 2. *n* (pro *ñ*?) et deinde *consulerer* mutatum est. — 6. *quod mihi si nullum esset aliud* E — 7. *actores* P — 8. *reliquum vitae tempus* E F — 9. *ad ferendam* E; *afferendam* F — 13. *adflicto* P — *dextramque* mei: *dexteramque* O — 15. *vocavit* P S, Lag. 1. 3. 8: *revocavit* rell. O — *qui tanto* P corr. m. 2 (sed vetere) ex *qui ante*; *quanto* G S (*qui in me tanto amore* E) — *in re .p.* G — 18. *referente* E F: *rente* P; *petente* G S O, Lagg. omnes. — *decreuitis* P — 20. *restuendum* P pr. m. — *et defendendum* om. E F — 21. *ut*] *et* E — *ter omnino* E F, Pal. IX: *teromanino* P G; *te romule* S; *semel omnino* Lamb. (Lagg. omnes h. l. vitiosi sunt.) — *usus esset* S et P corr.: *uisus esset* E F; *unus esset* G: *uisus est et* P pr. m. — 22. *aput* E — 23. *omnis ex omnibus* E F: *omnes ex* om. codd. rell. et O. «Ex cod. Pith. addendum est: *omnes ex.* Ut omittam Ciceronem non *loco aliquo* excitare, sed *ex loco* dicere, vel declamator aliquis absurde diceret: *ex agris atque oppidis totam Italiam excit.* Denique cf. de eadem re, quod praecedit: *vos decrevistis, ut cuncti ex omni Italia -- venirent* et p. Sestio § 128: *ut litteris consularibus, cuncta ex Italia omnes -- convocarentur.* Neque mirum, si *omnes ex* ante *omnibus* excidit.» Wesenberg in *Emendatt. Tuscul.* III, p. 18. — *ciuis* P G E; *uicis cives* S; *uicis* aliquot Lagg.; hinc in L et nonnullis editt. *agris vicis atque oppidis*, de qua lect. v. Madvig. de Finn. p. 571. — 24. *quid ergo* G — 25. *hoc*] *hunc* E F — 27. *consulum* Erf. — *consilis diutas valuit* P.

dedecus et flagitium se committere putaret, si qui non veniret. Idemque consul, cum illa incredibilis multitudo Romam et paene Italia ipsa venisset, vos frequentissimos in Capitolium convocavit. Quo tempore quantam vim naturae bonitas haberet et vera nobilitas, intelligere potuistis. Nam Q. Metellus, et inimicus et frater inimici, perspecta vestra voluntate omnia privata odia deposuit: quem P. Servilius, vir cum clarissimus, tum vero optimus mihique amicissimus, et auctoritatis et orationis suae divina quadam gravitate ad sui generis communisque sanguinis facta virtutesque revocavit, ut haberet in consilio et fratrem ab inferis, socium rerum mearum, et omnes Metellos, praestantissimos cives, paene ex Acheronte excitatos, in quibus Numidicum illum, cuius quondam de patria discessus molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem visus est. 26. Itaque exstitit non modo salutis defensor, qui ante hoc unum beneficium fuerat inimicus, verum etiam adscriptor dignitatis meae. Quo quidem die, cum CCCCXVII senatores essetis, magistratus autem omnes adessent, dissensit unus, is qui sua lege coniuratos etiam ab inferis excitandos putarat. Atque illo die, cum rem publicam meis consiliis conservatam gravissimis verbis et plurimis iudicassetis, idem consul curavit ut eadem a principibus civitatis in contione postero die dicerentur: cum quidem ipse egit ornatissime meam causam perfecitque adstante atque audiente Italia tota, ut nemo cuiusquam conducti aut perditi vocem acerbam atque inimicam bonis posset audire. XI. 27. Ad haec non modo adiumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meae reliqua vos îdem addidistis: decrevistis, ne quis ulla ratione rem impediret: qui id im-

---

1. *dedecus et flag.* E F Pal. IX: *deus flagicium* P; *reus flag.* G; *omnis flagitium* S; *omne is flag.* L: *reus se flag.* Lag. 10. 21 (reliqui Lagg. etiam vitiosius). Equidem suspicor: *scelus et flagitium*, nisi malis *ingens flagitium.* — *si quis* E — *veneret* P pr. m. — 2. *Roma* G — *ytaliam* E — 3. *frequentissimus* E — *revocavit* E — 4. *habet* E F (*vim haberet vera bonitas* L). — *et vera* G E: *ut vera* P pr. m.; *aut vera* P corr. 2 m., S O — *intellegere* P G — 5. *namq; Metellus* E P — *et* ante *inimicus* om. E F — 6. *quem P.*] *quome* G (sed *o* in rasura); in P est ante *p.* rasura, in qua *rem* conspicitur; conf. ad p. 842, 6. — *cum vir* E — 9. *ut diceret in concilio* S — *ab inferis* suspectum erat Lambino. — 10. *et*] *ut* E — *omnis* P G S — *ciuis* mei. — 11. *Acherunte* G et Erf. pr. m. — *illum* Manutius: *illum Metellum* codices. — 12. *molestus omnibus*, *ipsi ne luctuosus quidem* E F Pal. IX: *honestis omnibus ne* (*sane* G) *luctuosus tandem* P G, item S, sed sine *ne*; *honestus ipsi, bonis omnibus tamen luctuosus* Lamb.; fortasse: *honestus bonis omnibus*, *sed luctuosus tamen* etc. — *visus est* P G S: *est visus* E F O — 13. *extitit* E, Pal. IX, Crat. margo: *dimittit* P G et sic vel *dimittitur,* ut est in S, plerique Lagg., quorum nullus *exstitit* habet: *fuit is* Manutius et L; fort. *tum* (vel *iam*) *fuit.* — *salutem* P G — *qui*] *hys* (ex *is*) *qui* E — *unum* P G S, codd. plerique: om. aliquot Lagg.; *suum* E F; fort. *unicum* — 14. *fueram* P pr. m. et G — *asscriptor* F: *assertor* coni. Pithoeus (Graevius de cod. F erravit). — *qua quidem* G — 15. *cum* P G S: *cum vos* E F O — *quadringenti. XVII.* G, P corr., et E F (sed hi *CCCCXVII*): *quadrigenti decem matem* P pr. m.; *quadringenti .X.* S; *quadringenti* Erf. pr. m. — *senatores*] *.S.* S — *m. autem omnes* P G: *m. hi omnes* Erf. pr. m.; *m. autem* (om. *omnes*) E F; *magistratusque omnes* S L; *m. autem hi omnes* Erf. corr., O — 16. *his qui* E — 17. *putarat* P corr. 1 m. ex *putaret.* — *adque* P — *cum* E, ut Garatonius coniecit: *quod* P G S (ex *quom*); *quo* O — 20. *meam causam* P G E: *causam meam* S O — *astante* mei. — 21. *nemo*] *mo* P pr. m. in initio versus; *mox* G S — 22. *aceruam* P — *atque inimicam* om. S — 23. *adiumentum* S — *etiam* om. E — *idem* P G E: *iidem* S O — 24. *decrevistis* merito suspectum est Garatonio in Cur. sec.: nam verbum supervacaneum esse, quo liber orationis cursus impediatur. Fort. *addidistis decretis vestris* cet. — *ne qui ulla* Erf.: *neque sulla* P pr. m. — *qui id* G S: *quid* P, sed *d* expuncta; *qui* F; *qui* [*id*] O; *si quis* Ernesti maluit (*qui id imped.* om. E).

pedisset, graviter vos molesteque laturos: illum contra rem publicam salutemque bonorum concordiamque civium facturum, et ut ad vos de eo statim referretur: meque etiam, si diutius calumniarentur, redire iussistis. Quid? ut iis agerentur gratiae, qui e municipiis venissent? quid? ut ad illam diem, res cum redissent, rogarentur ut pari studio convenirent? Quid denique illo die, quem P. Lentulus mihi fratrique meo liberisque nostris natalem constituit non modo ad nostram, verum etiam ad sempiterni memoriam temporis, quo die nos comitiis centuriatis, quae maxime maiores comitia iusta dici haberique voluerunt, arcessivit in patriam, ut eaedem centuriae, quae me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent: — 28. quo die quis civis fuit, qui fas esse putaret, quacumque aut aetate aut valetudine esset, non se de salute mea sententiam ferre? Quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italiae totius ordinumque omnium, quando illa dignitate rogatores, diribitores custodesque vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti atque divino non reducti sumus in patriam, ut nonnulli clarissimi cives, sed equis insignibus et curru aurato reportati.

29. Possum ego satis in Cn. Pompeium umquam gratus videri? qui non solum apud vos, qui omnes idem sentiebatis, sed etiam apud universum populum salutem populi Romani et conservatam per me et coniunctam esse cum mea dixerit; qui causam meam prudentibus commendarit, imperitos edocuerit, eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit, bonos excitarit; qui populum Romanum pro me tamquam pro fratre aut pro parente non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit; qui cum ipse propter metum dimicationis et sanguinis domo se teneret, iam a superioribus tribunis petierit, ut de salute mea et promulgarent et referrent; qui in colonia nuper constituta, cum ipse gereret

---

1. *vos* om. mei et Lagg. omnes praeter E, qui *vos* ante *graviter* habet, ut est in O; equidem potius ante *mol.* addendum putavi. — *illos* P — 2. *de eo* G E: *eo* P, *et* Erf. pr. m.; *de* abest etiam ab S et omnibus Lagg., quorum plerique *ea* habent; *ea de re* coni. Garatoni. In or. p. Sestio § 129 est de eadem re: *et ut statim de eius facto referretur*. Lectio vulgata *de eo*, quam invitus retinui, prava veteris mendi correctio videtur.— 3. *referrentur* S et Lgg. praeter 7. et 10. — 4. *quid*] *qui* P — *ut iis* L: *iis* om. codd. noti, O post *gratiae* habet. — *quid aut* E; *qui ut* P G S — 5. *venissent* E; *redisset* Klotzius; at v. p. Sestio § 129. — 6. *qui denique* Wolfius. — *ille dies* Pal. IX, E F soli et O. Sustuli punctum post *comprobarent*, significans in verbis *quo die quis c. fuit* interruptam orationem redire, quae sic instituta fuerat: *quid denique illo die, quem -- constituit, quis civis fuit* cet. (*quid denique quod illo die, quem diem P. Lentulus -- temporis, illo inquam die* cet. Lamb.) — *quem*] *quem rem* P; cf. p. 841, 6. 843, 8. 846, 5, ubi item *rem* ante *P.* vitiose additum est. — 7. *ad* post *etiam* om. Erf. — 8. *quo die* om. S — 9. *maiores nostri* Lag. 10. 21 et L; at v. ad p. 59, 30. — *comitia* om. S — *iusti* E — 11. *fas esse* E S: *fasse* P; *fas* G; *non nefas esse* O et 6 Lagg. — 12. *valitudine* G S (*valet.* habet P). — *non de* E om. *se*, fort. recte; at v. p. 850, 21. — 13. *quando*] *quod* F — 14. *ulla dignitate tot rogatores* S — 15. *diribitores* Crat. margo: *diriuitores* P; *diriuatores* G S et Lagg. plerique; *direptores* E F — 16. *non solum reducti* S — *ut* P sup. lin. m. 2. sed vetere: *ita ut* E F; *sicut* codd. rell. et O — 18. *videri* om. E — 19. *omnes* om. S — *apud* om. E — *universum populum* P G S: *universam p. r.* E; *universam R.* F; *universum populum Romanum* O — *salutem populi R.* mei: *salutem rei publicae* O — 21. *cum me adixerit* F; *cum mea addixerit* E; *dixerit cum mea dixerit* P; *dixerit cum mea* G — 24. *aut parente* G — *opsecrarit* P — 25. *qui cum ipse* E: *qui ipse* P G S et codd. plerique; *qui ipse cum* O et Lag. 18. 23. 24, ut videtur. — *metum*] *meum* E F — 26. *iam* P: *etiam* codd. rell. et edd. (*tenere etiam* S) — *a* P sup. lin. m. 2. — *et* ante *prom.* om. E.

magistratum, in qua nemo erat emptus intercessor, vim et crudelitatem privilegii auctoritate honestissimorum hominum et publicis litteris consignarit, principesque Italiae totius praesidium ad meam salutem implorandum putarit; qui cum ipse mihi semper amicissimus fuisset, etiam ut suos necessarios mihi amicos redderet elaborarit. XII. 30. Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor? cuius omnis ratio, cogitatio, totus denique tribunatus nihil aliud fuit nisi constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meae. Quid de P. Sestio loquar? qui suam erga me benevolentiam et fidem non solum animi dolore, sed etiam corporis vulneribus ostendit.

Vobis vero, patres conscripti, singulis et egi et agam gratias. Universis egi initio, quantum potui: satis ornate agere nullo modo possum. Et quamquam sunt in me praecipua merita multorum, quae sileri nullo modo possunt, tamen huius temporis ac timoris mei non est conari commemorare beneficia in me singulorum; nam difficile est non aliquem, nefas quemquam praeterire. Ego vos universos, patres conscripti, deorum numero colere debeo. Sed, ut in ipsis dis immortalibus non semper eosdem atque alias alios solemus et venerari et precari, sic in hominibus de me divinitus meritis omnis erit aetas mihi ad eorum erga me merita praedicanda atque recolenda. 31. Hodierno autem die nominatim a me magistratibus statui gratias esse agendas et de privatis uni, qui pro salute mea municipia coloniasque adisset, populum Romanum supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos secuti mihi dignitatem meam reddidistis. Vos me florentem semper ornastis; laborantem mutatione vestis et prope luctu vestro, quoad licuit, defendistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta, qui mea pericula non modo suo praesidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt.

32. Quibus ego rebus obiectis, cum mihi privato confligendum viderem cum eodem exercitu, quem consul non armis, sed vestra auctoritate superaram, multa mecum ipse reputavi. XIII. Dixerat in contione consul se clivi Capitolini poenas ab equitibus Romanis repetiturum: nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur: aditus

---

1. *in quo* E; *in qua* S ante *cum ipse* habet. — *intercessor* P E: *intercessorum* G S et Lagg. — 2. *consignarit -- putarit -- elaborarit* Lambinus: *consignavit -- putavit -- elaboravit* codd. — 3. *implorandum* P E (sed P *inpl.*): *implorandam* G S et Lagg. praeter 20. — 5. *amicos mihi* E — 6. *autem*] *haec* Erf. pr. m. — *remunerabor* P G E: *remunerabo* S et Lagg. praeter 24. 66, O — *omnis ratio* mei et Lagg.: *omnis actio ratio* edd., quam lectionem primum in ed. Ascens. 1511 inveni. — *cogitatioque* E — 8. *invicta fortis* E — *de P.*] *de re p.* P ante rasuram; cf. ad p. 842, 6. — *Sestio* mei: *Sextio* O — 9. *benebolentiam* P; *benivolentiam* G E S — 11. *gratiam* F — *gratias universis. egi* S — 12. *ab initio* E F Pal. IX soli. — 13. *silere* P pr. m., B et Lag. 10. 21. 24. 65. — 14. *possum* B et 4 Lagg., qui *silere* habent, fort. recte. — 15. *singula* G — *nam*] *iam* E — 16. *nec fas* E — *universos* om. S — 17. *dis* P: *diis* O — *inmortalibus* G; *immortalis* P — 18. *in honoribus* P et G corr. — 19. *omnis* om. G — *erat* E — *mihi* om. G — 20. *autem*] *enim* Erf. — 21. *et magistratibus* coni. Lamb. — *statim* E — 22. *Romanum* om. G S et Lagg. (*R.* habet P). — 23. *opsecrasset* P — *mihi meam dignitatem* E — 24. *ornatis* P — 26. *multare* P, sed corr. 1. m. — 27. *mutata veste* G — 28. *meum periculum* E — 29. *precatione* E — 30. *obiectis* P S et plerique: *abiectis* G E — *cum*] *non* E — 31. *exercitu eodem* E — 34. *relegebantur* G corr.

templorum erant non solum praesidiis et manu, verum etiam demolitione sublati. Alter consul, ut me et rem publicam non modo desereret, sed etiam hostibus rei publicae proderet, pactionibus se suorum praemiorum obligarat. Erat alius ad portas cum imperio in multos annos magnoque exercitu, quem ego inimicum mihi fuisse non dico, tacuisse, cum diceretur esse inimicus, scio. 33. Duae partes esse in re publica cum putarentur, altera me deposcere propter inimicitias, altera timide defendere propter suspicionem caedis putabatur. Qui autem me deposcere videbantur, hoc auxerunt dimicationis metum, quod numquam infitiando suspicionem hominum curamque minuerunt. Quare cum viderem senatum ducibus orbatum, me a magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum, servos simulatione collegiorum nominatim esse conscriptos, copias omnes Catilinae paene isdem ducibus ad spem caedis et incendiorum esse revocatas, equites Romanos proscriptionis, municipia vastitatis, omnes caedis metu esse permotos: potui, potui, patres conscripti, multis auctoribus fortissimis viris me vi armisque defendere; nec mihi ipsi ille animus idem meus vobis non incognitus defuit. Sed videbam, si vicissem praesentem adversarium, nimium multos mihi alios esse vincendos; si victus essem, multis bonis et pro me et mecum etiam post me esse pereundum, tribuniciique sanguinis ultores esse praesentes, meae mortis poenas iudicio et posteritati reservari. XIV. 34. Nolui, cum consul communem salutem sine ferro defendissem, meam privatus armis defendere, bonosque viros lugere malui meas fortunas quam suis desperare: ac, si solus essem interfectus, mihi turpe, si cum multis, rei publicae funestum fore videbatur. Quod si mihi aeternam esse aerumnam propositam arbitrarer, morte me ipse potius quam sempiterno dolore multassem. Sed cum viderem, me non diutius quam ipsam rem publicam ex hac urbe afuturum, neque ego illa exterminata mihi remanendum putavi, et illa, simul atque revocata est, me secum pariter repor-

---

1. *temporum* P pr. m. et E — *non solum praedatione* E F — 2. *consul* mei et Lagg.: *consules* O ex coni. Hotomani et Augustini et cod. Gudiano. — *desereret - - proderet* P G S et Lagg.: *desererent - - proderent* E O (*desereret non modo* G). — 3. *se* scripsi: *eos* codd. Orelli et edd. pleraeque totum locum sic habent: *Alter* (Clodius scil.) *consules, ut me - - proderent, pactionibus eos suorum praem. obligarat.* At apparet alterum consulem, Pisonem, significari. — 4. *ad parthos* S — 5. *quem*] *quo modo* E — *inimici* E — 6. *esset̄* P — *inimicus. Scio duas* G E F S et Lagg. (*duae* habet P) «Omnia haec de duabus partibus, *quae putarentur esse*, in marginem reiecta vellem pro glossemate.» Wolf. — *putarentur* P: *putaretur* G E S et Lagg. — 8 et 9. *suspitionem* P S — *autem*] *.h.* S; *enim* Erf. — *dicebantur* E F soli. — 9. *hoc* E, ut Wolfius flagitavit: *in hoc* P G et plerique, O; *hi huius* S; fort. *ii hoc.* — *infitiando* P: *inficiando* G E S — 12. *relictum* E — *legionum* S — *nominatum esse conscriptas* E — 13. *omnis* P — *isdem* P G E: *hisdem* S; *iisdem* O — 14. *municipia* om. S — 15. *omnis* P G E; om. S — *perterritos* S — *potui potui* P: *potui* rell. mei et Lagg. — 16. *vi atque armis* G — 17. *ipsi* Heumannus: *ipse* codd. et O. Cf. de loco praeter Wolfium etiam Benecke ad *or. de imp. Cn. Pomp.* § 46 p. 255 et Reisigii *Vorlesungen über lat. Sprachwissensch.* pag. 375. — *vobis* om. E F — 18. *multos alio michi esse* E — *alios mihi* S — 19. *uicendos* P — *si*] *qui* E; *sin* Lamb. in marg. — *et prope me* E; *et proque me* F — 20. *que*] *qui* P pr. m. — *praesentis meae* P S; *praesentissime* E F — 23. *suas* S — 24. *ac* P E: *at* G S — 25. *funestum*] *functum* E — 26. *mortem et ipse* Erf.; *morte mei ipsius* E F — 28. *afuturum* P: *affuturum* G pr. m. et E; *abfut.* G corr. et S — *neque ergo* E — *remanendum esse* Erf. corr. Additum est post *reman.* in E, Pal. IX et O: *amplius*, quod abest a reliquis. — 29. *putavi et illa simul atque*] *quia simul illa atque* E F — 30. *est* om. P; fort. *est revocata.* — *revocavit* E F.

tavit. Mecum leges, mecum quaestiones, mecum iura magistratuum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum deorum et hominum sanctitates omnes et religiones afuerunt. Quae si semper abessent, magis vestras fortunas lugerem quam desiderarem meas; sin aliquando revocarentur, intelligebam mihi cum illis una esse redeundum. 35. Cuius mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos capitis fuit, Cn. Plancius, qui omnibus provincialibus ornamentis commodisque depositis totam suam quaesturam in me sustentando et conservando collocavit. Qui si mihi quaestor [imperatori] fuisset, in filii loco fuisset; nunc certe erit in parentis [cum fuerit quaestor non imperii, sed doloris mei].

36. Quapropter, patres conscripti, quoniam in rem publicam sum pariter cum re publica restitutus, non modo in ea defendenda nihil minuam de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. XV. Etenim si eam tum defendebam, cum mihi aliquid illa debebat, quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debeo? Nam quid est quod animum meum frangere aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatem non modo nullius delicti, sed etiam divinorum in rem publicam beneficiorum testem esse videatis? Nam importata est, quia defenderam civitatem, et mea voluntate suscepta est, ne a me defensa res publica per eundem me extremum in discrimen vocaretur. 37. Pro me non, ut pro P. Popilio, nobilissimo homine, adolescentes filii, non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata; non, ut pro Q. Metello, summo et clarissimo viro, spectata iam adolescentia filius; non L. et C. Metelli consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non Luculli, Servilii, Scipiones, Metellarum filii, flentes ac sordidati populo Romano supplicaverunt: sed unus frater, qui in me pietate filius, consiliis parens, amore, ut erat, frater inventus est, squalore et lacrimis et quotidianis precibus desiderium mei nominis renovari et rerum gestarum memoriam usurpari coëgit. Qui cum statuisset, nisi per vos me reciperasset, eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium et vitae et mortis deposceret, tamen numquam nec magnitudinem negotii nec solitudinem suam nec vim inimicorum ac tela pertimuit.

---

3. *sanctitas omnis* E — *afuerunt* P: *affuerunt* E S et G pr. m.; *abfuerunt* G corr. — 5. *meas* * * *sin* P — *intellegebam* P G — 7. *plancus* E — 8. *sustendo* P pr. m. — 9. *conlocavit* P — 10. *fili* P — *loco esset* E — Verba *imperatori* et *cum fuerit* cet. auctore Garatonio in *Curis sec. ad Plancianam* p. 60 (p. 269 sqq. ed. Or.) ut spuria significavi. — *qui fuerit* E — 12. *in re .p.* G — 13. *pariter rem p.* E — *constitutus* E F — *imminuam* E F — 14. *etnim* P pr. m.; *et* Erf.; *etenim -- debeo* om. B — 15. *mihi* om. S et Lag. 10. 21. 24. — *me nunc* Erf. — 18. *divinorum* P B: *duorum* E F — *in rem .p.* P S: *in re .p.* G E — 19. *esse* om. E — *nam* P G S et Lagg. praeter 19: *nam et* E O, Lag. 19. — *imputata* E F — 21. *in* B sup. lin. post *me.* — *publio* P G — *Popilio* P G S: *populo* E; *Popillio* O. P semel habet *Popillius* p. 846, 5; sed p. 850, 1. 851, 11. 852, 1, item in or. de domo sua § 82. 87. *Popilius*, et sic etiam codex R in or. Verr. IV, § 35, sed IV, § 112: *pupillo* ex *Popilio.* — 22. *adulescentes* P G — 23. *est* om. S — 24. *adulescentia* P F — *non* ante *L. et C.* et tria *non* quae sequuntur om. Lamb. — 26. *Metellarum* Manutius: *Metellorum* codd. Cf. infra ad p. 850, 6. — 28. *squallore* E — 29. *cotidianis* P G S; *cottidianis* E — 31. *per vos me* S: *me* om. P G; *me per vos* E F — *reciperasset* P: *recuperasset* O — *atque eidem* P (*atque eidem sibi idem* S). — 32. *tamen* P G E F: om. L O — 33. *nec tela* Crat. margo.

38. Alter fuit propugnator mearum fortunarum et defensor assiduus, summa virtute et pietate, C. Piso gener, qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis, qui Pontum et Bithyniam quaestor prae mea salute neglexit. Nihil umquam senatus de P. Popilio decrevit, numquam in hoc ordine de Q. Metello mentio facta est: tribuniciis sunt illi rogationibus interfectis inimicis denique restituti, cum alter eorum senatui paruisset, alter vim caedemque fugisset. Nam C. quidem Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis tempestate civili expulsus est, non modo a senatu non est restitutus, sed reditu suo senatum cunctum paene delevit. Nulla de illis magistratuum consensio, nulla ad rem publicam defendendam populi Romani convocatio, nullus Italiae motus, nulla decreta municipiorum et coloniarum exstiterunt. 39. Quare cum me vestra auctoritas arcessierit, populus Romanus vocarit, res publica implorarit, Italia cuncta paene suis umeris reportarit, non committam, patres conscripti, ut, cum ea mihi sint restituta, quae in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, quae ipse praestare possim, praesertim cum illa amissa reciperarim, virtutem et fidem numquam amiserim.

---

1. *adsiduus* P — 2. *ac piet.* cod. Lamb. — 3. *adfinis* P — *propinqui consul* E — 4. *prae* P G E et S pr. m.: *pro* S corr., codd. dett. et O — 5. ante *P.* est in P rasura, in qua conspicitur *re*; cf. ad p. 842, 6. — *Popilio* E S: *Popillio* P G O — *de Q. Metello* G E F: *de* om. P; *Q. Metelli* S L O. Cf. p. 851, 12. — 6. *interfectis inimicis* P G S: *refecti nimis* E F — *denique restituti* mei: *denique nulla auctoritate senatus restituti* O cum codd. dett., quae interpolatio ex pag. 851, 14 originem duxit. Cf. etiam or. de domo sua § 87. — 7. *vim* om. E — 8. *quidem* om. Schol. et S, ante *C.* habet E — *hac* P corr. ex *haec.* — 9. *ab senatu* E, ut plerumque dici solet; cf. or. p. Sulla § 26. Tac. Ann. I, 19 cet. — 10. *paene delevit cunctum* F; *paene cunctum delevit* E — 11. *ad rep.* G; *ad* om. E — 12. *nullius italiae* P — 13. *exstiterunt* P: *extiterunt* codd. plerique. — *arcessierit* E: *arcesserit* P; *accersierit* G S — 14. *vocarit* mei et 9 Lagg.: *revocarit* dett. et O — *implorit* P; *implorante* F — *umeris* P: *humeris* O — 15. *non omittam* G — 17. *possum* cod. Lamb. et Weiske. — *reciperarim* P: *recuperarim* O. In P est subscriptio: M̃. TVLLI* CICERONIS CVM SENATVI GRATIAS EGIT EXPLIC. INC̃. CVM POPVLO GRATIAS EGIT.

M. TULLII CICERONIS

QUAE FERTUR

ORATIO CUM POPULO GRATIAS EGIT.

RECENSUIT

CAROLUS HALMIUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = cod. Parisinus num. 7794 a me collatus.
G = cod. Bruxellensis num. 5345 a Baitero collatus.
E = cod. Erlangensis num. 38 a me collatus.
V = cod. Vaticanus num. 1525, olim Palatinus nonus Gruteri, a Car. Prienio collatus. Codex simillimus est Erlangensis, de qua re v. quae monui in Iahnii *Tabul. philol. et paedag.* XV, p. 170 sq.
S = cod. Salisburgensis aulicus num. 34 a me collatus.
L = ed. Lambiniana 1566.
O = ed. Orelliana prior.

Praeter hos codd. a Lagomarsino collati ex apographo Niebuhriano ad manus erant, qui ad hanc orationem 21 codices excussit his numeris signatos: 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 18. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 46. 65. 76.

In commentario critico integram dedimus lectionum discrepantiam ex P G, selectam reliquorum.

I. 1. Quod precatus a Iove Optimo Maximo ceterisque dis immortalibus sum, Quirites, eo tempore, cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate, otio concordiaque devovi, ut, si meas rationes umquam vestrae saluti anteposuissem, sempiternam poenam sustinerem mea voluntate susceptam, sin et ea, quae ante gesseram, conservandae civitatis causa gessissem, et illam miseram profectionem vestrae salutis gratia suscepissem, ut, quod odium scelerati homines et audaces in rem publicam et in omnes bonos conceptum iam diu continerent, id in me uno

---

Inscriptio orationis. *Incipit cvm popvlo gratias egit* P G et Schol. Bob. II, p. 250 ed. Or.; *cum gratias egit populo* cod. Coloniensis chart. in bibliotheca gymnasii catholici num. 70, qui ex compluribus Ciceronis scriptis excerpta continet; *cum de reditu suo .p. R. gratias egit* V; *M. Tullii Ciceronis oratio pro se populo gratias agens* S; in E deest inscriptio; *ad Quirites post reditum oratio* editiones.

1. *praecatus* P et Schol. (cod. S initio orationis caret; incipit ille a verbis *Quirites etsi nihil est* § 2.) — *ab Iove* Cellarius, quod haud improbavit Garatoni in Cur. sec.; at est *a* etiam apud Schol. et cf. ad p. 716, 1. — *dis* P: *diis* O — 2. *me et fortunas* G — 3. *unquam* P hoc loco.

potius quam in optimo quoque et in universa civitate deficeret; hoc si animo in vos liberosque vestros fuissem, ut aliquando vos patresque conscriptos Italiamque universam memoria mei misericordiaque [desiderium] teneret: eius devotionis me esse convictum iudicio deorum immortalium, testimonio senatus, consensu Italiae, confessione inimicorum, beneficio divino immortalique vestro maxime laetor, Quirites. 2. Et si nihil est homini magis optandum quam prospera, aequabilis perpetuaque fortuna secundo vitae sine ulla offensione cursu, tamen, si mihi tranquilla et placata omnia fuissent, incredibili quadam et paene divina, qua nunc vestro beneficio fruor, laetitiae voluptate caruissem. Quid dulcius hominum generi ab natura datum est quam sui cuique liberi? — mihi vero et propter indulgentiam meam et propter excellens eorum ingenium vita sunt mea cariores —: tamen non tantae voluptati erant suscepti, quantae nunc sunt restituti. 3. Nihil cuiquam fuit umquam iucundius quam mihi meus frater: non tam id sentiebam, cum fruebar, quam tum, cum carebam, et posteaquam vos me illi et mihi eum reddidistis. Res familiaris sua quemque delectat: reliquae meae fortunae reciperatae plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tum in incolumitate afferebant. Amicitiae, consuetudines, vicinitates, clientelae, ludi denique et dies festi quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi quam fruendo. 4. Iam vero honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quamquam mihi semper clarissima visa sunt, tamen ea nunc renovata illustriora videntur,

---

1. *in universa* Lagg. plerique: *in* om. mei et Lag. 1. 3. 9. — *deficeret* mei et Lagg. plerique: *deflecterent* Franc. primus et Lag. 46; *deferrent* Lag. 4. 6. 65; *desaeviret* coni. I. M. Gesnerus, quod, si quid mutandum est, verum videtur; *defigerent* Hotom. et Lamb. susp.; *(id in me unum p. q. in optimum quemque et in universam rem p. deflecterent* ed. Iunt. et L.) — 2. *patresque* mei et Lagg. praeter 7. 9. 20 (in quibus est: *vos descriptos*): *patres* O. (P habet: *patresq*; ‖ * *conscriptos*, littera *q;* m. sec. addita; sed fuerat eadem haud dubie in rasura, quae est in principio versus sequentis, unde in versum praecedentem m. sec. translata est.) — 3. *misericcrdiaque desiderium* P E V: *misericordia desideriumque* G O, codd. dett. Equidem *desiderium*, quae glossa voc. *memoria* videtur, includendum putavi. — 6. *Quirites*] *qui .R.* P — *et si* E, ut est in edd. vett.: *etsi* O (in P *et si* legas an *etsi*, dubium est); *etsi enim homini n. est* coni. Hotomanus. — *nihil est homini* mei: *homini nihil est* O et 5 Lagg. — 8. *secundo - - cursus* P pr. m. (corr. m. 2. *secundus*). — 9. *pacata* 6 Lagg. et G corr. «Corrigendum est *pacata,* cum de permanente statu et intacto sermo sit.» Garatoni *in Cur. sec. ad or. p. Cluentio* c. 49. At v. Tuscul. V, § 16: *Ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commovente: sic animi quietus et placatus status cernitur, cum perturbatio nulla est qua moveri queat.* Add. de Finn. b. et m. I, § 71. — *poene* P — 10. *benef. vestro* 4 Lagg. — *fruor*] *utor* G — «Una syllaba addenda sensus atque usitata forma loquendi restitui posset, *laetitia et voluptate*, uti est p. Sulla 32, 91, sed minime dubito, quin illud vulgatum vera manus auctoris sit.» Markland. — 11. *ab natura* P G E V: *a natura* S O — *mihi* P S: *modo* G E V — 12. *diligentiam* V — *ingenium eorum* E V — 13. *sunt ea* P — *tantae voluptati - - quantae* Schol.: *tanta voluptate - - quanta* codd. et O — 14. *c. f. unquam* P: *umquam fuit cuiquam* G — 15. *sentiebant* P — *quam tum* 4 Oxonn. et L: *quantum* P; *quam tunc* codd. rell. noti et O — 17. *reliquiae mearum fortunarum* coni. Lamb. — *reciperatae* P: *recuperatae* rell. et O — 18. *adferunt - - adferebant* P — *quam tum in incolumitate* scripsi: *quantum incolumitate* P pr. m.; *quam tum incolumitatis* P corr. G E S V (sed E V *quantum*) et codd. plerique; *quam tum incolumes* Lag. 25 et Hotomanus; *quam tum incolumitates* cod. Hotom.; *quam tum incolumi* (vel *incolumes*) *totae* coni. Lamb., *quam integrae incolumi* Garatoni in Cur. sec.; *quam tunc incolumitatis* O — 19. *denique ludi* E V — 20. *magis quam fruendo intellexi* G — 21. *vero*] *boni* G pr. m. — 22. *nunc revocata* G pr. m.; *renovata nunc* Lag. 4. 65. — *inlustriora* P.

quam si obscurata non essent. Ipsa autem patria, di immortales! dici vix potest quid caritatis, quid voluptatis habeat! quae species Italiae! quae celebritas oppidorum! quae forma regionum! qui agri! quae fruges! quae pulchritudo urbis! quae humanitas civium! quae rei publicae dignitas! quae vestra maiestas! Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo magis. Sed tamquam bona valetudo iucundior est iis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui numquam aegro corpore fuerunt: sic haec omnia desiderata magis quam assidue percepta delectant. II. 5. Quorsum igitur haec disputo? quorsum? ut intelligere possitis, neminem umquam tanta eloquentia fuisse neque tam divino atque incredibili genere dicendi, qui vestram magnitudinem multitudinemque beneficiorum, quam in me fratremque meum et liberos nostros contulistis, non modo augere aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit. A parentibus, id quod necesse erat, parvus sum procreatus: a vobis natus sum consularis. Illi mihi fratrem incognitum qualis futurus esset dederunt: vos spectatum et incredibili pietate cognitum reddidistis. Rem publicam illis accepi temporibus eam, quae paene amissa esset: a vobis eam reciperavi, quam aliquando omnes unius opera servatam iudicaverunt. Di immortales mihi liberos dederunt: vos reddidistis. Multa praeterea a dis immortalibus optata consecuti sumus: nisi vestra voluntas fuisset, omnibus divinis muneribus careremus. Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc a vobis universos habemus: ut, quantum antea parentibus, quantum dis immortalibus, quantum vobismet ipsis, tantum hoc tempore universum cuncto populo Romano debeamus.

6. Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, ut eam complecti oratione non possim, tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas, ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini. III. Non enim pro meo reditu, ut

---

1. *obscura* G — *di* P: *dii* O — 2. *habeat* L: *habet* codd. — 4. *pulcritudo* P — *orbis* G pr. m. — 5. *magestas* P — 6. *sed tamquam* Schol. et Lag. 10. 21: *sic tamquam* P G E V; *sed sicut tamquam* S et rell. Lagg. — *ualetudo* Schol. et P: *ualitudo* G E S V — *iis* Schol.: *his* mei; *eis* O — *e* om. Schol.; at v. or. Phil. X, § 16. Flori Epit. II, 32. (IV, 12), § 44. — 7. *si* B — 8. *haec* mei: *ea* O — *adsiduae* P — 9. *hoc* V; *hic* E — *intellegere* P G — *unquam* P — 11. *vestram* P G S et Lagg.: *nostram* V; *nostrarum* E; *vestrorum* O — *quam* mei et Lagg. plerique (sed P a pr. m. *qua*, ut videtur): *quae* O et 6 Lagg. — 12. *meum* om. S et 4 Lagg. — *liberosque* L, ut est pag. 842, 6. — 14. *parvus* om. G (habet etiam Schol.) — *natus consularis sum* E V — 17. *poenae* P — *amissa esset* Ernesti: *amissa est* codd. et O; cf. Wolf. ad h. l. — *eam* Lag. 6 et S: *iam* codd. rell. noti. — 18. *opera* P S: *opere* G E V, et 3 Lagg. — 19. *liberos mihi* Lamb. in marg. 1584. — *a dis* P: *a diis* O — 20. *affuisset* coni. Lamb.; *favisset* coni. nescio quis. — 21. *careremus* S, aliquot Palatini, 7 Lagg., 2 Oxonn.: *caruerimus* E G P V; *caruissemus* 2 codd. Barberini et aliquot Lagg.; *carueramus* Lag. 25, 1 Oxon. et O — 22. *adsecuti* P; *consecuti* E V — 23. *dis* P G: *diis* O — *nobismet* E V, ut voluit Orelli; «*vobis* enim, si vel maxime, non vero *vobismet ipsis* opponi poterat etiam a tam malo scriptore *cuncto populo Ro.*» — 24. *universum cuncto* P G S et 9 Lagg. meliores (sed P *cuncto populo* sic habet, ut litterae *to pop* in rasura scripta sint; videtur olim fuisse *cuncta*): *universo cuncto* E V; *universo cuncta* cod. Hotom. et 4 Lagg.; *universim cuncto* coni. Lamb.; *universo* (om. *cuncto*) vel *universo coniuncte* Garatoni (sed in Cur. sec. suadet ut *universum cuncto* ex libris optimis recipiatur); *uni* (sine *cuncto*) Ernesti; *universum* om. Oxon. H, Lag. 8. 21, O — *debemus* P G E V et 6 Lagg. — 25. *in* om. P — *sit* Lag. 25. — *ut iam* P — 27. *detraxisse* P S: *detraxistis* G E V — 28. *pro meo reditu* Schol., S et P corr.: *pro meo retu* P pr. m.; *pro meo reatu* G E V.

pro P. Popilii, nobilissimi hominis, adolescentes filii et multi praeterea cognati atque affines deprecati sunt: non, ut pro Q. Metello, clarissimo viro, iam spectata aetate filius, non L. Diadematus consularis, summa auctoritate vir, non C. Metellus censorius, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non sororum filii, Luculli, Servilii, Scipiones; permulti enim tum Metelli [aut Metellarum liberi] pro Q. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicaverunt. Quod si ipsius summa dignitas maximaeque res gestae non satis valebant, tamen filii pietas, propinquorum preces, adolescentium squalor, maiorum natu lacrimae populum Romanum movere potuerunt. 7. Nam C. Marii, qui post illos veteres clarissimos consulares, hac vestra patrumque memoria, tertius ante me consularis subiit indignissimam fortunam praestantissima sua gloria, dissimilis fuit ratio. Non enim ille deprecatione rediit, sed in discessu civium exercitu se armisque revocavit. At me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, nullo armorum ac tumultus metu C. Pisonis, generi mei, divina quaedam et inaudita pietas atque virtus fratrisque miserrimi atque optimi quotidianae lacrimae sordesque lugubres a vobis deprecatae sunt. 8. Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret, qui suo fletu desiderium mei memoriamque renovaret: qui statuerat, Quirites, si vos me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam; *nam* tanto in me amore exstitit, ut negaret fas esse non modo domicilio, sed ne sepulchro quidem se a me esse seiunctum. Pro me praesente senatus hominumque praeterea viginti milia vestem mutaverunt: pro eodem absente unius squalorem sordesque vidistis. Unus hic, qui quidem in foro posset adesse mihi, pietate filius inventus est, beneficio

---

1. *Popili* P G; *populi* Schol., sed in explicatione *P. Popilio*; *Popillii* O — *adulescentes fili* P — 2. *cogniti* P G — *adque adfines* P — *clar. viro*] *.C. V.* P — 3. *non lucius* P G (*L. Metellus Diadematus* cod. Memmii); *non* et tria alia quae sequuntur om. Lamb. — 4. *C.*] *Q.* S L et 11 Lagg.; om. Lag. 10. 21. — 6. *aut Metellarum liberi pro Q. Metelli* P sup. lin. addita habet a m. sec. multo recentiore, et sic est in codd. reliquis, nisi quod habent (praeter G) *Metellorum*. In cod. archetypo nihil videtur excidisse nisi *pro Q. Metelli* post *tum Metelli*; locus interpolationem traxit ex p. 845, 26; debebat saltem esse: *et Metellarum liberi*. — 8. *valebant* scripsi: *valent* codd. praeter S et 3 Lagg. (6. 9. 25), in quibus est *valerent*, et sic O — 9. *filii* edd.: *illi* codd. (aliquot Lagg. etiam mendosius.) — *adulescentium* P; *adolescentum* G — 11. *hac vestra* P G E V et Lagg. plerique (sed P *haec* corr. m. 1.): *hac* om. 5 Lagg., S O — 12. *subit* P G — 14. *discessu* mei et Lagg.: *dissensu* Franc. I, quod commendat Garatoni in Comment. inedito ad or. p. Lig. § 35; at v. or. p. Font. fragm. § 6, p. Sest. § 77, de domo sua § 68. — *at me* P G E V, 3 Lagg.: *me enim* (S) vel *me autem* vel *at me autem* rell. Lagg. — *a* om. 2 codd. Lamb.; *de* Lag. 2. 10. 11. — 16. *et inaudita* om. G E V et 10 Lagg. — *pietas* Ernesti: *auctoritas* O et codd. praeter P, qui habet: *inaudita satque*. Apparet in codd. dett. falsum verbum suppletum esse; cf. p. 846, 2. Lectionem vulgarem defendit Naegelsbach *lat. Stilistik* p. 175 ed. II. — 17. *miserrimi* P corr. ex *miserrima* — *cotidianae* P G — *lucubres* P — 19. *reuocaret* G — 20. *eandem quirites subire* G — 21. *nam tanto* nos: *tanto* codd. praeter 5 dett. Lagg., in quibus est *et tanto*, et sic O — *extitit* mei. — 22. *sepulcro* P G O — 23. *praesentes* P — *.XX. mil.* P; *.X.X.* G — 24. *pro eodem* codex Lamb.: *pro eo* P; *pro eo me* G E V, 12 Lagg.; *pro eodem me* Lag. 6 et O; *pro me* S et rell. Lagg. — *qui quidem in foro* codex Lallemandi: *quidem in foro* om. *qui* P G E V et meliores Lagg.; *qui demum in foro* S (*qui domi*, *qui in foro posset esse mihi pietate filius*, *inventus est benef. parens* O). — 25. *posset adesse* scripsi: *posset esse* codd., quo retento *mihi* cum *inventus est* coniungendum foret; at supra p. 845, 27 non est *mihi pietate filius inventus est*, sed *in me -- inventus est*.

parens, amore idem, qui semper fuit, frater. Nam coniugis miserae squalor et luctus atque optimae filiae maeror assiduus filiique parvi desiderium mei lacrimaeque pueriles aut itineribus necessariis aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Quare hoc maius est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismet ipsis nos reddidistis.

IV. 9. Sed quem ad modum propinqui, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandam calamitatem meam non fuerunt: sic illud, quod mea virtus praestare debuit, adiutores, auctores hortatoresque ad me restituendum ita multi fuerunt, ut longe superiores omnes hac dignitate copiaque superarem. Numquam de P. Popilio, clarissimo ac fortissimo viro, numquam de Q. Metello, nobilissimo et constantissimo cive, numquam de C. Mario, custode civitatis atque imperii vestri, in senatu mentio facta est. 10. Tribuniciis superiores illi rogationibus, nulla auctoritate senatus sunt restituti; Marius vero non modo non a senatu, sed etiam oppresso senatu est restitutus, nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marii, sed exercitus atque arma valuerunt. At de me ut valeret, semper senatus flagitavit: ut aliquando proficeret, cum primum licuit, frequentia atque auctoritate perfecit. Nullus in eorum reditu motus municipiorum et coloniarum factus est: at me in patriam ter suis decretis Italia cuncta revocavit. Illi inimicis interfectis, magna civium caede facta, reducti sunt: ego iis, a quibus eiectus sum, provincias obtinentibus, inimico autem, optimo viro et mitissimo, altero consule, *consule* referente reductus sum: cum is inimicus, qui ad meam perniciem vocem suam communibus hostibus praebuisset, spiritu dumtaxat viveret, re quidem infra

---

1. *idem qui* S et P corr.: *idemque* G E V et P priore manu. — 2. *maeror*] *memor* G pr. m. — *adsiduus* P — *parvuli* S et 7 Lagomarsiniani. — 3. *aut itineribus* P: *aut* om. codd. rell. — *necessarib:* P pr. m. — *aut* P: *ut* G E S V et codd. plerique. — 4. *lectis* G E V — 8. *non fuerunt* codd. praeter S et Lag. 9: *non affuerunt* Lag. 9 et S O. Adnotavit Wolfius ad lectionem vulgatam: «Lamentandus, non culpandus est bonus exul, quod ei non affuerunt propinqui: nulli fuerunt qui adessent: et quis parare sibi potest propinquos, cui natura vel dii immortales non dederunt?» Cur igitur Graevium non audivit, qui vulgatam iam dudum ex codd. correxerat? — *illud quod*] cf. Haasii adn. 364 extr. ad *Reisigii Schol. de L. Lat.* — 9. *auctores hortatoresque* P et Lag. 1. 3. 8. 20. 21: om. rell. mei et Lagg. — 11. *Popilio* P G S: *Popillio* O — *ac* mei et 8 Lagg.: *atque* O — 12. *civi* V solus. — 14. *superiores* inclusit Ernesti; at v. Wolfium. — 16. *senatusrestitutus* P pr. m.; *s. restitutus est* S et 6 Lagg. — 17. *adque* P pr. m. — *valeret* 4 Lagg., ut videtur (8. 25. 46. 76): *valerem* G et 3 Lagg.; *valuerunt* P; *leges valerent* S et 2 Lagg.; *valerent* E V et rell. Lagg. Haec lectio ex proximo *valuerunt* originem duxit; neque enim puto *res gestae* ut subiectum repetendum esse. — 18. *proficeret* Barberinus 2, Lag. 18. 23. 46: *perficeret* 7 Lagg. et 4 Oxonn.; *perficeretur* P G E V et codd. plerique (sed P pr. m. *perficet'*); *proficeretur* (vel *profiteretur*) 4 Lagg. Wolfius lectione *perficeretur* recepta non *memoria rerum*, sed *memoriam valere* subiectum esse statuit; *ut aliquando perficeretur* delet Garatoni (2); *At de me semper senatus flagitavit ut aliquando perficeretur; cum p. licuit, freq. atque auct. perfregit* Mommsenius. — *frequentia*] *sententia* 5 Lagg. — 19. *perfecit* P corr. 1. m. ex *perfregit*; S et Lagg. plerique: *perfregit* G E V — *nullius in eorumopus municipiorum* P — 20. *et*] *atque* E V — 21. *civium* P G, uterque corr. et S: *cium* P pr. m.; *tium* G pr. m.; *cum* E V — 22. *his* codd. praeter 8 Lagg., qui *iis* om. — *optinentibus* P E — 23. *autem* P E V et Lag. 7: om. S; *hoc* codd. rell. et O — *altero consule, consule referente* Mommsenius: *altero consule referente* codd. et O — 25. *spiritu* Lag. 2: *siritu* (P) vel *si ritu* codd. rell. — *re quidem* P: *requiem* codd. rell.

omnes mortuos amandatus esset. V. 11. Numquam de P. Popilio L. Opimius, fortissimus consul, numquam de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus, sed ne is quidem, qui secutus est, M. Antonius, homo eloquentissimus, cum A. Albino collega senatum aut populum est cohortatus. At pro me superiores consules semper, ut referrent, flagitati sunt; sed veriti sunt, ne gratiae causa facere viderentur, quod alter mihi affinis erat, alterius causam capitis receperam: qui provinciarum foedere irretiti totum illum annum querellas senatus, luctum bonorum, Italiae gemitum pertulerunt. Kalendis vero Ianuariis posteaquam orba res publica consulis fidem tamquam legitimi tutoris imploravit, P. Lentulus consul, parens, deus, salus nostrae vitae, fortunae, memoriae, nominis, simulac de sollemni religione rettulit, nihil humanarum rerum sibi prius quam de me agendum iudicavit. 12. Atque eo die confecta res esset, nisi is tribunus pl., quem ego maximis beneficiis quaestorem consul ornaram, cum et cunctus ordo et multi eum summi viri orarent, et Cn. Oppius socer, optimus vir, ad pedes flens iaceret, noctem sibi ad deliberandum postulasset: quae deliberatio non in reddenda, quem ad modum nonnulli arbitrabantur, sed, ut patefactum est, in augenda mercede consumpta est. Postea res acta est in senatu alia nulla: cum variis rationibus impediretur, voluntate tamen perspecta senatus, causa ad vos mense Ianuario deferebatur. 13. Hic tantum interfuit inter me et inimicos meos. Ego, cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi centuriarique vidissem, cum intelligerem veteres ad spem caedis Catilinae copias esse revocatas, cum viderem ex ea parte homines, cuius partis nos vel principes numerabamur, partim quod mihi inviderent, partim quod sibi timerent, aut proditores esse aut desertores salutis meae, cum

---

1. *omnes* in G sup. lin. — *amandatus* P E V et 5 Lagg.: *mandatus* G et plerique (sed G cum lacuna ante *m*). Cf. or. p. Quinct. § 49. — *P.* om. P S et Lagg. — *Popilio* mei: *Popillio* O — 3. *sed*] *et* P — 4. *aut populum* P: *et populum* S et 11 Lagg.; *populum* G E V, sed in G *ve* sup. lin. — 5. *at* P corr. 1. m. ex *aut.* — *referrent* P S: *referentes* G E V — *efflagitati* edd. vett. contra meos et Lagg. — 6. *gratiae* P S: *gratia* G E V — *adfinis* P — 8. *irretiti* ed. Crat.: *irinati* P; *irritaqui* G corr. ex *irritaque*; *irritati* E S V (alia menda sunt in Lagg.); fort. *inligati*, quod saepius cum *foedere* coniunctum invenitur. - *querellas* P: *querelas* O — 9. *ianuaris* P pr. m. — 10. ante *P.* in P duae litterae erasae sunt. — *cos.* P; Weiskio vox suspecta erat. — 11. *salutis* G corr. S et Lagg. plerique, ut Lamb. coniecit; idem Garat. praefert, nisi *salus* omnino delendum sit. Cf. p. 833, 22. — 12. *de sollemni*] *de solem de* P G E (sed G E *sole*); *de sole* V et plerique Lagg.; *sollemni* om. S; fort. *de sollemni deorum religione*. De re cf. Beckeri *Antiq. Rom.* II, 2, p. 125. — *retulit* mei et O — 13. *adque* P — *conf. res* P S: *res confecta* G E V — 14. *ornaram* mei: *ornaveram* O — 15. *eum*] *cum* P — *viri summi* E V — 16. *Oppius* P: *pompeius* mei rell. et Lagg. — *ad pedes* codd.: *ad pedes eius* O et unus Lag. (19); cf. p. Sest. § 74. — *noctem* aliquot Lagg.: *noctemque* P G E V, alii; *noctem - - postulasset* om. S et 8 Lagg. — 18. *nonnulli* P G S: *multi* E V — *arbitrabantur* ed. Crat.: *arbitrantur* codd. — 19. *cum* codd.: *et cum* O — 20. *impediretur*] fort. *S. C. impediretur*; cf. p. Sest. § 75: *cum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur, venit tandem concilio de me agendi dies.* — *voluntate* Lag. 24: *et voluntate* codd. rell. Quid lateat in hoc *et* incertum est, fort. *set*, nisi malis: *ex voluntate tandem perspecta senatus causa ad vos - - def.* — *perspecta* ed. Crat.: *perfecta* codd. (*Postea res acta est in senatu alia nulla, cum variis rationibus impediretur; ex voluntate tamen perspecta senatus causa ad vos mense Ianuario deferebatur* Mommsenius.) — *ad* Lag. 7. 20 et Oxon. II: *apud* codd. rell. — 22. *tribunale* P — 23. *intellegerem* P — *ad spem caedis veteres C. c.* coni. Lamb. — 24. *renovatas* 8 Lagg. — *cui parti* 7 Lagg. — 26. *esse* om. E V.

duo consules, empti pactione provinciarum, auctores se inimicis rei publicae tradidissent, cum egestatem, avaritiam, libidines suas viderent expleri non posse, nisi me constrictum domesticis hostibus dedidissent, cum senatus equitesque Romani flere pro me ac mutata veste vobis supplicare edictis atque imperiis vetarentur, cum omnium provinciarum pactiones, cum omnia cum omnibus foedera reconciliatione gratiarum sanguine meo sancirentur, cum omnes boni non recusarent, quin vel pro me vel mecum perirent: armis decertare pro mea salute nolui, quod et vincere et vinci luctuosum rei publicae fore putavi. 14. At inimici mei, mense Ianuario cum de me ageretur, corporibus civium trucidatis, flumine sanguinis meum reditum intercludendum putaverunt. VI. Itaque cum ego afui, eam rem publicam habuistis, ut aeque me atque illam restituendam putaretis. Ego autem, in qua civitate nihil valeret senatus, omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis et ferrum in foro versaretur, cum privati parietum se praesidio, non legum tuerentur, tribuni pl. vobis inspectantibus vulnerarentur, ad magistratuum domos cum ferro et facibus iretur, consulis fasces frangerentur, deorum immortalium templa incenderentur, rem publicam esse nullam putavi. Itaque neque re publica exterminata mihi locum in hac urbe esse duxi, nec, si illa restitueretur, dubitavi, quin me secum ipsa reduceret. 15. An ego, cum mihi esset exploratissimum P. Lentulum proximo anno consulem futurum, qui illis ipsis rei publicae periculosissimis temporibus aedilis curulis me consule omnium meorum consiliorum particeps periculorumque socius fuisset, dubitarem quin is me, confectum consularibus vulneribus, consulari medicina ad salutem reduceret? Hoc duce, collega autem eius, clementissimo atque optimo viro, primo non adversante, post etiam adiuvante, reliqui magistratus paene omnes fuerunt defensores salutis meae: ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate, praesidio, copiis T. Annius et P. Sestius praestanti in me benevolentia et divino studio exstiterunt. Eodemque P. Lentulo auctore et pariter referente collega frequentissimus senatus, uno dissentiente, nullo intercedente, dignitatem meam quibus potuit verbis amplissimis ornavit; salutem vobis, municipiis, coloniis omnibus commendavit. 16. Ita me nudum a propinquis,

---

1. *cos.* P — 3. *me* ed. Crat.: om. codd.; fort. *constrictum me.* — *dedidissent* G et Lag. 7: *tradidissent* Lag. 25; *dedissent* rell. mei et Lagg. — 4. *equitesque* ed. Asc. 1511: *equites* mei (Lagom. de suis tacet). — 5. *dictis* G E V — *prouintiarum pactionesecum omnia* P — 6. *reconciliatione* P G E V: *reconciliationes* S O; *de reconciliatione* Mommsenius. — 7. *sarcirentur* G E S V, item P corr. — *quin vel* E V: *qui uel* P; *quin* (om. *vel*) G; *quin* om. S, qui habet *perire.* — 8. *decertare* S et P corr. m. 1: *decertarent* G E V et P pr. m. — *nolui quod et vincere* P S (sed S *quoniam*): *nolui quod potui vincere* G E V; *nolui, quod potui, quoniam et vincere* O — 12. *afui* aliquot Lagg.: *absum* mei; fort. *dum ego absum.* — *adque* P pr. m. — 14. *versaretur* P E S V, Lagg. omnes: *versarentur* G (?) O — 15. *parietum se* scripsi: *parietis* P G E V; *parietum* S et aliquot Lagg.; *se parietum* O (*se* abest a codd. notis). — 16. *volnerarentur* E — 18. *nullam esse* E V — *neque* om. E V; *nec* L — *re .p.* P corr. 1 m. ex *rem .p.* — 20. *reduceretur* P pr. m. — 22. *ae. d. cur.* P — 24. *volneribus* E — 25. *consulare* P — *eius* habet P in rasura m. 2. — 28. *auctoritate praediti T. Annius* Lambinus. — *copis* P pr. m.; *corporis* E V — 29. *Sestius* mei: *Sextius* O — *praesenti* G pr. m. — *benivolentia* mei. — *extiterunt* P — 32. *quibus* om. E V (*meam quam potuit verbis amplissimis* Lamb.) — 33. *coloniis* mei et 12 Lagg.: *coloniisque* O (*colonis* P pr. m.) — *a* om. cod. Lamb.

nulla cognatione munitum, consules, praetores, tribuni pl., senatus, Italia cuncta semper a vobis deprecata est, denique omnes, qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati, producti ad vos ab eodem non solum ad me conservandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes, laudatores fuerunt. VII. Quorum princeps ad cohortandos vos et ad rogandos fuit Cn. Pompeius, vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia, gloria princeps: qui mihi unus uni privato amico eadem omnia dedit, quae universae rei publicae, salutem, otium, dignitatem. Cuius oratio fuit, quem ad modum accepi, tripertita: primum vos docuit, meis consiliis rem publicam esse servatam, causamque meam cum communi salute coniunxit, hortatusque est, ut auctoritatem senatus, statum civitatis, fortunas civis bene meriti defenderetis: tum me in perorando posuit [vos] rogari a senatu, rogari ab equitibus Romanis, rogari ab Italia cuncta: deinde ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit. 17. Huic ego homini, Quirites, tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est. Huius consilia, P. Lentuli sententiam, senatus auctoritatem vos secuti in eo me loco, in quo vestris beneficiis fueram, isdem centuriis, quibus collocaratis, reposuistis. Eodem tempore audistis eodem ex loco summos viros, ornatissimos atque amplissimos homines, principes civitatis, omnes consulares, omnes praetorios eadem dicere, ut omnium testimonio per me unum rem publicam conservatam esse constaret. Itaque cum P. Servilius, gravissimus vir et ornatissimus civis, dixisset, opera mea rem publicam incolumem magistratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium, L. Gellii: qui quia suam classem attentatam magno cum suo periculo

---

2. *semper* om. S et 8 Lagg. — *deinde* E V — 3. *honoribusque* P: *honoribus* mei rell. et Lagg. — *ab eodem* ed. Ascens. 1511: *ab eadem* codd., nisi quod ab S et 11 Lagg. plane abest. Intelligitur P. Lentulus; cf. p. 841, 18 et or. p. Sest. § 107. — 5. *laudatoresque* 11 Lagg. — 7. *qui sunt fuerunt erunt* P: *qui sunt qui fuerunt erunt* G et 10 Lagg.; *qui sunt qui fuerunt* S; *cum qui sunt fuerunt erit* E V; *erunt* om. aliquot Lagg.; *qui fuerunt* Oxon. H. Aut hoc exspectatur aut saltem *qui sunt fuerunt*, ut tertium illud *erunt* ut ex dittographia natum expellatur. Adornatus est locus ex vv. p. 833, 1: *omnium gentium, omnium saeculorum, omnis memoriae facile princeps.* — *virt. sap. gloria princeps* P: *virt. princeps sap. ac gloria* G; *princeps virt. sap. ac* (*et* E) *gloria* E V; *virt. sap. ac gloria princeps* S O — 8. *aedem omnia* P — 9. *oratio fuit, quemadmodum accepi, tripertita* P: *oratio ita* mei rell. et Lagg.; sed est in E V post *coniunxit*: *fuit quemadmodum cepit refert tripartitam.* — 10. *vos primum* G — * *meis* P — *conservatam* E V — 13. *tum me in* codd.: *me* om. edd. — *vos* om. E solus ex notis. Potest casu *vos* in cod. E omissum esse, cuius auctoritas in hac oratione perexigua est; verum cum aut *me* aut *vos* adiecticium videatur, editores in falso loco interpolationis sedem quaesivisse fere apparet. Cf. etiam Wolfium ad h. l., qui hoc saltem intellexit *vos* h. l. ineptissimum esse. — 14. *deinde* codd.: *denique* ed. Crat. et O. Cum sequatur *ad extremum*, emendatione non opus est. — *ipse postremum* S — 16. *ergo* E V — *qui .R. tantum* P — 17. *Lentuli* S: *Lentulus* P G E V — 18. *in eo me loco* ed. Asc. 1511: *me* om. codd.; ego malim ante *in eo* addere. — *in quo* P S: *quo* om. G E V — *beneficiis collocatus fueram* coni. Lambinus. (Orelli falso hanc lectionem ad sequens *collocaratis* affert.) — *isdem* P G E V: *iisdem* S O — 19. *conlocaratis* P — 21. *consularis* P G — 22. *unum* P: om. mei rell. et Lagg. — 25. *tradita* P; *traditam, deinceps dixerunt* coni. Heumannus. — *in eadem sentiam* P — *uidistis* G — *eo* P G E V: *eodem* S et 9 Lagg. — 27. *Gelli* P E V S — *attemptatam* P G E V (sed P *adt.*)

paene sensit, dixit in contione: «vestrum si ego consul, cum fui, non fuissem, rem publicam funditus interituram fuisse.»

VIII. 18. His ego testimoniis, Quirites, hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiae, tanto studio bonorum omnium, agente P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus faventibus, dis denique immortalibus frugum ubertate, copia, vilitate reditum meum comprobantibus, mihi, meis, rei publicae restitutus, tantum vobis, quantum facere possum, Quirites, pollicebor: primum, qua sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse soleant, eadem me erga populum Romanum semper fore numenque vestrum aeque mihi grave et sanctum ac deorum immortalium in omni vita futurum: deinde, quoniam me in civitatem res publica ipsa reduxit, nullo me loco rei publicae defuturum. 19. Quod si quis existimat me aut voluntate esse mutata aut debilitata virtute aut animo fracto, vehementer errat. Mihi, quod potuit vis et iniuria et sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit: quod viro forti adimi non potest, id manet et permanebit. Vidi ego fortissimum virum, municipem meum, C. Marium — quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate non solum cum his, qui haec delere voluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit —, eum tamen vidi, cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato. 20. Quem egomet dicere audivi, tum se fuisse miserum, cum careret patria, quam obsidione liberavisset, cum sua bona possideri ab inimicis ac diripi audiret, cum adolescentem filium videret eiusdem socium calamitatis, cum in paludibus demersus concursu ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam suam conservaret, cum parva navicula pervectus in Africam, quibus regna ipse dederat, ad eos inops supplexque venisset: reciperata vero sua dignitate se non commissurum

---

1. *contione* P G S: *concione* O — *vestrum si* codd.: *vestra: si* ed. Crat. et O. Vis argutae sententiae videtur: nisi ego, cum consul fui, vobis consuluissem cet. — *cum* P G E V et 10 Lagg.: *sicut* S et rell. Lagg. — 3. *His ego* scripsi: *en ego* P G E V, 6 Lagg.; *en ego tot* S, Lagg. reliqui et O; *ergo tot* coni. Manutius. — *quir.* S; *qui rem p.* P; *qui .R. p.* G E V — 4. *agente* S: *cum agente* P G E V; fort. *causam agente.* — 5. *consencientibus* P — *GN.* P — 6. *dis* P G: *diis* O — 7. *mihi* S: *se mihi* P G E V (P *mihi* corr. ex *mini* 1 m.) — 8. *restitutis* P rasura ex *restitutus.* — *facere* suspectum Ernestio. — 9. *hominis* P — *immortalis* P — 10. *solent* Lag. 21 solus et O — *eadem me erga* Lag. 8. 21. 24: *me* om. P G E V, alii; 3 Lagg. *me* ante *eadem*, S et 7 Lagg. post *Romanum* habent. — 11. *eque* P (prior *e* sup. lin.) — 12. *denique* G pr. m. — *in ciuitate* P G — 15. *potuit uis et* P corr. 1 m. ex *potuiuised.* — *scelerator* P pr. m., corr. 2 in *sceleratus.* — 16. *id eripuit* Lamb. in marg. — 17. *id manet* 7 Lagg.: *ideo manet* P G E V; *id et manet* G corr.; *id mihi manet* S et rell. Lagg. Retinui vulgatam, cum incertum sit, utrum *id et manet* an, quod ego malim, *id vero manet* corrigendum sit. — 19. *cum iis* G corr. ex *cum is.* — 22. *reuouato* G corr. in *reuocato*, ut est in 6 Lagg. — *se non fuisse* perperam coni. Hotomanus et Marklandus. — 23. *cum* S et Lagg. plerique: om. P; *si* G E V et P sup. lin. m. 2 recentiore et 3 Lagg. — *careret* P pr. m.; *caret* P corr. — *liberavisset* mei: *liberasset* Lagg. plerique, L O — 24. *adulescentem* P — 26. *conservaret* codd. praeter P: *conservarit* P; *conservasset* O cum Manutio. — 27. *pervectus* P S et 5 Lagg.: *traiectus* rell. et O; *travectus* L; *pervectus* probavit Oudendorpius ad *Cic. de Invent.* I, c. 51 et ad Appuleium T. I, p. 65. Cf. de frequenti confusione syllabarum *per* et *tra* Wesenbergii *Emend. Tuscul.* I, p. 7. — 28. *recuperata vero* G corr.; *recuparavero* G pr. m.; *recte parauero* P E V; *vero* om. S.

ut, cum ea, quae amiserit, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam numquam perdidisset. Sed hoc inter me atque illum interest, quod ille, qua re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos ultus est, armis, ego qua consuevi, utar: quoniam illi arti in bello ac seditione locus est, huic in pace atque otio. 21. Quamquam ille animo irato nihil nisi de inimicis ulciscendis agebat, ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi res publica permittet, cogitabo. IX. Denique, Quirites, quoniam me quattuor omnino hominum genera violarunt, unum eorum, qui odio rei publicae, quod eam ipsis invitis conservaram, inimicissimi mihi fuerunt; alterum, qui per simulationem amicitiae nefarie prodiderunt; tertium, qui cum propter inertiam suam eadem assequi non possent, inviderunt laudi et dignitati meae; quartum, qui cum custodes rei publicae esse deberent, salutem meam, statum civitatis, dignitatem eius imperii, quod erat penes ipsos, vendiderunt: sic ulciscar facinora eorum singula, quem ad modum a quibusque sum provocatus: malos cives rem publicam bene gerendo, perfidos amicos nihil credendo atque omnia cavendo, invidos virtuti et gloriae serviendo, mercatores provinciarum revocando domum atque ab iis provinciarum ratione repetenda. 22. Quamquam mihi, Quirites, maiori curae est, quem ad modum vobis, qui de me estis optime meriti, gratiam referam, quam quem ad modum inimicorum iniurias crudelitatemque persequar. Etenim ulciscendae iniuriae facilior ratio est quam beneficii remunerandi, propterea quod superiorem esse contra improbos minus est negotii quam bonis exaequari; tum etiam ne tam necessarium quidem est male meritis quam optime [meritis] referre quod debeas. 23. Odium vel precibus mitigari potest

---

1. *amiserit* Weiske: *amiserat* codd. et O — 2. *numquam* P corr. m. 2 ex *num.* — 4. *utar* P G E V et 6 Lagg.: om. Lag. 7; *pietate utar* (S) vel *utar pietate* S et rell. Lagg. Lambinus addit *lenitate,* Wolfius *arte,* Mommsenius *vi* (dicendi) post *consuevi.* — *arte* P E V — 5. *atque in otio* E V — 6. *agebant* G — *inimicis* om. E V — 7. *mihi* om. E V — *permittet* Lg. 4. 6. 18. 23. 46. 65: *permittit* mei reliqui. — 8. *me* P corr. ex *ne*; *in me* G (*quatuor me* E V). — *quattuor* P: *quatuor* O — *hominum genera* mei: *genera hominum* O — 9. *invitis* 5 Lagg.: *conuitis* P pr. m.; *conuictis* G E S V et P corr., rell. (vel *conuinctis* vel *uictis*). — *conservatam* G E V — *inim. mihi* mei: *mihi inim.* O — 10. *nefariae* P — 11. *prodiderunt* P G V, 8 Lagg.: *perdiderunt* E; *me prodiderunt* rell. Lagg. S O — *adsequi* P — 12. *inviderunt* 8 Lagg. et G corr.: *inviderent* rell. mei et Lagg. — 13. *deberent* Ernesti: *debuerunt* codd.; *debuerint* Heumannus; *debuerant* O — 14. *paenes* P — *facinora eorum singula* scripsi: *facinorum singula* P; *facinora singula* rell. mei et Lagg.; *genera singula* O ex ed. Nauger. Possis etiam ex lectione codicis P coniicere: *facinora singulorum.* — 16. *ciuis* mei. — *bene regendo* mei (Lagom. de suis tacet; *b. gerendo* est in ed. Ascens. 1511.) — 18. *ab his* mei. — *prouintiarum* P — *ratione repetenda* P pr. m. Lag. 10. 13. 25 et 1 Oxon.: *ratione expetenda* E V; *rationem repetenda* G pr. m.; *rationem repetendo* P et G corr., rell. Lagg., S O — 19. *quanquam* P — *mihi, Quirites, maiori* scripsi: *michi quin maiori* P; *mihi quam mori* G E V; *mihi quidem maiori* L; *mihi maiori* S O et Lagg., ut videtur. — *quem ammodum* P et sic paulo post. — *vobis qui de me* G corr., S et aliquot Lagg.: *qui de me vobis* P E V et G pr. m.; *quidem vobis qui de me* 7 Lagg. et O. Possis ex lectione optimorum elicere: *quemadmodum qui de me e vobis* etc., sed verisimilius videtur verborum transpositione erratum esse. — 21. *etenim cum ulciscendae* Lambinus ex cod. suo, quod si probes, *etiam* post *tum* (v. 24) etiam magis offendet. — 23. *bonis* P, rasura ex *bonus.* — 24. *optime meritis* P (sed est *meri* in loco eraso scriptum, *tis* extra versum, sed pr. m.): *meritis* om. G E V et Lagg. 3. 6. 10. 21; *quam opt. meritis* om. S et 15 Lagg., cum librarii ab altero *meritis* ad alterum aberraverint. — 25. *mitigari* G E S V et plerique: *uilicari* P pr. m.; *vindicari* P corr. m. 2 et Lag. 25. — *potest vel* S: *vel* om. P G E V.

vel temporibus rei publicae communique utilitate deponi vel difficultate ulciscendi teneri vel vetustate sedari: ne bene meritos colas, nec exorari fas est neque id rei publicae remittere utique necesse est; neque est excusatio difficultatis neque aequum est tempore et die memoriam beneficii definire. Postremo qui in ulciscendo remissior fuit, in eo suo iure aperte utitur: at gravissime vituperatur, qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis est tardior; neque solum ingratus, quod ipsum grave est, verum etiam impius appelletur necesse est. [Atque in officio persolvendo dissimilis est ratio pecuniae debitae, propterea quod pecuniam qui retinet non dissolvit, qui reddidit non habet: gratiam et qui rettulit habet, et qui habet dissolvit.]

X. 24. Quapropter memoriam vestri beneficii colam benevolentia sempiterna, *neque solum me vivo*, sed etiam, cum *anima defecerit mea,*

---

1. *dificultate* P — 2. *ulciscendi* P S: *utendi* G E V — *contineri* Garat. susp. in Cur. sec.— 2. *ne bene meritos* scripsi: *ne* om. P G E V et Lag. 8. 10. 21. 24; *bene meritos ne* Lag. 25; *bene meritos quin* rell. Lagg., S O — *neque exorari* L — 3. *neque id* mei et Lagg. plerique: *nec id* 5 Lagg. et O — *rei publicae remittere* Garatoni: *rei p. repetere* codd. mendose et O; *rei p. dare* Graevius; equidem tentavi: *rei p. temporibus concedere.* — *utique* Lambinus: *utcumque* Lag. 3. 6. 7. 20; *utrũcumque* P, sed *cum* vetere manu deletum (*utrũ* est in extremo versu); *utrumque* rell. mei et Lagg. — 4. *aecum est* P; *est aequum* V — 5. *in eo suo iure aperte utitur* Mommsenius: *in eorum aperte utitur* P G E V Lag. 21. 25 (sed P pr. m. *apperte*, E V *meorum*); reliqui plerique (item O) *mox aperte laudatur*, nisi quod nonnulli (etiam S) *in os* habent pro *mox*. Editores locum fere intactum reliquerunt, sed coni. Lambinus: *in eo partim reprehenditur*, *partim laudatur.* — 6. *at* G S: *ut* P pr. m., *aut* P corr. m.; *item* E V — 8. *Atque* cet.] verba inclusa, quae ex orat. p. Plancio § 68 aut ex libro II de Offic. § 69 desumpta videntur, desunt in 7 Lagg. deterioribus et in aliis codd. notae inferioris. «Quoniam tota periodus abest a nonnullis codd., et sententia parum convenit superioribus, eruditi haec omnia ad glossulas reiicere malunt; non enim hic commendationem gratiae referendae requiri. Quod cum verissime monitum sit, sane hac nova culpa absolveris scriptorem, si malae manui peiorem supervenisse putes. Mihi tamen hac de re adhuc ampliandum videtur.» Fr. Aug. Wolf. — *atqui* 7 Lagg. — 9. *oratio* P G, sed in P prior *o* m. pr. deleta. — *pecuniae debitae* aliquot Lagg., ut videtur: *et pecunia debita* mei; fort. *et* (*atque*?) *in pecunia debita.* — 10. *qui reddidit -- qui habet desolvit* (sic) in P manu multo recentiore in marg. inferiore suppleta sunt. Ac videtur falsum supplementum; facilius haec feras: *propterea quod pecuniam qui retinet*, *non dissolvit*, *gratiam qui refert et retinet et dissolvit.* — 12. *benivolentia* mei. — 13. *sempiterna*, *neque solum -- permanebunt*] ita locum constitui et supplevi ex Mamertini Gratiarum actione Iuliano c. 32. II, p. 208 ed. Iaeg. (ibi est: *neque solum a vivente me ac vigente grati animi benevolentia declarabitur, sed etiam, cum anima defecerit, monumenta tui in me beneficii permanebunt)*, cuius declamationis epilogus fere ad verbum ex peroratione huius orationis transcriptus est. Atque ita fere locum supplendum esse, meliorum librorum vestigia luculenter ostendunt, in quibus est: *sempiterna. cum anima expirabo mea, sed etiam cum me ulla* (sic P, *cum nulla* G E V) *monimenta -- permanebunt.* Haec autem lectio in codd. deterioribus sic interpolata est, ut post *sempiterna* adderetur *non solum* (ut est in S; abest *non solum* ab Lagomarsinianis exceptis tribus solis: 9. 25. 46) et pro lectione *cum me ulla (nulla)* substitueretur *cum mortuo.* Hinc habent editiones (item O): *sempiterna*, *non solum dum anima spirabo mea*, *sed etiam quum mortuo monumenta -- permanebunt.* Quo autem modo perturbatio in codd. orta sit, sic explicaveris. Verba enim *cum anima expirabo mea* glossema videntur illius sententiae, quae post *sed etiam cum* hodie desideratur; eam ex Mamertino pro inepto illo *cum mortuo* sic resarciendam esse «*cum anima defecerit mea*», iam Iaegerus in Addendis post praefat. p. 50 recte monuit. Iam cum illud glossema in alienum locum ex margine invectum esset, orationis particula necessaria «*neque solum me vivo*» vel similiter expressa suo loco detrusa est. Laborat igitur scriptura codicum duplici lacuna, altera post *sempiterna*, altera post *etiam cum*, quarum illa particulis *sed etiam*, haec nudata illa coniun-

multa monumenta vestri in me beneficii permanebunt. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto semperque praestabo, mihi neque in consiliis de re publica capiendis diligentiam, neque in periculis a re publica propulsandis animum, neque in sententia simpliciter ferenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro re publica laedendis libertatem, nec in perferendo labore industriam, nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam. 25. Atque haec cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna, ut cum vobis, qui apud me deorum immortalium vim et numen tenetis, tum posteris vestris cunctisque gentibus dignissimus ea civitate videar, quae suam dignitatem non posse se tenere, nisi me reciperasset, cunctis suffragiis iudicavit.

---

ctione *cum* ex ipsa librorum lectione facile convincitur. Quod denique *multa* pro *me ulla* sive *nulla* scripsi, recte mihi fecisse videor; intelliguntur autem monumenta litterarum. Mommsenio locus sic constituendus videtur: *Quapropter -- sempiterna, [neque solum] cum anima spirabo mea, sed etiam cum [ea defecerit], multa monumenta -- permanebunt.* — 4. *simpliciter* suspectum Ernestio; at firmat etiam Mamertinus. — *ferendă* P G E V, Lag. 20. 21 et Mamertinus l. c.: *referenda* Lagg. rell., S O; *dicenda* L. Ut emendationi ad p. 857, 13 propositae fides accedat, hunc quoque Mamertini locum adscribemus: *in referenda autem gratia, sanctissime Imperator, hoc tibi polliceor semperque praestabo, mihi neque in suggerendis consiliis veritatem, neque in adeundis, si res poposcerit, periculis animum, neque in sententia simpliciter ferenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro re publica teque laedendis libertatem, neque in laboribus perferendis industriam, neque in augendis imperii tui commodis grati animi benevolentiam defuturam.* — 7. *benivolentiam* P S — 10. *ea* G S: *ex* P E V — 11. *se tenere* P G E V: *se* om. 4 Lagg.; *tenere se* rell. Lagg., S O — *reciperasset* P: *recuperasset* O et rell. — In P est subscriptio: *M. Tvlli Ciceronis cvm popvlo gratias. egit explicit. inc. dedomo. sva.*

M. TULLII CICERONIS

DE DOMO SUA ORATIO

AD PONTIFICES.

RECENSUIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Cod. Parisinus num. 7794 ab HALMIO collatus. Cf. p. 830. (P^1 significat primam manum, P^2 correctiones antiqua vel eadem manu, P^3 correctiones recenti manu factas.)

G = Cod. Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345, a me collatus.

M = Cod. Mediceus Plut. XLVIII. cod. 8, post Lagomarsinium, qui eum numero 8 signavit, ab HENR. SCHAEPPIO (cf. p. 479) collatus.

V = Cod. Vaticanus num. 1525, Palatinus nonus Gruteri, a TYCHONE MOMMSENIO collatus. Cf. p. 847.

C = Codices nostri omnes.

Reliquas notas vide supra p. 517.

Integram exhibuimus varietatem lectionis codicum P G, ceterorum selectam.

I. 1. Cum multa divinitus, pontifices, a maioribus nostris inventa atque instituta sunt, tum nihil praeclarius quam quod eosdem et religionibus deorum immortalium et summae rei publicae praeesse voluerunt, ut amplissimi et clarissimi cives rem publicam bene gerendo religiones, religionum ius sapienter interpretando rem publicam conservarent. Quod si ullo tempore magna causa in sacerdotum populi Romani iudicio ac potestate versata est, haec profecto tanta est, ut omnis rei publicae dignitas, omnium civium salus, vita, libertas, arae, foci, di penates, bona, fortunae, domicilia vestrae sapientiae, fidei, potestati

---

INSCRIPTIO ORATIONIS. *DE DOMO SUA* P, Priscianus, Arusianus Messius, Servius, Grillius; *de domo sua contra Clodium* Aquila Romanus; *de domo sua apud pontifices* Rufinianus; *PRO DOMO SUA AD PONTIFICES* M; *IN CLODIUM* G V; *M. T. C. QUAE VULGO FERTUR PRO DOMO SUA AD PONTIFICES ORATIO* O.

1. «*Cum multa -- inuenta sunt.* Bene maiores nostri, qui nos non solum de iure religionis, sed et de iure publico iudices instituerunt, ut tam uobis ius publicum quam ius religionis tuendum sit.» Grillius fol. 1 a. — *a* om. P. Cf. § 45. 77. — 2. *sint* G — *eosdem* C: *vos eosdem* O — 4. *gerendo religiones*, *religionum ius sapienter* Halmius (coll. § 4): *gerendo religiones religionibus sapienter* C; *gerendo*, *pontifices*, *religiones sapienter* O — 6. *causa sacerdotum* (om. *in*) P^2 G M V; *causacerdotum* P^1 — 7. *omnibus rei .p.* P V — 8. *di* P: *dii* O; om. G — 9. *potestati* C: *potestatique* O.

commissa creditaque esse videantur. 2. Vobis hodierno die constituendum est, utrum posthac amentes ac perditos magistratus improborum ac sceleratorum civium praesidio nudare an etiam deorum immortalium religione armare malitis. Nam si illa labes ac flamma rei publicae suum illum pestiferum et funestum tribunatum, quem aequitate humana tueri non potest, divina religione defenderit, aliae caerimoniae nobis erunt, alii antistites deorum immortalium, alii interpretes religionum requirendi: sin autem vestra auctoritate sapientiaque, pontifices, ea, quae furore improborum re publica ab aliis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita gesta sunt, rescinduntur, erit causa, cur consilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis iure ac merito laudare possimus. 3. Sed quoniam ille demens, si ea, quae per hos dies ego in senatu de re publica sensi, vituperasset, aliquem se aditum ad aures vestras esse habiturum putavit, omittam ordinem dicendi meum: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille uti non potest, sed convicio, cuius exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate munivit.

II. Ac primum illud a te, homine vaesano ac furioso, requiro, quae te tanta poena tuorum scelerum flagitiorumque vexet, ut hos tales viros, qui non solum consiliis suis, sed etiam specie ipsa et dignitate rem publicam sustinent, quod ego in sententia dicenda salutem civium cum honore Cn. Pompeii coniunxerim, mihi esse iratos et aliter de summa religione hoc tempore sensuros ac me absente senserint, arbitrere. 4. «Fuisti, inquit, tum apud pontifices superior, sed iam, quoniam te ad populum contulisti, sis inferior necesse est.» Itane vero? quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas et inconstantia et crebra tamquam tempestatum sic sententiarum commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia certum et definitum ius religionum, vetustas exemplorum, auctoritas litterarum monumentorumque deterret? «Tune es ille, inquit, quo senatus carere non potuit, quem boni luxerunt, quem res publica desideravit, quo restituto senatus auctoritatem restitutam putabamus, quam primam adveniens prodidisti?» Nondum de mea sententia dico: impudentiae primum respondebo tuae. III. 5. Hunc igitur, funesta rei publicae pestis, hunc tu

---

2. *posthaec* G M V̇ — *amentis* P G — *inprorum* P¹; *inproborum* P² — 3. *religioni* P¹ — 6. *caerimoniae* P G: *caeremoniae* O — *erunt taliantistis* P¹ — 8. *pontifices*] *in pontifices* P — 9. *inproborum* P; *improborum amore bonorum* G V; *improborum timore bonorum* M — *re p.* M: *rp.* G; *rei .p.* P; *rei* V; *in re p.* O — *ab alis oppressa* P¹ — *ab ilis deserta* P¹; *ab illis deserta* P² — *ab alis prodita* P¹ — 10. *rescindantur* Ernestius. — *malorum* P — 11. *deligendis* (prior *i* in rasura) P — 12. *per hos dies ego* C: *ego per hos dies* O — 13. *publica* om. P — *habiturum esse* G — 15. *conuitio* P M — 16. *inpunitate* P — 18. *uaesano* P: *vesano* O. Cf. § 55. 141. Wagner *Orthogr. Vergil.* p. 478 sq. — 19. *paena* P — *talis* P G V — 20. *ipsa et dignitate rem p.* M: *ipsa₊ dignitatem rei p.* P; *ipsa dignitatem rei p.* G V O. Iunguntur *species* et *dignitas* etiam infra § 89, in Pison. § 24 et *remp. sustinere* item habes § 142. Cf. etiam § 133. — 22. *pompei* P — *aliter* M: *alios* P; *alias* G V; *aliud* O — 23. *religione hoc tempore* C: *hoc tempore religione* O — *me*] *mi* P¹ — *apsente* P — *arbitrare* P V — 24. *inquit, tum* Hotomanus: *inquit tu* P² G M; *inquid tu* P¹ V; *tu, inquit* O — *superiores sed etiam* P G V; *superior esset etiam* M — 25. *contulistis* P¹ — *interior* P¹ — *est*] *et* P¹ — 27. *tu*] *tum* P; *totum* G M V; *tune* Halmius. — 30. *tunc est ille inquid quo senatus carere non potuit* Grillius fol. 42, b. — *es*] *est* P¹ — *inquid* P¹ — *quo₊* P — 32. *primam* P: *primum* G M V O — *prodisti* P¹ V — 33. *inpudentiae* P; *imprudentiae* G.

civem ferro et armis et exercitus terrore et consulum scelere et audacissimorum hominum minis, servorum dilectu, obsessione templorum, occupatione fori, oppressione curiae, domo et patria, ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere coëgisti, quem a senatu, quem a bonis omnibus, quem a cuncta Italia desideratum, arcessitum, revocatum conservandae rei publicae causa confiteris? «At enim in senatum venire in Capitolium turbulento illo die non debuisti.» 6. Ego vero neque veni et domo me tenui, quam diu turbulentum tempus fuit, cum servos tuos a te iam pridem ad bonorum caedem paratos cum illa tua consceleratorum ac perditorum manu armatos in Capitolium tecum venisse constabat: quod cum mihi nuntiaretur, scito me domi mansisse et tibi et gladiatoribus tuis instaurandae caedis potestatem non fecisse. Posteaquam mihi nuntiatum est, populum Romanum in Capitolium propter metum atque inopiam rei frumentariae convenisse, ministros autem scelerum tuorum perterritos partim amissis gladiis, partim ereptis diffugisse, veni non solum sine ullis copiis ac manu, verum etiam cum paucis amicis. 7. An ego, cum P. Lentulus consul, optime de me ac de re publica meritus, cum Q. Metellus, qui, cum meus inimicus esset, frater tuus, et dissensioni nostrae et precibus tuis salutem ac dignitatem meam praetulisset, me arcesserent in senatum, cum tanta multitudo civium tam recenti officio suo me ad referendam gratiam nominatim vocaret, non venirem? cum praesertim te iam illinc cum tua fugitivorum manu discessisse constaret. Hic tu me etiam, custodem defensoremque Capitolii templorumque omnium, hostem Capitolinum appellare ausus es, quod, cum in Capitolio senatum duo consules haberent, eo venirem? Utrum est tempus aliquod, quo in senatum venire turpe sit? an ea res erat illa, de qua agebatur, ut rem ipsam repudiare et eos, qui agebant, condemnare deberem? IV. 8. Primum dico senatoris esse boni semper in senatum venire, nec cum iis sentio, qui statuunt minus bonis temporibus in senatum † ipsi non venirent, non intelligentes hanc suam nimiam perseverantiam vehementer iis, quorum animum offendere voluerint, gratam et iucundam fuisse. At enim nonnulli propter timorem, quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur, discesserunt. Non reprehendo nec quaero, fueritne aliquid pertimescendum: puto suo quemque

---

1. *cos̄* G — 2. *dilectu* P G: *delicto* M; *delectu* V O — 3. *inprobis* P — 4. *caedere* G — *coëgisti* Lambinus: *curisti* P¹; *curasti* P² G M V O — 5. *accersitum* G M — *conseruatū* G M V — 6. *uenire in* C: *venire*, *intrare in* O — 7. *ueni*** P — 8. *me** P — 9. *a te iam pridem* P M: *te iam pridem* G; *ad impiam predam* V; *ad rapinas* O — 10. *in* C: *etiam in* O — *tecum* om. G — *uenire* G¹ — 11. *scito* Lagom. 9 et Wolfius: *scio* C O — *mansisset* P¹ — 14. *inopiam*] *inpiam* P¹ — 15. *amisses* P¹ — *direptis* G — 16. *ullis* om. G — 18. *cumque Metellus* P V — *meus* sup. lin. P² (*cum et meus inimicus esset et frater tuus* Halmius.) — 19. *dissensionis* P — *praecibus* P — 21. *offitio* P — *uocaret* C: *vocarent* O — 22. *te iam illinc*] *tela illa* G M V — *discensisse* P¹ — 23. *capitoli* P¹ — 25. *cos.* P — *utrum* P: *utrumne* ceteri. Cf. Handii Tursellinum IV p. 80. — 26. *quod in* P¹ M — *venire* Garatonius: *uenistis* P; *uenisse* G M V O — *an ea res erat illa, de qua* Halmius: *an aures regatila de qua* P¹; *an aures re illa de qua* P²; *an aures erigere illa de qua* P³; *an res quae* G M V — 27. *ut*] *uti* G M; *utrum* V — *et*] *an* G M V — 28. *senatores* P¹ — 29. *iis* G: *is* V; *his* P M O — 30. *venirent* P¹ G M V: *uenire ni* P²; *in senatum* [*non esse veniendum. Qui cum tum in senatum*] *ipsi non venirent, non intelligebant* Halmius. — *non* om. M — *intellegent* C — 31. *iis*] *his* P — *uoluerint* P G M: *uoluerunt* V O — 32. *gratam*] *et gratam* G M V — *iocundam* P V — *propter*] *pro* P¹; *per* Halmius. — 33. *quod*] *quo* P² — *rep̄hendo* P¹ G.

arbitratu timere oportere. Cur ego non timuerim, quaeris? quia te illinc abisse constabat. Cur, cum viri boni nonnulli putarint tuto se in senatu esse non posse, ego non idem senserim? Cur, cum ego me sensissem tuto omnino in civitate esse non posse, illi senserunt? An eis licet et recte licet in meo metu sibi nihil timere: mihi uni necesse erit et meam et aliorum vicem pertimescere?

9. An quia non condemnavi sententia mea duo consules, sum reprehendendus? Eos igitur ego potissimum damnare debui, quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus atque optime de re publica meritus damnatorum poenam sustinerem? Quorum etiam delicta propter eorum egregiam in me conservando voluntatem non modo me, sed omnes bonos ferre oporteret, eorum optimum consilium ego potissimum, per eos in meam pristinam dignitatem restitutus, meo consilio repudiarem? At quam sententiam dixi? Primum eam, quam populi sermo in animis nostris iam ante defixerat; deinde eam, quae erat superioribus diebus agitata in senatu; denique eam, quam senatus frequens tum, cum mihi est assensus, secutus est: ut neque allata sit a me res inopinata ac recens, nec, si quod in sententia vitium est, maius sit eius, qui dixerit, quam omnium, qui probarint. 10. «At enim liberum senatus iudicium propter metum non fuit.» Si timuisse eos facis, qui discesserunt, concede non timuisse eos, qui remanserunt: sin autem sine iis, qui tum afuerunt, nihil decerni libere potuit, cum omnes adessent, coeptum est referri de inducendo senatus consulto: ab universo senatu reclamatum est. V. Sed quaero, in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum eius atque auctor, quid reprehendatur. Utrum causa novi consilii capiendi non fuit? an meae partes in ea causa non praecipuae fuerunt? an alio potius confugiendum fuit? Quae causa maior quam fames esse potuit, quam seditio, quam consilia tua tuorumque, qui facultate oblata ad imperitorum animos incitandos renovaturum te tua illis funesta latrocinia ob annonae causam putavisti? 11. Frumentum provinciae frumentariae partim non habebant, partim in alias terras, credo propter varietatem venditorum, miserant, partim, quo gratius esset tum, cum in ipsa fame subvenis-

---

1. *ego*] *ergo* G — *illinc*] litteras *nc* in rasura habet P — 2. *abisse* C: *abiisse* O — 3. *me* om. G M V — *sensissem* G M V: *aestimauissem* P^2; *existimassem* O; om. P^1 — 4. *illi senserunt* G M V: *illi rerunt* P (*t* in rasura, fuisse videtur *rerum*); *illi non item* O — *an eis* M: *anne is* V; *an meis* G; *an aliis* P^3 O; om. P^1. *Cur cum ego me putarim* (vel *senserim*) *tuto omnino in civitate esse non posse, illi sibi nihil timuerint? Si aliis licet* Halmius. — 5. *metu sibi nihil*] *metus nihil* P^1 — 7. *condemnati* G M V — *cos.* P — *sum*] *sunt* G M V — *repraeend***s* P^1; *reprehendenos* G; *reprehendes nos* M V — 10. *paenam* G — *quarum* P^1 — 11. *omnis* P G — 12. *oporteret* in rasura P^3 — 13. *dignitatem*] *salutem* V; om. P — *meo consilio repudiarem* C: *consilio repudiarem meo* O — *at*] *ad* P^1 — 14. *nostris* P G M: *vestris* V O — 16. *denique eam* Halmius: *de eam* P^1; *eam* G M V; *deinde eam* P^2 O (cf. p. 65, 14 sq. p. 220, 8.) — *adsensus* P V — 17. *allata sit* P^2: *allata st* P^1; *sit allata* G M V — 18. *maius* P G M: *magis* V O — 21. *iis*] *his* P G M; *hiis* V — *fuerunt* P; *affuerunt* G V; *abfuerunt* M — 23. *senatus consulto*] *s. c.* P G V — 24. *sentia* P^1 — 25. *quid reprehendatur quoniam princeps ego sum eius atque auctor* G M V — *reprendatur* P — *noui consilii capiendi* G M V: *novi consilii capienda* P; *capiendi novi consilii* O — 27. *fuit? Quae* nos: *fuit uis. Quae* P; *fuit. Vis quae* M; *fuit. Vis qua* G V; *fuit? Quae vis, quae* O — *causa maior*] *causam mor* P^1 — *quam fames* om. G M V — 29. *illis* C: *illa* O; *cum illis* Halmius. — *ob annonae c. putavisti* Francianus primus: *binum nonae c. putauit* P M V; *ob annonae c. putarunt* O; om. G in lacuna viginti quattuor fere litterarum. — 30. *prouintiae* G — *partis* P^1 G^1 M.

sent, custodiis suis clausum continebant, ut subito novum mitterent. Res erat non in opinione dubia, sed in praesenti atque ante oculos proposito periculo, neque id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus. Nam cum ingravesceret annona, ut iam plane inopia ac fames, non caritas timeretur, concursus est ad templum Concordiae factus senatum illuc vocante Metello consule. Qui si verus fuit, ex dolore hominum et fame, certe consules causam suscipere, certe senatus aliquid consilii capere potuit: sin causa fuit annona, seditionis quidem instimulator et concitator tu fuisti, nonne id agendum nobis omnibus fuit, ut materiem subtraheremus furori tuo? 12. Quid, si utrumque fuit, ut et fames stimularet homines et tu in hoc ulcere tamquam inguen exsisteres, nonne fuit eo maior adhibenda medicina, quae et illud nativum et hoc † delictum malum sanare posset? Erat igitur et praesens caritas et futura fames: non est satis: facta lapidatio est. Si ex dolore plebei nullo incitante, magnum malum; si P. Clodii impulsu, usitatum hominis facinorosi scelus; si utrumque, ut et res esset ea, quae sua sponte multitudinis animos incitaret, et parati atque armati seditionis duces, videturne ipsa res publica et consulis auxilium implorasse et senatus fidem? Atquin utrumque fuisse perspicuum est: difficultatem annonae summamque inopiam rei frumentariae, ut homines non iam diuturnam caritatem, sed ut famem plane timerent, nemo negat; hanc istum otii et pacis hostem causam arrepturum fuisse ad incendia, caedes, rapinas nolo, pontifices, suspicemini, nisi videritis. 13. Qui sunt homines a Q. Metello fratre tuo consule in senatu palam nominati, a quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit? L. Sergium et M. Lollium nominavit. Quis est iste Lollius? qui sine ferro ne nunc quidem tecum est; qui te tribuno pl., nihil de me dicam, sed qui Cn. Pompeium interficiendum depoposcit. Quis est Sergius? armiger Catilinae, stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum, damnatus iniuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiae. His atque eius modi ducibus cum tu in annonae caritate in consules, in senatum, in bona fortunasque locupletium per causam inopum atque imperitorum repentinos impetus comparares, cum tibi salus esse in otio nulla posset, cum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum,

---

1. *Frumentum clausum continebant, ut sub novum mitterent* Arusianus Messius v. *Sub* p. 261 ed. Lindem. — *novo* P^1 — 2. *praesenti* Manutius: *praesentia* C O — 5. *concursũ* G M V — *factus* P^2: *fac* P^1; *factũ* G M V — 6. *c̄os.* P — 8. *consili* P^1 — *annona*⁎ P — 11. *ulcere*] *uicere* P^1; *uiscere* P^2. Cf. p. 868, 27. — *inguen* P G V: *unguen* M; *unguis* O — *exsisteres* P^1: *existeres* P^2 G V — 12. *natiuum* P, sed posterior *u* in rasura; fueratne *natiuom*? — 13. *delictum* C: *delatum* O — 14. *plebei* (*i* a m. sec. in rasura) P: *plebe ĩ* V; *plebẽ* G M — 15. *clodi* P^1V — *inpulsu* P — *facinerosi* P. Cf. § 25. 89. — *facinus ẽ. scelus ẽ. si* G M — 17. *et p.*] *ut p.* G M V — 18. *implorasset* P^1 — *atquin* P G V: *atqui* M O — 20. *ut* om. G — 22. *arreptu* G^2 (fuisse videtur *arrepturum*). — 23. *nisi*] *si* G M V — *tuo*] *suo* G M V — 24. *adpetitum* P — 25. *et* om. G — *Quis est ille Lollius? Armiger Catilinae, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, percussor, latrator* (al. *latitator*) *fori, depopulator curiae* Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* § 18. *Quis est iste Lollius, qui sine ferro ne nunc quidem tecum est? Quis est iste Lollius, armiger Catilinae, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, percussor, lapidator curiae?* Martianus Capella § 528. — 26. *fero* P^1 — *T. R. P. L.* P. Vide ad p. 832, 4. — 30. *opsessor* P — *eius modi* P G V: *huius modi* M O.

nonne providendum senatui fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhaeresceret?

VI. 14. Fuit igitur causa capiendi novi consilii. Videte nunc, fuerintne partes meae paene praecipuae. Quem tum Sergius ille tuus, quem Lollius, quem ceterae pestes in lapidatione illa nominabant? quem annonam praestare oportere dicebant? nonne me? quid puerorum illa concursatio nocturna? non a te ipso instituta me frumentum flagitabat? quasi vero ego aut rei frumentariae praefuissem aut compressum aliquod frumentum tenerem aut in isto genere omnino quidquam aut curatione aut potestate valuissem. Sed homo ad caedem imminens meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat. Cum de mea dignitate in templo Iovis Optimi Maximi senatus frequentissimus uno isto dissentiente decrevisset, subito illo ipso die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est. 15. Erant qui deos immortales — id quod ego sentio — numine suo reditum meum dicerent comprobasse. Non nulli autem illam rem ad illam rationem coniecturamque revocabant, qui, quod in meo reditu spes otii et concordiae sita videbatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor, iam paene belli depulso metu commutatam annonam esse dicebant: quae quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cuius adventu fore vilitatem boni viri dictitabant, annona flagitabatur. VII. Ego denique non solum ab operis tuis impulsu tuo nominabar, sed etiam depulsis ac dissipatis tuis copiis a populo Romano universo, qui tum in Capitolium convenerat, cum illo die minus valerem, nominatim in senatum vocabar. 16. Veni exspectatus: multis iam sententiis dictis rogatus sum sententiam: dixi rei publicae saluberrimam, mihi necessariam. Petebatur a me frumenti copia, annonae vilitas: possem aliquid in ea re necne, ratio non habebatur. Flagitabar bonorum expostulatione: improborum convicia sustinere non poteram. Delegavi amico locupletiori, non quo illi ita de me merito onus illud imponerem — succubuissem enim potius ipse —, sed quia videbam id, quod omnes, quod nos de Cn. Pompeio polliceremur, id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate denique sua facillime perfecturum. 17. Itaque sive hunc di immortales fructum mei reditus populo Romano tribuunt, ut, quem ad modum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, caedes, incendia, rapinae, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset, sic reditu ubertas agrorum, frugum copia, spes otii, tranquillitas animorum, iudi-

1. *ne* om. G M — 2. *ista*] *ne* G M V — *adheresceret* G — 4. *pene* G — 5. *caeterae* P² G; *caerae* P¹ — 7. *ipsa* P — *instituta* P²: *stituta* P¹; *statuta* G M V — *flagitabat* P G: *flagitabant* M V O. Verba distinxi cum Lambino; Orellius sic: *quid? puerorum illa concursatio nocturna*, *non a te ipso instituta? Me frumentum flagitabant.* — 9. *quicquam* C — 10. *inminens* P V — 11. *operis* om. G — *inperitis inlecerat* P — *meaddignitate* P¹ — 15. Prius *illam* delendum censuit Ernestius, posterius in *aliam* mutandum Gesnerus; equidem posterius deleverim. — 17. *cotidianus* P G; *cottidianus* V — 18. *annonam esse* P G: *esse annonam* M O; *esse* om. V — 20. *dictabant* C; *dictitarant* Ernestius. — 21. *operibus* G M V — *inpulsu* P — 24. *expectatus* P V; *espectatus* G — *iam sententiis* C: *sententiis iam* O — 25. *sum* om. G — 26. *possem aliquid in ea re necne*, *ratio non habebatur* Garatonius (II) et Klotzius: *possem aliquid in ea regeneratio non habebatur* P; *possem aliquid in ea re . . . . . ratio non habebatur* G; *possem aliquid in ea re . generatio non debebatur* M; *possem aliquid in ea regere actione habebatur* V; *quasi possem aliquid in ea re gerenda: non habebatur* O — 28. *inproborum conuitia* P — 29. *inponerem* P — 32. *di* P: *dii* O — 35. *reditu* C: *reditu meo* O.

cia, leges, concordia populi, senatus auctoritas mecum simul reducta videantur, sive egomet aliquid adventu meo, consilio, auctoritate, diligentia pro tanto beneficio populi Romani praestare debui, praesto, promitto, spondeo: nihil dico amplius: hoc, quod satis est huic tempori, dico, rem publicam annonae nomine in id discrimen, quo vocabatur, non esse venturam. VIII. 18. Num igitur in hoc officio, quod fuit praecipue meum, sententia mea reprehenditur? Rem maximam fuisse et summi periculi non solum a fame, sed etiam a caede, incendiis, vastitate, nemo negat, cum ad causam caritatis accederet iste speculator communium miseriarum, qui semper ex rei publicae malis sceleris sui faces inflammaret: negat oportuisse quidquam uni extra ordinem decerni. Non iam tibi sic respondebo, ut ceteris: Cn. Pompeio plurima, periculosissima, maxima, mari terraque bella extra ordinem esse commissa, quarum rerum si quem paeniteat, eum victoriae populi Romani paenitere. Non ita tecum ago. 19. Cum his haec a me haberi oratio potest, qui ita disputant, se, si qua res ad unum deferenda sit, ad Cn. Pompeium delaturos potissimum, sed se extra ordinem nihil cuiquam dare: cum Pompeio datum sit, id se pro dignitate hominis ornare et tueri solere. Horum ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompeii triumphis, quibus ille, cum esset extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Romani imperiumque honestavit: constantiam probo, qua mihi quoque utendum fuit, quo ille auctore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque gessit. 20. Sed cum illis possum tamen aliquid disputare: tua vero quae tanta impudentia est, ut audeas dicere extra ordinem dari nihil cuiquam oportere? qui cum lege nefaria Ptolemaeum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem iure regnantem, causa incognita publicasses populumque Romanum scelere obligasses, cum in eius regnum, bona, fortunas latrocinium huius imperii immisisses, cuius cum patre, avo, maioribus societas nobis et amicitia fuisset, huius pecuniae deportandae et, si ius suum defenderet, bello gerendo M. Catonem praefecisti. 21. Dices, quem virum? Sanctissimum, prudentissimum,

---

2. *uideatur* G — *aduentu te diligentia* (syllaba *te* erasa et superscriptis a manu multo recentiore verbis *meo consilio auctoritate*) P — 3. *populi Romani* 𝔏: *.p. R.* P V; *PR.* G; *populo Romano* O — 4. *tempore* P¹ — 5. *dico rem publicam*] *dicerem .p.* P¹ — *quo* G¹: *quod* P G² M V — 6. *praecipuae* P — 7. *fuisse et* Mommsenius: *fuisse* G M V; *potuisse* P; *eripui a peste* O — 8. *a fame* Halmius (coll. p. 867, 27): *ea me* P; *eam* G M V O — *a caede* P: *a cedibus* G M V; *vos a caede* O — 10. *ex* P¹: *in* P² G M V O — *fa*ces* P — 11. *inflammaret: negat* C: *inflammarit.* ‖ *Negat* O. Verborum interpunctionem correxit Halmius, qui malit scribere *negas* coll. p. 866, 2. — *opatuisse* P¹ — *quicquam* P G — *decerna* P¹ — 12. *respondeo* G — 13. *mari terraque* C: *terra marique* O — 14. *paeniteat* P: *poeniteat* O — *populi .R.* C: *populi Romani necesse est* O — *paenitere* P: *poenitere* O — 15. *haberi oratio est* P; *haberi oratio posset* G M V; *habenda oratio est* cod. Caroli Stephani. — 16. *se* in P inductum est, sed rursus deleta sunt delendi signa; *sed* M; om. G — *.GN.* P — 17. *delaturos potissimum*] *delatura potissimum sit* G M; *potissimum delatura sit* V — 18. *et* P G V: *ac* M O — 19. *pompe* (*e* in rasura) P; *pompei* V — *triumphos* P; om. V — 21. *quam mihi* P¹ — 23. *methridate* G — *possum tamen* P G M: *tamen possum* V O — 24. *inpudentia* P — 25. *ptolomaeum* P; *ptholomeum* G V — 28. *latrocinium* Naugerius: *patrocinium* C (*fortunas, patrimonium vim huius imperii immisisses* Naegelsbach.) — *inmisisses* P — 29. *matribus* P¹ — 30. *si ius* Halmius: *si quis* C O — *bello gerendo* om. G (*si quis bello suum defenderet gerendo* M).

fortissimum, amicissimum rei publicae, virtute, consilio, ratione vitae mirabili ad laudem et prope singulari. Sed quid ad te, qui negas esse verum quemquam ulli rei publicae extra ordinem praefici? IX. Atque in hoc solum inconstantiam redarguo tuam, qui in ipso Catone, quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras, quem tuis Sergiis, Lolliis, Titiis ceterisque caedis et incendiorum ducibus obieceras, quem carnificem civium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras: ad hunc honorem et imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti et tanta fuisti intemperantia, ut illius tui sceleris rationem occultare non posses. 22. Litteras in contione recitasti, quas tibi a C. Caesare missas diceres CAESAR PVLCHRO, cum etiam es argumentatus amoris esse hoc signum, quod cognominibus tantum uteretur neque adscriberet PRO CONSVLE aut TRIBVNO PLEBI: dein gratulari tibi, quod M. Catonem a tribunatu tuo removisses et quod eidem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses: quas aut numquam tibi ille litteras misit aut, si misit, in contione recitari noluit: at, sive ille misit sive tu protulisti, certe consilium tuum de Catonis honore illarum litterarum recitatione patefactum est. 23. Sed omitto Catonem, cuius eximia virtus, dignitas et in eo negotio, quod gessit, fides et continentia tegere videretur improbitatem et legis et actionis tuae: quid? homini post homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo quis illam opimam fertilemque Syriam, quis bellum cum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros constitutam, ereptam ex sui Caesaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit? Cui quidem cum Ciliciam dedisses, mutasti pactionem et Ciliciam ad praetorem item extra ordinem transtulisti: Gabinio pretio amplificato Syriam nominatim dedisti. Quid? homini taeterrimo, crudelissimo, fallacissimo, omnium scelerum libidinumque maculis notatissimo, L. Pisoni, nonne nominatim populos liberos, multis senatus consultis, etiam recenti lege generi ipsius liberatos, vinctos et

---

1. *uitae* P[1]: *uita* P[2] G M; *una* V. — 3. *verum* P[1]: *uirum* P[2] — *Atque -- tuam? qui* Naegelsbach; *Neque -- tuam*, *qui* Halmius. — 4. *solo* G — *quid in ipso Catone?* Mommsenius. — *quem tu in eo non* P[2] (pro *quem* fuerat *qui*, ut videtur; ante vv. *in eo* erasa est una littera et litterae *i* et *o* sunt a correctore); *quem tuo in eo non* G; *quem tu in illo non* M; *quem tu meo* (om. *non*) V; *quem tu in eo negotio non* Halmius. — 5. *produxerat* P[1] — *subduxeras*, [*inconstans fuisti. Nam*] *quem tuis* Naegelsbach. — 6. *lolis* P[1]; *loliis* P[2] — *titis* P — 11. *contione* P G M: *concione* O — 13. *quod cognominibus* Lambinus: *cognominibus* P[1]; *cognominis* G M V; *cum nominibus* P[2] O — *uteretur*] *ut praetor* G M V — *adscriberet* P[1]: *ascriberet* P[2] G — *proconsuli* P; *proconsul* G M V — 14. *tribunus* G — *plebi* P V: *plebis* O — *dein* C: *deinde* O — *gratularis* G — *quod M.* Lambinus: *quod idem in posterum M.* C O — *a* margo 𝔏: om. C O. Cf. Wesenberg ad Cic. Tusc. Disp. Part. III. p. 25 sq. — 15. *eidem* Ursinus et Gulielmius: *idem* C O — 16. *Tibi literas ille misit? quas? aut nunquam misit aut si misit in concione recitari noluit. Itaque sive ille misit, sive tu protulisti, certe consilium tuum de honore Catonis nudatum est* Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 9. — 17. *contione* P G: *concione* O — *recitare* P[1] — *at* Ernestius: *aut* C O — *protulisti* Rufinianus: *misisti* M; *finxisti* P G V O, sed *finxisti* a multo recentiore m. in rasura habet P. — 20. *uideretur* P M V: *uidetur* G; *videntur* O — 21. *inprobitatem* P — *quid* codd. aliquot Lagomarsiniani: *quod* C; *quis* O. Cf. v. 27. — 23. *cum* Wesenberg l. l.: om. C O — 24. *ex sui* Niebuhrius: *ex ui* C; *vi ex* O; *ex Gai* Halmius. Cf. v. 12 sq. — 25. 26. *cilitiam* P — *dedissē* G M — 27. *praetio* P; *precio* G — *taeterrimo* P: *teterrimo* O — 29. *nonne*] *non* G — 30. *generi* Robortellus: *soceri* C.

constrictos tradidisti? nonne, cum ab eo merces tui beneficii pretiumque provinciae meo sanguine tibi esset persolutum, tamen aerarium cum eo partitus es? 24. Itane vero? tu provincias consulares, quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo non abstulit a senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui per senatum, lege sanxit, eas lege Sempronia per senatum decretas rescidisti, extra ordinem, sine sorte, nominatim dedisti non consulibus, sed rei publicae pestibus: nos, quod nominatim rei maximae paene iam desperatae summum virum saepe ad extrema rei publicae discrimina delectum praefecimus, a te reprehendemur? X. Quid tandem? si, quae tum in illis rei publicae tenebris caecisque nubibus et procellis, cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum e navi exturbasses, ipse archipirata cum grege praedonum impurissimo plenissimis velis navigares, si, quae tum promulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti, perferre potuisses, ecqui locus orbi terrarum vacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuisset? 25. Sed excitatus aliquando Cn. Pompeii — dicam ipso audiente quod sensi et sentio, quoquo animo auditurus est — excitatus, inquam, aliquando Cn. Pompeii nimium diu reconditus et penitus abstrusus animi dolor subvenit subito rei publicae civitatemque fractam malis, mutam ac debilitatam, abiectam metu ad aliquam spem libertatis et pristinae dignitatis erexit. Hic vir extra ordinem rei frumentariae praeficiendus non fuit? Scilicet tu helluoni spurcatissimo, praegustatori libidinum tuarum, homini egentissimo et facinorosissimo, Sex. Clodio, socio tui sanguinis, qui sua lingua etiam sororem tuam a te abalienavit, omne frumentum privatum et publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claves lege tua tradidisti: qua ex lege primum caritas nata est, deinde inopia. Impendebat fames, incendia, caedes, direptio; imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. 26. Queritur etiam importuna pestis ex ore impurissimo Sex. Clodii rem frumentariam esse ereptam summisque in periculis eius viri auxilium implorasse rem publicam, a quo saepe se et servatam et amplificatam esse

---

1. *praetiumque* P — 3. *prouintias* P — *consularis* C — 4. *apstulit* P — *a* P G V: *ab* M O — *saenatu* P — 5. *quodannis* P¹ V — *lege* Hotomanus: *decreta lege* C O. Aberraverat scilicet librarii oculus a priore v. *senatum* ad posterius. — 6. *leges sempronias* P M V — *recidisti* G — 8. *rei*] *r. p.* G; *rei p.* M V. Cf. p. 869, 12. — 9. *dilectum* P — *praeficimus* P V — 10. *reprachendemur* P; *reprehendimur* G — 11. *cum senatum a gub. deiecisses, p. Romanum e n. exturbasses, ipse archipirata grege pr. impurissimorum plen. velis navigares* Martianus Capella § 512. — 12. *archipirata*] In P prior *r* est in rasura, prior *i* supra versum. — 13. *graege* P — *inpurissimo* P — *nauigares* P — 14. *constituisti* om. G — *potuisses, ecqui* Halmius: *potuisses? sed qui* P G V; *potuisses sed et qui* M; *potuisses, qui* O — 15. *orbi* P M V: *orbis* G; *in orbe* O. Cf. p. 355, 16. — *uacus* P¹ — 16. *pompei*^{o} P M V — 17. *animo* V: *animo m* G; *animo modo* P; *animo meo* M; *animo me* O — 18. *pompei* P — *paenitus* P — *apstrusus* P — 20. *mutam*] *mutatam* C — *ac* C: om. O — *abiecto* M et postrema littera correcta G; *obiectu* V — 21. *prisnae* P¹ — 22. *helluoni spurcatissimo* G: *helluoni spurgatissimo* P; *helluonis purgatissimo* M; *h. spurcissimo* O — 23. *homino* G — *facinerosissimo* P. Cf. p. 863, 15. — *cloelio* P. Cf. v. 29. p. 874, 13. 19. 875, 15. 909, 4. 926, 24. p. Sestio § 133. — 25. *prouintias* P — 26. *omnis horr.* P G — *clauis* P G V — *ex lege* Halmius: *exige* P¹; *ex re* P² G M V O — 27. *inpediebat* P; *impediebat* G V — 28. *inminebat* P — *quaeritur* G — 29. *inportuna* P — *inpurissimo* P — *cloeli* P — 30. *ereptam* P, sed prior *e* in rasura; *eremptam* V — *inplorasse* P — 31. *a* om. G M V.

meminisset. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. Quid? de me quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? An de peste civis, quem ad modum omnes iam di atque homines iudicarunt, conservatoris rei publicae, quem ad modum autem tute ipse confiteris, non modo indemnati, sed ne accusati quidem, licuit tibi ferre non legem, sed nefarium privilegium, lugente senatu, maerentibus bonis omnibus, totius Italiae precibus repudiatis, oppressa captaque re publica: mihi populo Romano implorante, senatu poscente, temporibus rei publicae flagitantibus non licuit de salute populi Romani sententiam dicere? 27. Qua quidem in sententia si Cn. Pompeii dignitas aucta est coniuncta cum utilitate communi, certe laudandus essem, si eius dignitati suffragatus viderer, qui meae saluti opem et auxilium tulisset. XI. Desinant, desinant homines isdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. Quod enim par amicitiae consularis fuit umquam in hac civitate coniunctius, quam fuimus inter nos ego et Cn. Pompeius? quis apud populum Romanum de illius dignitate illustrius, quis in senatu saepius dixit? qui tantus fuit labor, quae simultas, quae contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim? qui ab illo in me honos, quae praedicatio de mea laude, quae remuneratio benevolentiae praetermissa est? 28. Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in re publica bene gerenda, hanc iucundissimam vitae atque officiorum omnium societatem certi homines fictis sermonibus et falsis criminibus diremerunt, cum iidem illum, ut me metueret, me caveret, monerent, iidem apud me mihi illum uni esse inimicissimum dicerent, ut neque ego ab illo quae mihi petenda essent satis audaciter petere possem, neque ille, tot suspicionibus certorum hominum et scelere exulceratus, quae meum tempus postularet satis prolixe mihi polliceretur. 29. Data merces est erroris mei magna, pontifices, ut me non solum pigeat stultitiae meae, sed etiam pudeat, qui, cum me non repentinum aliquod meum tempus, sed veteres multo ante suscepti et provisi labores cum viro fortissimo et clarissimo coniunxissent, sim passus a tali amicitia distrahi neque intellexerim, quibus aut ut apertis inimicis obsisterem aut ut insidiosis amicis non crederem. Proinde desinant aliquando me isdem inflare verbis: «Quid sibi iste vult? nescit, quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus. Cur ornat eum, a quo desertus est?» 30. Ego vero neque

---

1. *ferri nihil -- extra ordinem* om. V — 2. *matricida, fratricida, sororicida* Pompeius *Comment. de barbar. et metaplasmis* p. 467 ed. Lindem. — *parricid***a* P; *parricida* G M — *fratricida* om. G M — 3. *iam* om. G — *di* P G: *dii* O — 7. *Italiae*] *galliae* G — *re***p.* P — 8. *inplorante* P — 10. *sententiam* P^1 — *si*] *sic* M V; om. G— *pompei* P V — *acta* P^1 — *esset* Halmius. — 13. *desinant* om. G M V — *isdem* P V: *iisdem* O — 14. *par*] *per* P^1 — 16. *ego***et* (*t* in rasura) P — 17. *illustrius* L: *industrius* C O. Sic p. Caelio § 73 cod. Erfurtensis *industri* habet pro *inlustri.* — *in senatu* Lagom. 9 et Lambinus: *senatu* P^1; *senatui* P^2 G M V O. «Ut obsoletum illis temporibus *industrior* (p. *magis industrius*) fuit, sic *senatui de aliqua re dicere* ne Latinum quidem est.» Wesenb. — 20. *benevolentiae* P: *beniuolentia* V; *beniuolentiae* G M — *praetermissast* P^1 — 22. *iucundissima* G — 23. *idem* C — 24. *me* ante *metueret* om. G M V — *idem* C — *me* extra versum habet P — *uni esse* P G V: *esse uni* M O — 27. *exulceratus* P^2: *exuiceratus* P^1; *exuisceratus* P^3; cf. p. 863, 11. — 31. *clari* G — 32. *a tali*] *ab illa* G M — 34. *me* om. G — *isdem* P G V: *hisdem* M; *iisdem* O — *inflare* C: *inflammare* O — *uolt* P — 35. *quas regesserit* P — *dignita* P^1 — 36. *a* om. P V.

me tum desertum puto, sed paene deditum, nec, quae sint in illa rei publicae flamma gesta contra me neque quo modo neque per quos, patefaciundum mihi esse arbitror. Si utile rei publicae fuit haurire me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem, etiam hoc utile est, quorum id scelere conflatum sit, me occultare et tacere. Illud vero est hominis ingrati tacere, itaque libentissime praedicabo, Cn. Pompeium studio et auctoritate aeque atque unum quemque vestrum, opibus, contentione, precibus, periculis denique praecipue pro salute mea laborasse. XII. Hic tuis, P. Lentule, cum tu nihil aliud dies et noctes nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit; hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit; hic municipia coloniasque adiit; hic Italiae totius auxilium cupientis imploravit; hic in senatu princeps sententiae fuit: idemque *** dixisset, tum etiam pro salute mea populum Romanum obsecravit. 31. Quare istam orationem, qua es usus, omittas licet, post illam sententiam, quam dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos, proinde quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego existimo sentiant aut, quid mihi pro exspectatione populi Romani, pro Cn. Pompeii meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorent aut etiam, si cuius forte pontificis animum, quod certo scio aliter esse, mea sententia offendit, alio modo sit constituturus aut de religione pontifex aut de re publica civis quam eum aut caerimoniarum ius aut civitatis salus coëgerit.

32. Intelligo, pontifices, me plura extra causam dixisse quam aut opinio tulerit aut voluntas mea, sed cum me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam. Sed hoc compensabo brevitate eius orationis, quae pertinet ad ipsam causam cognitionemque vestram: quae cum sit in ius religionis et in ius rei publicae distributa, religionis partem, quae multo est verbosior, praetermittam, de iure rei publicae dicam. 33. Quid est enim aut tam arrogans quam de religione, de rebus divinis, caerimoniis, sacris pontificum collegium docere conari, aut tam stultum quam, si quis quid in vestris libris invenerit, id narrare vobis, aut tam curiosum quam ea scire velle, de quibus maiores nostri vos solos et consuli et scire voluerunt? XIII. Nego potuisse iure publico, legibus iis, quibus haec

---

2. *patefaciundum* P G: *patefaciendum* O — 3. *harire* P[1] — 4. *utile est* P[2]: *utiles* P[1]; *utile fuit* G M; *utile* (omisso verbo) V; *utile sit* O — 5. *est*] *esset* Halmius. — 7. *aeque atque* Klotzius: *aeque* C; *aeque ut* O. Cf. Madvigium ad Cic. de Finn. p. 126. — *unumque* G V — 8. *praecibus* P — 9. *publi* P V — 11. *adiutor*] *auctor* G M V — 12. *rem p. perficiendam* C. Cf. var. lect. p. 886, 32. — 13. *inplorauit* P — 14. *idemque *** dixisset* nos: *idemque cum dixisset* C O, sed *cum* supra versum a vetere manu P habet, atque videntur plura verba excidisse. — 15. *opsecrauit* P — *qua es usus*] *quesumus* G — 17. *proinde* C: *perinde* O — *quasi* (*i* in rasura) *isti*aut* P (*ti* sec. m.); *quas isti aut* G; *quas iste* (om. *aut*) V. Malim *quasi hi aut* cet. — *aliterque atque* G V — 18. *senti aut* P[1] — *expectatione* G — 19. *pompei* P V — 20. *certe* G M V — 21. *sit*] *sic* P[1]; *sim* P[2] — *constitu || rus* (*r* in rasura) P — 22. *pontifex* Gulielmius: *pontifices* P G V; *pontificum* M — *civis quam eum* Gulielmius: *cuiusquam meum* C — 24. *intellego* P G — *aut*] *ut* P — 28. *ipsam causam cognitionemque* cod. Car. Stephani: *ipsam cognitionemque* P G; *ipsam cognitionem* M V O. Cf. v. 24. — 30. *praetermittam* P: *praetermittens* G M V O — 31. *adrogans* P — 33. *quid*] *quod* C — *libris* om. G M V — 34. *de quibus*] *quae* G[1] — 35. *iis*] *is* P[1].V; *his* M.

civitas utitur, quemquam civem ulla eius modi calamitate affici sine iudicio: hoc iuris in hac civitate etiam tum, cum reges essent, dico fuisse, hoc nobis esse a maioribus traditum, hoc esse denique proprium liberae civitatis, ut nihil de capite civis aut de bonis sine iudicio senatus aut populi aut eorum, qui de quaque re constituti iudices sint, detrahi possit. 34. Videsne me radicitus evellere omnes actiones tuas meque illud agere, quod apertum est, te omnino nihil gessisse iure, non fuisse tribunum pl., hodie esse patricium. Dico apud pontifices: augures adsunt: versor in medio iure publico.

Quod est, pontifices, ius adoptionis? Nempe ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit et, cum potuerit, sit expertus. Quae deinde causa cuique sit adoptionis, quae ratio generum ac dignitatis, quae sacrorum, quaeri a pontificum collegio solet. Quid est horum in ista adoptione quaesitum? Adoptat annos viginti natus, etiam minor, senatorem. Liberorumne causa? At procreare potest: habet uxorem. Suscipiet iam liberos: exheredabit igitur pater filium? 35. Quid? sacra Clodiae gentis cur intereunt quod in te est? quae omnis notio pontificum, cum adoptarere, esse debuit: nisi forte ex te ita quaesitum est, num perturbare rem publicam seditionibus velles et ob eam causam adoptari, non ut eius filius esses, sed ut tribunus pl. fieres et funditus everteres civitatem. Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbaverunt. Non aetas eius, qui adoptabat, est quaesita, ut in Cn. Aufidio, M. Pupio, quorum uterque nostra memoria summa senectute alter Oresten, alter Pisonem adoptavit: quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hereditates nominis, pecuniae, sacrorum secutae sunt. Tu neque Fonteius es, qui esse debebas, neque patris heres, neque amissis sacris paternis in haec adoptiva venisti. Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus et quam deseruisti et quam polluisti, iure Quiritium legitimo tutelarum et hereditatium relicto, factus es eius filius contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti. XIV. 36. Dico apud pontifices: nego istam adoptionem pontificio iure esse factam: primum, quod eae vestrae sint aetates, ut is, qui te adoptavit, vel filii tibi loco per aetatem esse potuerit vel eo, quo fuit: deinde quod causa quaeri solet adoptandi, ut et is adoptet, qui, quod natura iam assequi non potest, legitimo et pontificio iure quaerat et ita adoptet, ut ne quid aut de

1. *adfici* P — 2. *hac* om. B — 6. *videsne non radicitus evellere totum tribunatum* Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* § 7. — *radicitus* Lambinus: *non radicitus* C O; *iam* (vel *nunc*) *radicitus* Halmius. — *omnis* P G — *meque* Osiander: *neque* C O — 8. *hodie* P: *hoc* G; *hunc* M; om. V; *hoc dico* O — *assunt* G — 12. *sit*] *sita* ante rasuram P — *generarum* P¹ — 14. *viginti*] *.XX.* P V — 15. *At*] *ad* P¹ — *suscipiet iam* P: *suscipiet ex ea* G V; *suscipiet ab ea* M; *suscepit etiam* O — 16. *exheredauit* G M V — 17. *natio* G M V — 18. *cum*] *ut cum* G V; *uel cum* M — *adoptarere* Lambinus: *adoptare* P V; *adoptaret* G M — *num*] *nunc* P — 19. *perturbari* P¹ G M V — *optari* P V; om. M — 20. *eius* C: [*eius*] O — *esse* P¹ — *fieri sed* P¹ — 22. *adprobauerunt* P — *est quaesita* C: *quaesita est* O — *in* om. C — 23. *puppio* C; in P litterae *pup* versum claudunt. — 24. *Oresten* P G V: *Orestem* M O — 27. *Ita* om. G — 29. *hereditatium* P G: *hereditatum* M V O — 30. *aput* P — 31. *iure pontificio* G — *eae* P G M: *hae* O; om. V — 32. *sint* P V: *sunt* G M O — *qui***te* P; *quia te* V — *adoptavit* C: *adoptavit loco patris* O — *vel* om. M — *filii*] *illi* P G V; *filio* M — 33. *vel eo quo fuit*] *filii* M — *fui* P¹ G V — *quaeri solet causa* G M V — 34. *ut et is*] *ut tis* V; *ut tu is* M; *ut is* G — *adsequi* P — 35. *legitimo* C: *et legitimo* O.

dignitate generum aut de sacrorum religione minuatur: illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne qui dolus adhibeatur: ut haec simulata adeptio filii quam maxime veritatem illam suscipiendorum liberorum imitata esse videatur. 37. Quae maior calumnia est quam venire imberbum adolescentulum, bene valentem ac maritum: dicere se filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id autem scire et videre omnes, non ut ille filius instituatur, sed ut, si e patriciis exeat, tribunus pl. fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscure: nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius, qui adoptarit. Cur ergo adoptabat? Probate genus adoptionis: iam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis; iam patricius nemo relinquetur. Cur enim quisquam vellet tribunum pl. se fieri non licere, angustiorem sibi esse petitionem consulatus, in sacerdotium cum possit venire, quia patricio non sit is locus, non venire? Ut cuique aliquid acciderit, quare commodius sit esse plebeium, simili ratione adoptabitur. 38. Ita populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum neque flamines nec Salios habebit nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes neque auctores centuriatorum et curiatorum comitiorum, auspiciaque populi Romani, si magistratus patricii creati non sint, intereant necesse est, cum interrex nullus sit, quod et ipsum patricium esse et a patriciis prodi necesse est. Dixi apud pontifices istam adoptionem nullo decreto huius collegii probatam, contra omne pontificum ius factam, pro nihilo esse habendam: qua sublata intelligis totum tribunatum tuum concidisse.

XV. 39. Venio ad augures, quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor: non sum in exquirendo iure augurum curiosus: haec, quae una cum populo didici, quae saepe in contionibus responsa sunt, novi. Negant fas esse agi cum populo, cum de caelo servatum sit. Quo die de te lex curiata lata esse dicatur, audes negare de caelo esse servatum? Adest praesens vir singulari virtute, constantia, gravitate praeditus, M. Bibulus: hunc consulem illo ipso die contendo servasse de caelo. «Infirma sunt igitur tua *sententia* acta C. Caesaris, viri fortissimi?» Minime: neque enim mea iam quidquam interest exceptis iis telis, quae ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. 40. Sed haec de auspiciis, quae ego nunc perbreviter attingo, acta sunt a te. Tu tuo praecipitante iam et debilitato tribunatu auspiciorum patronus

---

2. *ne qui* P: *neque qui* G M V; *ne quis* O — 3. *adeptio* Pantagathus: *adipio* (littera *p* non certa) P¹; *aditio* G V; *adoptio* P² M O; *adiectio* mg. P — *filio* P¹ — 5. *imberbum* P G et Charisius (I, 18, 6): *imberbem* M V O. Cf. p. 601, 3. — *adulescentulum* P — *dicere se* nos: *diceres* P¹ G M V; *dicere* P² O — 7. *ut, si e p. exeat* Halmius: *ut e p. exeat* C; *ut e p. exeat et* O — 8. *id*] *hic* G — 9. *emanciparim* P¹ — *adoptabat* P G: *adoptat* M; *adoptabatur* V; *adoptatur* O — 10. *iam*] *tam* P — *sacram* P¹ — 13. *patritio* P — 14. *sit is* P G V: *sit ille* M; *is sit* O — *non venire* om. G — 16. *regem*] *legem* G — 18. *curatorum* P — *auspitiaque* P — 19. *patrici* P¹ — 20. *nullius* P — *a* om. G V — *patriciis* nos: *patricii* P¹; *patricius* G; *patricio* M V O. Cf. Asconium p. 32, 13: *de patriciis convocandis, qui interregem proderent.* — *necesset* P² — 21. *collegi* P¹ — 22. *pontificum* C: *pontificium* O — 23. *intellegis* P G — *concidis* P¹ — 26. *dici* P V — *contionibus* P: *conditionibus* erasis litteris *di* G; *condicionibus* V; *concionibus* O — 27. *cum* ante *de* om. P G¹ V — *quo die*** P (litterae *ie* item sunt in rasura) — 31. *tua* om. G — *sententia* om. C — 32. *enim me mea* PM; *me enim mea* V — *quicquam* G — *iis* P² G M: *hiis* V; *his* O; om. P¹ — 33. *inmissa* P V — 34. *breviter nunc* G.

subito exstitisti: tu M. Bibulum in contionem, tu augures produxisti: a te interrogati augures responderunt, cum de caelo servatum sit, cum populo agi non posse: tibi M. Bibulus quaerenti se de caelo servasse respondit, idemque in contione dixit, ab Appio tuo fratre productus, te omnino, quod contra auspicia adoptatus esses, tribunum non fuisse. Tua denique omnis actio posterioribus mensibus fuit: omnia, quae C. Caesar egisset, quod contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere; quod si fieret, dicebas te tuis umeris me custodem urbis in urbem relaturum. Videte hominis amentiam, * * per suum tribunatum Caesaris actis illigatus teneretur. 41. Si et sacrorum iure pontifices et auspiciorum religione augures totum evertunt tribunatum tuum, quid quaeris amplius? an etiam apertius aliquod ius populi atque legum? XVI. Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio, cum C. Antonium, collegam meum, defenderem, quaedam de re publica, quae mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Haec homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter atque a me dicta erant detulerunt. Hora nona illo ipso die tu es adoptatus. Si, quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo: sin eadem observanda sunt, iudicavit senatus M. Drusi legibus, quae contra legem Caeciliam et Didiam latae essent, populum non teneri. 42. Iam intelligis omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum pl. non fuisse. At ego hoc totum non sine causa relinquo. Video enim quosdam clarissimos viros, principes civitatis, aliquot locis iudicasse te cum plebe iure agere potuisse: qui etiam de me ipso, cum tua rogatione funere elatam rem publicam esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant. Quod de me civi ita de re publica merito tulisses, funus te indixisse rei publicae, quod salvis auspiciis tulisses, iure egisse dicebant. Quare licebit, ut opinor, nobis eas actiones non infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum comprobaverunt.

43. Fueris sane tribunus pl. † tam in iure quam lege, quam fuit hic

---

1. *extitisti* P G V — *contionem* P G: *concione* M V O — *a te interrogati* Mommsenius: *te interrogati* V; *te interroganti* P; *te interrogante* M O — 3. *possit ibi* P[1] — *se* om. G — 4. *contione* P G: *concione* O — *ab oppio* P; *a .D. oppio* G; *a doppio* M; *ab doppio* V — *tuo fratre* P G V: *fratre tuo* M O — *te omnino* om. G — 5. *tribunum* (T. R. P) C: *tribunum plebis* O. Cf. § 113. — 7. *egesset* P[1] — *quod* V: *quo* P; *quae* G M. Fort. *quoniam*. — *essent acta*] *essenata* P[1] — 8. *umeris* P: *humeris* O. Conf. p. 846, 14. Wagner *Orthogr. Vergil.* p. 477 sq. — 9. *per suum* P G V: *ut per suum* M; *ubi per suum* O; *quasi non ipse per suum* Halmius. — 10. *inligatus* P V — 11. *toti* G M V — 12. *aliquo* P[1] — 13. *diei sexta* G — 19. *opseruanda* P — *iudicavit* C: *si decrevit* O — 21. *intellegis* P G — *quod in*] *quod ex* P[1] — 22. *At* P[2] G M V: *ad* P[1]; *Atque* O — 23. *non* om. C — 24. *aliquod* P — *agere iure* (deinde lacuna quinque fere litterarum) G — 25. *ipso* om. G — 26. *esse rp.* G; *esse rem* V — *dicerent* Naugerius: *dicerem* C — *iurae* P[1] — 27. *de me civi ita de re p. merito* nos: *de me ciui a de re .p. merito* P[1]; *de me ciui ac de re p. merito* P[2] G; *de mea ciuitate ac de re p. merito* M; *de ciui ad rem p. merito* V; *de civi ac de re publica bene merito* O. Cf. p. 877, 13. 907, 28. de prov. cons. § 10. — 28. *funus te* V et mg. P: *funeste* P G M; *funestum funus te* L; [*funestum*] *funus te* O — *indixisse* P[1]: *indixisses* P[2] G V; *induxisset* M — 29. *eas* G[2]: *as* G[1]; *eius* P; *et* V; *eius et* M — 30. *illi*] *illic* G V — *constitum* P V — *tribunatum* C: *tribunatum tuum* O — 31. *tam in iure quam lege* P V: *non tam in iure quam lege* M; *tam iure legeque* Car. Stephanus; *tam iure, tam lege* Lambinus; *tam iure atque etiam lege* Halmius.

ipse Villius, vir omnibus rebus clarissimus atque amplissimus: quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti? XVII. Vetant leges sacratae, vetant XII tabulae leges privatis hominibus irrogari; id est enim privilegium. Nemo umquam tulit: nihil est crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minus haec civitas ferre possit. Proscriptionis miserrimum nomen illud et omnis acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? Opinor, poenam in cives Romanos nominatim sine iudicio constitutam. 44. Hanc vos igitur, pontifices, iudicio atque auctoritate vestra tribuno pl. potestatem dabitis, ut proscribere possit quos velit? Quaero enim, quid sit aliud proscribere: VELITIS IVBEATIS VT M. TVLLIVS IN CIVITATE NE SIT BONAQVE EIVS VT MEA SINT. Ita enim re etsi aliis verbis tulit. Hoc plebei scitum est? haec lex, haec rogatio est? hoc vos pati potestis, hoc ferre civitas, ut singuli cives singulis versiculis e civitate tollantur? Equidem iam perfunctus sum; nullam vim, nullum impetum metuo: explevi animos invidorum, placavi odia improborum, saturavi etiam perfidiam et scelus proditorum; denique de mea causa, quae videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita, iam omnes urbes, omnes ordines, omnes di atque homines iudicaverunt. 45. Vobismet ipsis, pontifices, et vestris liberis ceterisque civibus pro vestra auctoritate et sapientia consulere debetis. Nam cum tam moderata iudicia populi sint a maioribus constituta, primum ut ne poena capitis cum pecunia coniungatur, deinde ne improdicta die quis accusetur, ut ter ante magistratus accuset intermissa die, quam multam irroget aut iudicet, quarta sit accusatio trinum nundinum prodicta die, quo die iudicium sit futurum, tum multa etiam ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sint, deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute, denique etiam si qua res illum diem aut auspiciis aut excusatione sustulit, tota causa iudiciumque sublatum sit: — haec cum ita sint in re, ubi crimen est, ubi accusator, ubi testes, quid indignius quam, qui neque adesse sit iussus neque citatus neque accusatus, de eius capite, liberis, fortunis omnibus conductos et sicarios et egentes et perditos suffragium ferre et eam legem putare? XVIII. 46. Ac si hoc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem causa, quem res publica tuebatur, cuius denique pecunia non expetebatur, cui nihil oberat praeter conversionem status et inclinationem com-

1. *Villius* nos: *ullius* P^1; *rullius* P^2 G; *tullus* M; *tulius* V; *Rullus* O. Significatur fortasse *L. Villius L. f. Annalis.* Cf. ad Fam. VIII, 8, 5. 6. — *qui iure* P — 3. *privatis hominibus*] *priuatis in hominibus* P V; *priuatis . . hominibus* G; *sacratis in hominibus* M; *privis hominibus* cum Ios. Scaligero O. Cf. de Legg. III § 44. — 4. *inrogari* P V — *est* P^1: om. P^2 G M V — 6. *aceruitas* P; cf. p. 879, 6. — *syllani* P G; *sillani* V — 11. *sit aliu** P^1; *si tali ui* P^2; *sit aliud ac* Halmius. — 12. *re etsi* Mommsenius: *fecit si* C; *fecit*, *etsi* O — *alii*s* P — 13. *plebiscitum* G V; *plebeisscitum* P — 14. *hoc perferre* G — 16. *inuidorum* P^2: *inuidiorum* P^1; *inuidiosorum* G M V— *inproborum* P — 19. *omnes* ante *di* om. P^1 — *di* P G: *dii* O — *vobismet ipsis pontifices* Priscianus XII, 5, 23. — 23. *ne improdicta* Mommsenius: *ne in prodicta* P G; *ne in praedicta* M; *ne proindicta* V; *ne nisi prodicta* O — *accusetur* G — 24. *quām*ultam* P — *inroget* P — 25. *praedicta* M — *quo* C: *qua* O — 26. *rei* G — 27. *sint* P G: *sunt* M V O — 29. *sublatum sit* Naegelsbach: *sublatum est* C O — 30. *quod* P^1 — *iussus neque* om. G — 32. *conductos et sicarios* C: *conductos, sicarios* O — *et egentis* Halmius: *et gentis* P^1; *egentis* P^2 G V; *egentes* M O. Cf. § 89. Desunt Mommsenii schedae inde ab hoc loco usque ad § 69. — *ferre et*] *ferret* P^1 — 33. *Ac* P: *at* G M V O — 34. *cui* G.

munium temporum, quid tandem futurum est iis, quorum vita remota ab honore populari et ab hac illustri gratia est, pecuniae autem tantae sunt, ut eas nimium multi egentes, sumptuosi, nobiles concupiscant? 47. Date hanc tribuno pl. licentiam et intuemini paulisper animis iuventutem et eos maxime, qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem: collegia, medius fidius, tribunorum pl. tota reperientur hoc iure firmato, quae coëant de hominum locupletissimorum bonis, praeda praesertim populari et spe largitionis oblata.

At quid tulit legum scriptor peritus et callidus? VELITIS IVBEATIS VT M. TVLLIO AQVA ET IGNI INTERDICATVR? Crudele, nefarium, ne in sceleratissimo quidem civi sine iudicio ferundum. Non tulit, ut interdicatur. Quid ergo? VT INTERDICTVM SIT. O caenum, o portentum, o scelus! hanc tibi legem Clodius scripsit, spurciorem lingua sua, ut interdictum sit, cui non sit interdictum? Sexte noster, bona venia, quoniam iam dialecticus es et haec quoque liguris, quod factum non est, ut sit factum, ferri ad populum aut verbis ullis sanciri aut suffragiis confirmari potest? 48. Hoc tu scriptore, hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solum, sed etiam quadripedum impurissimo, rem publicam perdidisti. Neque tu eras tam excors tamque demens, ut nescires Clodium esse, qui contra leges faceret, alios, qui leges scribere solerent, sed neque eorum neque ceterorum, in quibus esset aliquid modestiae, cuiusquam tibi potestas fuit, neque tu legum scriptoribus isdem potuisti uti quibus ceteri neque operum architectis, neque pontificem adhibere quem velles, postremo ne in praedae quidem societate mancipem aut praedem extra tuorum gladiatorum numerum aut denique suffragii latorem in ista tua proscriptione quemquam nisi furem ac sicarium reperire potuisti. XIX. 49. Itaque cum tu florens ac potens per medium forum scortum populare volitares, amici illi tui te uno amico tecti et beati, qui se populo commiserant, ita repellebantur, ut etiam Palatinam tuam perderent; qui in iudicium venerant, sive accusatores erant sive rei, te deprecante damnabantur. Denique etiam ille novicius Ligus, venalis adscriptor et subscriptor tuus, cum M. Papirii sui fratris esset testamento et iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit: nomen Sex.

---

1. *quit* P^1 — *i*is* P — 2. *inlustri* P — 4. *paulisper* P G: *paullisper* O — 5. *inminere* P — 9. *legum scripturae uel scriptor* G M — 10. *igni* P^1 M: *ignis* P^2 G — 11. *ferundum* P G: *ferendum* O — 12. *O caenum* nos: *oceanum* P^1 G; *ocenum* P^2; *O coenum* O — 13. *cloelius* P G — *spurciorem* P^1: *spurcitiorem* P^2 G M — 14. *Sexte noster, quoniam etiam iura ligurris* Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 7. — 15. *es* om. C — *haec* C: *hoc* O — *liguris* P^1 G M: *ligurris* O — *quod* om. G M — 16. *aut*] *At* G — *ullis*] *illis* G — 17. *uipedum* P. Cf. p. 873, 6. — 18. *quadripedum* P G: *quadrupedum* O — *inpurissimo* P — *perdidisti? Neque* O — 19. *nescires* C: *nescires hunc* O — *cloelium* P G — *facere* Mommsenius. — 22. *isdem* P: *iisdem* O — 23. *architectũ* G^2 — 25. *praedem* Garatonius: *praedem socium* P O; *praedae socium* G M — *suffragatorem* G M — 26. *ac* C: *aut* O — 27. *per medium forum scortum populare* Lambinus: *per medium scortum populare* C; *per medium cohortis popularis* cum Franciano primo O — 28. *tui*] *tue* P^1 — *un*o* P — *amico*] *amictu* G M — 29. *etiam*] *etima* P^1 G — 30. *sive rei te*] *sine recte* G — *te de**** (in rasura a sec. m. *p̃cante*) P — 31. *illi* P^1 — *nouicius* P: *novitius* O — *Ligus* P^1 G M: *Ligur* P^2 O — *adscriptor* P^1: *ascriptor* P^2 G — 32. *papiri* P^1 — 33. *inprobatus* P — *morte* G — *sexti properti* P; *sextii properti* G.

Propertii detulit: accusare alienae dominationis scelerisque socius propter calumniae metum non est ausus. 50. De hac igitur lege dicimus, quae iure rogata videatur: cuius quam quisque partem tetigit, digito, voce, praeda, suffragio, quocumque venit, repudiatus convictusque discessit.

Quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa dissolvat? est enim, QVOD M. TVLLIVS FALSVM SENATVS CONSVLTVM RETTVLERIT. Si igitur rettulit falsum senatus consultum, tum est rogatio: si non rettulit, nulla est. Satisne tibi videtur a senatu iudicatum me non modo non ementitum esse auctoritatem eius ordinis, sed etiam unum post urbem conditam diligentissime senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem! Quid, si etiam pluribus de rebus uno sortitu rettulisti, tamenne arbitraris id, quod M. Drusus in legibus suis plerisque † in bonis ille vir M. Scauro et L. Crasso consularis non obtinuerit, id te posse, hominem facinorum et stuprorum omnium, Decumis et Clodiis auctoribus obtinere? 51. Tulisti de me, ne reciperer, non ut exirem, quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romae. XX. Quid enim diceres? Damnatum? certe non. Expulsum? qui licuit? Sed tamen ne id quidem est scriptum, ut exirem: poena est, qui receperit; quam omnes neglexerunt: eiectio nusquam est. Verum sit. Quid? operum publicorum exactio: quid? nominis inscriptio tibi num aliud videtur esse ac meorum bonorum direptio? praeterquam quod ne id quidem per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. Quid? hoc ipsum, quod nunc apud pontifices agis, te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse in meis aedibus, te signum dedicasse eaque te ex una rogatiuncula fecisse, unum et idem videtur esse atque id, quod de me ipso nominatim tulisti? 52. Tam hercule est unum, quam quod idem tu lege una tulisti, ut Cyprius rex, cuius maiores huic populo socii atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub praeconem subiiceretur et exsules Byzantium reducerentur. Eidem, inquit, utraque de re negotium dedi. Quid, si eidem negotium dedisset, ut in Asia cistophorum flagitaret, inde iret in Hispaniam, cum Romae † decessisset, consulatum ei petere liceret, cum factus esset, provinciam Syriam obtineret, quoniam de uno homine scriberet, una res esset? 53. Quod si iam populus Romanus de ista re consultus esset et non omnia per servos latronesque gessisses, nonne fieri poterat ut populo

---

1. *alienae dominationis* P^2: *alienae dominae dominationes* P^1 G M; *alienae damnationis* O — *socius* P^1 M: *socios* P^2 G — 3. *tegit* P^1 — 5. *si iis* P^2 G: *si is* P^1; *si his* M — *dissolvatur* G M — 6. *retulerit* P G O; *retulit* O — 7. *retulit* (bis) C O — 8. *uidentur* P^1 — 10. *Quot*] *quod* P — 12. *retulis* P^1; *retulisti* P^2 G M O — *arbitreris* G M — 13. *tuis* C — *in bonis* P: *bonis* G M, *bonus* O — *scauro* C: *Scaurus* O — *crasso* G M et P^1 (ut videtur): *Crassus* P^2 O — *consularis*] fort. *consularibus adiutoribus.* — 14. *optinuerit* P, *obtinuerit* G M: *obtinuerint* O — *hominem* G et Garatonius: *hominum* P; *omnium* M O. Post *omnium* fortasse substantivum excidit; cf. § 126: *homo omnium scelerum flagitiorumque documentum* cet. — 15. *cloeliis* P G — *optinere* P — 19. *nusquam*] *n* habet in rasura P — 20. *tibi? num* O — 23. *aput* P — 24. *fecisse in meis aedibus. te* P G: *fecisse, in meis aedibus te* O — 25. *una*] *una te* P^1 — 26. *hercule* P^1: *hercle* P^2 — 27. *ciprius* G — 29. *praeconem* Wesenberg: *praecone* P M O; *precione* G. Cf. ad p. 13, 12. — *subicerentur* C — *exules* P G — *bizantium* P G — 30. *inquid* P^1 — *dedi*] *dedisses* C — *idem* P G — *dedisset* P G: *dedisses* M O — 31. *ut si in* G M — *Romae* P: *rome* G; *Roma* M O — 32. *decessisset*] *redux esset* Mommsenius. — 33. *optineret* P — *scriberet* C: *scriberes* O — 34. *consulatus* P^1; *consultatus* G.

de Cyprio rege placeret, de exsulibus Byzantiis displiceret? Quae est, quaeso, alia vis, quae sententia Caeciliae legis et Didiae nisi haec, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus aut id, quod nolit, accipere aut id, quod velit, repudiare?

Quid? si per vim tulisti, tamenne lex est? aut quidquam iure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? An, si in ipsa latione tua capta iam urbe lapides iacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem atque eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti? XXI. 54. Cum in tribunali Aurelio conscribebas palam non modo liberos, sed etiam servos, ex omnibus vicis concitatos, vim tum videlicet non parabas? Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas, non vim imperitae multitudinis, sed hominum honestorum modestiam prudentiamque quaerebas? Cum arma in aedem Castoris comportabas, nihil aliud nisi uti ne quid per vim agi posset machinabare? Cum vero gradus Castoris convellisti ac removisti, tum, ut modeste tibi agere liceret, homines audaces ab eius templi aditu atque adscensu reppulisti? Cum eos, qui in conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant, adesse iussisti eorumque advocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti, tum profecto ostendisti vim tibi maxime displicere. 55. Verum haec furiosa vis vaesani tribuni pl. facile superari frangique potuit virorum bonorum vel virtute vel multitudine. Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, utrique infinitum imperium, ingens pecunia, ut tibi omnia permitterent, te adiuvarent, tibi manum, copias, tibi suos speratos centuriones, tibi pecuniam, tibi familias compararent, te suis sceleratis contionibus sublevarent, senatus auctoritatem irriderent, equitibus Romanis mortem proscriptionemque minitarentur, me terrerent minis, mihi caedem et dimicationem denuntiarent, meam domum refertam viris bonis per amicos suos complerent proscriptionis metu, me frequentia nudarent virorum bonorum, me praesidio spoliarent senatus, pro me non modo pugnare amplissimum ordinem, sed etiam plorare et supplicare mutata veste prohiberent, ne tum quidem vis erat? XXII. 56. Quid igitur ego cessi aut qui timor fuit? non dicam, in me: fac me timidum esse natura: quid illa tot virorum fortissimorum milia? quid nostri equites Romani? quid senatus? quid denique omnes boni? si nulla erat vis, cur me flentes potius prosecuti sunt, quam aut increpantes retinuerunt aut irati reliquerunt? An hoc timebam, si mecum ageretur more institutoque maiorum, ut possem praesens sustinere? 57. Utrum si dies dicta esset,

1. *exulibus* P G — *byzantinis* P; *bizantinis* G M. Cf. § 129. — 2. *quaeso* mg. Ꝗ et Ernestius: *quasi* C — *aciliae* G — *ne* om. G M — 3. *necesse sit*] *necessit* P^1 G — *conpluribus* P — 5. *quicquam* P — 8. *eluiem* P^1 — 10. *tum*] *tuam* C — 11. *iubeas* P^1 — 12. *imperitatae* P^1 — *prudentiam modestiamque* G M — 14. *posse* P^1 — 15. *conuellis* P^1 — 16. *ascensu* C — *reppulisti* P G: *repulisti* O — 17. *qui in conventu* Manutius: *qui conventu* C O — 18. *aduocatione* P M — 20. *uaesani* P: *vesani* O. Cf. p. 860, 18. — 23. *tibi manum* P^2: *timanum* P^1; *tibi manuum* P^3 — *tibi sparatos* L — 24. *pecuniam* C: *pecunias* O — 25. *contionibus* P G: *concionibus* O — *inriderent* P — 26. *terrent* P^1 — 27. *denunciarent* P — 28. *complerent proscriptionis metu*, *me* Marklandus: *complerent*, *proscriptionis metu me* O — 29. *spoliarent senatus*, *pro* Marklandus: *spoliarent*, *senatum pro* C O — 30. *pugnare* C: *propugnare* O — 31. *veste* om. G — 32. *cessi* codd. Lagom. tres et Pantagathus: *gessi* C. Cf. p. 879, 32. — 33. *uirum* P — *milia* P G: *millia* O — *quid*] *quod* P^1 — *nostri* C: *nostri illi* O — 37. *utrum*] *uerum* (*e* in rasura) P.

iudicium mihi fuit pertimescendum an sine iudicio privilegium? Iudicium in causa tam turpi? scilicet homo, qui eam, si iam esset ignota, dicendo non possem explicare. An quia causam probare non poteram, cuius tanta bonitas est, ut ea ipsa non modo se, sed etiam me absentem per se probarit? An senatus, an ordines, an ii, qui cuncta ex Italia ad me revocandum convolaverunt, segniores me praesente ad me retinendum et conservandum fuissent in ea causa, quam ipse iam parricida talem dicat fuisse, ut me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem exspectatum atque revocatum queratur? 58. An vero in iudicio periculi nihil fuit: privilegium pertimui, ne, mihi praesenti si multa irrogaretur, nemo intercederet? Tam inops autem ego eram ab amicis aut tam nuda res publica a magistratibus? Quid? si vocatae tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ita de sua salute merito, sed omnino in ullo civi comprobavissent? An, si ego praesens fuissem, veteres illae copiae coniuratorum tuique perditi milites atque egentes et nova manus sceleratissimorum consulum corpori meo pepercissent? qui cum eorum omnium crudelitati scelerique cessissem, ne absens quidem luctu meo mentes eorum satiare potui. XXIII. 59. Quid enim vos uxor mea misera violarat, quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate lacerastis? Quid mea filia, cuius fletus assiduus sordesque lugubres vobis erant iucundae, ceterorum omnium mentes oculosque flectebant? Quid parvus filius, quem, quam diu afui, nemo nisi lacrimantem confectumque vidit, quid fecerat, quod eum totiens per insidias interficere voluistis? Quid frater meus? qui cum aliquanto post meum discessum ex provincia venisset neque sibi vivendum nisi me restituto putaret, cum eius maeror, squalor incredibilis et inauditus omnibus mortalibus miserabilis videbatur, quotiens est ex vestro ferro ac manibus elapsus? 60. Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis, qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis hostificum quoddam et nefarium omni imbutum odio bellum intulistis? Non enim te arbitror, cum post meum discessum omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus, tetrarcharum ac regum bona spe atque avaritia devorasses, argenti et supellectilis meae cupiditate esse caecatum: non existimo Campanum illum consulem cum saltatore collega, cum alteri totam Achaiam,

---

2. *scilicet homo* C: *scilicet is homo sum* O — *qui eam si iam esset* P G: *quia meam si esset* M; *qui, etiam si causa esset* O — 3. *quia* C: *eam* O — 4. *ea* P sic habet, ut *a* scripta sit in rasura duarum fere litterarum; *facile* Halmius. — *apsentem* P — 5. *ii*] *hi* C — 6. *retinendum*] *requirendum* G M — 8. *exspectatum* P: *expectatum* G M; *expetitum* O — 9. *quaeratur* P — 10. *inrogaretur* P — *nemo non intercederet* P — 13. *in nullo* G — 14. *comprobauissent* P G: *comprobassent* M O — 15. *nova manus* Graevius: *noua* || *nus* P^1; *non manus* cod. Francianus primus; *noua uis* P^2 M O — 17. *scelerique*] litteras *scele* in rasura habet P; fort. *furorique.* — *apsens* P — 18. *eorum* P: *illorum* G M O — *potuit* P^1 — *uxore* P^1 — 21. *paruos* P^1 — 22. *affui* G M — *lacrimantem* C: *lacrymantem* O — 23. *totiens* C: *toties* O — 24. *prouintia* P — 25. *eius sq. incredibilis et inauditus maeror* Mommsenius. — 26. *inauditas* P^1 — *uidebatur* C: *videretur* O — *quotiens* P G M: *quoties* O — 27. *est ex -- lapsus* P G; *ex -- est elapsus* O — *ac*] *et* G — *crudelitatem expromo quam in me ipsum ac meos adhibuistis* Arusianus Messius v. *Adhibet in illum* p. 210 ed. Lindem. — 28. *adhibuistihis* P^1; *adhibuistis his* P^2 — 29. *hostificum* C: *horrificum* O — 30. *inbutum* P — *belum* P — *intulisti* G M — 31. *prouintiarum* P — 32. *etarcharum* P — *atque* P G M: *et* O.

Thessaliam, Boeotiam, Graeciam, Macedoniam omnemque barbariam, bona civium Romanorum condonasses, alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimasque gentes, ad diripiendum tradidisses, illos tam cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum fuisse. 61. Neque porro illa manus copiaeque Catilinae caementis ac testis tectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt. Sed ut hostium urbes, nec omnium hostium, verum eorum, quibuscum acerbum bellum internecivumque suscepimus, non praeda adducti, sed odio solemus exscindere, quod, in quos propter eorum crudelitatem inflammatae mentes nostrae fuerunt, cum horum etiam tectis et sedibus residere aliquod bellum semper videtur: * * *

XXIV. 62. Nihil erat latum de me; non adesse eram iussus, non citatus afueram; eram etiam tuo iudicio civis incolumis, cum domus in Palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum consulem, transferebatur. Senatum consules vocabant: columnae marmoreae ex aedibus meis inspectante populo Romano ad socrum consulis portabantur: in fundum autem vicini consulis non instrumentum aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur, cum ipsa villa non praedae cupiditate — quid enim erat praedae? —, sed odio et crudelitate funditus everteretur: domus ardebat in Palatio non fortuito, sed oblato incendio: consules epulabantur et in coniuratorum gratulatione versabantur, cum alter se Catilinae delicias, alter Cethegi consobrinum fuisse diceret. 63. Hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem meo corpore opposito ab omnium bonorum cervicibus depuli omnemque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quae inveterata compresso odio atque tacito iam erumpebat nancta tam audaces duces, excepi meo corpore. In me uno consulares faces iactae manibus tribuniciis, in me omnia, quae ego quondam rettuderam, coniurationis nefaria tela adhaeserunt. Quod si, ut multis fortissimis viris placuit, vi et armis contra vim decertare voluissem, aut vicissem cum magna internecione improborum, sed tamen civium, aut interfectis bonis omnibus, quod illis optatissimum fuisset, una cum re publica concidissem. 64. Videbam vivo senatu populoque Romano celerem mihi summa cum dignitate reditum, nec intelligebam fieri diutius posse, ut mihi non liceret esse in ea re publica, quam ipse servassem. Quod si non liceret, audieram et legeram claris-

---

1. *boetiam* P G — *barbariam, etiam bona* Naegelsbach. — 5. *catilinae mentis* G M — 6. *nec communium hostium uel omnium* G — 7. *quiscum* G M — *internecivumque* Graevius: *innociuomque* (alteri syllabae superscriptis litteris *ti* a multo recentiore m.) P; *intestinumque* G M O — 8. *adducta id odio* P G M — *exscindere* Manutius: *excipere* C; *excidere* cum ed. Aldina O. Cf. Halm *Gel. Anz. d. bayr. Akad.* 1851. Ian. p. 34 sqq. — 9. *in quos*] *iniquos* P M — 10. *et* C: *ac* O — *sedibus*] litteras *ibus* in rasura habet P — *uideretur* C. Lacunam ita explet Lambinus: *sic vos vestrum in me crudele et immane odium in meam domum profudistis.* — 13. *affueram* G M — 15. *senatus consules uocabant* P; *senatus .c. uolabant* G; *senatusconsulta volabant* M O; *sectores advolabant* Ravius *Var. Lectt.* II p. 76; *senatum consules non vocabant* Naegelsbach. — 16. *socrum* P²: *socerum* P¹ G M — 20. *cons* P, *cōs* G — 21. *uersabatur* P — *delitias* P — 23. *scelus*] *solus* P¹ — 25. *vim*] *iram* Naegelsbach. — *compressa* G¹ — 26. *nanctă* P¹; *nactam* G; *in actum* P³; *nec tantum* M; *nacta tam* O — *audacis duces* P¹; *audacis ducis* P² G M — 27. *fasces* G M — 28. *retunderam* P; *retuleram* G; *retuderam* M O — *adheserunt* P — 29. *fortissimis*] *formis* P¹ — 30. *internetione* P — *inproborum* P — 32. *fuisset* Lagom. 9: *erat* O. Ceteri codd. verbum omittunt. — *senatu .p. Q. R.* P — 33. *cum summa* G — *intellegebam* P G.

simos nostrae civitatis viros se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse: ego pro salute universae rei publicae dubitarem hoc meliore conditione esse quam Decii, quod illi ne auditores quidem suae gloriae, ego etiam spectator meae laudis esse potuissem. XXV. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus: omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus exceperat; non erat in tam immani iniuria tantisque ruinis novae crudelitati locus. 65. Cato fuerat proximus: † quid ageres non erat, ut qui modus moribus fuerat, idem esset iniuriae. Quid? posses extrudere ad Cypriam pecuniam: praeda perierit; alia non deerit: † hanc modo amandas esse. Sic M. Cato invisus quasi per beneficium Cyprum relegatur. Eiiciuntur duo, quos videre improbi non poterant, alter per honorem turpissimum, alter per honestissimam calamitatem. 66. Atque ut sciatis non hominibus istum, sed virtutibus hostem semper fuisse, me expulso, Catone amandato, in eum ipsum se convertit, quo auctore, quo adiutore in contionibus ea quae gerebat omnia quaeque gesserat se et fecisse et facere dicebat: Cn. Pompeium, quem omnium iudicio longe principem esse civitatis videbat, diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. Qui ex eius custodia per insidias regis amici filium, hostem, captivum surripuisset et ea iniuria virum fortissimum lacessisset, speravit isdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego noluissem bonorum periculo dimicare, et primo quidem adiutoribus consulibus: postea fregit foedus Gabinius, Piso tamen in fide mansit. 67. Quas iste tum caedes, quas lapidationes, quas fugas fecerit, quam facile ferro quotidianisque insidiis, cum iam a firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompeium foro curiaque privarit domumque coniecerit, vidistis: ex quo iudicare potestis, quanta vis illa fuerit oriens et congregata, cum haec Cn. Pompeium terruerit iam distracta et exstincta.

XXVI. 68. Haec vidit in sententia dicenda Kalendis Ianuariis vir prudentissimus et cum rei publicae, cum mihi, tum etiam veritati amicissimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non censuit: qui me consuluisse rei publicae, cessisse tempestati, amiciorem vobis ceterisque civibus quam mihi [ac meis] exstitisse, vi, armis, dissensione ho-

---

1. *hostis* P — 2. *uniuersae rei .p.* C: *rei p. universae* O — 3. *esse* C: om. O — *ille* P^1 — *auditores*] litterae *es* in P m. 2. expunctae sunt. — 4. *spectatore* P^1 — 5. *inanis* P — 6. *aceruitas* P; cf. § 43. — 8. *quod ag. n. erat nisi ut qui mihi dux omnibus in rebus fuerat, idem socius esset iniuriae* L; *quidquid agerem, placuerat ut qui -- iniuriae* Mommsenius. — 10. *derit* P^1 — *hanc modo amandas esse* P^1: *hanc modo amandatas esse* P^2; *hanc modo amandato esse* G; *hanc modo mandatam esse* M; *hunc modo amandandum esse* O; *hunc modo amandares* Halmius. — *invitus* Lambinus. — 11. *religatur* P^2 — *eiciuntur* P G — *uidere improbi* C: *improbi videre* O (*inprobi* P) — 15. *contionibus* P G: *concionibus* O — 16. *se et fecisse* Gulielmius: *se effecisse* P G; *se fecisse* M — 17. *ciuitatis esse* G M — 18. *ei. custodia* G — 19. *filius* C — *subripuisset* P — 20. *isdem* P: *iisdem* O — 22. *gabinibus* P^1 — 23. *Piso*] *posito* G M — *qua lapidationes* P^1 — 24. *cotidianisque* P G — 26. *priuaret* G M — *domumque* P^2: *domiumque* P^1; *omniumque* G M — *compulerit* Halmius (coll. de harusp. resp. § 58. p. Milone § 73. in Pisonem § 16. Val. Max. IX, 7, 3.): *coniecerit* P^2 (supra versum) G M O; om. P^1 — *potestis* C: *potuistis* O — 28. *extincta* P G — 29. *Haec* C: *Hoc* O — *Kal. ianuariis* P^2: *Kal. ianuaris* P^1; *Kl. ian.* G — 30. *rei .p.* P — *cum mihi* P G: *quum mihi* M; *tum mihi* O. Cf. p. 46, 22. 604, 3. 645,7 sqq. 732, 2 sq. — *etiam*] *et in* P G; *et* M — *veritati* P^1: *ueritate* P^2 G; *uirtuti* M — 32. *gessisse* P. Cf. p. 876, 32. — *amicitiorem* G — 33. *quam mihi acta est expetisse* P^1; *quam mihi extitisse* P^2 (verba *acta est* deleta sunt a

minum ad caedem instituta novoque dominatu pulsum esse dixit: nihil de meo capite potuisse ferri, nihil esse iure scriptum aut posse valere, omnia contra leges moremque maiorum temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta: quod si illa lex esset, nec referre ad senatum consulibus nec sententiam dicere sibi licere, quorum utrumque cum fieret, non oportere ut de me lex ferretur decerni, ne illa, quae nulla esset, esse lex iudicaretur. Sententia verior, gravior, melior, utilior rei publicae nulla esse potuit: hominis enim scelere et furore notato similis a re publica labes in posterum demovebatur. 69. Neque hoc Cn. Pompeius, qui ornatissimam de me sententiam dixit, vosque, pontifices, qui me vestris sententiis auctoritatibusque defendistis, non vidistis, illam esse nullam atque esse potius flammam temporis, interdictum sceleris, vocem furoris, sed prospexistis, ne quae popularis in nos aliquando invidia redundaret, si sine populi iudicio restituti videremur. Eodemque consilio M. Bibuli, fortissimi viri, senatus sententiam secutus est, ut vos de mea domo statueretis, non quo dubitaret quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum, sed ne quis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis aedibus aliquam religionem residere diceret. Nam legem quidem istam nullam esse, quotienscumque de me senatus sententiam dixit, totiens iudicavit, quoniam quidem scripto illo istius sententiam dicere vetabatur. 70. Atque hanc rem par illud simile, Piso et Gabinius, vidit. Homines legum iudiciorumque metuentes, cum frequentissimus senatus eos, ut de me referrent, quotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediri. Erat hoc verum: nam impediebantur, verum ea lege, quam idem iste de Macedonia Syriaque tulerat. XXVII. Hanc tu, P. Lentule, neque privatus neque consul legem esse umquam putasti. Nam tribunis pl. referentibus sententiam de me designatus consul saepe dixisti: ex Kalendis Ianuariis quoad perfecta res est de me rettulisti, legem promulgasti, tulisti: quorum tibi, si esset illa lex, nihil liceret. At etiam Q. Metellus, collega tuus, clarissimus vir, quam legem esse homines alienissimi a P. Clodio iudicarent, Piso et Gabinius, eam nullam esse frater P. Clodii, cum de me ad senatum tecum una rettulit, iudicavit. 71. Sed vero isti, qui

---

pr. m.); *quam mihi acta est expetiisse* G; *quam mihi acta expetisse* M — *armis ceteris dissensione* P^1 (v. *ceteris* deletum est a prima m.) — 1. *ad*] *aut* P^1; *et* P^2 G M — *institutam* C — *nouaque*G M — *pulsum* P^2: *pulsã* (*ã* in rasura) P^1; *pulso* G M — 2. *iure scriptum* Lambinus: *proscriptum* G M; *inscriptum* P O — *ualeri* P — 3. *moremquem morum* P^1 — 4. *fruorem* P^1 — *consulibus* margo 𝔏: *consules* C O — 5. *sibi dicere* G M — 6. *feretur* P^1 — 7. *melior utilior* C: [*utilior*] *melior* O — 8. *esse nulla* G M — *homines* manu sec. multo recentiore P — 9. *dimouebatur* G; *dimouetur* M — 11. *illam legem esse* L — 13. *ne quae* P^2: *neque* P^1; *ne qua* G M V O — *nos* C: *vos* O — 14. *restitui* G V — *consilio* P^2: *consili* P^1; *consilii* M V — 16. *quo* C: *quod* O — *dubitarit* P — 17. *ororetur* P^1 — 18. *inproborum* P — 19. *quotienscumque* C: *quotiescunque* O — 20. *totiens* C: *toties* O — 21. *illo* om. M — *sentiam* P — *uetabatur* P^3: *uidebatur* P^1 G M V — *pari* P^1 G V — 22. *vidit*] *non vidit* Naegelsbach. — 23. *referent* P^1 — *cotidiae* P^1; *cotidie* P^2 G; *cottidie* V — 24. *impediri erat* P^3: *impedierat* P^1 M V; *impediri at* P^2 — 26. *P.* supra versum habet P — 28. *designatus*] *dignatus* P G V — *consuli* G — *ex*] *et* P^1 — *Kl. ianuaris* P^1 — 29. *retulisti* C O — 30. *tibi* om. G — *esse* P — *lex* om. G — 31. *clarissimus uir* C: *vir clarissimus* O — *alienissima .p.* P; *alienissimam p.* M; *alienissimã .p.* G V — 32. *clodi* P — 33. *sed uero isti* P M: *Si uero isti* G V; *Sed isti* O — *qui* in G erasum est.

Clodii leges timuerunt, quem ad modum ceteras observarunt? Senatus quidem, cuius est gravissimum iudicium de iure legum, quotienscumque de me consultus est, totiens eam nullam esse iudicavit. Quod idem tu, Lentule, vidisti in ea lege, quam de me tulisti. Nam non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem: non enim voluisti id, quod licebat, ferre ut liceret, sed me ita esse in re publica, magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer quam ad administrandam civitatem restitutus.

72. Hunc tu etiam, portentosa pestis, exsulem appellare ausus es, cum tantis sceleribus esses et flagitiis notatus, ut omnem locum, quo adisses, exsilii simillimum redderes? Quid est enim exsul? Ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando igitur est turpe? Re vera, cum est poena peccati, opinione autem hominum etiam, si est poena damnati. Utrum igitur peccato meo nomen subeo an re iudicata? Peccato? Iam neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui felicem Catilinam nominant, neque quisquam eorum, qui solebant. Non modo iam nemo est tam imperitus, qui ea, quae gessi in consulatu, peccata esse dicat, sed nemo est tam inimicus patriae, qui non meis consiliis patriam conservatam esse fateatur. XXVIII. 73. Quod enim est in terris commune tantum tantulumve consilium, quod non de meis rebus gestis ea, quae mihi essent optatissima et pulcherrima, iudicarit? Summum est populi Romani populorumque et gentium omnium ac regum consilium senatus: decrevit ut omnes, qui rem publicam salvam esse vellent, ad me unum defendendum venirent, ostenditque nec stare potuisse rem publicam, si ego non fuissem, nec futuram esse ullam, si non redissem. 74. Proximus est huic dignitati ordo equester: omnes omnium publicorum societates de meo consulatu ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt. Scribae, qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur, non obscurum de meis in rem publicam beneficiis suum iudicium decretumque esse voluerunt. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani aut montani, quoniam plebei quoque urbanae maiores nostri conventicula et quasi concilia quaedam esse voluerunt, qui non amplissime non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreverint. 75. Nam quid ego illa divina atque immortalia municipiorum et coloniarum et totius Italiae decreta commemorem? quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum adscendisse, non solum in patriam revertisse. Ille vero dies qui fuit, cum te, P. Lentule, legem

---

1. *clodi* P — 2. *quotienscumque* C : *quotiescunque* O — 3. *totiens* C : *toties* O — 7. *arcessettus* P¹ — *quam administrandam* C — 9-11. *exulem - - exilii - - exul* P G — 10. *flagitiis* nos : *factihis* P ; *factis* G M O. Cf. § 126. — 12. *nomen*] *men* P¹ (*per se est nomen* Halmius.) — 13. *autem* om. G — *si* (*sic* M) *est etiam* G M V — 14. *nomen* C : *exsulis nomen* O — *Peccato? Iam*] *peccatiolam* P¹; *peccatio iam* G M; *peccatio nam* V — 15. *tui dicere* P¹ M — *ista* G M V — *tui*] *tuli* C — 16. *qui*] *quei* P¹; *qui ei* M V — 17. *qui*] *quin* P¹ — 18. *est tam*] *istam* P¹ — 19. *quo enim* P M V — 21. *iudicari* G V — 22. *ac* om. C — *consilium* om. G — 23. *d*ecreuit* P — *uelint* G¹ — 24. *defendendam* P¹ — *posse* G — 26. *aequester* P¹ — 27. *societatesedeo consulatu* P¹ — 28. *decraeta* P¹ — 29. *opscurum* P — 31. *plebeii* G; *plebi ei* V — 32. *urbani* G M V — *maiores* M: *mores* P G V — *concilia* C: *consilia* cum Manutio O — 33. *non* ante *ampl.* deletum est in P — 36. *ascendisse* P G V — 37. *quis* G.

de me ferente populus Romanus ipse vidit sensitque, quantus et quanta dignitate esset? Constat enim nullis umquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, aetatum, ordinum floruisse. Omitto civitatium, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omnes mortales meritis unum iudicium unumque consensum: adventus meus atque introitus in urbem qui fuit? Utrum me patria sic accepit, ut lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit, an ut crudelem tyrannum, quod vos, Catilinae gregales, de me dicere solebatis? 76. Itaque ille unus dies, quo die me populus Romanus a porta in Capitolium atque inde domum sua celebritate laetitiaque comitatum honestavit, tantae mihi iucunditati fuit, ut tua mihi conscelerata illa vis non modo non propulsanda, sed etiam † emendanda fuisse videatur. Quare illa calamitas, si ita est appellanda, exussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam iam audeat reprehendere consulatum meum tot, tantis, tam ornatis iudiciis, testimoniis, auctoritatibus comprobatum. XXIX. Quod si in isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras meam, quid te aut fieri aut fingi dementius potest? Uno enim maledicto bis a me patriam servatam esse concedis: semel, cum id feci, quod omnes † negent immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti; iterum, cum tuum multorumque praeter te inflammatum in bonos omnes impetum meo corpore excepi, ne eam civitatem, quam servassem inermis, armatus in discrimen adducerem.

77. Esto: non fuit in me poena ulla peccati: at fuit iudicii. Cuius? quis me umquam ulla lege interrogavit? quis postulavit? quis diem dixit? Potest igitur damnati poenam sustinere indemnatus? est hoc tribunicium, est populare? quamquam ubi tu te popularem, nisi cum pro populo fecisti, potes dicere? Sed, cum hoc iuris a maioribus proditum sit, ut nemo civis Romanus aut sui potestatem aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit: quod tu ipse potuisti in tua causa discere — credo enim, quamquam in illa adoptatione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctorne esses, ut in te P. Fonteius vitae necisque potestatem haberet ut in filio, —: quaero, si aut negasses aut tacuisses, si tamen id xxx curiae iussissent, num id iussum esset ratum? Certe non.

---

1. *ferente p. R. ipse se vidit* Faërnus; *ferentem p. R. ipse uidit* C; *ferentem p. R. vidit* O — *et* in rasura habet P — 2. *esset* Faërnus: *essem* C; *esses* O — 4. *ciuitatium* P G: *civitatum* O — 5. *de meis nom*nis mortalis* P[1]; *de meis in omnis mortalis* P[2] G M V — 6. *unum consensum* G — *quis* G — 7. *sibi redditam* G M V — 10. *me* om. G — *suã* G — 13. *emendanda* C: *emenda* O; *invitanda* Mommsenius. — *appellan* P[1] — *exussit* P: *excussit* G M V O. Conf. Brut. § 16. — 14. *ne quis umquam* Halmius. — *iam audeat* C: *audeat iam* O — 16. *quosinhistot* P[1]; *quo in isto* P[2] G M; *quo in isto tot* V — *tuo* om. V — *probum* P[1] — 17. *inlustras* P — 18. *fieri*] *fleri* C — 19. *negent* P G V: *non negent* M O; *concedent* Halmius. — 20. *immortalitati** P — 21. *praeter* C: *propter* O — 22. *omnis* P M V — *excipi* P[1] — 24. *At fuit*] *ad fuit* P[1]; *affuit* M V — 25. *qui* G M V — 26. *indemnatus? est hoc tribunitium? est populare* G M: *indemnatus es hoc tribunicium est populare* P[1]; *indemnatus hoc tribunicium est populare* P[2]; *indemnatus? hoc tribunicium est? hoc populare* O — 27. *pro* om. C — 28. *sed* C: *scilicet* O — 29. *ciuis R.* P — *sui potestatem* Mommsenius: *inpietatem* P V; *impietatem* G M; *libertatem* O. Cf. Gaium 2, 147: *testator et ciuis R. et suae potestatis.* — 30. *ipse*] *se* C — *auctore* G — *sit, id quod* Halmius. — *dicere* G V — 31. *in illa*] *nulla* G — *adoptatione* P G V: *adoptione* M O. Cf. p. Balbo § 57. — 32. *esse*] *se* P — *fonte . . . uitae* G; *fonte uitae* M V.

Quid ita? Quia ius a maioribus nostris, qui non ficte et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt, ita comparatum est, ut civis Romanus libertatem nemo possit invitus amittere. 78. Quin etiam, si decemviri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamen, quotienscumque vellet quis, hoc in genere solo rem iudicatam referre posse voluerunt: civitatem vero nemo umquam ullo populi iussu amittet invitus. XXX. Qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, nisi erant auctores facti nomenque dederant. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est mutandi soli causa venerant: id autem ut esset faciundum, non ademptione civitatis, sed tecti et aquae et ignis interdictione adigebantur. 79. Populus Romanus L. Sulla dictatore ferente comitiis centuriatis municipiis civitatem ademit; ademit eisdem agros: de agris ratum est, fuit enim populi potestas; de civitate ne tam diu quidem valuit, quam diu illa Sullani temporis arma valuerunt. An vero Volaterranis, cum etiam tum essent in armis, L. Sulla victor re publica reciperata comitiis centuriatis civitatem eripere non potuit, hodieque Volaterrani non modo cives, sed etiam optimi cives fruuntur nobiscum simul hac civitate: consulari homini P. Clodius eversa re publica civitatem adimere potuit concilio advocato, conductis operis non solum egentium, sed etiam servorum, Fidulio principe, qui se illo die confirmat Romae non fuisse? 80. Quod si non fuit, quid te audacius, qui eius nomen incideris? quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? Sin autem is primus scivit, quod facile potuit qui propter inopiam tecti in foro pernoctasset, cur non iuret se Gadibus fuisse, cum tu te fuisse Interamnae probaveris? Hoc tu igitur homo popularis iure munitam civitatem et libertatem nostram putas esse oportere, ut, si tribuno pl. rogante VELITIS IVBEATISNE Fidulii centum se velle et iubere dixerint, possit unus quisque nostrum amittere civitatem? Tum igitur maiores nostri populares non fuerunt, qui de civitate et libertate ea iura sanxerunt, quae nec vis temporum nec potentia magistratuum nec res iudicata nec denique universi populi

---

1. *ius a*] *iussa* P[1] — 2. *conparatum* P — 3. *possit* C: *posset* O. Cf. p. 882, 29. — 4. *quotienscumque* C: *quotiescunque* O — 5. *hoc in* P G: *huic in* V; *in hoc* M O — *solo rem*] *sororem* C — *referri* Faërnus. — 6. *amittit* G — 8. *Latini nisi erant* Klotzius: *latini* ‖ *erant* (post v. *latini* syllabam *ni* in marg. supplevit secunda, sed antiqua manus) P; *latini. hi erant* G M; *latini hii erant* V; *Latini, qui non erant* O — 9. *prius*] *plus* G M — *mittebant* P[1] — 10. *uertandi* G — *sola* G — 11. *faciundum* P G[2]: *faciendum* G[1] O — *ademotione* P V — 12. *adigebantur* Halmius: *faciebant* C O — *Populus Romanus*] *.P. R.* P V — *sylla* P G M (in P *y* est in rasura); *silla* V — 13. alterum *ademit* in P addidit m. secunda, sed antiqua; om. G V — *ademit iisdem* - - *populi* om. M — 14. *eisdem* P: *isdem* G V; *iisdem* O — 15. *diu* om. G M V — *syllani* P G; *sillani* V; om. M — *arma* ‖ *luerunt* P[1] — 16. *An vero* Lambinus: *hanc vero* C O — *tum etiam* G — *sylla* P G; *silla* V — 17. *re .p.* P — *reciperata* P: *recuperata* O — 19. *feruntur* P[1] — 21. *fidulio* P G: *fiduli* M V; *Sedulio* O — 22. *confirmat* P G V: *confirmavit* O — 24. *autem* om. G M — *is*] *his* P[1] — 25. *qui* nos: om. C O — *pernoctasset* P[1] G V: *pernoctasse* P[2] M; *pernoctans* O — 26. *non*.. *iuret* P — *gadiuius* P M; *gabiis* G; *gabinius* V — *fuisset* P[1] — *interamne* G — 29. *fidulii* G: *fiduli* P M V; *Sedulii* O — *et*] *ei* G V — 30. *civitatem* P G M: om. V O — 31. *ea*] *a* in rasura habet P. Cf. p. 896, 29 et vide ne pronomen delendum sit. — 32. *nec pot.*] *ne pot.* P[1] — *res tum iudicata* C; *res iam iudicata* Halmius.

Romani potestas, quae ceteris in rebus est maxima, labefactare possit. 81. At tu etiam, ereptor civitatis, legem de iniuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui Menullae per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis aedibus posuit, ut locus ipse in tanta tua iniuria legem et inscriptionem statuae refelleret: quae res municipibus Anagninis multo maiori dolori fuit quam quae idem ille gladiator scelera Anagniae fecerat.

XXXI. 82. Quid? si ne scriptum quidem umquam est in ista ipsa rogatione, quam se Fidulius negat scivisse, tu autem, ut acta tui praeclari tribunatus hominis dignitate cohonestes, auctorem amplexeris —: sed tamen, si nihil de me tulisti, quo minus essem non modo in civium numero, sed etiam in eo loco, in quo me honores populi Romani collocarunt, tamenne eum tua voce violabis, quem post nefarium scelus consulum superiorum tot vides iudiciis senatus, populi Romani, Italiae totius honestatum? quem ne tunc quidem, cum aberam, negare poteras esse tua lege senatorem? Ubi enim tuleras, ut mihi aqua et igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popilio, Saturninus de Metello tulit, homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus. Non, ut esset interdictum, quod ferri non poterat, tulerunt, sed ut interdiceretur. Ubi cavisti, ne me meo loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. 83. Quaere hoc ex Clodio, scriptore legum tuarum, iube adesse: latitat omnino, sed si requiri iusseris, invenient hominem apud sororem tuam occultantem se capite demisso. Sed si patrem tuum, civem medius fidius egregium dissimilemque vestri, nemo umquam sanus exsulem appellavit, qui, cum de eo tribunus pl. promulgasset, adesse propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit eique imperium est abrogatum; si in illo poena legitima turpitudinem non habuit propter vim temporum: in me, cui dies dicta numquam est, qui reus non fui, qui numquam sum a tribuno pl. citatus, damnati poena esse potuit, ea praesertim, quae ne in ipsa quidem rogatione praescripta est? XXXII. 84. Ac vide, quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum et hanc fortunam conditionemque nostram. Patrem tuum, civem optimum, clarissimi viri filium, qui si viveret, qua severitate fuit, tu profecto non viveres, L. Philippus censor avunculum suum praeteriit in recitando se-

---

2. *iniuris* P[1] — 3. *nestio* P — *menullae* P M: *menulle* G; *ei uille* V; *Menulae* O — 4. *tanta tua* P G V: *tua tanta* M O — *scriptionem* C — 5. *anagninis* P[2]: *anagnis* P[1]; *anagninis ornatissimis* G M V O — 6. *dolore* P — *anagni effecerat* G M; *anni effecerat* V — 8. *fidulus* P G M; *fidulis* V; *Sedulius* O. Cf. § 79. — *autem* P G V: *huius* M O — *cohonestes* C: *honestes* O — *auctorem* C: *auctoritatem* O — *amplexeris* P G: *amplecteris* M V O — 10. *tamen si* P[2] M: *damensi* P[1]; *tm̃* G; *tametsi* O — 12. *collocauerunt* G M — *tamenne*] *amne* V; *anne* G; *necne* M — 14. *.R.* P — *italiae totius* C: *totius Italiae* O — *tunc* P G V: *tum* M O — *abearem* P[1] — 15. *lege*] *lege te* P[1] V — 16. *igni* P[1]: *ignis* P[2] G M V — *graccus* P V — *popilio* P V: *pompilio* G; *Popillio* O. Cf. ad p. 845, 21. — 17. *civibus. Non ut* nos: *civibus non, ut* O — 19. *ne me meo* nos: *ne meo* P[1]; *ne meo me* P[2] G M V O (*me* supra versum a m. sec. sed vetere habet P) — 20. *omni* P[1] — *quibus damnatis* Petrus Faber: *quibusdam damnatis* P G; *damnatis quibusdam* M — 21. *quare* G — *haec* P — *ex Clodio* V: *ex cloelio* P G; *ex m. clodio* M; *e Sex. Clodio* O. Cf. § 47. — 24. *exulem* P G — 26. *cinna . . . . noluit* G; *cinnantem uoluit* M; *tumanitatem noluit* V — *cique*] *etque* P[1]; *atque* P[2] — *abrogatum. Si* O — 28. *numquam* C: *non* O — 29. *sum a*] *summa* P[1] — 30. *praescripta* P V: *perscripta* O — *ac* C: *at* O — 34. *praeterit* P.

natu; nihil enim poterat dicere, quare rata non essent quae erant acta in ea re publica, in qua se illis temporibus censorem esse voluisset: me L. Cotta, homo censorius, in senatu iuratus dixit se, si censor tum esset, cum ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse. 85. Quis in meum locum iudicem subdidit? quis meorum amicorum testamentum discessu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit quod si adessem? quis me non modo civis, sed socius recipere contra tuam legem et iuvare dubitavit? Denique universus senatus multo ante, quam est lata lex de me, gratias agendas censuit civitatibus iis, quae M. Tullium — tantumne? immo etiam civem optime de re publica meritum recepissent. Et tu unus pestifer civis eum restitutum negas esse civem, quem eiectum universus senatus non modo civem, sed etiam egregium civem semper putavit? 86. At vero, ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur, Kaeso ille Quinctius et M. Furius Camillus et C. Servilius Ahala, cum essent optime de re publica meriti, tamen populi incitati vim iracundiamque subierunt damnatique comitiis centuriatis, cum in exsilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quod si his damnatis non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestavit — nam etsi optabilius est cursum vitae conficere sine dolore et sine iniuria, tamen ad immortalitatem gloriae plus affert desideratum esse a suis civibus quam omnino numquam esse violatum —, mihi, sine ullo iudicio populi profecto, cum amplissimis omnium iudiciis restitutio maledicti locum aut criminis obtinebit? 87. Fortis et constans in optima ratione civis P. Popilius semper fuit: tamen eius in omni vita nihil est ad laudem illustrius quam calamitas ipsa. Quis enim iam meminisset eum bene de re publica meritum, nisi et ab improbis expulsus esset et per bonos restitutus? Q. Metelli praeclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena gravitatis: tamen huius viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagavit. XXXIII. Quod si illis, qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus, reducti inimicis interfectis rogationibus tribuniciis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italiae, non desiderio civitatis, iniuria inimicorum probro non fuit: in me, qui profectus sum integer, afui simul cum re publica, redii cum maxima dignitate te vivo, fratre tuo altero consule

---

1. *enim* om. G M — 3. *se, si*] *si sic* P^1 — 4. *ego* om. G V — *meo*] *in eo* G — *Quis*] *qui* C — 6. *meo fecit*] *me officit* P; *meo efficit* G; *meo effecit* M; *meo officit* V — *si* nos: *et si* C O — 7. *civis*] *cis* P^1 — 9. *his* P M — 11. *negas esse*] *negasse* P^1 — 12. *electum* P G^1 V — 14. *locuntur* P M V — *Kaeso*] *caeso* P^1; *ceso* G M V; *censor* P^2 — *quincilius* P^1; *Quintius* O — *et M. furius camillus* suppleta habet in margine inferiore a manu vetere P — 15. *C.* Garatonius: *M.* C O — *Ahala cum*] *ac alii cum* G; *achaicum* M V — *optimae* P^1 — 16. *incitatim iracundiamque* P^1; *incitatum iracundiamque* G; *incitati in iracundiamque* M; *incitati iracundiamque* V; *incitati iracundiam* P^2 — 17. *exilium* P G — 19. *inminuit* P — *clarissimo* P^1 — 21. *adfert* P — 23. *cum* C: *tum* O — *restitutio* P^1 G M V: *restituto* P^2 O — 24. *optinebit* P — 25. *Popilius* C: *Popillius* O — *eius*] *ei* G M V — *est*] *extat* G; *est iam* Klotzius. — 26. *inlustrius* P — 28. *Q.*] *q̄*: P — 31. *illis* Lambinus: *et illis* C O; cf. v. 6. — 32. *interiectis* P — 33. *iniuria inimicorum* C: *inimicorum iniuria* O — 34. *probo* P^1 — *affui* G V — *cum re publica, redii cum* Pantagathus: *cum reip.* (*reip.* in rasura a secunda manu) *dicam* P; *cur p. dicam* G; *cum re p. dicam* V; *cum rep. dia causa* M — 35. *te* om. C.

reducente, altero praetore † petente, tuum scelus meum probrum putas esse oportere? 88. Ac si me populus Romanus incitatus iracundia aut invidia e civitate eiecisset idemque postea mea in rem publicam beneficia recordatus se collegisset, temeritatem atque iniuriam suam restitutione mea reprehendisset, tamen profecto nemo tam esset amens, qui mihi tale populi iudicium non dignitati potius quam dedecori putaret esse oportere: nunc vero, cum me in iudicium populi nemo omnium vocarit, condemnari non potuerim, qui accusatus non sim, denique ne pulsus quidem ita sim, ut, si contenderem, superare non possem, contraque a populo Romano semper sim defensus, amplificatus, ornatus, quid est quare quisquam mihi se ipsa populari ratione anteponat? 89. An tu populum Romanum esse illum putas, qui constat ex iis, qui mercede conducuntur? qui impelluntur, ut vim afferant magistratibus? ut obsideant senatum? optent quotidie caedem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras, cui populo duces Lentidios, Lollios, Plaguleios, Sergios praefeceras. O speciem dignitatemque populi Romani, quam reges, quam nationes exterae, quam gentes ultimae pertimescant, multitudinem hominum ex servis, ex conductis, ex facinorosis, ex egentibus congregatam! 90. Illa fuit pulchritudo populi Romani, illa forma, quam in campo vidisti tum, cum etiam tibi contra senatus totiusque Italiae auctoritatem et studium dicendi potestas fuit. Ille populus est dominus regum, victor atque imperator omnium gentium, quem illo clarissimo die, scelerate, vidisti tum, cum omnes principes civitatis, omnes ordinum atque aetatum omnium suffragium se non de civis, sed de civitatis salute ferre censebant, cum denique homines in campum non tabernis, sed municipiis clausis venerunt. XXXIV. 91. Hoc ego populo, si tum consules aut fuissent in re publica aut omnino non fuissent, nullo labore tuo praecipiti furori atque impio sceleri restitissem. Sed publicam causam contra vim armatam sine populi praesidio suscipere nolui: non quo mihi P. Scipionis, fortissimi viri, vis * * privati hominis displiceret; sed Scipionis factum statim P. Mucius consul, qui in gerenda re putabatur fuisse segnior, gesta multis senatus consultis non modo defendit, sed etiam ornavit: mihi aut te interfecto cum consulibus aut te vivo et tecum et cum illis armis decer-

1. *petente* P: *ducente* G; *dicente* V; *detinente* M; *patiente* Manutius; *non contradicente* Garatonius; *repetente* Halmius. — 3. *e* om. G — *in re .p.* P; *in .rp.* G — 4. Fort. *collegisset et temeritatem* cet. — 5. *repraehendisset* (*t* corr. ex *d*) P — *tamen profectionem motam esse. tamen is qui* G M V — 6. *mihi tale populi* P: *tale mihi populi* G M V; *mihi populi tale* O — 8. *uocaret* G M V — 9. *pulsus* C: *expulsus* O — *si*] *si me* P^1 — 12. *ex his* P M; *ex hiis* V — 13. *inpelluntur* P — *adferant* P — 14. *cotidiae* P; *cotidie* G; *cottidie* V — 15. *nisi*] *in his* P; *in iis* G M V — 16. *placuleios* G M V — 18. *pertimescunt* G — 19. *facinerosis* P; cf. p. 863, 15. — *ex gentibus* P^1 M — *Affuit illa pulchritudo* G — 21. *etiam*] *iam* G M V — *senatū* G M V — 22. *ille* P^1 G M V: *ille*, *ille* P^2 O — *omnes ord.*] fort. *homines ord.* — 25. *ciuis* P^1: *ciui* P^2 — 26. *clusis* P. Cf. v. 15. — 27. *ego tunc populo* G — *tum*] *tunc* G M V — 28. *praecipite* P^1; *praecipisti* P^2 — 30. *populi*] *publico* Garatonius. — *quo* C: *quod* O — 31. *vis ** privati* nos: *uis inti priuati* P^1; *uis priuati* G M V; *uis intima priuati* P^2 O; *vis ultima privati* Manutius; *violentia privati* Th. Mommsenius; *uis in ciuis priuati* Halmius. Fort. *vis in Ti. Gracchum privati* cet. — 32. *mutius* G — *re putabatur* Halmius: *re .p. putabatur* P; *re publica putabatur* O. Cf. p. 869, 12. — 32. *gesta*] *re gesta* Halmius et Mommsenius; sed malo *re* ex praecedentibus cogitatione supplere. — 34. *decertando* P.

tandum fuit. 92. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. Ad servos, medius fidius, res publica venisset: tantum homines impios ex vetere illa coniuratione inustum nefariis mentibus bonorum odium tenebat.

Hic tu me etiam gloriari vetas: negas esse ferenda, quae soleam de me praedicare, et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum ac venustum, me dicere solere esse me Iovem eundemque dictitare Minervam esse sororem meam. Non tam insolens sum, quod Iovem esse me dico, quam ineruditus, quod Minervam sororem Iovis esse existimo. Sed tamen ego mihi sororem virginem adscisco: tu sororem tuam virginem esse non sisti. Sed vide ne tu te soleas Iovem dicere, quod tu iure eandem sororem et uxorem appellare possis. XXXV. 93. Et quoniam hoc reprehendis, quod solere me dicas de me ipso gloriosius praedicare, quis umquam audivit, cum ego de me nisi coactus ac necessario dicerem? Nam si, cum mihi furta, largitiones, libidines obiiciuntur, ego respondere soleo meis consiliis, periculis, laboribus patriam esse servatam, non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari quam de obiectis confiteri. Sed si mihi ante haec durissima rei publicae tempora nihil umquam aliud obiectum est nisi crudelitas mea unius temporis, cum a patria perniciem depuli, quid? me huic maledicto utrum non respondere an demisse respondere decuit? 94. Ego vero etiam rei publicae semper interesse putavi me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus consensu bonorum omnium pro salute patriae gessissem, splendorem verbis dignitatemque retinere, praesertim cum mihi uni in hac re publica audiente populo Romano opera mea hanc urbem et hanc rem publicam esse salvam iurato dicere fas fuisset. Exstinctum est iam illud maledictum crudelitatis, quod me non ut crudelem tyrannum, sed ut mitissimum parentem, omnium civium studiis desideratum, repetitum, arcessitum vident. 95. Aliud exortum est. Obiicitur mihi meus ille discessus: cui ego crimini respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim, pontifices, debeo dicere? Peccatine conscientia me profugisse? At id, quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res post natos homines pulcherrima. Iudicium populi pertimuisse? At nec propositum ullum fuit et, si fuisset, duplicata gloria discessissem. Bonorum mihi praesidium defuisse? Falsum est. Me mortem timuisse? Turpe est. XXXVI. 96. Dicendum igitur est id, quod non dicerem nisi coactus — nihil enim umquam de me dixi sublatius adsciscendae laudis causa potius quam criminis depellendi —, dico igitur et quam possum

---

2. *res p. venisset* Halmius: *res pervenisset* C O. Cf. p. 892, 27 et p. Sestio § 47: *nonne ad servos videtis rem p. venturam fuisse?* — 3. *odium tenebat* Hervagius: *odiumne tenebat?* P; *odium retinebat* G M V O — 8. *quam eruditus* C — 9. *mihi* om. G M V — *adscisco* P^1: *ascisco* P^2 G — 10. *sisti* P: *scisti* G M V; *sivisti* O — *soleas* C: *debeas* O — 12. *ipsam* P^1 — 14. *obiciuntur* P G V — 15. *seruatam* C: *conservatam* O — 17. *si*] *se* P^1 — *ante hoc* P^1 corr. eadem manu. — 18. *mea unius* Mommsenius: *ea unius* C; *illius* O — 21. *pulcherrimi*] *pulcherri* P^1 — *quod ex*] *quod ex quo ex* P; *quod ego consul ex* Halmius. — 23. *verbis*] *urbis* P — *retinerē* P — 25. *extinctum* C — 27. *accersitum* G V — 28. *exoratum* P^1 — *obicitur* P G V — 29. *mea*] *ea* P^1 — 30. *peccatine* Halmius: *peccati me* C O — *scientia* P — *me* P^1: om. P^2 G M V O — *At*] *ad* P V — 31. *crimini* P^1: *crimine* P^2 — 32. *At*] *ad* P G V — *nec* Mommsenius: *id nec* C O — 36. *adsciscendae* P^1: *asciscendae* P^2 G — 37. *totius* P.

maxima voce dico: Cum omnium perditorum et coniuratorum incitata vis duce tribuno pl., consulibus auctoribus, afflicto senatu, perterritis equitibus Romanis, suspensa ac sollicita tota civitate, non tam in me impetum faceret quam per me in omnes bonos, me vidisse, si vicissem, tenues rei publicae reliquias, si victus essem, nullas futuras. Quod cum iudicassem, deflevi coniugis miserae discidium, liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimae familiae ruinas, sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum civium remque publicam concidere unius discessu quam omnium interitu occidere malui: speravi, id quod accidit, me iacentem posse vivis viris fortibus excitari, si una cum bonis interissem, nullo modo posse rem publicam recreari. 97. Accepi, pontifices, magnum atque incredibilem dolorem: non nego, neque istam mihi adscisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebantur. An ego poteram, cum a tot rerum tanta varietate divellerer, quas idcirco praetereo, quod ne nunc quidem sine fletu commemorare possum, infitiari me esse hominem et communem naturae sensum repudiare? Tum vero neque illud meum factum laudabile nec beneficium ullum a me in rem publicam profectum dicerem, si quidem ea rei publicae causa reliquissem, quibus aequo animo carerem, eamque animi duritiam, sicut corporis, quod, cum uritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem. XXXVII. 98. Suscipere tantos animi dolores atque ea, quae capta urbe accidunt victis, stante urbe unum perpeti et iam se videre distrahi a complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas, patriae denique causa patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, praecipitari ex altissimo dignitatis gradu, videre praetextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris: haec omnia subire conservandorum civium causa atque ita, cum dolenter feras et sis non tam sapiens quam ii, qui nihil curant, sed tam amans tuorum ac tui quam communis humanitas postulat, ea laus praeclara atque divina est. Nam qui ea, quae numquam cara ac iucunda duxit, animo aequo rei publicae causa deserit, nullam benevolentiam insignem in rem publicam declarat: qui autem ea relinquit rei publicae causa, a quibus cum summo dolore divellitur, ei cara patria est, cuius salutem caritati anteponit suorum. 99. Quare — dirumpatur licet ista furia atque audiat

---

1. *maxuma* P — *incita* P V; *inciti* G M — *vis* om. G in lacuna sex fere litterarum. — 2. *auctoribus et adflicto* P^2 — 4. *omnis* P G — *tenuis* P G — 5. *nulla* P^1 — 7. *subitas .... fundatissimae* G — 8. *vitam*] *uitare* P^1 — 9. *r. q. p.* G — *concidere* G: *condere* P^1; *concedere* P^2 M V — 10. *malui*] *mlui* P^1; *melui* P^2 — 11. *vivis* C: *a vivis* O — *interissem* C: *interiissem* O — *nulla* P^1 — *rem p.* Naegelsbach: om. C O. Cf. p. 896, 7. — 12. *accepit* P^1 — 13. *adscisco* P^1: *ascisco* P^2 G — 14. *adflicto* P — 15. *a* om. P^1 M — 17. *inficiare* P G V — 19. *in re .p.* P; *in .rp.* G — 20. *quibus aequo animo carerem* om. G — *duriciam* P — 23. *etiam se* in rasura m. rec. P; *ac etiam se* G; *ipsum se* Halmius. — 24. *conplexu* P — *disturbare* P M V — 25. *denique* om. G M V — 26. *praetextos* P G V — *petentis* P M V — 28. *cum* P^1 G M; *tum* P^2; *tum cum* V; *ut* O — *dolenter feras et sis* nos: *dolenter asetsis* P^1 M V; *dolenter assis* P^2 G; *dolenter absis* O — 29. *hi* P M; *hii* V — 31. *est* G: *sit* M V; om. P O — 32. *beniuolentiam* P G — *in re .p.* P — 34. *diuelletur* P^1 — *cara patria est* P M: *curae patria est* G; *cura est patria* V; *patria cara est* O — 35. *quare* C: *Quare rem publicam* cum Lambino O — *dirumpatur* P V: *disrumpatur* G M O — *atque*] *simul atque* Halmius; fort. *furia atque* [*pestis patriae*], *audiat* cet.

haec ex me, quoniam lacessivit, — bis rem publicam servavi, qui consul togatus armatos vicerim, privatus consulibus armatis cesserim. Utriusque temporis fructum tuli maximum: superioris, quod ex senatus auctoritate et senatum et omnes bonos meae salutis causa mutata veste vidi; posterioris, quod et senatus et populus Romanus et omnes mortales et privatim et publice iudicarunt sine meo reditu rem publicam salvam esse non posse.

100. Sed hic meus reditus, pontifices, vestro iudicio continetur. Nam si vos me in meis aedibus collocatis, id quod in omni mea causa semper studiis, consiliis, auctoritatibus sententiisque fecistis, video me plane ac sentio restitutum: sin mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monumentum praebet inimico doloris mei, sceleris sui, publicae calamitatis, quis erit, qui hunc reditum potius quam poenam sempiternam putet? In conspectu prope totius urbis domus est mea, pontifices: in qua si manet illud non monumentum urbis, sed sepulcrum, inimico nomine inscriptum, demigrandum potius aliquo est quam habitandum in ea urbe, in qua tropaea de me et de re publica videam constituta. XXXVIII. 101. An ego tantam aut animi duritiam habere aut oculorum impudentiam possim, ut, cuius urbis servatorem me esse senatus omnium assensu totiens iudicarit, in ea possim intueri domum meam eversam non ab inimico meo, sed ab hoste communi, et ab eodem aedem exstructam et positam in oculis civitatis, ne umquam conquiescere possit fletus bonorum? Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata. † Et qui aliud? aequum accidisse populus Romanus Maelio iudicavit: nomine ipso Aequimaelii iustitia poenae comprobata est. Sp. Cassii domus ob eandem causam est eversa atque in eo loco aedis posita Telluris. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata est et eversa, ut illius facinoris memoria nomine loci notaretur. M. Manlius, cum ab adscensu Capitolii Gallorum impetum reppulisset, non fuit contentus beneficii sui gloria; regnum appetisse est iudicatus: ergo eius domum eversam duobus lucis convestitam videtis. Quam igitur maiores nostri sceleratis ac nefariis civibus maximam poenam constitui posse arbitrati sunt, eandem ego subibo ac sustinebo, ut apud posteros nostros non exstinctor coniurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar? 102. Hanc

---

1. *bis rem p. servavi, qui* Garatonius: *bis servavi, ut* C O — *armatus* P^1 — 4. *omnis* P G — *mutata*] *multa* P^1 — 8. *causa mea* G M V — 13. *prope* G M: *propter* P V; *praeterea* O — 14. *urbis* vel cum Ernestio delendum est vel cum Naegelsbachio scribendum *libertatis*. — 15. *i potius* P^1; *mihi potius* Halmius. — 16. *trophea* G M V — *de me* C: *et de me* O — 17. *duritiam* C: *duritiem* O. Cf. p. 888, 20. — 18. *inpudentiam* P — 19. *adsensu* P: om. G M V — *totiens* C: *toties* O — 21. *aedem* Lambinus: om. C O — *extructam* P G — *ne numquam* P G V; *ne utique* M — 22. *malii* P^1; *mallii* P^2 G; *malli* M V — *adpetentis* P — 23. *et qui* C: *Ecquid* O — *aecum* P — *p. R. Maelio* P V: *Maelio populus Romanus* O — *Maelio* (post *p. r.*) om. G (in lacuna quattuor fere litterarum) M — 24. *aequemeli* (*l* in rasura) P; *aeque in eis* G; *aeque mei* M V — *iustitia poenae* Halmius (coll. Valer. Max. VI, 3, 1): *stultitia poena* C; *stultitia poenā* O — *cassio* P M V — 25. *eo* P G: *eodem* M V O — *est* nos: om. C O — *aedis* P: *aedes* O — 26. *est* Lambinus (sed post v. *eversa*): om. C O — *pratis*] *patris* P^1 — 27. *facinoris memoria* nos: *facinus memoriae* P^1, *facinus memoria et* P^2 G M V O — *notaretur*] tres postremae syllabae in P additae sunt a m. sec. sed vetere; fort. *notata sit*. — *M. manilius* P M V; *M. anilius* G — 28. *ascensu* C — *capitoli* P^1 — *reppulisset* G: *repulisset* P M V O — 29. *adpetisse* P — *est* om. G M — 30. *locis* P^1 M — 31. *nefaris* P^1 — 32. *aput* P — *extinctor* P^2; *extinctores* P^1; *exstinctores* G — 33. *auctores et duces* P^1 G — *uideantur* P^1; *uideamur* G.

vero, pontifices, labem turpitudinis et inconstantiae poterit populi Romani dignitas sustinere vivo senatu, vobis principibus publici consilii, ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci ad memoriam poenae publice constitutae coniuncta esse videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem rei publicae fecerat, ex senatus sententia est interfectus; eius domus eversa et publicata est: in qua porticum post aliquanto Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Ista autem fax ac furia patriae, cum urbem Pisone et Gabinio ducibus cepisset, occupasset, teneret, uno eodemque tempore et clarissimi viri mortui monumenta delebat et meam domum cum Flacci domo coniungebat, ut, qua poena senatus affecerat eversorem civitatis, eadem iste oppresso senatu afficeret eum, quem patres conscripti custodem patriae iudicassent. XXXIX. 103. Hanc vero in Palatio atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunicii, sceleris consularis, crudelitatis coniuratorum, calamitatis rei publicae, doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? quam porticum pro amore, quem habetis in rem publicam et semper habuistis, non modo sententiis, sed, si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis, nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

104. O rem, quam homines soluti ridere non desinant, tristiores autem sine maximo dolore audire non possint! Publiusne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is meam intulit? Huncin vos, qui estis antistites caerimoniarum et sacrorum, auctorem habetis et magistrum publicae religionis? O di immortales! — vos enim haec audire cupio — P. Clodius vestra sacra curat? vestrum numen horret? res omnes humanas religione vestra contineri putat? Hic non illudit auctoritati horum omnium, qui adsunt, summorum virorum? non vestra, pontifices, gravitate abutitur? Ex isto ore religionis verbum excidere aut elabi potest? quam tu eodem ore, accusando senatum quod severe de religione decerneret, impurissime taeterrimeque violasti. XL. 105. Adspicite, pontifices, hominem religiosum et, si vobis videtur, quod est bonorum pontificum, monete eum, modum quendam esse religionis; nimium esse superstitiosum non oportere. Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, quod alienae domi fieret, invisere? quae autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut non putares deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses? quem umquam audisti maiorum tuorum, qui et sacra privata co-

---

1. *abem* P^1 — 2. *consili* P^1 — 3. *tulli* P — *fului* P; *M. Fulvii* Mommsenius. — 4. *publicae* P G — *iuncta* G M V — 5. *C.* om. G — *cracco* P; *gracco* M V — *ex* Garatonius: *et* C O — 6. *eius* C: *et eius* O — 7. *Q.*] *quintus* P — 8. *caepisset* P; *coepisset* G — 10. *et meam*] *meam et* P V; *meam etiam* G — *Flacci* C: *M. Flacci* O — 11. *adfecerat* P — *adficeret* P — 12. *patres conscripti*] *p. c.* (*c.* a correctore additum) P — 14. *tribuniciis* P^1 — 17. *habuisti* P — *sentis* P^1 — 19. *deterret* P^2 G V: *deterr* P^1; *deterreret* M — 20. *soluti*] *soluti a cura liberati* P; *soliti ac uestrae libertati* M; *soluti a cura et liberati* ed. Iuntina. — 21. *maxumo* P — *claudius* G M V — 22. *is*] *his* P^1 — *meam* C: *in meam* O. Cf. p. 788, 1. 893, 1 sq. 19 sq. de Offic. II. § 76. — *huncin* P M V: *huncine* G; *hunccine* O — 23. *estis*] *es* P^1 — 24. *di* P: *dii* O — 26. *omnis* P G — *continere* P V — *inludit* P — 27. *non*] *no* P^1 — 29. *quam* Lambinus: *cũ* C — 30. *inpurissime* P — *taeterrimeque* P^1: *teterrimeque* P^2 O — *aspicite* P V: *aspicite*, *aspicite* G M O — 34. *anilli* P^1 — 35. *inbecillitas* P V — 36. *inplicuisses* P — 37. *quae numquam* G V.

fuerunt et publicis sacerdotiis praefuerunt, cum sacrificium Bonae deae fieret, interfuisse? Neminem, ne illum quidem, qui caecus est factus. Ex quo intelligitur multa in vita falso homines opinari, quoniam ille, qui nihil viderat sciens, quod nefas esset, lumina amisit, istius, qui non solum adspectu, sed etiam incesto flagitio et stupro caerimonias polluit, poena omnis oculorum ad caecitatem mentis est conversa. Hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio, potestis, pontifices, non commoveri, cum suis dicat se manibus domum civis optimi evertisse et eam isdem manibus consecrasse?

106. Quae tua fuit consecratio? Tuleram, inquit, ut mihi liceret. Quid? non exceperas, ut, si quid ius non esset rogari, ne esset rogatum? Ius igitur statuetis esse unius cuiusque vestrum sedes, aras, focos, deos penates subiectos esse libidini tribuniciae? in quem quisque per homines concitatos irruerit, quem impetu perculerit, huius domum non solum affligere, quod est praesentis insaniae quasi tempestatis repentinae, sed etiam in posterum tempus sempiterna religione obligare? XLI. 107. Equidem sic accepi, pontifices, in religionibus suscipiendis caput esse interpretari, quae voluntas deorum immortalium esse videatur; nec est ulla erga deos pietas, si honesta deest de numine eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis, quod sit iniustum atque inhonestum, † arbitrare. Hominem invenire ista labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui meas aedes addiceret, cui traderet, cui donaret. Ipse cum loci illius, cum aedium cupiditate flagraret ob eamque causam unam [una] iusta illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisset, tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cuius cupiditate inflammatus erat, possidere: deos immortales existimatis, cuius labore et consilio sua ipsi templa tenuerunt, in eius domum afflictam et eversam per [vim] hominis sceleratissimi nefarium latrocinium immigrare voluisse? 108. Civis est nemo tanto in populo extra contaminatam illam et cruentam P. Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate me

3. *intellegitur* P G — *quoniam* Naegelsbach: *cum* C; *quum* O — 4. *uideret* G — *nefas sed luna* P[1] — 5. *aspectu* P G M — *et stupro* om. G — *caerimonias polluit* P V: *polluit caerimonias* G M O — 7. *pio testis* P[1]; *pio non potestis* (deleto in fine sententiae interrogationis signo) Halmius. — 8. *commouere* P[1] — *se dicat* G M V — 9. *isdem* P V: *iisdem* G M O — 10. *inquid* P[1] — 11. *ne*] *non* G M V — *rogari* Brissonius: *rogare* C O. Cf. p. 511, 11. — 12. *uniusque* P[1] — *sedes*] *domos. aedes* G; *domo sedes* M — 13. *sublatos* C — 14. *inruerit* P — 15. *adfligere* P — 16. *sempiterna religione* C: *religione sempiterna* O — 17. *equidem*] *haec quidem* P[1] G — *sic ante accepi* G — 18. *interpraetari* P[1] — 19. *si honesta deē de* nos: *si h. de* C; *nisi h. de* O — *honestas* G M — 20. *ab his* C — *atque*] *aut* G M — 21. *arbitrare* C: *arbitrere* O; *arbitramur oportere* Halmius. — *hominem .II.* (s. *enim*) *inuenire* G M V — *tenebant* P[1] — 22. *aedis* P G V — 23. *illius tum aedium* P G M — *flagraret*] *et flagra* P[1]; *efflagraret* G M; *efflagrata* V — 24. *una iusta*] *iusta* (om. *una*) G V; *universa* Lambinus; *inusta* Halmius coll. Pison. § 30. Milon. § 33. — 26. *cui. cupiditate* G — *Deos immortales existimatis, cuius labore et eum domum afflictam et aversam immigrare voluisse* Arusianus v. *Immigrat in domum* p. 239 ed. Lindem. — *immortalis* P — 27. *cui. labore* G — *sua*] *sum* P[1] — *ei. domum* G — 28. *adflictam* P — *uersam* P — *per vim hominis* C: *per unius hominis* O; *vim* Mommsenio auctore seclusimus. — 29. *inmigrare* P — *tanto in* C: *in tanto* O — 30. *extra contra contaminatam* P[1] — *clodi* P[1] V — 31. *adtigerit* P — *illa tempestate me* nos: *illa tempestatem* P[1]; *illā tempestatem* P[2]; *illa tempestate* (om. *me*) G M V (*illa me tempestate* Garatonius.)

defenderit: at qui aliqua se contagione praedae, societatis, emptionis contaminaverunt, nullius neque privati neque publici iudicii poenam effugere potuerunt. Ex his igitur bonis, ex quibus nemo rem ullam attigit, qui non omnium iudicio sceleratissimus haberetur, di immortales domum meam concupiverunt? Ista tua pulchra Libertas deos penates et familiares meos lares expulit, ut se ipsa tamquam in captivis sedibus collocaret? 109. Quid est sanctius, quid omni religione munitius quam domus unius cuiusque civium? Hic arae sunt, hic foci, hic di penates; hic sacra, religiones, caerimoniae continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas sit. XLII. Quo magis est istius furor ab auribus vestris repellendus, qui, quae maiores nostri religionibus tuta nobis et sancta esse voluerunt, ea iste non solum contra religionem labefactavit, sed etiam ipsius religionis nomine evertit.

110. At quae dea est? Bonam esse oportet, quoniam quidem est abs te dedicata. Libertas, inquit, est. Tu igitur domi meae collocasti quam ex urbe tota sustulisti? Tu, cum collegas tuos, summa potestate praeditos, vetares liberos esse, cum in templum Castoris aditus esset apertus nemini, cum hunc clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis usum, pontificem et consularem et singulari bonitate et modestia praeditum, quem satis mirari quibus oculis adspicere audeas non queo, audiente populo Romano a pedisequis conculcari iuberes, cum *me* indemnatum exturbares privilegiis tyrannicis irrogatis, cum principem orbis terrae virum inclusum domi contineres, cum forum armatis catervis perditorum hominum obsideres, Libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quae domus erat ipsa indicio crudelissimi tui dominatus et miserrimae populi Romani servitutis? Eumne potissimum Libertas domo sua debuit pellere, qui nisi fuisset, in servorum potestatem civitas tota venisset? XLIII. 111. At unde est inventa ista Libertas? quaesivi enim diligenter. Tanagraea quaedam meretrix fuisse dicitur: eius non longe a Tanagra simulacrum e marmore in sepulcro positum fuit. Hoc quidam homo nobilis, non alienus ab hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum aedilitatis suae deportavit: etenim cogitarat omnes superiores muneris splendore superare. Itaque omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis et communibus locis, ex tota Graecia

---

1. *atque* P^1 — *se* om. P^1 — 2. *iudici* P^1 — 3. *ex quibus* vetus cod. Lambini: *quibus* C; *quorum* O — 4. *dii* C O — 5. *concupierunt* G — 6. *se - - collocaret* Garatonius: *te - - collocaret* C; *a te - - collocaretur* O — 8. *di* P G: *dii* O — *sacrae* G M V — *religiones*] *legiones* P^1; *religionis* G M V — 10. *Quo*] *quod* P G V — *istius furor* P G M: *furor istius* V O — 13. *uertit* G M V — 14. *quoniam quidem* C: *quandoquidem* O — 15. *aps* P — *inquid* P^1 — *est* C: om. O — *tu* P: *eam tu* G M V O — 16. *Tu*] *tũ* G — 17. *uetares* Halmius: *negare* P; *negares* G M V O — 19. *beneficis* P^1 — *beneficiis populi* G V — 20. *et* (*t* in rasura) *modestia* P: *eadem modestia* G M V — *aspicere* P G V — 21. *audias* P^1 — *p. R.* P — *pedisequis* P^2: *pediequis* P^1; *pedissequis* G M V — 22. *indominato* P G V; *indominatu* M — *me* Halmius: om. C O — *priuilegis* P^1 — *inrogatis* P — 24. *obsideres* Graevius: *possideres* C O — 25. *ipsa* om. G M V — *iuditio* P — *crudelissimi tui* P G V: *tui crudelissimi* M O — 27. *nisi*] *nesi* P^1 — *potestate* P G M — 28. *At*] *ad* P^1 — *est inuenta ista* P: *est ista inuenta* G V; *est ista* (om. *inventa*) M; *inventa est ista* O (*ita* P^1) — 29. *quaesivi*] *quaestui* P (*stui* in rasura a sec. m. recentiore.) — 30. *Tanagra* nos: *tanacras* P; *tanagras* G V; *tanagreis* M; *Tanagris* O — 32. *omnis* P G — 33. *splendores* P — 34. *fani‸set* P — *communibus locis, ex tota Graecia* Halmius: *communibus tota Graecia* C; *communibus locis, tota e Graecia* O.

atque insulis omnibus honoris populi Romani causa sane frugaliter domum suam deportavit. 112. Is posteaquam intellexit posse se interversa aedilitate a L. Pisone consule praetorem renuntiari, si modo eadem prima littera competitorem habuisset aliquem, aedilitatem duobus in locis, partim in area, partim in hortis suis collocavit: signum de busto meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum magis istorum quam publicae libertatis. Hanc deam quisquam violare audeat, imaginem meretricis, ornamentum sepulcri, a fure sublatam, a sacrilego collocatam? haec me domo mea pellet? haec victrix afflictae civitatis rei publicae spoliis ornabitur? haec erit in eo monumento, quod positum est, ut esset indicium oppressi senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis? 113. O Q. Catule — patremne appellem ante an filium? recentior enim memoria filii est et cum meis rebus gestis coniunctior —, tantumne te fefellit, cum mihi summa et quotidie maiora praemia in re publica fore putabas? Negabas fas esse duo consules esse in hac civitate inimicos rei publicae: sunt inventi, qui senatum tribuno furenti constrictum traderent, qui pro me patres conscriptos deprecari et populo supplices esse edictis atque imperio vetarent, quibus inspectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur, qui denique ambustas fortunarum mearum reliquias suas domos comportari iuberent. 114. Venio nunc ad patrem. Tu, Q. Catule, M. Fulvii domum, cum is fratris tui socer fuisset, monumentum tuarum manubiarum esse voluisti, ut eius, qui perniciosa rei publicae consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Hoc si quis tibi aedificanti illam porticum diceret, fore tempus, cum is tribunus pl., qui auctoritatem senatus, iudicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentum consulibus non modo inspectantibus, verum adiuvantibus disturbaret everteret, idque cum eius civis, qui rem publicam ex senatus auctoritate consul defendisset, domo coniungeret, nonne responderes id nisi eversa civitate accidere non posse?

XLIV. 115. At videte hominis intolerabilem audaciam cum proiecta quadam et effrenata cupiditate. Monimentum iste umquam aut religionem ullam excogitavit? Habitare laxe et magnifice voluit duasque et magnas et nobiles domos coniungere. Eodem puncto temporis, quo meus discessus isti causam caedis eripuit, a Q. Seio contendit ut sibi

---

2. *is*] *his* P^1 — 3. *a L. Pisone*] *alpis se* P G V. In P posterior *s* est in rasura a sec. m. — 4. *aliquam* C — 5. *conlocauit* P — 6. *istorum*] *istorum licentiae* Marklandus coll. § 131. — 7. *audeat uiolare quisquam* G — *imaginem*] *et imaginem* C — 8. *sepulchri* G — *a* (ante *fure*) om. P G M — *conlocatam* P — 9. *victrix* Ernestius: *ultrix* C O — *adflictae* P — *spolis* P^1 — 11. *oppraessi* P — *sempiternae* G M V — 12. *ante* Mommsenius: om. C O — *recentior .H.* (i. e. *enim*) G: *recentior** P; *recentior hunc* M; *recentior est enim* (omissa voce *est* post v. *filii*) V — *est memoria filii* G — *fili* P^1 — 13. *meis rebus* C: *rebus meis* O — 14. *cotidie* (*idie* in rasura) P; *quotiens* G M — 15. *duo* P V: *duos* G M O — *cos* P V — 16. *sunt inventi* C: *duo sunt inventi* O — 17. *depraecari* P^1 — *populos* P — 19. *reliquas* P^1 — *tuas* P G V — 20. *domos* C: *in domos* O. Cf. v. 1 sq. p. 890, 22. — *comportare* G M V — *q. C. M. Q. Fuluii* G; *q. catule .M. quinti* margo G — 21. *fului* P^1 G^1 — *is*] *his* P^1 — 22. *pernitiosa* G — 23. *caepisse* P^1; *coepisset* G — 24. *deceret* P^1 — 25. *is*] *his* P^1 G — 27. *disturbare euertere* P M V; *disturbaret euertere* G; *disturbare, evertere auderet* Naegelsbach. — *eius quisque rem* G; *eius qui rem* M — 29. *accedere* P^1 — 30. *At*] *ad* P^1 — 31. *monimentum* P: *monumentum* O — *umquam - - excogitauit?* P G V: *nunquam - - excogitavit* M O — 32. *cogitavit* Lambinus. — 34. *a Q. Seio*] *adque seio* (*d* et *ue* in rasura) P^1; *ad q̃ ueseiũ* P^2; *atque ueseium* G; *atque seuere* M; *atque* V.

domum venderet: cum ille id negaret, primo se luminibus eius esse obstructurum minabatur. Affirmabat Postumus se vivo illam domum istius numquam futuram. Acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno apertissime sustulit: emit domum licitatoribus defatigatis prope dimidio carius quam aestimabatur. 116. Quorsum igitur haec oratio pertinet? Domus illa mea prope tota vacua est: vix pars aedium mearum decima ad Catuli porticum accessit. Causa fuit ambulatio et monumentum et ista Tanagraea oppressa libertate Libertas. In Palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum, cetera eius modi, facile ut omnium domos et laxitate et dignitate superaret: et homo religiosus, cum aedes meas idem emeret et venderet, tamen illis tantis tenebris non est ausus suum nomen emptioni illi adscribere. Posuit Scatonem illum, hominem sua virtute egentem, ut is, qui in Marsis, ubi natus est, tectum, cui imbris vitandi causa succederet, iam nullum haberet, aedes in Palatio nobilissimas emisse se diceret. Inferiorem aedium partem assignavit non suae genti Fonteiae, sed Clodiae, quam reliquit, quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate aut scelere perditus. Hanc vos, pontifices, tantam, tam variam, tam novam in omni genere voluntatem, impudentiam, audaciam, cupiditatem comprobabitis?

XLV. 117. Pontifex, inquit, adfuit. Non te pudet, cum apud pontifices res agatur, pontificem dicere, non collegium pontificum adfuisse, praesertim cum tribunus pl. vel denuntiare potueris vel etiam cogere? Esto: collegium non adhibuisti. Quid? de collegio quis tandem adfuit? Posuerat enim auctoritatem, quae est in his omnibus, * * * sed tamen auget et aetas et honos dignitatem: opus erat etiam scientia, quam si omnes consecuti sunt, tamen certe peritiores vetustas facit. 118. Quis ergo adfuit? Frater, inquit, uxoris meae. Si auctoritatem quaerimus, etsi id est aetatis, ut nondum consecutus sit, tamen quanta est in adolescente auctoritas, ea propter tantam coniunctionem affinitatis minor est putanda: sin autem scientia est quaesita, quis erat minus peritus quam is, qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat ma-

---

1. *primum* G M — 2. *obstricturum* P G V — *adfirmabat* P — 3. *adulescens* P — *quid*] *qui* P^1 — 4. *licitatoribus* Pantagathus: *litigatoribus* P G; *ligatoribus* V; *litigationibus* M — 5. *demedio* P^1 V — *aestimabatur* Garatonius: *aestimabat* cum signo interpunctionis compendio syllabae *ur* simillimo P; *aestimabat* G M V O — *quor*∗∗*sum* P — 6. *illa mea* C: *mea illa* O — 7. *pars aedium*] *praesidium* P — 10. *tricentum* P^2 — *eimodi* G V — 11. *et* ante v. *laxitate* om. G M — 12. *aedis* P G — Fort. *tamen in illis*. Cf. p. 867, 10. 909, 3. — 13. *adscribere* P^1: *ascribere* P^2; *asscribere* G — *posuit* C: *posuit scilicet* O — 14. *megentem* P^1 G M V — *is*] *his* P^1 — 15. *cui* Leon. Usterius: *qui* P G^1 M V; *quod* G^2 O — *inbris* G — *iam* C: om. O — 16. *aedis* P G V — *emisse se*] *emisisse* P^1; *emisisse se* P^2 — 17. *adsignauit* P — *fonitiae* G M — *reliquid* P^1 — 18. *numerum*] *merum* P — 19. *tantam*, *tam* Halmius: *tantam* P^1; *tam* P^2 G M V O — 20. *genere*] *gere* P — *inpudentiam* P — 21. *comprobatis* (erasis post hoc v. tribus fere litteris) G; *comprobati sunt* M V — 22. *inquid* P^1 — 23. *non* P^1: *et non* P^2 G M V — 24. *poteris* P^1 — 25. *Est* P^1 — 26. *auctoritatem quae* C: *auct. in uno, quae* C. Lacunam esse post v. *omnibus* vidit Mommsenius. — 27. *scientiā* P G^1 V — *si* C: *etsi* O — 28. *certe*] *arte* G; om. M — *peritioris* P^1 — 29. *inquid* P^1 — 30. *quanta quanta* Lambinus. — *adulescente* P — 31. *adfinitatis* P — 32. *putanda est* G M V — 33. *is*] *his* P^1 — *quo etiam tibi erit* P^1.

gis obstrictus beneficio recenti, cum se fratrem uxoris tuae fratri tuo germano antelatum videbat: etsi in eo providisti, ne frater te accusare possit. Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique * * adolescentem quemquam, cum haberes in collegio familiarissimos, adhibere potuisti? Adfuit is, si modo adfuit, quem tu impulisti, soror rogavit, mater coëgit. 119. Videte igitur, pontifices, quid statuatis in mea causa de omnium fortunis: verbone pontificis putetis, si is postem tenuerit et aliquid dixerit, domum unius cuiusque consecrari posse, an istae dedicationes et templorum et delubrorum religiones ad honorem deorum immortalium sine ulla civium calamitatė a maioribus nostris constitutae sint. Est inventus tribunus pl., qui consularibus copiis instructus omni impetu furoris in eum civem irruerit, quem perculsum ipsa res publica suis manibus extolleret. XLVI. 120. Quid, si qui similis istius — neque enim iam deerunt, qui imitari velint — quem mei dissimilem, cui res publica non tantum debeat, per vim afflixerit, domum eius per pontificem dedicaverit, id vos ista auctoritate constituetis ratum esse oportere? Dicitis: quem reperiet pontificem? Quid? et pontifex et tribunus pl. idem esse non potest? M. Drusus, ille clarissimus vir, tribunus pl. pontifex fuit: ergo si is Q. Caepionis inimici sui postem aedium tenuisset et pauca verba fecisset, aedes Caepionis essent dedicatae? 121. Nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, caerimoniis: non dissimulo me nescire ea, quae, etiam si scirem, dissimularem, ne aliis molestus, vobis etiam curiosus viderer: etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quae etiam ad nostras aures saepe permanant. Postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi: ibi enim postis est, ubi templi aditus est [valvae]. Ambulationis postes nemo umquam tenuit in dedicando: simulacrum autem aut aram si dedicasti, sine religione loco moveri potest. Sed iam hoc dicere tibi non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti.

XLVII. 122. Quamquam quid ego de dedicatione loquor? aut quid de vestro iure et religione contra, quam proposueram, disputo? Ego

---

3. *possit* C: *posset* O — 4. *non denique [alium praeter illum] adolescentem* Mommsenius. — *adulescentem* P — 6. *is* supra versum habet P — *is***si* G — *inpulisti* P — 8. *fortunis: verbone* nos: *fortunis. Verbone* ceteri. — *pontificis* P: *pontifices* G M V — *putetis* P G V: *putatis* O; om. M — *is*] *his* P¹ — *is postem*] *sponte* G V — 9. *posse, an* nos: *posse? An* ceteri. — 10. *inmortalium* G V — 11. *civium*] *cium* P¹ — 12. *sint* P G V: *sunt* M O — *constructus* G V — 13. *inruerit* P — 14. *qui* P G M: *quis* O; om. V — 15. *quem* P¹: *aliquem* P² G M V — 16. *ui*m* G; *uiam* M V — *adflixerit* P — 17. *dedicauerit* C: *dedicarit* O — 18. *dicitis* Nic. Angelius: *dicis* C; *dicetis* O — *repperit* P¹ G; *reperit* M V; *reppererit* P² — *et pontifex et tribunus pl. idem esse non potest* nos: *et tribunus pl. idem esse non potest* C; *et tribunus pl. idem esse non potest pontifex* O — 19. *vir* P G V: om. M O — 20. *si is Q.*] *si his que* P¹; *si isque* V — 20. 21. *scipionis* G M V — 21. *dicatae* G¹ M V — 22. *pontifitio* P — *dicationis* P — 23. *caerimoniis*] *et caerimonis* L; *de caerimoniis* Halmius. — 24. *dissimulo* P²: *dissimulosis* P¹; *dissimulo scis* G¹; *dissimulo scitis* G²; *dissimulo scires* M; *dissimulo sanctis* V — *me*] *meme* G — *alis* P¹ — *etsi*] *et* P¹ — *effluant* G M; *affluant* V — 27. *ubi*] *ibi* G V — *aditus templi* G V — *est valvae* C: *est et valvae* O; *sunt et valvae* Halmius. — *ambutationis* P G¹; *ambo rationis* M — 28. *nemo uit qua tenuit* G¹; *ne mouit quam tenuit* V; *ne mouit quas tenuit* G² M — *simulachrum* G — *aram*] *taurum* G; *aurum* M V — 29. *tibi dicere* G V — 30. *postem*] *post* cum vacuo spatio unius litterae (ẽ) G — 31. *egoededicatione* P G; *ego edicatione* V — *loquor -- disputo* Manutius: *loquar -- disputabo* C O — 32. *quam*] *quod* M; om. G V.

vero, si omnia sollemnibus verbis, veteribus et proditis institutis acta esse dicerem, tamen me rei publicae iure defenderem. An, cum tu eius civis discessu, cuius unius opera senatus atque omnes boni civitatem esse incolumem totiens iudicassent, oppressam taeterrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus rem publicam teneres, domum eius, qui patriam a se servatam perire suo nomine noluisset, per pontificem aliquem dedicasses, posset recreata res publica sustinere? 123. Date huic religioni aditum, pontifices: iam nullum fortunis communibus exitum reperietis. An, si postem tenuerit pontifex et verba ad religionem deorum immortalium composita ad perniciem civium transtulerit, valebit in iniuria nomen sanctissimum religionis: si tribunus pl. verbis non minus priscis et paene sollemnibus bona cuiuspiam consecrarit, non valebit? Atqui C. Atinius patrum memoria bona Q. Metelli, qui eum ex senatu censor eiecerat, avi tui, Q. Metelle, et tui, P. Servili, et proavi tui, P. Scipio, consecravit foculo posito in rostris adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuni pl. ductus ex nonnullis perveterum temporum exemplis fraudi Metello fuit, summo illi et clarissimo viro? Certe non fuit. 124. Vidimus hoc idem Cn. Lentulo censori tribunum pl. facere: numqua igitur is bona Lentuli religione obligavit? Sed quid ego ceteros? Tu, tu, inquam, capite velato, contione advocata, foculo posito bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum Persarumque donaras, consecrasti. Quod si tum nihil est actum, quid in meis bonis agi potuit? sin est ratum, cur ille gurges, helluatus tecum simul rei publicae sanguine, ad caelum tamen exstruit villam in Tusculano visceribus aerarii, mihi meas ruinas, quarum ego similem totam urbem esse passus non sum, adspicere non licuit? XLVIII. 125. Omitto Gabinium: quid? exemplo tuo bona tua nonne L. Ninnius, vir omnium fortissimus atque optimus, consecravit? Quod si, quia ad te pertinet, ratum esse negas oportere, iura constituisti in praeclaro tribunatu tuo, quibus in te conversis recusares, alios everteres: sin ista consecratio legitima est, quid est quod profanum in tuis bonis esse possit? An consecratio nullum habet ius, dedicatio est religiosa? Quid ergo illa tua tum obtestatio

---

1. *sollempnibus* G — *proditis* Naegelsbach: *praeditis* C; *priscis* O — 2. *defenderem iure* G V — *tu cum* G; *tun cum* V — 4. *totiens* C: *toties* O — *taeterrimo* P^1: *teterrimo* O — 5. *cos.* P — *tenere* P^1 — 6. *noluisse* P^1 — *aliquam* P — 7. *dedicasset* P^1 G^1 M V — *Date*] *De* P — *huic* P^1: *hac* vel *huc* P^2 — 8. *religione* P^1 — 9. *reperiretis* P; *repperietis* G; *reperires* V — 10. *trastulerit* G — *valebit in iniuria nomen sanctissimum* ed. Veneta altera: *ualebit iniuria nomen sanctissimum* C (sed P litteras *en* a secunda m. habet); *ualebit iniuria nomine sanctissimo* Halmius; *valebit ad iniuriam nomen sanctissimum* O. Cf. p. 902, 3. — 12. *paene*] *plane* Lambinus; malim *aeque*. — *sollempnibus* G; *obsoletis* Halmius. — *cuiuspiam* C: *civis cuiuspiam* O — 14. *reicerat* P^1, *reiecerat* P^2 G M V — 16. *num*] *non* G — *ex*] *ea* P^1 — 19. *numqua* nos: *numquã* C: *numquid* O — *is*] *his* P^1 — *religione* M: *religioni* P G V; *religionibus* O — 20. *contione* P: *concione* O — 21. *gabini* P — *omni* P^1 — 22. *donas* P G; *dona* M V — *si tu nihil es* P G; *si tum nichil es* V — 23. *helluatus* P G: *heluatus* O — 24. *sanguine* C: *sanguinem* O. Cf. de Finn. III § 7. — *extruxit* G M V — 25. *aerari* P^1 — *esse* om. G M — 26. *maspicere* (littera *m* deleta et *p* in rasura) P; *aspicere* G M V — 27. *tuo*] *tua* P; om. G M V — *bona tua* P M: *tua bona* G V — *L. Ninnius* Garatonius: *L. nunnius* P G V; *lutius* M. Cf. p. 831, 26. — 28. *quia te* P^1 — 29. *oportere, iura* nos: *oporter ei iura* G^1; *oportere ei iura* P M V; *oportere ea iura* G^2 O — *tribuna tuo* P — 30. *euertere sin ista consecratio* G^2; *euerteres in ista consecratione* P; *reuertere sin ista consecratio* G^1 M V — *everteres: sin* nos: *euerteres? sin* O — 32. *ius* om. C; *nullam habet religionem* Lambinus; *nullam vim habet* Garatonius. — *ego* P.

tibicinis? quid foculus? quid preces? quid verba prisca voluerunt? ementiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad hominum ** timoremque voluisti? Nam si est illud ratum — mitto Gabinium —, tua domus certe et quidquid habes aliud Cereri est consecratum: sin ille ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris aut ementiundo aut stuprando? 126. Iam fateor, inquit, me in Gabinio nefarium fuisse. Quippe vides poenam illam a te in alium institutam in te ipsum esse conversam. Sed homo omnium scelerum flagitiorumque documentum, quod in Gabinio fateris, cuius impudicitiam pueritiae, libidines adolescentiae, dedecus et egestatem reliquae vitae, latrocinium consulatus vidimus, cui ne ista quidem ipsa calamitas iniuria potuit accidere, id in me infirmas et gravius esse dicis, quod uno adolescente quam quod contione tota teste fecisti?

XLIX. 127. Dedicatio magnam, inquit, habet religionem. Nonne vobis Numa Pompilius videtur loqui? Discite orationem, pontifices, et vos, flamines: etiam tu, rex, disce a gentili tuo, quamquam ille gentem istam reliquit, sed tamen disce ab homine religionibus dedito ius totum omnium religionum. Quid? in dedicatione nonne et quis dedicet et quid et quo modo quaeritur? An tu haec ita confundis et perturbas, ut quicumque velit, quod velit, quo modo velit, possit dedicare? quis eras tu, qui dedicabas? quo iure? qua lege? quo exemplo? qua potestate? ubi te isti rei populus Romanus praefecerat? Video enim esse legem veterem tribuniciam, quae vetet iniussu plebis aedes, terram, aram consecrari. Neque tum hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, sensit neque suspicatus est fore periculum, ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium consecrarentur. Neque enim id fieri fas erat neque quisquam fecerat neque erat causa, cur prohibendo non tam deterrere videretur quam admonere. 128. Sed quia consecrabantur aedes, non privatorum domicilia, sed quae sacrae nominantur, consecrabantur agri, non ita ut nostra praedia, si qui vellet, sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret, statuebantur arae, quae religionem afferrent ipsae, si loco essent consecratae, haec nisi plebes iussisset, fieri vetuit.

---

1. *praeces* P^1 — *verba prisca* Halmius: *prisca* C; *prisca verba* O — 2. *nomine* Mommsenius. — *timoremque* P^1: *timorem qui* P^2 G M V; *timorem quid* O; *timorem* Manutius; *metum timoremque* Halmius. — 4. *quicquid* P — *cereri est* C: *est Cereri* O — *ille* P G M: *ille tibi* V O — 5. *inpurius* P G — *religionis* G^1 V — *omnis* P G V — *ementiundo* P G V: *ementiendo* O — 6. *aut*] *au* G — *inquid* P — *me in Gabinio* C: *in Gabinio me* O — 8. *flagiciorumque* P — 9. *inpudicitiae* P G — *libidinis* G V — *adulescentiae* P G — 11. *calamitas iuria* P^1; *calamitas in iniuria* M; *calamitatis iniuria* P^2 G V — 12. *adulescente* P — *contione* P: *concione* O — 13. *tota teste fecisti* P^2: *tota este fecisti* P^1; *tota est effecisti* G^1 V; *tota effecisti* G^2 M — 14. *inquid* P — *inquit magnam* G V — 15. *ponpilius* P — 16. *ut rex*] *turpex* P^1 — *a gentiliatu* P (super *a* littera *t* m. sec. superscripta); *a gentili actu* V; *a gentiliūtu* G; *a gentili ambitu* M — 17. *reliquid* P^1 — *ius totum omnium religionum* G^2 M: *iustotum omnium religionum* P G^1 V; *iusto, tum omnium religionum perito* O — 18. *dedicationē* G M — *nonne quis* G — *dedicet* nos: *dicit* C O. Cf. v. 20 et § 138. — *et quid et*] *et qui* C — 20. *posset* P^1 — 22. *praefecerunt* G V; *praefecerant* M — 23. *quae uetet iniussu*] *quē te* (erasa in fine littera *t*) *iniussu* G; *quae tetinius iussu* M; *quem tetinius* (om. *iussu*) V — *aedis* P G — *consecrari* nos: *consecrare* C O. Cf. p. 898, 5. — 24. [*ille*] O — *Q.*] *quae* P^1; *q̄* P^2 — 25. *indempnatorum* G — 27. *terrere* G V — 29. *priuatarum* C; *privata* Mommsenius. — 30. *qui* C: *quis* O — 31. *adferrent* P — 32. *ipsae si* Naegelsbach: *ipsi si* C; [*ipso*] *si* O — *plebes* G M V: *plebs* P O — *iussissent* G M.

Quae si tu interpretaris de nostris aedibus atque agris scripta esse, non repugno. Sed quaero, quae lex lata sit, ut tu aedes meas consecrares? ubi tibi haec potestas data sit? quo iure feceris? Neque ego nunc de religione, sed de bonis omnium nostrum, nec de pontificio, sed de iure publico disputo. L. Lex Papiria vetat aedes iniussu plebis consecrari. Sit sane hoc de nostris aedibus ac non de publicis templis. Unum ostende verbum consecrationis in ipsa tua lege, si illa lex est ac non vox sceleris et crudelitatis tuae. 129. Quod si tibi tum in illo rei publicae naufragio omnia in mentem venire potuissent aut si tuus scriptor in illo incendio civitatis non syngraphas cum Byzantiis exsulibus et cum legatis Brogitari faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet, esses omnia, si minus re, at verbis legitimis consecutus. Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, foedera feriebantur provinciarum, regum appellationes venales erant, servorum omnium vicatim celebrabatur tota urbe descriptio, inimici in gratiam reconciliabantur, imperia adscribebantur nova iuventuti, Q. Seio venenum misero parabatur, de Cn. Pompeio, propugnatore et custode imperii, interficiendo consilia inibantur, senatus ne quid esset, ut lugerent semper boni, ut capta res publica consulum proditione vi tribunicia teneretur. Haec cum tot tantaque agerentur, non mirum est, praesertim in furore animi et caecitate, multa illum et te fefellisse.

130. At videte, quanta sit vis huius Papiriae legis in re tali, non qualem tu affers, sceleris plenam et furoris. Q. Marcius censor signum Concordiae fecerat idque in publico collocarat. Hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium vestrum consuluit, numquid esse causae videretur, quin id signum curiamque Concordiae dedicaret. LI. Quaeso, pontifices, et hominem cum homine et tempus cum tempore et rem cum re comparate. Ille erat summa modestia et gravitate censor: hic tribunus pl. scelere et audacia singulari. Tempus illud erat tranquillum et in libertate populi et gubernatione positum senatus: tuum porro tempus libertate populi Romani oppressa, senatus auctoritate deleta. 131. Res illa plena iustitiae, sapientiae, dignitatis; censor enim, penes quem maiores nostri, id quod tu sustulisti, iudicium senatorum de dignitate esse voluerunt, Concordiae signum volebat in curia curiamque

---

1. *tui* P^1 — *interpraetaris* P — *scriptam* P (*Quam si -- scriptam esse* Halmius.) — 2. *aedis* P — 4. *pontifitio* P — 5. *aedis* P G V — *in iniussu* G — 10. *byzantis* P M; *bizantis* G^1 V; *bizantiis* G^2 — *exulibus* P G — 11. *Brogitari* Halmius: *rogitaris* P^1; *rogitatis* P^2 G M V; *regiis* O. Cf. de harusp. resp. § 28. p. Sestio § 56. — 14. *servorum*] *sermones* P M V; *sermone* (erasa in fine littera) G — 15. *nimici* P^1 — 16. *imperi* P^1 — *adscribebantur* P^2: *adscriberentur* P^1; *ascribebantur* G — *iuuentuteq. seio uenenum* P; *iuuentute quẽ se ouenenum* G; *iuuentute quae se o uenenum* M; *iuuentutem quem sed uenenum* V — 17. *imperi* P^1 — 18. *semper boni* C: *boni semper* O — 19. *vi*] *ut* P — 22. *At*] *Ad* P^1 — *sit uis* C: *vis sit* O — 23. *adfers* P — *Q.*] *que* G; *quae* M V — *marcius* P^2: *margius* P^1; *martius* G M — 24. *idqui* P^1 — *conlocarat* P — 25. *transtulissed* P^1 — 26. *signum in curiam concordiae* G M; *signum concordie in curiam* V — 30. *et* ante *gubernatione* supra versum a m. sec. sed vetere habet P — 31. *oppraessa* P — 32. *illa res* G V — 33. *senatorum* nos: *senator* P^1; *senatorium* V; *senatus* G M O — 34. *esse*] *his esse* P^1 — *uolebat in curiamque* P^1 (*curia* superscr. a sec. m.); *in curia uolebat curiamque* G M V: *uolebat in curia aramque* Car. Stephanus; cf. tamen v. 26.

ei deae dedicare: praeclara voluntas atque omni laude digna; praescribere enim se arbitrabatur, ut sine studiis dissensionis sententiae dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilii religione Concordiae devinxisset: tu cum ferro, cum metu, cum edictis, cum privilegiis, cum praesentibus copiis perditorum, absentis exercitus terrore et minis, consulum societate et nefario foedere servitute oppressam civitatem teneres, Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiae quam ad simulationem religionis. Ille in curia, quae poterat sine cuiusquam incommodo dedicari, ** tu in civis optime de re publica meriti cruore ac paene ossibus simulacrum non libertatis publicae, sed licentiae collocasti. 132. Atque ille tamen ad collegium rettulit: tu ad quem rettulisti? Si quid deliberares, si quid tibi aut piandum aut instituendum fuisset religione domestica, † tamen instituto ceterorum vetere ad pontificem detulisses: novum delubrum cum in urbis clarissimo loco nefando [quodam atque inaudito] instituto inchoares, referendum ad sacerdotes publicos non putasti? At si collegium pontificum adhibendum non videbatur, nemone horum tibi idoneus visus est, qui aetate, honore, auctoritate antecellunt, ut cum eo de dedicatione communicares? quorum quidem tu non contempsisti, sed pertimuisti dignitatem. LII. An tu auderes quaerere ex P. Servilio aut ex M. Lucullo, quorum ego consilio atque auctoritate rem publicam consul ex vestris manibus ac faucibus eripui, quibusnam verbis aut quo ritu, primum hoc dico, civis domum consecrares, deinde civis eius, cui princeps senatus, tum autem ordines omnes, deinde Italia tota, post cunctae gentes testimonium huius urbis atque imperii conservati dedissent? 133. Quid diceres, o nefanda et perniciosa labes civitatis? «Ades, Luculle, Servili, dum dedico domum Ciceronis, ut mihi praeeatis postemque teneatis.» Es tu quidem cum audacia, tum impudentia singulari, sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent, cum te viri, qui sua dignitate personam populi atque auctoritatem imperii sustinerent, verbis gravissimis proterruissent neque sibi fas esse

---

1. *ei*] priorem litteram in rasura habet P — *laudae* P^1 — *digna* om. P G V — 2. *arbitrabantur* P G; *arbitrantur* M — *discessionis* G^1 V — 3. *consili* P^1 — 4. *deuinxissed* P^1 — *adictis* P^1; *addictis* P^2 G V; *additis* G^1 M — *priuilegis* P^1 — 5. *apsentis* P — *consulum*] *cũ* G — 6. *oppraessam* P — 7. *inpudentiae* P; *impudicitiae* M V — 9. *dedicari* tu in ciuis* G: *dedicarit uin ciuis* P; *dedicarit tu cuius* M; *dedicarit tui ciuis* V; *dedicabat: tu in* O; *dedicavit: tu in* Klotzius; *dedicari, signum Concordiae, tu in civis* Naegelsbach. — 11. *retulit - - retulisti* C O — *tu*] *tua* P^1 — 12. *delibrares* P — *fuissed* P^1 — 13. post *domestica* in P unum verbum erasum est; *tamen inst. ceterorum* in inferiore margine addita sunt a m. recentiore. — *ueterem* M; *uterere* P G V. In P litterae *ute* sunt ex correctura. — *detulisses novum*] litteras *et* et *nou* e correctura habet P, *nou* in rasura sex fere litterarum. — 14. *nefando*] *o* in rasura habet P — *quodam atque inaudito* supra versum habet P^2. Halmius (*Rhein. Mus. N. F.* X, p. 347) totum locum sic restituendum censet: *Si quid - - domestica, more uetere ad pontificem detulisses: nunc nouum delubrum cum in urbis clarissimo loco nefando [tuo] instituto* cet. — 16. *nemone*] *nemo* P^1 — 17. *qui aetate*] *quaetante* P^1 — 18. *ut* om. C — *de dedicatione* Halmius: *dedicationem* C O — *communicare* (littera *s* erasa) G — 19. *set* (*s* in rasura) P — 21. *facibus* P G V — 22. *consecrares*] postremam litteram in rasura habet P — 23. *deinde*] *de* G^1 M V; *dein* G^2 — *tum autem* P M: *tu autem* G V; *cui etiam* O — *ordines omnes* om. G M V — 24. *imperi* P^1 — 25. *qui diceres* P — 26. *ades* P^1 G M V: *ades, ades* P^2 O — 27. *aut mihi praeeatis aut postem teneatis* habet Arusianus M. s. v. *Praeeo tibi.* — *pareatis* C — *ostemque* P^1 — 28. *inpudentia* P — *uoltus* P — 29. *populi* C: *populi Romani* O — *imperi* P^1 — 30. *proterruissent* P G: *perterruissent* M V O.

dixissent furori interesse tuo atque in patriae parricidio excellere. 134. Quae cum videres, tum te ad tuum affinem, non delectum a te, sed relictum a ceteris contulisti. Quem ego tamen credo, si est ortus ab illis, quos memoriae proditum est ab ipso Hercule, perfuncto iam laboribus, sacra didicisse, in viri fortis aerumnis non ita crudelem fuisse, ut in vivi etiam et spirantis capite bustum suis manibus imponeret: qui aut nihil dixit nec fecit omnino poenamque hanc maternae temeritatis tulit, ut mutam in delicto personam nomenque praeberet, aut, si dixit aliquid verbis haesitantibus postemque tremibunda manu tetigit, certe nihil rite, nihil caste, nihil more institutoque perfecit. Viderat ille Murenam, vitricum suum, consulem designatum, ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia afferre: audierat ex illo, se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. 135. Quare quis est, qui existimare possit huic novo pontifici primam hanc post sacerdotium initum religionem instituenti vocemque mittenti non et linguam obmutuisse et manum obtorpuisse et mentem debilitatam metu concidisse, praesertim cum ex collegio tanto non regem, non flaminem, non pontificem videret fierique particeps invitus alieni sceleris cogeretur et gravissimas poenas affinitatis impurissimae sustineret?

LIII. 136. Sed ut revertar ad ius publicum iudicandi, quod ipsi pontifices semper non solum ad suas caerimonias, sed etiam ad populi iussa accommodaverunt, habetis in commentariis vestris, C. Cassium censorem de signo Concordiae dedicando ad pontificum collegium rettulisse eique M. Aemilium pontificem maximum pro collegio respondisse, nisi eum populus Romanus nominatim praefecisset atque eius iussu faceret, non videri eam posse recte dedicari. Quid? cum Licinia virgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio praedita, T. Flaminio Q. Metello consulibus aram et aediculam et pulvinar sub Saxo dedicasset, nonne eam rem ex auctoritate senatus ad hoc collegium Sex. Iulius

---

1. *interesse** P — *excellere* nos: *et scelere* C O — 2. *adfinem* P; *afinem* G¹ — *deiectum* C — 3. *quem ego -- sacra didicisse* Servius ad Vergilii Aeneidem VIII, 269. — *quem*] *quae* P¹ — 4. *iam* omisit Servius. — 5. *dedisse* C — *non ita -- imponeret* habet Arusianus p. 239 ed. Lindem. s. v. *imposuit in illa re.* — 6. *ut in vivi etiam et spirantis* M: *ut in uiui etiam spirantis* (*msp* in rasura) P; *ut in uiui etiam surantis* G; *ut unum etiam surantis* V; *ut uiuentis etiam et spirantis* Arusianus; *ut in uiventis etiam et spirantis* O — *capite bustum* Garatonius: *capitibustum* P G M; *capitibus cum* V et Arusiani cod. Neapolitanus; *capitibus eum* Arusiani cod. Gudianus; *caput bustum* O — *suis nauibus* Arusiani cod. Gudianus. — *inponeret* P — 7. *nec* P G M: *aut* V O — 8. *mutuam* C — 9. *manu tetigit tremebunda* G V — *tremibunda* P: *tremebunda* O; cf. Lachmann ad Lucret. p. 23. — 10. *perficit* P¹ — 11. *me* om. G — 12. *communibus* G¹ — *adferre* P — 13. *accepisseparatim* P¹ (prior *p* in rasura). — *i***terum* P — 15. *nonne et* P¹ G M V — 16. *ommutuisse* P — *optorpuisse* P V — 18. *fieriquae* P¹ — *inuitus alieni sceleris* P G V: *alieni sceleris inuitus* M O — 19. *adfinitatis* P — *inpurissimae* P; *impurissime* G — 20. *iudicandi* P G V (*ius* aliquid *publicum* esse *iudicandi*): *dedicandi* M O — 21. *ad*] *a* P¹ — 22. *iussa* om. G M V — *C.* om. G — 23. *pontificium* P¹ — *retulisse* C O — 24. *eique*] *ei* in rasura a m. sec. habet P; fort. *atque.* — *pontificium* P¹; *pontificum* P² — 25. *eum* om. G M V — *iussa* M V — 26. *eam* (Concordiam) nos: *ea* C O — *posse recte* P G V: *recte posse* O (*recte* om. M) — *lucinia* G¹ M V — 27. *praedita T.*] *praeditatio* (*tio* in rasura) P; *praedicatio* V — *flaminiq. metellos* P¹; *flaminioq. metellus* P²; *flaminio Q. metello* G M; *flamminioque metello* V — 28. *cos.* P — *saxo* C: *saxo sacro* O. Cf. Ovid. Fast. V, 150. — *dedicasset*] *t* in rasura habet P; *dedicassent* G¹ M V — 29. *nonne* C: *non* O.

praetor rettulit? cum P. Scaevola pontifex maximus pro collegio respondit «quod in loco publico Licinia C. f. iniussu populi dedicasset, sacrum non viderier.» Quam quidem rem quanta severitate quantaque diligentia senatus **, ex ipso senatus consulto facile cognoscetis. S. C. 137. Videtisne praetori urbano negotium datum ut curaret, ne id sacrum esset et ut, si quae essent incisae aut inscriptae litterae, tollerentur? O tempora! o mores! Tum censorem, hominem sanctissimum, simulacrum Concordiae dedicare pontifices in templo inaugurato prohibuerunt, post autem senatus in loco augusto consecratam iam aram tollendam ex auctoritate pontificum censuit neque ullum est passus ex ea dedicatione litterarum exstare monumentum: tu, procella patriae, turbo ac tempestas pacis atque otii, quod in naufragio rei publicae, tenebris offusis, demerso populo Romano, everso atque eiecto senatu, dirueris, aedificaris, religione omni violata religionis tamen nomine contaminaris, in † hisce rebus ut in urbe, quam suis laboribus ac periculis conservasset, monumentum deletae rei publicae collocaris, † ab aequitum nota doloris bonorum omnium sublato Q. Catuli nomine incideris, id sperasti rem publicam diutius quam, quoad mecum simul expulsa careret his moenibus, esse laturam?

LIV. 138. Ac si, pontifices, neque is, cui licuit, neque id, quod fas fuit, dedicavit, quid me attinet iam illud tertium, quod proposueram, docere, non iis institutis ac verbis, quibus caerimoniae postulant, dedicasse? Dixi a principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito pontificum iure dicturum. Quae sunt adhuc a me de iure dedicandi disputata, non sunt quaesita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumpta de medio, ex rebus palam per magistratus actis ad collegiumque delatis, ex senatus consulto, ex lege. Illa interiora iam vestra sunt, quid dici, quid † praere, quid tangi, quid teneri ius fuerit. 139. Quae si omnia e Ti. Coruncanii scientia, qui peritissimus pontifex fuisse dicitur, acta esse constarent aut si M. Horatius ille Pul-

---

1. *rettulit* P: *retulit* O — *cum*] *tum* G — 2. *quid* P; *si quid* Mommsenius. — *C. f.* P G: *Caii filia* O — 3. *viderier*] *rier* in rasura a m. sec. habet P; *uiderier esse* G M; *uideretur esse* V — *qua* M; *quia* V — *re* P^1 G M V — 4. *senatus* C: *senatus sustulerit* O; *senatus persecutus sit* Lambinus; *senatus egerit* Halmius. — *senatus consulto*] *s. c.* P — *cognoscetis. S. C.* nos: *cognoscetis* C; *cognoscetis. Recita senatus consultum.* SENATVS CONSVLTVM cum Lambino O — 6. *et ut si quae* P^2: *etusiquae* P^1; *et utique* G^1 V; *et uti quae* G^2 — *littaerae* P; *literae* O — 9. *iam* nos: *eam* C O — 11. *litterarum* P: *literarum* O; sic ubique. — *extare* C — *turba* P^1 — 12. *paci* P — *oti* P; *odii* G M V — *in naufragio, rei publicae tenebris* cum Graevio O; sed cf. p. 894, 13. 898, 8. — *demersos* P^1; *dimerso* G V — 13. *p. R.* P — 14. *religioni* G — *religionis* Marklandus: *rei* (*i* in rasura) P, addita littera *p* supra versum a manu seculi XV; *Res* G M V — *hisce rebus ut* C: *civis huiusce aedibus et* O — 15. *urbe quam*] *urbem* P^1 — *consecrasset* C — 16. *delatae* P^1 M — *collocaris* corr. in *collocares* G — *ab aequitum nota doloris* P: *ab* (*ob* M) *equitum notam doloris* G M V; *ad equitum notam, ad dolorem* O — 17. *sublato Q. Catuli* nos: *sublatoq. catuli* C; *sublatoque Q. Catuli* O — *incideris* corr. in *incideres* G — 18. *his*] *hic* P G — 20. *Ac* C: *at* O — *neque is*] *nequis* P G — *neque id*] *nequid* P — 21. *quid*] *qui* P^1 — *me*] *ad me* G; *a me* (deleta *a*) V — 22. *iis* Lambinus: *his* C O — 23. *dedicasse. Sed dixi* G M V — 24. *apscondito* P — *pontificum iure* P: *iure pontificum* G M V O — *a* in rasura habet P; *ad* G — 27. *s. c.* P — 28. *praere* P^1: *praecipere* P^2 G V; *percipere* M; *praecipi* O; *praeiri* Halmius (coll. § 133); *praeberi* Mommsenius. — 29. *omnia e Ti. Coruncanii* nos: *omnia et coruncanis* P; *omnia et quorum canii* G; *omnia ex Coruncanii* O — 30. *constaret* Lambinus. Cf. p. 61, 31. — *si M.*] *sim* G — *Horatius*] *hortatus* P^1; *ortatus* G M V.

villus, qui, cum eum multi propter invidiam fictis religionibus impedirent, restitit et constantissima mente Capitolium dedicavit, huius modi alicui dedicationi praefuisset, tamen in scelere religio non valeret, ne valeat id, quod imperitus adolescens, novus sacerdos, sororis precibus, matris minis adductus, ignarus, invitus, sine collegis, sine libris, sine auctore, sine fictore, furtim, mente ac lingua titubante fecisse dicatur, praesertim cum iste impurus atque impius hostis omnium religionum, qui contra fas et inter viros saepe mulier et inter mulieres vir fuisset, ageret illam rem ita raptim et turbulente, uti neque mens neque vox neque lingua consisteret. LV. 140. Delatum est ad vos, pontifices, et post omnium sermone celebratum, quem ad modum iste praeposteris verbis, ominibus obscenis, identidem se ipse revocando, dubitans, timens, haesitans, omnia aliter ac vos in monumentis habetis et pronuntiarit et fecerit. Quod quidem minime mirum est, in tanto scelere tantaque dementia ne audaciae quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Etenim si nemo umquam praedo tam barbarus atque immanis fuit, qui cum fana spoliasset, deinde aram aliquam in litore deserto somniis stimulatus aut religione aliqua consecraret, non horreret animo, cum divinum numen scelere violatum placare precibus cogeretur, qua tandem istum perturbatione mentis omnium templorum atque tectorum totiusque urbis praedonem fuisse censetis, cum pro detestatione tot scelerum unam aram nefarie consecraret? 141. Non potuit ullo modo — quamquam et insolentia dominatus extulerat animos et erat incredibili armatus audacia — non in agendo ruere ac saepe peccare, praesertim illo pontifice magistro, qui cogeretur docere ante quam ipse didicisset. Magna vis est cum in deorum immortalium numine, tum vero in ipsa re publica. Di immortales suorum templorum custodem ac praesidem sceleratissime pulsum cum viderent, ex suis templis in eius aedes immigrare nolebant: itaque istius vaecordissimi mentem cura metuque terrebant. Res vero publica, quamquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur ante oculos exstinctoris sui et ab istius inflammato atque indomito furore iam tum se meque repetebat. Quare quid est mirum, si iste † metus furore instinctus, scelere praeceps, neque institutas caerimonias persequi neque verbum ullum sollemne potuit effari?

LVI. 142. Quae cum ita sint, pontifices, revocate iam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad universam rem publicam, quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa soli vestris cervici-

---

1. *eum* cod. Car. Stephani: *eus* P[1] (*u* in rasura); *eius* P[2]; *mens* G M V; *eius dedicationem* O — *inpedirent* P — 3. *profuisset* G M V — *religio non*] *religionis* G M V — *ne* C: *nedum* O. Cf. Zumpt *Gramm. Lat.* § 573. — 4. *adulescens* P — *nous* P[1] — 7. *inpurus* P — 8. *uiro* P[1] — 9. *uti* P G V: *ut* M O — 10. *Delatum est ad* G M V: *Delatatum sunt ad* P; *Delatum tum est* O — 11. *celebrata* P — *omnibus* C — 12. *obscenis* P G V: *obscoenis* O — *idemtidem* P[1] 15. *Etnim* P[1] — 17. *spoliassed* P[1] — *desertos omnis* P[1] — 18. *horret* P[1] V — 20. *potiusque* G — 22. *potuit* C: *poterat* O — 23. *audatia* P — 24. *saepae* P — *pontifice magistro* nos: *pontifice et magistro* C O — 26. *in* om. C — *di* P: *dii* O — 28. *sedes* P G[1] V — 29. *vaecordissimi* nos: *quaeuordissimi* P; *vecordissimi* O. Cf. p. 906, 3. — *cura metusque* M; *cura meque* P; *curam eque* V; *curamque* G — 30. *obseruabatur* G V — 31. *extinctoris* P G — *indomito* Halmius: *inito* C; *ignito* O — 32. *se meque* P: *me seque* G M V O — *repulabat* P[1] — 33. *insti**tus* (litteris erasis superscriptae sunt *nc*; fuisse credas *ga*) P — 35. *iam* om. G V — 36. *suptili* P — 37. *soli* Lambinus: *solis* C O.

bus sustinetis. Vobis universi senatus perpetua auctoritas, cui vosmet ipsi praestantissime semper in mea causa praefuistis, vobis Italiae magnificentissimus ille motus municipiorumque concursus, vobis campus centuriarumque una vox omnium, quarum vos principes atque auctores fuistis, vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re aut spe denique sunt bona, omne suum erga meam dignitatem studium et iudicium non modo commissum, verum etiam commendatum esse arbitrabuntur. 143. Denique ipsi di immortales, qui hanc urbem atque hoc imperium tuentur, ut esset omnibus gentibus posteritatique perspicuum, divino me numine esse rei publicae redditum, idcirco mihi videntur fructum reditus et gratulationis meae ad suorum sacerdotum potestatem iudiciumque revocasse. Hic est enim reditus, pontifices, haec restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in dis penatibus reciperandis: quorum si iste suis sceleratissimis manibus tecta sedesque convellit ducibusque consulibus tamquam urbe capta hanc unam domum quasi acerrimi propugnatoris sibi delendam putavit, tamen illi di penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum erunt restituti. LVII. 144. Quocirca te, Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum, propter vim maximum nominavit, teque, Iuno regina, et te, custos urbis, Minerva, quae semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum exstitisti, precor atque quaeso, vosque, qui maxime me repetistis atque revocastis, quorum de sedibus haec mihi est proposita contentio, patrii penates familiaresque, qui huic urbi et rei publicae praesidetis, vos obtestor, quorum ego a templis atque delubris pestiferam illam et nefariam flammam depuli, teque, Vesta mater, cuius castissimas sacerdotes ab hominum amentium furore et scelere defendi cuiusque ignem illum sempiternum non sum passus aut sanguine civium restingui aut cum totius urbis incendio commisceri: 145. ut, si in illo paene fato rei publicae obieci meum caput pro vestris caerimoniis atque templis perditissimorum civium furori atque ferro et si iterum, cum ex mea contentione interitus bonorum omnium quaereretur, vos sum testatus, vobis me ac meos commendavi meque atque meum caput ea conditione devovi, ut, si et eo ipso tempore et ante in consulatu meo commodis meis omnibus, emolumentis, praemiis praetermissis cura, cogitatione, vigiliis omnibus nihil nisi de salute meorum civium laborassem, tum mihi re

---

1. *uniuersis* C — 2. *praestantissime* Pantagathus: *praestantissimi* C O — *in mea* bis deinceps G — 4. *centuriariumque* P[1] — 6. *omne suum* Garatonius: *omnes tum* C — *ergo* P V — 7. *arbitrabuntur* P G[2] M V: *arbitrabantur* G[1]; *arbitrantur* cum Lambino O — 8. *di* P: *dii* O — 9. *tueantur* G[1] M V — 10. *esse numine* G V — *redditum*] *reductum* C — 11. *fructum* P: *fructum ipsum* G M V O — *gratulationes* P[1] — 13. *dis* P G[1]: *diis* G[2] O — *reciperandis* P: *recuperandus* G[1]; *recuperandis* O — 14. *sceleratissimis suis* G M V — *que* om. G — 16. *delendum* G V; in P postrema syllaba propter fissuram hodie non legitur. — *di* P G V: *dii* O — 17. *mei*] *me* P G V — *erant* C — 18. *quicirca* P[1] — 20. *orbis* G V — 21. *extitisti* P M V — *atque quaeso* C: *ac quaeso* O — *me* om. C — 22. *est proposita* P G: *proposita est* V O (*haec mihi proposita est* om. M) — 23. *praesidetis* G M V: *praesides* P; *praesides estis* Halmius. Cf. p. 783, 9. — 24. *optestor* P — *a*] *e* G M; om. V — *atque* C: *ac* O — 25. *famam* G V; *caedem* M — *depulitque uestra ate cuius* P[1] — 26. *amentium* Mommsenius: *amentia* C O — *illum ignem* G M V — 28. *facto* G[1] M — 32. *meos*] *mea* G M V — *atque meum* P G M: *ac meum* V O — 33. *si de eo* C — *in* C: *et in* O — 34. *uigelliis* P[1] — 35. *de salute nihil nisi ciuium meorum* G M V.

publica aliquando restituta liceret frui, sin autem mea consilia patriae non profuissent, ut perpetuum dolorem avulsus a meis sustinerem: hanc ego devotionem capitis mei, cum ero in meas sedes restitutus, tum denique convictam esse et commissam putabo. 146. Nam nunc quidem, pontifices, non solum domo, de qua cognostis, sed tota urbe careo, in quam videor esse restitutus. Urbis enim celeberrimae et maximae partes adversum illud non monumentum, sed vulnus patriae contuentur: quem cum mihi conspectum morte magis vitandum fugiendumque esse videatis, nolite, quaeso, eum, cuius reditu restitutam rem publicam fore putastis, non solum dignitatis ornamentis, sed etiam urbis partibus velle esse privatum. LVIII. Non me bonorum direptio, non tectorum excisio, non depopulatio praediorum, non praeda consulum ex meis fortunis crudelissime capta permovet: caduca semper et mobilia haec esse duxi, non virtutis atque ingenii, sed fortunae et temporum munera, quorum ego non tam facultatem umquam et copiam expetendam putavi quam et in utendo rationem et in carendo patientiam. 147. Etenim ad nostrum usum prope modum iam est definita moderatio rei familiaris, liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis ac memoriae nostrae relinquemus: domo per scelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratius etiam aedificata quam eversa, carere sine maxima ignominia rei publicae, meo dedecore ac dolore non possum. Quapropter, si dis immortalibus, si senatui, si populo Romano, si cunctae Italiae, si provinciis, si exteris nationibus, si vobismet ipsis, qui in mea salute principem semper locum auctoritatemque tenuistis, gratum et iucundum meum reditum intelligitis esse, quaeso obtestorque vos, pontifices, ut me, quem auctoritate, studio, sententiis restituistis, nunc, quoniam senatus ita vult, manibus quoque vestris in sedibus meis collocetis.

---

1. *liceret*] *aligeret* P^1 — 2. *auolsus* P — 3. *deuolutionem* G V — *meas sedes* P G V: *meas aedes* M; *sedes meas* O — 4. *et* om. G M — 5. *domo*] *de domo* P G^1 M — *cognostis* P G: *cognoscitis* M V O — 7. *aduorsum* G V — 8. *mortem* P — 9. *eum quaeso* G V — 10. *patribus* P; *partibus* glossema videtur Mommsenio. — 11. *exscissio* Lambinus. — 13. *rapta* G — 14. *ingeni* P^1 — *sed* M: *et* P G V — *fortuna* P — 15. *extendam* P^1; *extendendam* P^2 G M V (*den* in P est a manu recentissima.) — 16. *in* ante *utendo* om. P^1 — *patientiam* P^1: *patientia* P^2 — 18. *ac*] *atque* G V — *memoriae nostrae* C: *nostrae memoriae* O — 20. *legionis* P^1; *religiones* G V — *uim* (litt. *u* in rasura) P; *sum* G V; *speciem* Mommsenius. — 22. *dis* P: *diis* O — 23. *uosmet* P — 25. *iocundum* G — *meum*] *eum* P — *intellegitis* P G^2; *intellegetis* G^1 — 26. *sententii* P^1 — *restituitis* P (*is* in maiore rasura m. sec.) G^1 — 27. *ue***ris* (superscr. litteris *st*) P — *M. Tvlli Ciceronis de domo sva explicit. Incipit. pro. p. sestio* P.

M. TULLII CICERONIS

DE

HARUSPICUM RESPONSIS

IN SENATU ORATIO.

RECENSUIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Cod. Parisinus num. 7794 ab Halmio collatus. Cf. p. 830 et 859.
G = Cod. Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345, a me collatus.
E = Cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum (vid. supra p. 516.) Praef. p. XXXIX. p. 57 sqq.
M = Cod. Mediceus Plut. XLVIII cod. 25, post Lagomarsinium, qui eum numero 25 signavit, ab Henr. Schaeppio (cf. p. 479) collatus.
C = codices nostri omnes.

Reliquas notas vide supra p. 517.

Integram exhibuimus varietatem lectionis ex uno codice P, ceterorum selectam.

I. 1. Hesterno die, patres conscripti, cum me et vestra dignitas et frequentia equitum Romanorum praesentium, quibus senatus dabatur, magno opere commosset, putavi mihi reprimendam esse P. Clodii impudicam impudentiam, cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret, P. Tullioni Syro navaret operam atque ei se, cui totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Itaque hominem furentem exsultantemque continui simul ac periculum iudicii intendi: duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. 2. Ac tamen ignarus ille, qui consules essent, exsanguis atque aestuans se ex curia repente proripuit cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis

---

Inscriptio orationis. *De aruspicum responsis* P E; *pro responsis aruspicum* G; *de responsis arvspicvm* M; *liber de aruspicum responsis* Quintilianus *Inst. Orat.* V, 11, 42; *oratio de aruspicum responso* Asconius Pedianus p. 69, 8. 70, 5. Cf. G. Lahmeier de huius orationis origine Tulliana p. 27 sq.

1. *patres conscripti*] .*P. C.* P (ubique) — 2. *Romanorum praesentium* P[2] G: *R. praesentiaeum* P[1]; *Romanorum* (om. *praesentium*) E M O — *magnopere* P G E — 3. *clodi* P[1] — *inpudicam inpudentiam* P — 5. *impediret* C: *impediret et* O — *tollioni* P[1] — *se* P G: *sese* E M O — 7. *exultantemque* P G — *iudici* P — 8. *ac tamen* P E: *attamen* G M O.

et cum illius Pisoniani temporis Gabinianique terroribus. Quem cum egredientem insequi coepissem, cepi equidem fructum maximum et ex consurrectione omnium vestrum et ex comitatu publicanorum. Sed vaecors repente sine suo vultu, sine colore, sine voce constitit: deinde respexit et simul atque Cn. Lentulum consulem adspexit, concidit in curiae paene limine, recordatione, credo, Gabinii sui desiderioque Pisonis. Cuius ego de effrenato et praecipiti furore quid dicam? Potest gravioribus a me verbis vulnerari quam est statim in facto ipso a gravissimo viro, P. Servilio, confectus ac trucidatus? cuius si iam vim et gravitatem illam singularem ac paene divinam assequi possem, tamen non dubito quin ea tela, quae coniecerit inimicus, quam ea, quae collega patris emisit, leviora atque hebetiora esse videantur.

II. 3. Sed tamen mei facti rationem exponere illis volo, qui hesterno die dolore me elatum et iracundia longius prope progressum arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postulasset. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum ac multo ante meditatum. Ego enim me, patres conscripti, inimicum semper esse professus sum duobus, qui me, qui rem publicam, cum defendere deberent, servare possent, cumque ad consulare officium ipsis insignibus illius imperii, ad meam salutem non solum auctoritate, sed etiam precibus vestris vocarentur, primo reliquerunt, deinde prodiderunt, postremo oppugnarunt praemiisque nefariae pactionis funditus una cum re publica oppressum exstinctumque voluerunt, qui quae suo ductu et imperio cruento illo atque funesto supplicia neque a sociorum moenibus prohibere neque hostium urbibus inferre potuerunt, excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem, ea sua cum praeda meis omnibus tectis atque agris intulerunt. 4. Cum his furiis et facibus, cum his, inquam, exitiosis prodigiis ac paene huius imperii pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum, neque id tamen ipsum tantum, quantum meus ac meorum, sed tantum, quantum vester atque omnium bonorum dolor postulavit. III. In Clodium vero non est hodie meum maius odium, quam illo die fuit, cum illum ambustum religiosissimis ignibus cognovi muliebri ornatu ex incesto stupro atque ex domo pontificis maximi emissum. Tum, inquam, tum vidi ac multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella rei publicae.

---

2. *cepissem* P — *et* ante vv. *ex consurrectione* om. G E — 3. *vaecors* nos: *vecors* C O. Conf. p. 902, 29. 912, 4. — 4. *uoltu* P G — 5. *simul atque* nos: *simul ad* P E M; *simulac* G O — *Cn.*] *.C. N.* P — *aspexit* P G M — 6. *limine* sup. lin. pr. m. P — 7. *ecfrenato* P G — *dicebam* P¹ — *potest* P: *aut potest* G E M; *Haud potest* O — 8. *uolnerari* P — 10. *adsequi* P — 12. *emisit* G: *amisit* P E M — *habetiora* P¹ — 13. *illius* P¹ — 14. *dolori* P E — *prope* C: om. O — *digressum* M — 15. *postulasset* P G M: *postulassem* E; *postularet* O — 16. *inpotenti* P E — 17. *me .P. C. inimicum* P G E: *patres conscripti*, *inimicum me* O (*me* om. M) — 18. *rem p.* G E: *rem* P; *rem meam* M — 19. *imperi* P¹ — 20. *praecibus* P — 21. *oppugnauerunt* G — 22. *factionis* P G M; sed cf. p. 853, 1. 6. 898, 13. in Pison. § 57. — 23. *extinctumque* P M — *qui quae* P: *quique* G E M O — 24. *supplitia* P — *vastitatem ea sua* P: *vastitatem mea sua* G; *uastitatem meam sua* E; *uastitatem sua* M: *vastitatem* [*eam*], *sua* O — 25. *exscissionem* Lambinus. — 29. *neque uel id attamen* G E — 30. *quantum est erat quae* (corr. in *que*) *omnium* P — 31. *vero* om. G — 33. *incestu* G E — *stupro* superscriptum in G — 35. *inpenderet* P.

Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis, nobilis, vulnerati non posse arceri otii finibus: erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem civitatis. 5. Non multum mihi sane post ad odium accessit: nihil enim contra me fecit odio mei, sed odio severitatis, [odio dignitatis,] odio rei publicae: non me magis violavit quam senatum, quam equites Romanos, quam omnes bonos, quam Italiam cunctam: non denique in me sceleratior fuit quam in ipsos deos immortales. Etenim illos eo scelere violavit, quo nemo antea: in me fuit eodem animo, quo etiam eius familiaris Catilina, si vicisset, fuisset. Itaque eum numquam a me esse accusandum putavi, non plus quam stipitem illum, qui quorum hominum esset, nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. Quid enim hunc persequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum? qui si sensit, quo se scelere devinxerit, non dubito quin sit miserrimus: sin autem id non videt, periculum est ne se stuporis excusatione defendat. 6. Accedit etiam, quod exspectatione omnium fortissimo et clarissimo viro, T. Annio, devota et constituta ista hostia esse videtur: cui me praeripere desponsam iam et destinatam laudem, cum ipse eius opera et dignitatem et salutem reciperarim, valde est iniquum. IV. Etenim ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Karthaginis, qui illam a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactam, paene captam aliquando quasi fatali adventu solus evertit, sic T. Annius ad illam pestem comprimendam, exstinguendam, funditus delendam natus esse videtur et quasi divino munere donatus rei publicae. Solus ille cognovit, quem ad modum armatum civem, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi contineret, qui urbem totam, qui curiam, qui forum, qui templa omnia caede incendiisque terreret, non modo vinci, verum etiam vinciri oporteret. 7. Huic ego et tali et ita de me ac de patria merito viro numquam mea voluntate praeripiam eum praesertim reum, cuius ille inimicitias non solum suscepit propter salutem meam, verum etiam appetivit. Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, exspectatione supplicii iam non diuturna implicatus, feretur tamen haesitans et in me impetum impeditus facere conabitur, resistam et aut concedente aut etiam adiuvante Milone eius conatum refutabo: velut hesterno die, cum mihi stanti tacens minaretur, voce tantum attigi legum initium et iudicii; consedit ille, conticui. Diem dixisset, ut iecerat: fecissem ut ei statim tertius a praetore dies diceretur. Atque hoc sic moderetur et cogitet, si con-

---

1. *audatiam* P — *adulescentis* P G — 2. *uolnerati* P G — 5. *odio dignitatis* om. P — 9. *eius*] *meus* P G E; *suus* M — 10. *a me* om. G E — 11. *quorum*] *eorum* P^1 — 12. *ipse* om. G E — *deceret* P^1 — 13. *glande* P^1: *clande* P^2 — 14. *senserit* E — 15. *minserrumus* P — 16. *accepit* G^1 E; *accepi* G^2 — *expectatione* G M — 17. *ostia* P^1 — 19. *reciperarim* P: *recuperarim* O — 20. *excitumque* P^1 — 21. *carthaginis* P G — *opsessam* P — 22. *labefactam* P: *labefactatam* G E M O. Cf. § 60. — *adventu* C: *eventu* O — 23. *extinguendam* P G — 25. *lapidibus*] *iam pedibus* P — 26. *totamque curiam* P M — 27. *cede* P — *incendisque* P^1 — 28. *vinci* P G E: *lenire* M; *vincere* O — *vinciri* Fr. Fabricius: *uincere* C; *vincire* O — *ego*] *ergo* G E — *et* ante v. *ita* om. P — 31. *adpetiuit* P; *appetiit* M — *inlaqueatus* P — 32. *inretitus* P G E — *supplici* P G^1 E — 35. *reputabo* P^1; cf. p. 911, 2. — 36. *tacens* C: *iacens* O — *aminaretur* P^1 — *consedit*] *concidit* cum Naugerio L — 37. *conticui* C: *conticuit* O — *iecerat* Ernestius: *fecerat* C O — *a praetore tertius* G E — *et*] *ut* Halmius.

tentus sit iis sceleribus, quae commisit, esse se iam consecratum Miloni, si quod in me telum intenderit, statim me esse arrepturum arma iudiciorum atque legum.

8. Atque paulo ante, patres conscripti, contionem habuit, quae est ad me tota delata: cuius contionis primum universum argumentum sententiamque audite. Cum riseritis impudentiam hominis, tum a me de tota contione audietis. V. De religionibus sacris et caerimoniis est contionatus, patres conscripti, Clodius: P. inquam Clodius sacra et religiones negligi, violari, pollui questus est. Non mirum, si hoc vobis ridiculum videtur: etiam sua contio risit hominem, quo modo ipse gloriari solet, ducentis confixum senati consultis, quae sunt omnia contra illum pro religionibus facta, hominemque eum, qui pulvinaribus Bonae deae stuprum intulerit eaque sacra, quae viri oculis ne imprudentis quidem adspici fas est, non solum adspectu virili, sed flagitio stuproque violarit, in contione de religionibus neglectis conqueri. 9. Itaque nunc proxima contio eius exspectatur de pudicitia. Quid enim interest, utrum ab altaribus religiosissimis fugatus de sacris et religionibus conqueratur, an ex sororum cubiculo egressus pudorem pudicitiamque defendat? Responsum haruspicum hoc recens de fremitu in contione recitavit, in quo cum aliis multis scriptum etiam illud est, id quod audistis, LOCA SACRA ET RELIGIOSA PROFANA HABERI. In ea causa esse dixit domum meam, a religiosissimo sacerdote, P. Clodio, consecratam. 10. Gaudeo mihi de toto hoc ostento, quod haud scio an gravissimum multis his annis huic ordini nuntiatum sit, datam non modo iustam, sed etiam necessariam causam esse dicendi. Reperietis enim ex hoc toto prodigio atque responso nos de istius scelere ac furore ac de impendentibus periculis maximis prope iam voce Iovis optimi maximi promoneri. 11. Sed primum expiabo religionem aedium mearum, si id facere vere ac sine cuiusquam dubitatione potero: sin scripulus tenuissimus residere aliquis videbitur, non modo patienti, sed etiam libenti animo portentis deorum immortalium religionique parébo.

VI. Sed quae tandem est in hac urbe tanta domus ab ista suspicione religionis tam vacua atque pura? Quamquam vestrae domus, patres conscripti, ceterorumque civium multo maxima ex parte sunt liberae religione, tamen una mea domus iudiciis omnibus liberata in hac urbe sola est. Te enim appello, Lentule, et te, Philippe — ex hoc haruspicum responso decrevit senatus, ut de locis sacris religiosis ad hunc ordinem

---

1. *iis*] *is* P[1] — *esse se iam* nos: *esse iam* C; *iam se esse* O — 2. *in metellum* G E — 4. *atque* C: *Atqui* O — *paulo* P G: *paullo* O — *contionem* P G M: *concionem* O (item v. 5. 7.) — 7. *rel. et sacris caer.* Mommsenius. — 9. *neglegi* P G — 10. *contio* G: *concio* P O — 11. *senati .C. quae* P (punctum ante litteram *C* est in parva rasura): *senatus consultis quae* G E M O. Cf. p. 107, 28. 910, 17. — 12. *qui*] *que* P[1] — 13. *inprudentis* P — 14. *aspici -- aspectu* P G — 15. *contione* P G: *concione* O; item v. 16. 19. — 18. *sororum*] *suorum* C; *suarum sororum* Halmius. — 19. *aruspicum* P M; *auruspicum* E. De orthographia huius vocis, in qua ne optimi quidem codices sibi constant, conf. Aufrecht *Zeitschrift f. vergl. Sprachforschung* III, p. 194 sqq. — 23. *haut* P G — 24. *nunciatum* P — 26. *inpendentibus* P — 27. *promoneri* P E: *promoueri* M; *praemoneri* G O — 29. *scripulus* P: *scrupulus* G E M O — *scr. vel tenuissimus* L — 30. *pacienti* P — 31. *religioneque* P[1]; *religionibusque* M — 32. *suspicione* (*suspitione* P) *religionis* C: *religionis suspicione* O — 33. *Quamuam*] *quam* G E — 36. *aruspicum* G; *arispicum* P.

referretis —: potestisne referre de mea domo? quae, ut dixi, sola in hac urbe omni religione omnibus iudiciis liberata est: quam primum inimicus ipse in illa tempestate ac nocte rei publicae, cum cetera scelera stilo illo impuro, Sex. Clodii ore tincto, conscripsisset, ne una quidem attigit littera religionis; deinde eandem domum populus Romanus, cuius est summa potestas omnium rerum, comitiis centuriatis omnium aetatum ordinumque suffragiis eodem iure esse iussit, quo fuisset; postea vos, patres conscripti, non quo dubia res esset, sed ut huic furiae, si diutius in hac urbe, quam delere cuperet, maneret, vox interdiceretur, decrevistis, ut de mearum aedium religione ad pontificum collegium referretur. 12. Quae tanta religio est, qua non in nostris dubitationibus atque in maximis superstitionibus unius P. Servilii ac M. Luculli responso ac verbo liberemur? De sacris publicis, de ludis maximis, de deorum penatium Vestaeque matris caerimoniis, de illo ipso sacrificio, quod fit pro salute populi Romani, quod post Romam conditam huius unius casti tutoris religionum scelere violatum est, quod tres pontifices statuissent, id semper populo Romano, semper senatui, semper ipsis dis immortalibus satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est. At vero meam domum P. Lentulus, consul et pontifex, P. Servilius, M. Lucullus, Q. Metellus, M'. Glabrio, M. Messalla, L. Lentulus flamen Martialis, P. Galba, Q. Metellus Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius rex sacrorum, M. Scaurus, M. Crassus, C. Curio, Sex. Caesar flamen Quirinalis, Q. Cornelius, P. Albinovanus, Q. Terentius, pontifices minores, causa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentia amplissimorum ac sapientissimorum civium adstante, omni religione una mente omnes liberaverunt. VII. 13. Nego umquam post sacra constituta, quorum eadem est antiquitas quae ipsius urbis, ulla de re, ne de capite quidem virginum Vestalium, tam frequens collegium iudicasse: quamquam ad facinoris disquisitionem interest adesse quam plurimos; ita est enim interpretatio illa pontificum, ut eidem potestatem habeant iudicum. Religionis explanatio vel ab uno pontifice perito recte fieri potest, quod idem in iudicio capitis durum atque iniquum est: tamen sic reperietis frequentiores pontifices de mea domo quam umquam de caerimoniis virginum iudicasse. Postero die frequentissimus senatus te consule designato, Lentule, sententiae principe, P. Lentulo et Q. Metello consulibus referentibus, statuit, cum omnes pontifices, qui erant huius ordinis, adessent, cumque alii, qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegii iudicio verba fecissent omnesque iidem scribendo adessent,

---

4. *cloelii* P^{2} G; *cloeli* P^{1}; *clodius* M. Cf. p. 867, 23. — *ore tincto* om. M — *tinto* P^{1} — 5. *attingit* P^{1} — *littera* P G: *litera* O — *regionis* P^{1} — 8. *non quo* C: *non quod* O — 9. post v. *urbe* vacuum spatium est in P — *maneret* sup. lin. habet P^{2}, quo omisso Halmius post v. *urbe* inserit *esset*. — *intercluderetur* Lambinus; *interciperetur* Gulielmius; *incideretur* I. Fr. Gronovius. — 12. *seruili* P — 13. *ludis*] *laudis* P^{1} — 17. *id semper*] *idem per* P; *idem* G E; *idem pro* M — *populum .R.* P; $P^{o}R$ G — *dis* P: *diis* O — 19. *consul* om. G E; *cons. et* in rasura habet P^{2} — 20. *M'.*] *M.* P; om. G E M — *M.* in rasura habet P — *messalla* P^{1}: *Messala* ceteri; cf. p. 760, 1. — 21. *P.* om. G E — *C.* om. P — *M'. Lepidus, C. Claudius* van Vaassen *Fast.* p. 377. — 23. *albinomanus* P — *tenerentius* P — 29. *facinorum* M — 30. *eidem* P^{1}: *fidem* G E; *idem* P^{2}; *iidem* O — 32. *in iudicio* om. G E — *durum*] *duorum* P G — *est*] *esset* Halmius. — 33. *cerimoniis* P G E — 35. *cos.* P — 36. *pontufices* P — 38. *idem* P G M.

domum meam iudicio pontificum religione liberatam videri. 14. De hoc igitur loco sacro potissimum videntur haruspices dicere, qui locus solus ex privatis locis omnibus hoc praecipue iuris habet, ut ab ipsis, qui sacris praesunt, sacer non esse iudicatus sit? Verum referte: quod ex senatus consulto facere debetis. Aut vobis cognitio dabitur, qui primi de hac domo sententiam dixistis et eam religione omni liberastis, aut senatus ipse iudicabit, qui uno illo solo antistite sacrorum dissentiente frequentissimus antea iudicavit, aut, id quod certe fiet, ad pontifices reiicietur, quorum auctoritati, fidei, prudentiae maiores nostri sacra religionesque et privatas et publicas commendarunt. Quid ergo ii possunt aliud iudicare ac iudicaverunt? Multae sunt domus in hac urbe, patres conscripti, atque haud scio an paene cunctae iure optimo, sed tamen iure privato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipii, iure nexi: nego esse ullam domum aliam privato eodem quo quae optima lege, publico vero omni praecipuo et humano et divino iure munitam: quae primum aedificatur ex auctoritate senatus pecunia publica, deinde contra vim nefariam huius gladiatoris tot senati consultis munita atque saepta est. VIII. 15. Primum negotium isdem magistratibus est datum anno superiore, ut curarent ut sine vi aedificare mihi liceret, quibus in maximis periculis universa res publica commendari solet: deinde cum ille saxis et ignibus et ferro vastitatem meis sedibus intulisset, decrevit senatus eos, qui id fecissent, lege de vi, quae est in eos, qui universam rem publicam oppugnassent, teneri. Vobis vero referentibus, o post hominum memoriam fortissimi atque optimi consules, decrevit idem senatus frequentissimus, qui meam domum violasset, contra rem publicam esse facturum. 16. Nego ullo de opere publico, de monumento, de templo tot senatus exstare consulta, quot de mea domo, quam senatus unam post hanc urbem constitutam ex aerario aedificandam, a pontificibus liberandam, a magistratibus defendendam, a iudicibus muniendam putaret. P. Valerio pro maximis in rem publicam beneficiis data domus est in Velia publice, at mihi in Palatio restituta: illi locus, at mihi etiam parietes atque tectum: illi quam ipse privato iure tueretur, mihi quam publice magistratus omnes defenderent. Quae quidem ego si aut per me aut ab aliis haberem, non praedicarem apud vos, ne nimis gloriari viderer, sed cum sint mihi data a vobis, cum ea attententur eius lingua, cuius ante manu eversa vos mihi et liberis meis manibus vestris reddidistis, non ego de meis, sed de vestris factis loquor, nec vereor ne haec mea vestrorum beneficiorum praedicatio non grata potius quam

---

2. *sacro* om. E — 5. *senatus consulto* (divise) P: *senatusconsulto* O — 6. *religione** P — 9. *reicietur* P G — 10. *ii* P G M: *hi* O — 12. *haut* G E — 13. *mancipii* G E: *mancipi* P M O — 14. *quo quae* P²: *quoque* P¹ G E M — 17. *senati consultis* P: *senatusconsultis* G E M O; cf. p. 908, 11. — 18. *isdem* P: *iisdem* O — 19. *aedificare mihi* C: *mihi aedificare* O — 21. *sedibus* P E¹ M: *aedibus* G E² O; cf. p. 903, 13. 904, 27. — 23. *ferentibus* P¹ — 24. *optumi* P — 27. *tot* om. G E — *quot*] *quod* P¹ — 29. *muniendam* Petrus Faber: *poeni*endam* P (*o* in rasura); *poeniendam* (superscr. *pu*) G; *puniendam* E M O — *putarit* Halmius. — 31. *in Velia publice* Ianus Palmerius: *in ulla publica* P¹; *in uilla publica* P² G E M. Cf. Asconium Pedianum p. 13, 12. — *at m. in*] *ad m. in* P¹ — 32. *mihi*] *at mihi* Garatonius. — 35. *cum sint*] *quae sint* G E — *adtemptentur* P; *attemptentur et* G E — 36. *ante* P G M: *antea* O — 38. *grat*a* P.

arrogans videatur. 17. Quamquam, si me tantis laboribus pro communi salute perfunctum efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis hominum improborum animi quidam dolor, quis non ignosceret? Vidi enim hesterno die quendam murmurantem, quem aiebant negare ferri me posse, quia, cum ab hoc eodem impurissimo parricida rogarer, cuius essem civitatis, respondi me probantibus et vobis et equitibus Romanis eius esse, quae carere me non potuisset. Ille, ut opinor, ingemuit. Quid igitur responderem? quaero ex eo ipso, qui ferre me non potest: me civem esse Romanum? Litterate respondissem: an tacuissem? desertum negotium. Potest quisquam vir in rebus magnis cum invidia versatus satis graviter in inimici contumeliam sine sua laude respondere? At ipse non modo respondet quidquid potest, cum est lacessitus, sed etiam gaudet se ab amicis, quid respondeat, admoneri.

IX. 18. Sed quoniam mea causa expedita est, videamus nunc, quid haruspices dicant. Ego enim fateor me et magnitudine ostenti et gravitate responsi et una atque constanti haruspicum *voce* vehementer esse commotum, neque is sum, qui, si cui forte videor plus quam ceteri, qui aeque atque ego sunt occupati, versari in studio litterarum, iis delecter aut utar omnino litteris, quae nostros animos deterrent atque avocant a religione. Ego vero primum habeo auctores ac magistros religionum colendarum maiores nostros, quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur, ut satis superque prudentes sint qui illorum prudentiam, non dicam assequi, sed quanta fuerit perspicere possint: qui statas sollemnesque caerimonias pontificatu, rerum bene gerundarum auctoritates augurio, fatorum veteres praedictiones Apollinis vatum libris, portentorum expiationes Etruscorum disciplina contineri putaverunt: quae quidem tanta est, ut nostra memoria primum Italici belli funesta illa principia, post Sullani Cinnanique temporis extremum paene discrimen, tum hanc recentem urbis inflammandae delendique imperii coniurationem non obscure nobis paulo ante praedixerint. 19. Deinde, si quid habui otii,

---

1. *adrogans* P — post *videatur* sequuntur vv. *sed quoniam -- esse commotum* (§ 18) in C — *pro communi salute* om. M — 2. *ecferret* P; *et ferret* G^1 E; *efferret* G^2; *haec efferret* M — *reputandis* P G E; cf. p. 907, 35. — 3. *hominum improborum* C: *improborum hominum* O — *uide* P^1 — 4. *murmurantem*] *mihi minantem* E — *ferri* Halmius: *ferre* C O — 8. *quid*] *qui* P^1 — *quaere* G — 9. *litterate* P G: *literate* O — *an tacuissem* P M: *aut acuissem* G; *aut tacuissem* E; *Tacuissem* O — 10. *rebus* littera *s* in rasura P — *magni* P^1 — 11. *in inimici* nos: *inimici* C; *contra inimici* O — 12. *at*] *ad* P^1 — *non modo non* M — *quidquid* P^1: *quicquid* P^2 — 14. *Sed quoniam -- esse commotum* h. l. om. P G; cf. v. 1. — *nun quid* P — 15. 16. *aruspices -- aruspicum* P G — 16. *voce* om. P G E — 17. *permotum* M — 18. *litterarum -- litteris* P G: *literarum -- literis* O — *iis* M: *his* P G E O — *delecter* P^1 M: *delectari* P^2 G E — 19. *aut*] *haud* P G; sed in P *h* superscripta est et *aud* in rasura a manu sec. — **utar* P — *animos*] *amicos* G E — 20. *magistratus* G E — 23. *adsequi* P — *possent* P^1 — *qui* cet.] Valerius Maximus I, 1, 1: *Maiores statas sollemnesque caerimonias pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritates augurum observatione, Apollinis praedictiones uatum libris, portentorum depulsiones Etrusca disciplina explicari voluerunt.* — *statasolemnisque* P^1; *statutasollemnisque* P^2 — 24. *gerundarum* P: *gerendarum* O — 25. *fatorum*] *f* in rasura habet P — *praedicationes* P G — *apollonis* P^1 — 26. *expiationes* Sigonius: *explationes* P^1; *explanationes* P^2 G E M O. Cf. var. lect. de prov. cons. § 1. — *putauerunt* C: *putarunt* O — 28. *cinnianique* P — *poene* P — 30. *paulo* P G M: *paullo* O — *si quid habui otii* Orellius: *si quid habui tolli* P; *si quid habuit tolli* G E; om. M O.

etiam cognovi, multa homines doctos sapientesque et dixisse et scripta de deorum immortalium numine reliquisse: quae quamquam divinitus perscripta video, tamen eius modi sunt, ut ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur. Etenim quis est tam vaecors, qui aut, cum suspexit in caelum, deos esse non sentiat et ea, quae tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac necessitudimen persequi possit, casu fieri putet, aut, cum deos esse intellexerit, non intelligat eorum numine hoc tantum imperium esse natum et auctum et retentum? Quam volumus licet, patres conscripti, ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos nec robore Gallos nec calliditate Poenos nec artibus Graecos nec denique hoc ipso huius gentis ac terrae domestico nativoque sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religione atque hac una sapientia, quod deorum numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnes gentes nationesque superavimus.

X. 20. Quare ne plura de re minime loquar dubia, adhibete animos et mentes vestras, non solum aures, ad haruspicum vocem admovete: QVOD IN AGRO LATINIENSI AVDITVS EST STREPITVS CVM FREMITV. Mitto haruspices, mitto illam veterem ab ipsis dis immortalibus, ut hominum fama est, Etruriae traditam disciplinam: nos nonne haruspices esse possumus? Exauditus in agro propinquo et suburbano est strepitus quidam reconditus et horribilis fremitus armorum: quis est ex gigantibus illis, quos poëtae ferunt bellum dis immortalibus intulisse, tam impius, qui hoc tam novo tantoque motu non magnum aliquid deos populo Romano praemonstrare et praecinere fateatur? De ea re scriptum est, POSTILIONES ESSE IOVI, SATVRNO, NEPTVNO, TELLVRI, DIS CAELESTIBVS. 21. Audio quibus dis violatis expiatio debeatur, sed hominum quae ob delicta quaero. LVDOS MINVS DILIGENTER FACTOS POLLVTOSQVE. Quos ludos? Te appello, Lentule — tui sacerdotii sunt tensae, curricula, praecentio, ludi, libationes epulaeque ludorum — vosque, pontifices, ad quos epulones Iovis optimi maximi, si quid est praetermissum aut commissum, afferunt, quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur: qui sunt ludi minus diligenter facti? quando aut quo scelere polluti? Respondebis et pro te et pro collegis tuis, etiam pro pontificum collegio, nihil cuiusquam aut negligentia contemptum aut scelere esse pollutum: omnia sollemnia ac iusta ludorum omnibus rebus observatis summa cum caerimonia esse servata. XI. 22. Quos igitur haruspices ludos minus

---

1. *doctos sapientisque* P: *doctissimos sapientisque* G; *doctissimos sapientissimosque* E M O — 2. *de* om. P G E — *inmortalium* P — 3. *praescripta* G — 4. *uaecors* P: *vecors* O; cf. p. 906, 3. — 5. *suspexit* P G E: *suspexerit* M O — *caelo* P[1] — *tanta* om. G E — 8. *intellegat* P G — *eorum* om. G E — 9. *Quam*] *quantum* M — 12. *sed* in rasura quattuor litterarum habet P[2]; fuitne *uerũ*? — 13. *deorum* P G E: *deorum immortalium* M O — 14. *omnis gentis* P G — 15. *minime*] *mini* P[1] — 16. *mentes*] *omnes* G E — *auris* G — *haruspicum* P[2]: *harispicum* P[1]; *aruspicum* G — 17. *lati*ensi* P; *latiensi* G E; *latinensi* M. Cf. § 62. — *aruspices* P G — 18. *dis* P: *diis* O — 19. *traditam* C: *datam* O — *aruspices* G; *haruspiciis* P[1]; *haruspiceis* P[2] — 20. *Exauditus - - armorum* tamquam haruspicum responsi pars vulgo exhibebatur; sed est paraphrasis superiorum *quod in agro - - fremitu.* — 22. *dis* P: *diis* O; item v. 25 et 26. — 24. *postiliones* Orellius (coll. Varrone *L. L.* V § 148 et Arnobio IV c. 31.): *postulationes* C O. Vid. adnot. ad p. 913, 13 et cf. p. 916, 15. — 28. *sacerdoti* P — 29. *ludorum* P G E: *ludorum publicorum* M O — 31. *adferunt* P — 32. *quando* Ernestius: *quanto* C O — 33. *etiam* P G E: *et* M O — 34. *neglegentia* P G — 36. *aruspices* G.

diligenter factos pollutosque esse dicunt? eos, quorum ipsi di immortales atque illa Mater Idaea te, te, Cn. Lentule, cuius abavi manibus esset accepta, spectatorem esse voluit. Quod ni tu Megalesia illo die spectare voluisses, haud scio an vivere nobis atque his de rebus iam queri liceret. Vis enim innumerabilis incitata ex omnibus vicis collecta servorum ab hoc aedile religioso repente e fornicibus ostiisque omnibus in scaenam signo dato immissa irrupit. Tua tum, tua, Cn. Lentule, eadem virtus fuit, quae in privato quondam tuo proavo: te, nomen, imperium, vocem, adspectum, impetum tuum stans senatus equitesque Romani et omnes boni sequebantur, cum ille servorum eludentium multitudini senatum populumque Romanum vinctum ipso consessu et constrictum spectaculis atque impeditum turba et angustiis tradidisset. 23. An si ludius constitit aut tibicen repente conticuit aut puer ille patrimus et matrimus si tensam non tenuit, si lorum omisit, aut si aedilis verbo aut simpuvio aberravit, ludi sunt non rite facti eaque errata expiantur et mentes deorum immortalium ludorum instauratione placantur: si ludi ab laetitia ad metum traducti, si non intermissi, sed perempti atque sublati sunt, si civitati universae scelere eius, qui ludos ad luctum conferre voluit, exstiterunt dies illi pro festis paene funesti, dubitabimus, quos ille fremitus nuntiet ludos esse pollutos? 24. Ac si volumus ea, quae de quoque deo nobis tradita sunt, recordari, hanc Matrem magnam, cuius ludi violati, polluti, paene ad caedem et ad funus civitatis conversi sunt, hanc, inquam, accepimus agros et nemora cum quodam strepitu fremituque peragrare. XII. Haec igitur vobis, haec populo Romano et scelerum indicia ostendit et periculorum signa patefecit. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnae conspectu Megalesibus fieri celebrarique voluerunt, qui sunt more institutisque maxime

---

1. *di* P: *dii* O — 2. *Idaea* Faërnus: *daea* P; *dea* G E M — *abavi* Fr. Fabricius: *abauia* C (in P *i* est in rasura). Cf. Val. Max. VII, 5, 2. VIII, 15, 3. — 4. *haut* P² G E; *aut* P¹ — 5. *quaere* P; *quaerere* Halmius. — *incitata* glossatori deberi suspicatur Ernestius; cf. p. 888, 1. — 6. *aedile* F. A. Wolfius (coll. Charisio *Inst. Gramm.* I, 21, 18): *aedili* C O. Cf. p. 914, 9. — *e* nos: om. C O — 7. *scaenam* P: *scenam* O — *inmissa inrupit* P — 9. *aspectum* P² G — 10. *eludentium* Klotzius: *et ludentium* C; *et ludiorum* O — 11. *consensu* P¹ — *constrictum in spectaculis* G E — 13. Arnobius adv. nat. IV, 31: *Si in caerimoniis vestris rebusque divinis postilionibus locus est et piaculis dicitur contracta esse commissio, si per imprudentiae lapsum aut in verbo quispiam aut simpuvio deerrarit, aut si rursus in sollemnibus ludis curriculisque divinis commissum omnes statim in religiones clamatis sacras, si ludius constitit aut tibicen repente conticuit aut si patrimus ille qui vocitatur puer omiserit per ignorantiam lorum aut tensam tenere non potuit* cet. — *ludius* P¹: *ludus* P² G E M — 14. *si tensam non tenuit* Ant. Augustinus: *si terram non tenuit aut tensam* C O — *si lorum* P G: *sylorum* E; *aut lorum* M O — *amisit* E; *admisit* M — 15. *aedilius* P¹ — *simpuvio* Arnobius: *simpuio* P¹; *simbulo* P²; *si nutu* M; *simpulo* G E O. Cf. Nonius Marc. p. 398, 27. 544, 27. 30. Plinius N. H. XXXV. § 158. Iuvenalis VI, 343 ibique Schol. Arnob. VII. c. 29. — *eaque rata* G E — 17. *letitia* P — *traducti* P G E: *traducti sunt* M O — 18. *sed perempti* om. G E — 19. *pro festis*] *profesti* G E — 20. *dubitauimus* P E; *dubitamus* G — *nunciet* P — 26. Asconius Pedianus p. 69, 10: *Nam quid ego de illis ludis loquor, quos in Palatio nostri maiores ante templum Matris magnae fieri celebrarique voluerunt? quibus primum ludis ante populi consessum senatui locum P. Africanus II. cos.* ** — 27. *Megalesibus* P¹: *Megalensibus* P³ G E M O; om. Asconius et delendum censuerunt Muretus, Lambinus, Ernestius. — 28. *caelebrarique* P — *institutique* P¹.

casti, sollemnes, religiosi, quibus ludis primum ante populi consessum senatui locum P. Africanus iterum consul ille maior dedit, ut eos ludos haec lues impura polluerit? quo si qui liber aut spectandi aut etiam religionis causa accesserat, manus afferebantur: quo matrona nulla adiit propter vim consessumque servorum. Ita ludos eos, quorum religio tanta est, ut ex ultimis terris arcessita in hac urbe consederit, qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso et appetita religio externa et Matris magnae nomine suscepta declaretur — hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt, tota denique hoc aedile servorum Megalesia fuerunt. 25. Pro di immortales! qui magis nobiscum loqui possetis, si essetis versareminique nobiscum? ludos esse pollutos significastis ac plane dicitis. Quid magis inquinatum, deformatum, perversum, conturbatum dici potest quam omne servitium permissu magistratus liberatum in alteram scaenam immissum, alteri praepositum, ut alter consessus potestati servorum obiiceretur, alter servorum totus esset? Si examen apium ludis in scaenam caveamve venisset, haruspices acciendos ex Etruria putaremus: videmus universi repente examina tanta servorum immissa in populum Romanum saeptum atque inclusum, et non commovemur? Atque in apium fortasse examine nos ex Etruscorum scriptis haruspices, ut a servitio caveremus, monerent. 26. Quod igitur ex aliquo diiuncto diversoque monstro significatum caveremus, id cum ipsum sibi monstrum est, et cum in eo ipso periculum est, ex quo periculum portenditur, non pertimescemus? Istius modi Megalesia fecit pater tuus? istius modi patruus? Is mihi etiam generis sui mentionem facit, cum Athenionis aut Spartaci exemplo ludos facere maluerit quam C. aut Appii Claudiorum? Illi cum ludos facerent, servos de cavea exire iubebant: tu in alteram servos immisisti, ex altera liberos eiecisti. Itaque qui antea voce praeconis a liberis semovebantur, tuis ludis non voce, sed manu liberos a se segregabant. XIII. Ne hoc quidem tibi in mentem veniebat, Sibyllino sacerdoti, haec sacra maiores nostros ex vestris libris expetisse? si illi sunt vestri, quos tu impia mente conquiris, violatis oculis legis, contaminatis manibus attrectas. 27. Hac igitur vate suadente quondam, defessa Italia Punico bello atque ab Hannibale vexata, sacra ista nostri maiores adscita ex Phrygia Romae collocarunt: quae vir is accepit, qui est optimus populi Romani iudicatus, P. Scipio, femina autem, quae matronarum

---

1. *consessum* P²: *concessum* P¹; *confessum* G — 2. *P.* om. P — *cos.* P — 3. *polluerit* Faërnus: *pollueret* C O — 4. *adferebantur* P — *adit* P G E — 6. *qui ludi ne uno quidem verbo* M — 7. *adpetita* P — 10. *Pro di* G: *Peridi* P; *Pro dii* O; *Per deos* E — 11. *uorsareminique* P G — *significastis* C: *significatis* O — 12. *inquinatum deformatum* P G E: *deformatum, inquinatum* M O — 13. *liberatum* G: *liberatus* P¹ E M; *libertum* P² — 14. *scaenam* P: *scenam* O; item v. 16. — 15. *obiceretur* G; *obicieretur* P — *apium* C: *apum* O — 16. *scaenam caveamve venisset* Mommsenius: *caenam caueam uenisset* P¹; *scaenam uenisset* P² G E M O — *aruspices* G — 18. *apium* P² G E M: *appium* P¹; *apum* O — 19. *nos*] *nosset* P¹; *nos et* P²; *nossent* G E — *aruspices* G — 20. *diiuncto* P: *deiuncto* M; *disiuncto* G O — 22. *pertenditur* G E — 23. *Istius modi Megalesia fecit pater tuus* om. G — *istius modi patruus is* supra versum P³ — 24. *mentionem generis sui* G E — *spartagi* G E; *spartani* M — 25. *C.* P G: *Caii* O — *appi* P¹ E — 26. *iubeant* P¹ — 29. *sibullino* P — 30. *liberis* P¹ G — 32. *adtrectas* P¹ — 33. *ab* om. C — *nostri maiores* C: *maiores nostri* O — *ascita* P² — 34. *phyrgia* G E — *conlocarunt* P; *collocauerunt* G.

castissima putabatur, Q. Claudia, cuius priscam illam severitatem [sacrificii] mirifice tua soror existimatur imitata. Nihil te igitur neque maiores tui, coniuncti cum his religionibus, neque sacerdotium ipsum, quo est haec tota religio constituta, neque curulis aedilitas, quae maxime hanc tueri religionem solet, permovit, quo minus castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, scelere obligares? 28. Sed quid ego id admiror? qui accepta pecunia Pessinuntem ipsum, sedem domiciliumque Matris deorum, vastaris et Brogitaro Gallograeco, impuro homini ac nefario, cuius legati te tribuno dividere in aede Castoris tuis operis nummos solebant, totum illum locum fanumque vendideris? sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque detraxeris? omnia illa, quae vetustas, quae Persae, quae Syri, quae reges omnes, qui Europam Asiamque tenuerunt, semper summa religione coluerunt, perverteris? quae denique nostri maiores tam sancta duxerunt, ut, cum refertam urbem atque Italiam fanorum haberemus, tamen nostri imperatores maximis et periculosissimis bellis huic deae vota facerent eaque in ipso Pessinunte ad illam ipsam principem aram et in illo loco fanoque persolverent. 29. Quod cum Deiotarus religione sua castissime tueretur, quem unum habemus in orbe terrarum fidelissimum huic imperio atque amantissimum nostri nominis, Brogitaro, ut ante dixi, addictum pecunia tradidisti. Atque hunc tamen Deiotarum, saepe a senatu regali nomine dignum existimatum, clarissimorum imperatorum testimoniis ornatum, tu etiam regem appellari cum Brogitaro iubes. Sed alter est rex iudicio senatus per nos, pecunia Brogitarus per te appellatus: alterum putabo regem, si habuerit, unde tibi solvat, quod ei per syngrapham credidisti. Nam cum multa regia sunt in Deiotaro, tum illa maxime, quod tibi nummum nullum dedit, quod eam partem legis tuae, quae congruebat cum iudicio senatus, ut ipse rex esset, non repudiavit, quod Pessinuntem per scelus a te violatum et sacerdote sacrisque spoliatum recuperavit, ut in pristina religione servaret, quod caerimonias ab omni vetustate acceptas a Brogitaro pollui non sinit mavultque generum suum munere tuo quam illud fanum antiquitate religionis carere. Sed ut ad haec haruspicum responsa redeam, ex quibus est primum de ludis, quis est, qui id non totum in istius ludos praedictum et responsum esse fateatur?

XIV. 30. Sequitur de locis sacris religiosis. O impudentiam miram! de mea domo dicere audes? Committe vel consulibus vel senatui vel collegio pontificum tuam. Ac mea quidem his tribus omnibus iudiciis, ut dixi antea, liberata est. At in iis aedibus, quas tu Q. Seio, equite

1. *Q.*] *quincta* P¹; *quinta* P² G — *sacrificii* delendum censuit Ernestius. — 2. *mirifica* C — 3. *his*] *iis* G — 5. *permoueuit* P¹ — 6. *decore* P — 8. *et*] *ed* P¹ — 9. *cuius legati* -- *nummos solebant* om. M — *legati te* P²: *legate* P¹ G E — 10. *sacerdotẽ* (*ẽ* in rasura) P — 11. *omnia* C: *omina* O — 12. *Syri* G: *suri* P; *securi* E M — *asiam europamque* G; *asia europaque* E — 17. *persoluerint* P — 24. *per nos* om. G E — Aut ante v. *alterum* (Brogitarum) quaedam de Deiotaro exciderunt, aut vv. *pecunia B. per te* cum Schuetzio delenda sunt. — 25. *ei*] *i* in rasura habet P — *singrapham* P G — 26. *ille* G E — 27. *legis*] *regis* G E — 31. *mauoltque* P G — 32. *aruspicum* G — 34. *istius*] *st* in rasura habet P — 35. *religiosissimo impudentiam* G E — 37. *tuam. Ac*] *tum ac* G E — *iudicis* P¹ — 38. *liberast* ‖ *** *atinis aedibus* (*ast* extra versum sec. m., etiam *a* quae sequitur) P; *libertastatini saedibus* G; *liberatatinis aedibus* E — *Q.*] *quinto* P²; *quento* P¹.

Romano, viro optimo, per te apertissime interfecto tenes, sacellum dico fuisse et aras. Tabulis hoc censoriis, memoria multorum firmabo ac docebo: agatur modo haec res, quod ex eo senatus consulto, quod nuper est factum, referri ad vos necesse est, habeo quae de locis religiosis velim dicere. 31. Cum de domo tua dixero, in qua tamen ita est inaedificatum sacellum, ut alius fecerit, tibi tantum modo sit demoliendum, tum videbo, num mihi necesse sit de aliis etiam aliquid dicere. Putant enim non nulli ad me pertinere, magmentarium Telluris aperire: nuper id patuisse dicunt et ego recordor: nunc sanctissimam partem ac sedem maximae religionis privato dicunt vestibulo contineri. Multa me movent: quod aedes Telluris est curationis meae, quod is, qui illud magmentarium sustulit, mea domo iudicio pontificum liberata secundum fratrem suum iudicatum esse dicebat; movet me etiam in hac caritate annonae, sterilitate agrorum, inopia frugum religio Telluris et eo magis, quod eodem ostento Telluri postilio deberi dicitur. 32. Vetera fortasse loquimur: quamquam hoc si minus civili iure perscriptum est, lege tamen naturae, communi iure gentium sanctum est, ut nihil mortales a dis immortalibus usu capere possint. XV. Verum tamen antiqua negligemus: etiamne ea negligamus, quae fiunt cum maxime, quae videmus? L. Pisonem quis nescit his temporibus ipsis maximum et sanctissimum Dianae sacellum in Caeliculo sustulisse? Adsunt vicini eius loci, multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilicia illo ipso in sacello stato loco anniversaria factitarint: et quaerimus, di immortales quae loca desiderent, quid significent, de quo loquantur? A Sex. Serrano sanctissima sacella suffossa, inaedificata, oppressa, summa denique turpitudine foedata esse nescimus? 33. Tu meam domum religiosam facere potuisti? Qua mente? quam amiseras. Qua manu? qua disturbaras. Qua voce? qua incendi iusseras. Qua lege? quam ne in illa quidem impunitate tua scripseras. Quo pulvinari? quod stupraras. Quo simulacro? quod ereptum ex meretricis sepulcro in imperatoris monimento collocaras. Quid habet mea domus religiosi nisi quod impuri et sacrilegi

---

1. *per te*] *aperte* G E — 2. *fuisse aras* C (litteris *as* in P superscriptae sunt *st* a sec. m.) — *censoriis* nos: *censoris* P^1 G E; *censores* P^2 M; *censorum* O. Cf. p. 602, 31. — *memoriam* P^1 G — 4. *nuper est*] *nupers* P^1; *nuperst* P^2; *nuper sit* G E — *nos* C — 6. *tantum modo* (divise) P: *tantummodo* O — 8. *ad me non nulli* P^2: *ad me nulli* P^1; *ad me nonnulla* G E; *nonnulli ad me* O — *magmentarium* Mommsenius: *acmentarium* P G E; *armamentarium* M O; item v. 12, nisi quod E habet *actamentarium*. — 11. *mouebant* G E — 12. *mea domo iudicio p. liberata* Mommsenius: *meam domum p. liberata* P; *meam domum p. liberatam* G E; *meam domum p. iudicio liberatam* M O — 13. *iudicatum* C: *iudicatam* O — 15. *postilio* P^1: *postillo* P^2 G; *post illo* E; *postulatio* M O. Cf. p. 912, 24. — 16. *quanquam* P — 17. *sanctum* P G E: *sancitum* M O — *ut* supra versum habet P — 18. *dis* P: *diis* O — 19. *neglegemus* P G, *negligemus* E: *negligimus* M O — *neglegamus* P^1: *neglegemus* P^2 G; *negligemus* M O — *cum*] *nunc* Car. Stephanus; om. M; fort. *nunc cum*, cf.p. 544, 33. — *maxima* G E — 20. *temporibus ipsis* P G E: *ipsis temporibus* M O — *amaximum* P^1 — 21. *Caeliolo* Graevius, coll. Varrone *L. L.* V. § 46. — 22. *gentilicia* G M: *gentilitia* P O — 23. *stato* P^1 G: *statuto* P^2 M O — *anniversaria* Naugerius: *anniuersari* P^1 G; *anniuersarii* P^2 M O — *et quaerimus* P: *et quae primus* G E; *et quid primum* M; *et conquirimus* O — *di* P G: *dii* O — 24. *Sex.*] *sexto* P — 25. *suffossa* P G E: *suffossa incensa* M; *suffossa [incensa]* O — *summam* P^1 — 26. *foedata esse* P G E: *esse foedata* M O — 27. *qua mente* P^1: *et qua mente* P^2 G E M; *ecqua mente* O — *miseras* P^1 — *quam manu* P^1 — 28. *in* supra versum habet P^2; fort. *quam ne illa quidem in inpunitate*; cf. v. 30. — 30. *meretrices* P^1 — *sepulchro* P — *in* om. P G E — *monimento* P: *monumento* O — 31. *conlocaras* P.

parietem tangit? Itaque ne quis meorum imprudens introspicere tuam domum possit ac te sacra illa tua facientem videre, tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, sed tu ne adspicias urbem eam, quam delere voluisti.

XVI. 34. Sed iam haruspicum reliqua responsa videamus. Oratores contra ius fasque interfectos. Quid est hoc? de Alexandrinis esse video sermonem: quem ego non refuto. Sic enim sentio, ius legatorum, cum hominum praesidio munitum sit, tum etiam divino iure esse vallatum. Sed quaero ab illo, qui omnes indices tribunus e carcere in forum effudit, cuius arbitrio sicae nunc omnes atque omnia venena tractantur, qui cum Hermarcho Chio syngraphas fecit, ecquid sciat unum acerrimum adversarium Hermarchi, Theodosium, legatum ad senatum a civitate libera missum, sica percussum? quod non minus quam de Alexandrinis indignum dis immortalibus esse visum certo scio. 35. Nec confero nunc in te unum omnia. Spes maior esset salutis, si praeter te nemo esset impurus: plures sunt: hoc et tu tibi confidis magis et nos prope iure diffidimus. Quis Platorem ex Orestide, quae pars Macedoniae libera est, hominem in illis locis clarum ac nobilem, legatum Thessalonicam ad nostrum, ut se ipse appellavit, imperatorem venisse nescit? quem ille propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincla coniecit et medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero foedissime et crudelissime venas incideret. Secures suas cruentari scelere noluit: nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminavit, ut id nulla re possit nisi ipsius supplicio expiari. Quales hunc carnifices putamus habere, qui etiam medicis suis non ad salutem, sed ad necem utatur? XVII. 36. Sed recitemus, quid sequatur. Fidem iusque iurandum neglectum. Hoc quid sit, per se ipsum non facile interpretor, sed ex eo, quod sequitur, suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio dici, quibus olim erepti essent nummi, nisi a senatu praesidium postulassent. Quare autem de iis dici suspicer, haec causa est, quod sic statuo, et illud in hac civitate esse maxime illustre atque insigne periurium et te ipsum tamen † in periurium et te ipsum inprime ab iis, quibuscum coniurasti, non vocari.

37. Et video in haruspicum responsum haec esse subiuncta, sacrificia vetusta occultaque minus diligenter facta pollutaque. Haruspices haec loquuntur an patrii penatesque di? Multi enim sunt, credo, in quos huius maleficii suspicio cadat. Quis praeter hunc unum? Ob-

1. *tuam domum possit* P G E: *possit tuam domum* M O — 3. *tu ne* P G E: *ne tu* M O — *aspicias* P — 6. *uideo esse* M — 8. *uelatum* P E; *uellatum* G — 9. *illis* G E — *omnis* P G — *iudices* G E M; *audaces* Lambinus. — 10. *nunc omnes* P G E: *omnes nunc* O; *nunc* om. M — 11. *syngrafas* G; *singraphas* P — *ecquid*] *haec quid* G E; *et qui* M — 12. *teodosium* P — 14. *dis* P: *diis* O — 17. *platonem* G E M — 19. *ut*] *et* P[1] — 20. *uincla* P G: *unda* E; *vincula* O — 23. *populi* om. G E — 26. *quid sequitur* M; *quod sequitur* L — *fidem iusque iurandum* P G E: *fidem et iusiurandum* M O — 27. *neclectum* P G — 30. *iis* P[2] G: *is* P[1]; *his* M O — 31. *inlustre* P — 32. *in periurium et te ipsum inprime* P G E: *in periurium impune* M; *in periurii poenam* O. In P syllabae *periuri* versum claudunt, unde apparet *um et ipsum* ex proxime antecedentibus male repetita esse. — *ab his* P G — 34. *aruspicum* G, item v. 35. — *responsum* P G E: *responsis* M O. Cf. p. 98, 8. 13. 510, 3. — *subiecta* E — 36. *loquantur* P[1]; *loquntur* P[2]; *locuntur* G E — *di* P G: *dii* O — *sunt* om. P G E — 37. *malefici* P[1] — *suspitio* P.

scure dicitur, quae sacra polluta sint? Quid planius, quid religiosius, quid gravius dici potest? VETVSTA OCCVLTAQVE. Nego ulla verba Lentulum, gravem oratorem ac disertum, saepius, cum te accusaret, usurpasse quam haec, quae nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur. Etenim quod sacrificium tam vetustum est quam hoc, quod a regibus aequale huius urbis accepimus? quod autem tam occultum quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes? quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? quod quidem sacrificium ante P. Clodium nemo omni memoria violavit, nemo umquam adiit, nemo neglexit, nemo vir adspicere non horruit: quod fit per virgines Vestales, fit pro populo Romano, fit in ea domo, quae est in imperio, fit incredibili caerimonia, fit ei deae, cuius ne nomen quidem viros scire fas est: quam iste idcirco Bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit. XVIII. Non ignovit, mihi crede, non: nisi forte tibi esse ignotum putas, quod te iudices emiserunt excussum et exhaustum, suo iudicio absolutum, omnium condemnatum, aut quod oculos, ut opinio illius religionis est, non perdidisti. 38. Quis enim ante te sacra illa vir sciens viderat, ut quisquam poenam, quae sequeretur id scelus, scire posset? An tibi luminis obesset caecitas plus quam libidinis? ne id quidem sentis, coniventes illos oculos abavi tui magis optandos fuisse quam hos flagrantes sororis? Tibi vero, si diligenter attendes, intelliges hominum poenas deesse adhuc, non deorum. Homines te in re foedissima defenderunt: homines turpissimum nocentissimumque laudarunt: homines prope confitentem iudicio liberaverunt: hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos dolori non fuit: homines tibi arma, alii in me, alii post in illum invictum civem dederunt: hominum beneficia prorsus concedo tibi iam maiora non esse quaerenda. 39. A dis quidem immortalibus quae potest homini maior esse poena furore atque dementia? nisi forte in tragoediis, quos vulnere ac dolore corporis cruciari et consumi vides, graviores deorum immortalium iras subire quam illos, qui furentes inducuntur, putas. Non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, quamquam sunt acerbi, quam illa exsultatio Athamantis et quam senium matricidarum. Tu, cum furiales

---

1. *sunt* G E — *quid religiosius*, *quid grauius* P G E: *quid gravius*, *quid religiosius* M O — 2. *nego*] *ego* P G E — 3. *desertum* P^1 — 6. *huius urbis* C: *huic urbi* O — *accipimus* P — 8. *errantis* P G E — *inprobitas* P — *inprudentia* P — *quidem impune possit* Mommsenius. — 9. *ante P. Clodium nemo* Halmius: *ante .p. clodium* P^1; *nemo ante .p. clodium* P^2 G E M; *nemo nisi P. Clodius* O — 10. *adit* P^1 — *neclexit* P — *aspicere* P — *non* omisit G E — 11. *Quid fit* P — *in** P — 13. *dicit esse quod* G E — 15. *forte* om. G E — *esse* C: om. O — *quod*] *quo* P^1 — *iudices*] *uides* G E — 16. *exaustum* P G — 17. *perdidisti* P^3: *prodidisti* P^1 — 18. *te* om. P M — 19. *id* C: *illud* O — 20. *ne*] *nec* E — *coniuentes* P^1: *contuentes* P^2 G E; *conniuentis* M; *conniventes* O. Cf. p. 924, 6. — 21. *flagrantis* C — *sororis*] *furoris* Nipperdey; *in sorores* Halmius. — 22. *attendes* P G E: *attendis* M; *attenderis* O — *intelleges* P G — 24. *prope* om. G E — *confitentem* C: *confitentem* [*propter pecuniam*] O — 25. *iniura* P^1 — *tui* ***stupri* P; *tui istius stupri* Halmius. — *inlata* P G — 26. *dederunt*] alteram syllabam *de* a correctore habet P — 27. *tibi iam maiora* Halmius: *tibiamaiora* P^1; *tibi at maiora* P^2 G; *tibi; ac maiora* O — 28. *dis* P: *diis* O — *maiora* ante rasuram P — 29. *tragoedis* P — *uolnere* G — 30. *cruciare* P^1 — *ac consumi* M — *uidis* P^1 — 31. *qui*] *quo* P^1 — *furentes* P^1: *furentis* P^2 G — *eiulatus* om. G E — 32. *filoctetae* P G E — *quanquam* P — *sint* G M — *exultatio* P — 33. *senium* C: *somnium* O. Cf. Garatonium ad Milon. § 20.

in contionibus voces mittis, cum domos civium evertis, cum lapidibus optimos viros foro pellis, cum ardentes faces in vicinorum tecta iactas, cum aedes sacras inflammas, cum servos concitas, cum sacra ludosque conturbas, cum uxorem sororemque non discernis, cum quod ineas cubile non sentis, tum baccharis, tum furis, tum das eas poenas, quae solae sunt hominum sceleri a dis immortalibus constitutae. Nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se, denique ipsum corpus tenuissima de causa saepe conficitur: deorum tela in impiorum mentibus figuntur. Quare miserior es, cum in omnem fraudem raperis oculis, quam si omnino oculos non habueris.

XIX. 40. Sed, quoniam de iis omnibus, quae haruspices commissa esse dicunt, satis est dictum, videamus, quid iidem haruspices iam a dis immortalibus dicant moneri. Monent: NE PER OPTIMATIVM DISCORDIAM DISSENSIONEMQVE PATRIBVS PRINCIPIBVSQVE CAEDES PERICVLAQVE CREENTVR, AVXILIOQVE † DIMINVITIS DEFICIANTVR, QVA RE AD VNVM IMPERIVM PECVNIAE REDEANT EXERCITVSQVE, DEMINVTIOQVE ACCEDAT. Haruspicum verba sunt haec omnia: nihil addo de meo. Quis igitur optimatium discordiam molitur? Idem iste, nec ulla vi ingenii aut consilii sui, sed quodam errore nostro: quem quidem ille, quod obscurus non erat, facile perspexit. Hoc enim etiam turpius afflictatur res publica, quod ne ab eo quidem vexatur, ut tamquam fortis in pugna vir acceptis a forti adversario vulneribus adversis honeste cadere videatur. 41. Ti. Gracchus convellit statum civitatis: qua gravitate vir! qua eloquentia! qua dignitate! nihil ut a patris avique Africani praestabili insignique virtute, praeterquam quod a senatu desciverat, deflexisset. Secutus est C. Gracchus: quo ingenio! qua eloquentia! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa. Ipse Saturninus ita fuit effrenatus et paene demens, ut auctor esset egregius et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus. Nam quid ego de Sulpicio loquar? cuius tanta in dicendo gravitas, tanta iucunditas, tanta brevitas fuit, ut posset vel ut prudentes errarent vel ut boni minus bene sentirent perficere dicendo. Cum his conflictari et pro salute patriae quotidie dimicare erat omnino

---

1. *contionibus* P G; *concionibus* O — 2. *ardentis* P G — 4. *inea cubile* G — 5. *tum baccharis tum* P G E: *cum baccharis*, *cum* M O — *furis*] *fueris* P; *fureris* G E — 6. *sunt solae* M — *dis* P: *diis* O — 8. *de causa saepe* (*sepe* P) P G E: *saepe de causa* M O — 9. *finguntur* P^1 — 10. *habueris* P G E: *haberes* M O — 11. *iis*] *his* P G M — *aruspices* P G — *com***missa* P — 12. *idem* P G — *aruspices* P G — *iam a dis* Halmius: *iam* P^1; *a diis* G E; *a diis iam* M O; in P vv. *a dis* m. sec. superscr. sunt. — 13. *optimatiũ** P — 14. *caedis* P^1 — 15. *diminuitis* P^1: *diminutis* P^2 G E; *diuinitus* M; *diminuti* O (*auxilioque deum invitis iis def.* Mommsenius.) — *unius* L — *pecuniae* C: *provinciae* O — 16. *exercitusque* P^1: *exercitusque apulsus* G E; *exercitusque pulsus* P^3 M O — *diminutioque* G, *diminucioque* P — *aruspicum* G — 17. *igitur* P: *igitur hanc* G E M O — 18. *ui* supra versum habet P — *ingeni* P^1 — 19. *erant* P — *perspexi* P^1 — 20. *adflictatur* P — 22. *uolneribus* G — *honeste* Seb. Gryphius: *homines* P^1 M; *et honestis* P^2 G E O — *Tib** *graccus* P; *Tib. gracchus* G — 24. *patribus* G E — *prestabili* P — 25. *quod* supra versum habet P^2 — *disciuerat* P G — *C.* supra versum habet P; om. E — 26. *qua eloquentia* (*eloquencia* P) P G E: om. M O — 27. *boni* P G E: *boni omnes* M O — 28. *Saturninus* P M: *L. Saturninus* G E O. Cf. p. 920, 29. — *poene** P — 29. *essed* P^1 — *imperatorum* P — *inflammandosque*] *mandosque* P^1 — 30. *Sulpicio* P: *P. Sulpicio* G E M O. Cf. p. 920, 32. — 31. *iocunditas* G — 32. *prudentis* P — 33. *cotidie* G; *cottidiae* P^1; *cottidie* P^2.

illis, qui tum rem publicam gubernabant, molestum, sed habebat ea molestia quandam tamen dignitatem. XX. 42. Hic vero, de quo ego ipse tam multa nunc dico, pro di immortales! quid est? quid valet? quid affert, ut tanta civitas, si cadet, quod di omen obruant! a viro tamen confecta videatur? qui post patris mortem primam illam aetatulam suam ad scurrarum locupletium libidines detulit: quorum intemperantia expleta in domesticis est germanitatis stupris volutatus: deinde iam robustus provinciae se ac rei militari dedit atque ibi piratarum contumelias perpessus etiam Cilicum libidines barbarorumque satiavit: post exercitu L. Luculli sollicitato per nefandum scelus fugit illim Romaeque recenti adventu suo cum propinquis suis decidit, ne reos faceret, a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime praevaricaretur. Inde cum Murena se in Galliam contulit: in qua provincia mortuorum testamenta conscripsit, pupillos necavit, nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflavit: unde ut rediit, quaestum illum maxime fecundum uberemque campestrem totum ad se ita redegit, ut homo popularis fraudaret improbissime populum, idemque vir clemens divisores omnium tribuum domi ipse suae crudelissima morte mactaret. 43. Exorta est illa rei publicae, sacris, religionibus, auctoritati vestrae, iudiciis publicis funesta quaestura: in qua idem iste deos hominesque, pudorem pudicitiam, senatus auctoritatem, ius fas, leges iudicia violavit. Atque hic ei gradus — o misera tempora stultasque nostras discordias! — P. Clodio gradus ad rem publicam hic primus est aditus ad popularem iactationem atque adscensus. Nam Ti. Graccho invidia Numantini foederis, cui feriendo, quaestor C. Mancini consulis cum esset, interfuerat, et in eo foedere improbando senatus severitas dolori et timori fuit, eaque res illum fortem et clarum virum a gravitate patrum desciscere coëgit. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis poenas excitavit. Saturninum, quod in annonae caritate quaestorem a sua frumentaria procuratione senatus amovit eique rei M. Scaurum praefecit, scimus dolore factum esse popularem. Sulpicium ab optima causa profectum Caioque Iulio consulatum contra leges petenti resistentem longius, quam voluit, popularis aura provexit.

---

1. *rem p. gubernabant* P^{2}: *rem gubernabant* P^{1} G E — 2. *quandam* P G: *quamdam* O — 3. *di* P: *dii* O — *quod est* P^{1} — 4. *adfert* P — *quod* in rasura habet P — *di* P G: *dii* O — *auertant* M — 5. *patres* P^{1} — 6. *libidinis* P — *intemperancia* P — 7. *uolutatus* P^{2} M: *uoluntatis* P^{1} G — 9. *libidinis* P^{1} — 10. *L.* supra versum habet P^{2}; omisit M — *sollicitus* P^{1} — *illim* P^{2}: *illi* P^{1}; *illum* G E; *illinc* M O — *romeque* P — 11. *ne*] *ut* M — 14. *paccionis* P^{1}; *pacciones* P^{2} — 15. *redit* P^{1} — *questum* P G — *secundum* P G E — 16. *redigit* P^{1} — *frudaret* P — 17. *demens* P G M — 18. *sua* P G — *morte* ** *mactaret* (syllaba *mac* in rasura paulo maiore) P — *illa re sacris* P^{1}; *illa .p. R. sacris* E; *illa res p. sacris* M — 19. *auctoritate* P G — *uestrae* (*a* in rasura, *e* supra versum) P^{2} — 20. *questura* P — 21. *fas* in rasura habet P — *legis* P G E — *Adque* P^{1} — *ei*] *i* in rasura habet P — 22. *P.* et *p.* (*publicam*) supra versum habet P^{1} — 23. *primis* P; *primũ* G — *aditus* P^{1}: *additus* P^{2} — *iactionem* G; *actionem* E — 24. *Ti.*] *Tib.* P; *tibi* G — *numan* P^{1} — 25. *.c. a. mancini* (*c. a.* in rasura) P; *c. amancini* G; *.c. amantini* E — 26. *fuit, eaque* nos: *fuit itaque* P G E; *fuit* M; *fuit: istaque* O — *res* om. E — 27. *C.* supra versum habet P^{1} — 28. *gracchum* in rasura habet P — *magnitudine* P — 30. *questorem* P — *amouet* P^{1} — 31. *m.* in rasura habet P — 32. *Caioque Iulio* Manutius: *gaioque totio* P^{1}; *gaioque tulio* P^{2}; *gaio tulioque* G E; *C. tuscio* M. Cf. Brut. § 226. Ascon. Ped. p. 24.

XXI. 44. Fuit in his omnibus, etsi non iusta — nulla enim potest cuiquam male de re publica merendi iusta esse causa —, gravis tamen et cum aliquo animi virilis dolore coniuncta. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis purpureisque fasceolis, a strophio, a psalterio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis. Nisi eum mulieres exornatum ita deprehendissent, nisi ex eo loco, quo eum adire fas non fuerat, ancillarum beneficio emissus esset, populari homine populus Romanus, res publica cive tali careret. Hanc ob amentiam in discordiis nostris, de quibus ipsis his prodigiis recentibus a dis immortalibus admonemur, arreptus est unus ex patriciis, cui tribuno pl. fieri non liceret. 45. Quod anno ante frater Metellus et concors etiam tum senatus, senatus principe Cn. Pompeio sententiam dicente, excluserat acerrimeque una voce ac mente restiterat, id post discidium optimatium, de quo ipso nunc monemur, ita perturbatum itaque permutatum est, ut, quod frater consul ne fieret obstiterat, quod affinis et sodalis, clarissimus vir, qui illum reum non laudarat, excluserat, id is consul efficeret in discordiis principum, qui illi unus inimicissimus esse debuerat, eo fecisse auctore se diceret, cuius auctoritatis neminem posset paenitere. Iniecta fax est foeda ac luctuosa rei publicae: petita est auctoritas vestra, gravitas amplissimorum ordinum, consensio bonorum omnium, totus denique civitatis status. Haec enim certe petebantur, cum in me, cognitorem harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum coniiciebatur. Excepi et pro patria solus exarsi, sic tamen, ut vos isdem ignibus circumsaepti me primum ictum pro vobis et fumantem videretis. XXII. 46. Non sedabantur discordiae, sed etiam crescebat in eos odium, a quibus nos defendi putabamur. Ecce isdem auctoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, flagitantes vos, populum Romanum desiderantem non auctoritate sua solum, sed etiam precibus ad meam salutem excitavit, restituti sumus. Sit discordiarum finis aliquando: a diuturnis dissensionibus conquiescamus. Non sinit eadem ista labes: eas habet contiones, ea miscet ac turbat, ut modo se his, modo vendat illis, nec tamen ita, ut se quisquam, si ab isto laudatus sit, laudatiorem putet, sed ut eos,

---

1. *omnibus* P: *omnibus causa* G E M O — *nulla*] *Nec* G E — 2. *merenti* G M; *merendae* P; *meriti* E — *tamen* supra versum P^1 — 3. *animi* Camerarius: *animi et* C; *animi [et]* O — *uirilis* G: *uiriles* P^1; *uiri* P^2 E M O; *exulcerati* Halmius. — *a crocota, a mitra*] *acroma ornatus* G E — 4. *soleis*] litteras *eis* partim in rasura habet P — *fasceolis* nos: *faceolis* P; *fasciis* G E; *fasciolis* O. Cf. Non. Marc. p. 537, 5. — *a psalterio*] *absalterio* P; *absaltrio* G E — 5. *a* ante *flagitio* om. C — 6. *depraendissent* P, *deprendissent* G — 7. *fuerat* P G E: *erat* M O — 9. *prodigis* P^1 — *dis* P: *diis* O — 10. *p. l.* P; *plebis* O — *non* delevit Ernestius; conf. de Legg. III § 21. — 11. *senatus senatus* codd. Lambini: *senatu senatus* P; *senatus* G E M O — *principe - - dicente* Manutius: *principi - - dicenti* C (*princi* P^1) — 12. *sentenciam* P — 13. *discidium* C: *dissidium* O — 14. *ita permutatum* G E — 15. *adfinis* P — *clarissimus uir* C: *vir clarissimus* O — 16. *discordis* P^1 — 17. *eo* P G E: *et eo* M O — 18 *posset*] *post*** (*t* in rasura) P — *paeniteret* P; *poenitere* O — *fax est* P G: *est fax* (E) M O — 19. *feda ac luluosa* P — 20. *ordinum*] *hominum* G E — 22. *coniciebatur* P G — 23. *isdem* P: *idem* G; *iisdem* O — *circumsepti* P G — 24. *uideretis* P^2: *uideritis* P^1; *uiderit* G; *uideret* M — 26. *defensi* P G; *defensum iri* Halmius. — *isdem* P G: *iisdem* O — 27. *flagitantes* (*flagitantis* G E) *uos populum .r. desiderantem* C: *populum Romanum desiderantem, flagitantes vos* O — 29. *sit*] *si* P G E — 30. *eas habet*] *ea facit* M; om. G E — *contiones* P G: *conciones* O — 31. *ut modo se his, modo* nos: *ut modo* (mediis omissis) C; *ut se modo his, modo* cum Lambino O — 32. *se* om. P in lacuna, sed duarum litterarum vestigia supersunt. — *laudatorem* P G; *laudationem* M.

quos non amant, ab eodem gaudeant vituperari. Atque ego hunc non miror — quid enim faciat aliud? —: illos homines sapientissimos gravissimosque miror, primum quod quemquam clarum hominem atque optime de re publica saepe meritum impurissimi voce hominis violari facile patiuntur, deinde si existimant perditi hominis profligatique maledictis posse, id quod minime conducit ipsis, cuiusquam gloriam dignitatemque violari, postremo quod non sentiunt id, quod tamen mihi iam suspicari videntur, illius furentes ac volaticos impetus in se ipsos posse converti. 47. Atque ex hac nimia non nullorum alienatione a quibusdam haerent ea tela in re publica, quae quam diu haerebant in uno me, graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam. An iste, nisi primo se dedisset iis, quorum animos a vestra auctoritate seiunctos esse arbitrabatur, nisi eos in caelum suis laudibus praeclarus auctor extolleret, nisi exercitum C. Caesaris — in quo fallebat, sed eum nemo redarguebat —, nisi eum, inquam, exercitum signis infestis in curiam se immissurum minitaretur, nisi se Cn. Pompeio adiutore, M. Crasso auctore, quae faciebat, facere clamaret, nisi consules causam coniunxisse secum, in quo uno non mentiebatur, confirmaret, tam crudelis mei, tam sceleratus rei publicae vexator esse potuisset? XXIII. 48. Idem, posteaquam respirare vos a metu caedis, emergere auctoritatem vestram e fluctibus illis servitutis, reviviscere memoriam ac desiderium mei vidit, vobis se coepit subito fallacissime venditare. Tum leges Iulias contra auspicia latas et hic et in contionibus dicere, in quibus legibus inerat curiata illa lex, quae totum eius tribunatum continebat, quam caecus amentia non videbat: producebat fortissimum virum, M. Bibulum: quaerebat ex eo, C. Caesare leges ferente de caelo semperne servasset? Semper se ille servasse dicebat. Augures interrogabat, quae ita lata essent, rectene lata essent? Illi vitio lata esse dicebant. Ferebant in oculis hominem quidam boni viri et de me optime meriti, sed illius, ut ego arbitror, furoris ignari. Longius processit: in ipsum Cn. Pompeium, auctorem, ut praedicare est solitus, consiliorum suorum, invehi coepit: inibat gratiam a non nullis. 49. Tum vero elatus spe, posse se, quoniam togatum domestici belli exstinctorem nefario scelere foedasset, illum etiam, illum externorum

---

1. *adque* P[1] — 2. *Quid enim -- de re publica* h. l. om. G E; cf. § 50. — *grauissimosque* supra versum habet P — 3. *miror* in rasura P — 4. *saepe* P G E : om. M O — 5. *si* C : *quod* O — *profliagatique* P[1] — 7. *senciunt* P — 8. *furentis* P G — 9. *conuerte* P[1]; *conuertere* G E — *hanc* P[1] — *alienatione a quibusdam* codd. tres et Manutius : *alienatione et quibusdam* (*tione et* in P a correctore) P M; *alienati oneret quibusdam* G E — 10. *haerent ea tela* Manutius: *haerentia* (*h* superscr., *ia* sec. m. in rasura) ‖ **tela* P; *haerentia tela* G E M; *haerent iam ea tela* Halmius. — *in me uno* G E — 12. *iis*] *is* P[1] — *arbitrabatur* Manutius: *arbitrabamur* C — 13. *celum* P — 14. *C.* om. P G E — *Caesaris -- exercitum* in ima margine addidit P[2]; *nisi exercitum C. Caesaris signis* (mediis omissis) Halmius *Rh. Mus.* X, p. 348. — 15. *inmissurum* G — 16. *nisi se* G E : *nise* P[1]; *nisi* P[2] M O — 17. *consultes* P[1]; *consulis* P[2] G; *consul* E — *coniuncxisse* P — *menciebatur* P — 20. *cedis* P — *e*] *et* G E — *illis* C : *illius* O — 21. *reuiuescere* P — 23. *contionibus* P G : *concionibus* O — *in* om. G E — 24. *producebam* P[1] — 25. *querebat* P — *G.* P — 26. *celo* (ubique) P — *ne* om. P — 28. *hominum* G E — 29. *illius* superscr. est in P — 30. *predicare* P — 31. *sollicitus* P[1] — *inibat*] *inba* P[1] — 32. *elatus spe*] *est ratus* M — *se* superscr. est in P — *quoniam* C : *quo modo* O — 33. *extinctorem* P G — *fedasset* P.

bellorum hostiumque victorem, affligere, — tum est illa in templo Castoris scelerata et paene deletrix huius imperii sica deprehensa: tum ille, cui nulla hostium diutius urbs umquam fuit clausa, qui omnes angustias, omnes altitudines moenium obiectas semper vi ac virtute perfregit, obsessus ipse est domi meque non nulla imperitorum vituperatione timiditatis meae consilio et facto suo liberavit. Nam si Cn. Pompeio, viro uni omnium fortissimo, quicumque nati sunt, miserum magis fuit quam turpe, quam diu ille tribunus pl. fuit, lucem non adspicere, carere publico, minas eius perferre, cum in contionibus diceret velle se in Carinis aedificare alteram porticum, quae Palatio responderet, certe mihi exire domo mea ad privatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem rei publicae gloriosum. XXIV. 50. Videtis igitur hominem per se ipsum iam pridem afflictum ac iacentem perniciosis optimatium discordiis excitari, cuius initia furoris dissensionibus eorum, qui tum a vobis seiuncti videbantur, sustentata sunt. Reliqua iam praecipitantis tribunatus etiam post tribunatum obtrectatores eorum atque adversarii defenderunt; ne a re publica rei publicae pestis removeretur, restiterunt, etiam ne causam diceret, etiam ne privatus esset. Etiamne in sinu atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt? quo tandem decepti munere? Volo, inquiunt, esse qui in contione detrahat de Pompeio. Detrahat ille vituperando? Velim sic hoc vir summus atque optime de mea salute meritus accipiat, ut a me dicitur: dicam quidem certe quod sentio: mihi, me dius fidius, tum de illius amplissima dignitate detrahere, cum maximis laudibus efferebat, videbatur. 51. Utrum tandem C. Marius splendidior, cum eum C. Glaucia laudabat, an cum eundem iratus postea vituperabat? an ille demens et iam pridem ad poenam exitiumque praeceps foedior aut inquinatior in Cn. Pompeio accusando quam in universo senatu vituperando fuit? quod quidem miror, cum alterum gratum sit iratis, alterum esse tam bonis civibus non acerbum. Sed ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc eius contionem, de qua loquor, in qua Pompeium ornat an potius deformat? certe laudat et unum esse in hac civitate dignum huius

---

1. *adfligere* P — 2. *pene* P G — *inperi* P^1; *inperii* P^2 — *deprensa* P — 3. *diucius* P — *omnis* P — 4. *omnis altitudinis* P G E — *altitudines moenium obiectas* nos: *alt. omnium obiecta* C; *altitudines, omnium obiecta tela* O — *ac* C: *et* O — 5. *opsessus* P — *ipse est* P G M: *est ipse* (E) O — 7. *miserum* P^1 G E: *miserrumũ* P^2; *miserrimum* M — 8. *tr. p. l.* P; *tribunus plebis* O — 9. *aspicere* P G — *contionibus* P: *concionibus* O — 10. *quae*] *quaeque* E — 13. *adflictum* P — *ac iacentem*] *ci* in rasura P — 14. **dissionis* (superscr. *sen* et *bu*) P — 15. *a* om. P; sed cf. p. 922, 12. — *precipitantis* P — 18. *etiamme ne* P^1 — *causam*] *meam causam* G E M — *sinu* Nic. Angelius: *senatu* C — *adque* P^1 — 19. *illam. Quid enim faciat. aliud illos homines sapientissimos grauissimosque miror primum quod quemquam clarum* (*clara* E) *hominem atque optime de re p. uenenatam* G E; cf. § 46. — 21. *contione* P G: *concione* O — 23. *quod*] *quid* P G — 24. *cum* P M: *cum illum* G E O. Fort. *cum eum.* — *ecferebat* P; *et ferre* G E — 25. *tandem* Nic. Angelius: *tamen* P G E; *tum* M — *C.*] *gaius* P G E — *Glaucia*] *claudia* G E — 27. *penam* P — *preceps* P^2 G; *receps* P^1 — *aut inquinatior* P^2: *aut inquanatior* P^1; *Anquinatior* G; *an inquinatior* E; *atque inquinatior* M O — 28. *GN.* P — *quam in universo* superscr. habet P^2; *an in senatu* Halmius *Rhein. Mus. N. F.* X. p. 350. — 29. *esse*] *esset* P G M — *tam* (*t* superscr. et *m* in rasura) P; *iam* Halmius. — 30. *diucius* P — 31. *contionem* P G: *concionem* O — 32. *laudat et*] *laudet* P — *civitate*] *dignitate* P.

imperii gloria dicit et significat se illi esse amicissimum et reconciliationem esse gratiae factam. 52. Quod ego quamquam quid sit nescio, tamen hoc statuo, hunc, si amicus esset Pompeio, laudaturum illum non fuisse. Quid enim, si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? Videant ii, qui illum Cn. Pompeio inimicum esse gaudebant ob eamque causam in tot tantisque sceleribus conivebant et non numquam eius indomitos atque effrenatos furores plausu etiam suo prosequebantur, quam se cito inverterit. Nunc enim iam laudat illum: in eos invehitur, quibus se antea venditabat. Quid existimatis eum, si reditus ei gratiae patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiae irrepat? XXV. 53. Quas ego alias optimatium discordias a dis immortalibus definiri putem? nam hoc quidem verbo neque P. Clodius neque quisquam de gregalibus eius aut de consiliariis designatur. Habent Etrusci libri certa nomina, quae in id genus civium cadere possint. Deteriores, repvlsos, quod iam audietis, hos appellant, quorum et mentes et res sunt perditae longeque a communi salute diiunctae. Quare cum di immortales monent de optimatium discordia, de clarissimorum et optime meritorum civium dissensione praedicunt: cum principibus periculum caedemque portendunt, in tuto collocant Clodium, qui tantum abest a principibus, quantum a puris, quantum ab religiosis. 54. Vobis, o clarissimi atque optimi cives, et vestrae saluti consulendum et prospiciendum vident. Caedes principum ostenditur: id, quod interitum optimatium sequi necesse est, adiungitur: ne in unius imperium res recidat, admonemur. Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaque raperemur: neque enim ullus alius discordiarum solet esse exitus inter claros et potentes viros nisi aut universus interitus aut victoris dominatus aut regnum. Dissensit cum Mario, clarissimo cive, consul nobilissimus et fortissimus, L. Sulla: horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit. Cum Octavio collega Cinna dissedit: utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. Idem iterum Sulla superavit: tum sine dubio habuit regalem potestatem, quamquam rem publicam recuperarat. 55. Inest hoc tempore haud obscurum odium atque id insitum penitus et inustum animis hominum amplissimorum; dissident principes; captatur occasio. Qui non tantum opibus valent, nescio quam fortunam tamen ac tempus exspectant: qui sine controversia plus possunt, ei fortasse non numquam

---

1. *imperi* P[1] — *gloria* om. M — *illis* P[1]; *illius* Halmius; sed cf. v. 4. — *esse amicissimum* C: *amicissimum esse* O — 2. *esse graciae* P; *gratiae esse* G E — *nestio* P — 5. *Cn.* om. G E — 6. *gaudeant* P — *contuebant* P G E; *continebant* M; *connivebant* O. Cf. p. 918, 20. — 7. *ecfrenatos* P — 9. *existimastis* P[1] — 10. *ei in gratiam* Lambinus. — 11. *opi* ‖ *nem* P[1] — *irrepat* Nic. Angelius: *increpat* P M; *increpatur* G; *increpatus* E — *optimatum* G — 12. *dis* P: *diis* O — 13. *aut* superscr. est in P — 15. *possint* P G E: *possunt* O — 16. *sunt res* G E — *diiunctae* P[2]: *deiunctae* P[1]; *disiunctae* G E M O — 17. *di* P: *dii* O — *optimatum* M — *discordia* C: *discordiis* O — 19. *conlocant* P — 20. *pueris* P G M; *peritis* E — *ab* P G E: *a* M O — 21. *carissimi* P G — *vestrae*] *uniuerse* G — 23. *optimatum* M — *ne*] *etiam ne* M — 24. *reccidat* P — *si*] *se* P[1] — 26. *et* om. P G E; fort. *ac*. Cf. de prov. cons. § 39. — *potentis* P G — 27. *dominatus*] *domitus* P[1] — 29. *ut*] *et* P[1] — 30. *dissensit* M — *utrique* P[1] G E: *utrisque* P[2] M — 31. *tum*] *tamen* P G E — 32. *.rp.* P — *recuperarat* P E: *recuperant* G; *recuperavit* M O — 33. *aud* P[1]; *haut* G; *enim aut* E — *et iniustum* E M — *hominum animis* G E — 35. *nestio* P — *expectant* P; *expectent* G E — 36. *ei fortasse* P: *efortasse* G; *et fortasse* E M; *hi fortasse* O.

consilia ac sententias inimicorum suorum extimescunt. Tollatur haec e civitate discordia: iam omnes isti, qui portenduntur, metus exstinguentur; iam ista serpens, quae tum hic delitiscit, tum se emergit et fertur illuc, compressa atque illisa morietur. XXVI. Monent enim eidem, NE OCCVLTIS CONSILIIS RES PVBLICA LAEDATVR. Quae sunt occultiora quam eius, qui in contione ausus est dicere, iustitium edici oportere, iuris dictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli? nisi forte existimatis hanc tantam colluvionem illi tantamque eversionem civitatis in mentem subito in rostris cogitanti venire potuisse. Est quidem ille plenus vini, stupri, somni plenusque inconsideratissimae ac dementissimae temeritatis: verum tamen nocturnis vigiliis, etiam coitione hominum, iustitium illud concoctum atque meditatum est. Mementote, patres conscripti, verbo illo nefario tentatas aures nostras et perniciosam viam audiendi consuetudine esse munitam.

56. Sequitur illud, NE DETERIORIBVS REPVLSISQVE HONOS AVGEATVR. Repulsos videamus: nam deteriores qui sint, post docebo. Sed tamen in eum cadere hoc verbum maxime, qui sit unus omnium mortalium sine ulla dubitatione deterrimus, concedendum est. Qui sunt igitur repulsi? Non, ut opinor, ii, qui aliquando honorem vitio civitatis, non suo, non sunt assecuti. Nam id quidem multis saepe optimis civibus atque honestissimis viris accidit. Repulsi sunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissime largientes non solum alieni, sed etiam sui, vicini, tribules, urbani, rustici reppulerunt. Hi ne honore augeantur, monent. Debet esse gratum quod praedicunt, sed tamen huic malo populus Romanus ipse nullo haruspicum admonitu sua sponte prospexit. 57. Deteriores cavete: quorum quidem est magna natio, sed tamen eorum omnium hic dux est atque princeps. Etenim si unum hominem deterrimum poëta praestanti aliquis ingenio fictis vitiis conquisitis deformatum vellet inducere, nullum profecto dedecus reperire posset, quod in hoc non inesset, multaque in eo penitus defixa atque haerentia praeteriret. XXVII. Parentibus et dis immortalibus et patriae nos primum natura conciliat; eodem enim tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu augemur et certam in sedem civitatis ac libertatis adscribimur. Iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit: deorum ignes, solia, mensas, abditos ac penetrales focos, occulta et maribus non invisa so-

---

2. *ciuitatem* P¹ — *extinguentur* P; *extinguitur* G¹; *extinguuntur* G² E — 3. *quetum* P — *delitiscit* P²: *delitis* P¹; *delitescit* G E M O. Cf. p. 499, 13.— *tum se* om. P¹ — 4. *conpressa* P — *illisa*] *illis* P¹; *elisa* Graevius.— *eidem* P G E: *iidem* M O — 5. *ledatur* P G — *occulciora* P — 6. *contione* P G: *concione* O — *iusticium* P — *dedici* G E — 7. *erarium* P — 8. *conluuionem* P — *im mentem* P — 9. *cogitanti* P: *ei cogitanti* G E; *nec cogitanti* M O — *potuisset* P¹ — 10. *inconsiderantissimae* P G E — 11. *uerum tamen* (divise) P: *verumtamen* O — *contione* E M — 12. *atque* C: *ac* O — *.p. c* P — 13. *temptatas* P G E — *nostras* C: *vestras* O — *perniciosam* P — *uiuam* P¹; *uitam* P² — 18. *sint* G E — 20. *adsecuti* P — 21. *atque*] *at* P; *ac* M — 22. *numera* P — 23. *largientis* P G — 24. *reppulerunt* P: *repulerunt* O — *Ii* G M; *si* E — *monent* G E: *monet* P; *monemur* M O — 25. *malo* superscr. P²; *rei* Halmius. — *populo .r.* P¹ — 26. *aruspicum* G — 27. *est magna* C: *magna est* O — 28. *et enim* divise P — 29. *aliquid* P¹ — *f. vitiis conquisitis* nos: *f. conquisitis* P; *f. conquisitisque vitiis* G E M O — 30. *non inesset in hoc* G E — 32. *dis* P: *diis* O — *imortalibus* P — 34. *adscribemur* P¹; *ascribimur* P² — 35. *ignis* P G — *solia menses* P; *solemnes mensas* M — 36. *poenetrales* P.

lum, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere pervertit idemque earum templum inflammavit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subvenitur. 58. Quid de patria loquar? qui primum eum civem vi, ferro, periculis urbe, omnibus patriae praesidiis depulit, quem vos patriae conservatorem esse saepissime iudicaritis, deinde everso senatus, ut ego semper dixi, comite, duce, ut ille dicebat, senatum ipsum, principem salutis mentisque publicae, vi, caede incendiisque pervertit: sustulit duas leges, Aeliam et Fufiam, maxime rei publicae salutares: censuram exstinxit: intercessionem removit: auspicia delevit: consules, sceleris sui socios, aerario, provinciis, exercitu armavit: reges qui erant vendidit, qui non erant appellavit: Cn. Pompeium ferro domum compulit: imperatorum monimenta evertit: inimicorum domus disturbavit: vestris monimentis suum nomen inscripsit. Infinita sunt scelera, quae ab illo in patriam sunt edita. Quid? quae in singulos cives, quos necavit, socios, quos diripuit, imperatores, quos prodidit, exercitus, quos tentavit! 59. Quid vero? ea quanta sunt, quae in ipsum se scelera, quae in suos edidit! Quis minus umquam pepercit hostium castris quam ille omnibus corporis sui partibus? quae navis umquam in flumine publico tam vulgata omnibus quam istius aetas fuit? quis umquam nepos tam libere est cum scortis quam hic cum sororibus volutatus? quam denique tam immanem Charybdim poëtae fingendo exprimere potuerunt, quae tantos exhauriret gurgites, quantas iste Byzantiorum Brogitarorumque praedas exsorbuit? aut tam eminentibus canibus Scyllam tamque ieiunis quam quibus istum videtis, Gelliis, Clodiis, Titiis, rostra ipsa mandentem?

60. Quare, id quod extremum est in haruspicum responso, providete, NE REI PVBLICAE STATVS COMMVTETVR. Etenim vix haec, si undique fulciamus iam labefacta, vix, inquam, nixa in omnium nostrum umeris cohaerebunt. XXVIII. Fuit quondam ita firma haec civitas et valens, ut negligentiam senatus vel etiam iniurias civium ferre posset. Iam non potest: aerarium nullum est; vectigalibus non fruuntur qui redemerunt; auctoritas principum cecidit; consensus ordinum est divulsus; iudicia perierunt; suffragia descripta tenentur a paucis; bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus iam non erit; civem, qui se pro patriae salute opponat invidiae, frustra posthac requiretis. 61. Quare hunc statum, qui nunc est, qualiscumque est, nulla alia re nisi concordia retinere possumus: nam ut meliore simus loco ne optandum quidem est illo

---

5. *iudicaritis* P G: *iudioaueritis* E M; *iudicaveratis* O — *senatu* C — 8. *fusiam* M — *salutares* (*es* in rasura) P — *censuram*] *censu* P¹ — 9. *extinxit* P G — 11. *ferro* G E M: *fe***re* P; *vi*, *ferro* O — 12. *monimenta* P: *monumenta* O — *domus* P: *domos* G E M O. Cf. p. 327, 1. p. Cael. § 18. — *monimentis* P G: *monumentis* O — 13. *suum nomen* P G M: *nomen suum* O — *inscripsit*] *in* in ras. habet P — 14. *quidque* G E; *queque* M — 15. *temptauit* P G E — 16. *ipsum se* P G M: *se ipsum* O — 17. *aedidit* P — 20. *uolatus* P¹; *uiolatus* P² — 21. *carybdim* G, *charibdim* P — 22. *exhauriret gurgites* Halmius: *exhaurire gurgites* P; *exhaurire gurgites possit* G E; *exhaurire gurgites posset* M O — *bizanziorum* P — *brogitatorumque* P; *largitanorumque* G E — *predas* P — 23. *exorbuit* P G — 24. *gellis* P M — *cloeliis* P G — 25. *quod*] *cum* P; *quidem* M; om. E — *responso* nos: *responsu* P; *responsum* G; *responsis* M O — 27. *lambefacta* P — *nixa* C: *innixa* O — *umeris* P (supra versum): *humeris* O. Cf. p. 872, 8. — 29. *neglegentiam* P G — *ciuium* extra versum habet P — 31. *consensum* P¹ — *diuolsus* P G — 32. *discripta* in rasura P²; *districta* M — 35. *est nulla*] *nulla est* P¹.

impunito: deteriore autem statu ut simus, unus est inferior gradus aut interitus aut servitutis. Quo ne trudamur, di immortales nos admonent, quoniam iam pridem humana consilia ceciderunt. Atque ego hanc orationem, patres conscripti, tam tristem, tam gravem non suscepissem, non quin hanc personam et has partes honoribus populi Romani, vestris plurimis ornamentis mihi tributis deberem et possem sustinere, sed tamen facile tacentibus ceteris reticuissem: sed haec oratio omnis fuit non auctoritatis meae, sed publicae religionis. Mea fuerunt verba fortasse plura, sententiae quidem omnes haruspicum, ad quos aut referri nuntiata ostenta non convenit aut eorum responsis commoveri necesse est. 62. Quod si cetera magis pervulgata nos saepe et leviora moverunt, vox ipsa deorum immortalium non mentes omnium permovebit? Nolite enim id putare accidere posse, quod in fabulis saepe videtis fieri, ut deus aliqui delapsus de caelo coetus hominum adeat, versetur in terris, cum hominibus colloquatur. Cogitate genus sonitus eius, quem Latinienses nuntiarunt: recordamini illud etiam, quod nondum est relatum, quod eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiae nuntiatur terrae motus horribilis cum quibusdam † multis metuendisque rebus: haec eadem profecto, quae prospicimus, impendentia pertimescetis. 63. Etenim haec deorum immortalium vox, haec paene oratio iudicanda est, cum ipse mundus, cum agri atque terrae motu quodam novo contremiscunt et inusitato aliquid sono incredibilique praedicunt. In quo constituendae nobis quidem sunt procurationes et obsecratio, quem ad modum monemur. Sed faciles sunt preces apud eos, qui ultro nobis viam salutis ostendunt: nostrae nobis sunt inter nos irae discordiaeque placandae.

---

1. *inpunito* P — 2. *di* P²: *de* P¹; *dii* O — 3. *humana*] *uma* P¹ — *atque* P² M: *adque* P¹; *at* G E — 5. *non inquam nisi hanc* M — *partis* P G — 8. *mea*] *meae* P¹ G — 9. *sentenciae* P — *omnis* P¹ G; *ominis* P² — *aruspicum* P — *aureferri* G — 11. *cetera* P² M: *cera* P¹; *scelera* G E — 14. *aliqui* P G: *aliquis* M O — *elapsus* M — *de* P M: *e* G E; om. O — 15. *conloquatur* P — 16. *nunciarunt* P; item v. 17. — *etiam illud* E M — 17. *factum* C — *potenciae* P — *terre* P²; *ter* P¹ — 18. *multis*] *invisis* Mommsenius. — *reb:* (sic) superscr. in P — *hec* P — 19. *quae* C: *quae futura* O — *prospiciamus* G; *proitiamus* E — *impendencia* P — 20. *poene* P — 21. *cum agri atque terrae* P G M (*cum agri atque* in rasura P²): *cumque agris atque terrae* E; *cum aër atque terra* cum Garatonio O — *contremescunt* P — 22. *inuissitato* P¹ — *sono aliquid* G E — M. Tulli Ciceronis de haruspicum responsis explicit. inc. pro Cornelio Balbo P; subscriptione carent G E.

M. TULLII CICERONIS

PRO P. SESTIO ORATIO

AD IUDICES.

EX RECENSIONE

CAROLI HALMII.

NOTARUM EXPLICATIO.

A = lemmata Scholiastae Bobiensis; v. Cic. Schol. II, p. 291 sqq.
P = codex Parisinus 7794 a me collatus.*)
G = codex Gemblacensis, nunc Bruxellensis 5345, a Baitero collatus.
S = codex Salisburgensis, nunc Monacensis Lat. 15734, a me collatus.
a = editio Ascensiana secunda a. 1522.
b = Ascensiana tertia a. 1531.
c = Hervagiana a. 1534.
d = Naugeriana a. 1534. Lectiones harum quattuor editionum, quas Orelli in ed. III publicavit, item codicis S, qui est ex familia codicum lacunosorum (v. Madvigii Opusc. I, p. 429), non indicavimus nisi illis locis, in quibus operae pretium videbatur ostendere, ex quo fonte aliqua lectio profecta sit. Sed integram dedimus varietatem ex A P G O.
L = ed. Lambiniana a. 1566.
O = ed. Orelliana prima a. 1826. Orationem iterum edidit Orelli a. 1832 Turici, tertium a. 1835 Heidelbergae.

Praeterea, ut par erat, diligenter usi sumus curis criticis Io. Bakii (*Hypomnematum Scholicorum* Vol. I, p. 49 sqq.), Car. Frid. Hermanni (*Vindiciae lectionum Bernensium in or. pro P. Sestio* Gottingae 1852), Frid. Iacobi (*Bemerkungen zu Cic. rede für Sestius* in Schneidewini Philologo III, p. 483 sqq. et p. 701 sqq.), Iusti Ieepii (in *Epist. gratulatoria ad I. C. Koken data* Guelf. 1851. 4.), Io. Nic. Madvigii (in *Opusculis acad.* Vol. I, p. 411 sqq.), I. A. Maehlyi (in *Ann. nov. philol. et paedag.* Vol. 69, p. 38 sqq.), O. M. Muelleri (*Curae secundae in or. pro P. S.* Coeslini 1831), Mauritii Seyfferti (*Epistola critica ad Car. Halmium* Brandenburgi 1848. 4. p. 55 sqq.), denique Alb. Sad. Wesenbergii (*Observationes criticae in or. p. S.* Viborgi 1837), qui praeter Madvigium optime de hac oratione emendanda meritus est.

---

*) Lectiones Parisiensis in hac oratione et in quattuor quae proxime sequuntur Madvigius in Opusc. acad. ex Krarupii collatione publicavit, qui quam negligenter atque imperite in negotio suo versatus sit, in Museo Rhenano novo Vol. IX p. 321 sqq. demonstravi. Ut omittam permultas lectiones bonas aut memorabiles a Krarupio non exscriptas esse, ne iis quidem, quas nominatim affert, semper fides habenda est, id quod ex una oratione, ne per quinque quid quoque loco peccatum sit indicare cogamur, planum faciemus. In Sestiana igitur hae lectiones a Krarupio ex P allatae in codice aut non exstant aut aliter leguntur: § 9. *periculumque* — § 12. *et dignitatem* — *fortassis studioso* — *praeclara cepisset* — § 14. *dignam uti* — § 15. *in repub. qum* — § 18. *que conpulsus* — § 19. *sepiasia* — *Atlante coelum* (hic a Madvigio erratum videtur) — § 22. *prius* — § 24. *quantum* — § 26. *veste mutata vos inquam* — *L. Mummius* — § 28. *qui me* — § 29. *passuum* om. (habet P: *.p.*) — § 31. *vestrum forte* — § 33. *uelia* — *quin* — § 35. *a co* — § 40. *maximum in Italia* — *vana* - - *oratio* om. — *principibus* sine *a* — § 44. *mihi insanabilis* —

I. 1. Si quis antea, iudices, mirabatur, quid esset quod pro tantis opibus rei publicae tantaque dignitate imperii nequaquam satis multi cives forti et magno animo invenirentur, qui auderent se et salutem suam in discrimen offerre pro statu civitatis et pro communi libertate, is ex hoc tempore miretur potius, si quem bonum et fortem civem viderit, quam si quem aut timidum aut sibi potius quam rei publicae consulentem. Nam ut omittatis de unius cuiusque casu cogitando recordari, uno adspectu intueri potestis eos, qui cum senatu, cum bonis omnibus rem publicam afflictam excitarint et latrocinio domestico liberarint, maestos, sordidatos, reos, de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dimicantes: eos autem, qui omnia divina et humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint, non solum alacres laetosque volitare, sed etiam fortissimis atque optimis civibus periculum moliri, de se nihil timere. 2. In quo cum multa sunt indigna, tum nihil minus est ferendum, quam quod iam non per latrones suos, non per homines egestate et scelere perditos, sed per vos nobis, per optimos viros optimis civibus periculum inferre conantur, et quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi manu copiis delere non potuerunt, hos vestra auctoritate, vestra religione, vestris sententiis se oppressuros arbitrantur. Ego autem, iudices, *quoniam*, qua voce mihi in agendis gratiis commemorandoque eorum, qui de me optime meriti sunt, beneficio esse utendum putabam, ea nunc uti cogor in eorum periculis depellendis, iis potissimum vox haec serviat, quorum opera et mihi et vobis et populo Romano restituta est.

II. 3. Et quamquam a Q. Hortensio, clarissimo viro atque eloquentissimo, causa est P. Sestii perorata nihilque ab eo praetermissum est,

---

Inscriptio orationis. *Incipit. pro .p. Sestio* P, *M. Tullii Ciceronis pro Sestio incipit* G; *M. T. C. pro P. Sextio oratio* O.

1. *ro* in *pro* P in ras. habet. — 2. *nequam* P¹ — 4. *libertate is* Mommsenius: *libertates* P¹; *libertate* P²GO — 6. *aut midum* P¹ — 8. *aspectu* PG — 9. *adflictam* P — 10. *libris* G — 11. *dimicantis* PG; *dimicare* perperam coni. Ernesti. — *diuinae et* P¹ — 12. *alacris* PG — ****uolutares etiam* P¹; *volitare* om. B; codd. dett. post *etiam* habent *voluntarios*, quod O inclusit; cf. Madv. p. 425. — 14. *sint* aliquot codd. dett. — *est minus* G — *terendum* P — 16. *deperditos* ed. Or. 2 contra codd. — 17. *quos* P corr. m. 1 ex *quod.* — 18. *copiis* G corr. ex *corpus* — *delere* G²: *dolere* G¹; *dolore* P — 20. *quoniam* supplevi: om. PG; *quia* O; cf. Seyff. p. 55 et Iacob. p. 483 sqq. Klotzius quoque in ed. Teubn. *quoniam* scripsit, sed in Praef. p. IV ut aeque probabile *iudices*, *si*, *qua* cet. proposuit. — *eorum* P extra lineam habet, m. 1. ut videtur. — 21. *meriti sunt* PG: *sunt meriti* O — *beneftio* P, et sic saepius *iuditium*, *offitium*, quae posthac non notabo. — 23. *servit* L — 25. *quanquam* G — 26. *P.* om. G — *sesti* P — *est* obelo notavit Ernesti.

---

quam imposuissem — *scissent* — § 55. *promulgatae fuerunt*, *dicam?* — § 56. *potestatem* — *pessinuntus* — § 60. *elucet* — § 62. *re publica* — *tum cum* — § 63. *in rep.* — § 64. *eius magistratus tutelae* — *querere* — § 65. *proscripti* — § 68. *L. Mummio* — § 71. *sed et spe* — § 73. *perturbatione* — § 78. *Trib. pl.* — § 79. *tum mag. gereret ut a suis munitus* — § 84. *maerebamini* — § 86. *virtute praeditum* — *audaciam* — § 91. *utilitatem continentes* — § 96. *ad arbitror* (pro *ut arbitror*) — § 97. *e* (pro *esto*) — *opionis* — *nominantur* — § 101. *C. Marium* — *dimoveri* — § 103. *ratio* (sine *haec*) — § 107. *in contione* — § 109. *quin* — § 116. *virtutis* — *Gque* — § 118. *despicientis* — § 120. *Quam enim* — § 121. *et quod fortasse* — § 123. *populo Romano* — § 132. *Vectium* — § 136. *uestrorum* — § 138. *nec* — § 139. *huius ordinis et* om. (deest in P *ordinis et*, non item *huius*). Qui tot vitia in una oratione idque in lectionibus exscriptis commissa reputarint, eos, etiam cum Krarupius loquitur, nobis tacentibus fidem habituros esse confidimus.

quod aut pro re publica conquerendum fuit aut pro reo disputandum, tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur, per quem est perfectum ne ceteris civibus deesset. Atque ego sic statuo, iudices, a me in hac causa atque hoc extremo dicendi loco pietatis potius quam defensionis, querellae quam eloquentiae, doloris quam ingenii partes esse susceptas. 4. Itaque si aut acrius egero aut liberius, quam qui ante me dixerunt, peto a vobis ut tantum orationi meae concedatis, quantum et pio dolori et iustae iracundiae concedendum putetis. Nam neque officio coniunctior dolor ullus esse potest quam hic meus susceptus ex hominis de me optime meriti periculo, neque iracundia magis ulla laudanda est quam mea inflammata eorum scelere, qui cum omnibus meae salutis defensoribus bellum esse sibi gerendum iudicaverunt. 5. Sed quoniam singulis criminibus ceteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sestii, de genere vitae, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio conservandae salutis communis atque otii, contendamque, si modo id consequi potero, ut in hac confusa atque universa defensione nihil a me, quod ad vestram quaestionem, nihil quod ad reum, nihil quod ad rem publicam pertineat, praetermissum esse videatur. Et quoniam in gravissimis temporibus civitatis atque in ruinis eversae atque afflictae rei publicae P. Sestii tribunatus est a Fortuna ipsa collocatus, non aggrediar ad illa maxima atque amplissima prius quam docuero, quibus initiis ac fundamentis haec tantae summis in rebus laudes excitatae sint.

III. 6. Parente P. Sestius natus est, iudices, homine, ut plerique meministis, et sapiente et sancto et severo: qui cum tribunus pl. primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset, reliquis honoribus non tam uti voluit quam dignus videri. Eo auctore duxit honestissimi et spectatissimi viri, C. Albini, filiam, ex qua hic est puer et nupta iam filia. Duobus his gravissimae antiquitatis viris sic probatus fuit, ut utrique eorum et carus maxime et iucundus esset. Ademit

---

1. *reo* P corr. m. 2: *re* P¹; *re .p.* G — 2. *adgrediar* P — 4. *hoc* om. G — 5. *locupletatis* G — *querell**** *eloquentia doloris quam ingenii partim esse susceptas* P¹; *querellã eloquentiae dolores quam ing. partes esse susc.* P corr. m. 2; *quaerelam eloquentiae doloris* (corr. *dolores*) *quam ing. partes susceptas* G; fuerat in archetypo: *querellae -- partis esse s.* (*querelae* O) — 6. *aut carius* G — 9. *nam neque* G², ut scripsit Madvigius p. 440: *namque* P; *namqui* G¹; *neque enim* O — *ullus esse* S: *ullius esse* P O; *esse ullius* G; *ullus* flagitant Madvigius p. 435 et Stuerenburg ad *Cic. de Off.* p. 200 (ed. 1834); contra *ullius* defendere conatus est Klotzius in praef. ed. Teubn. p. IV. — 11. *laudanda est* scripsi: *laudandans* P¹ (ex *laudandast*); *laudanda* P² G O — *quam mea inflammata* scripsi: *quamea inflammat* P¹; *quam illa quae inflammata* G; *quam ea quae me inflammat* P corr. m. 2 et O — 12. *meae salutis* P G: *sal. meae* O — 14 et 21. *sesti* P G — 17. *a me* P corr. ex *ad me*; fort. *ab me.* — 19. *pertinet* G — *videatur esse* G — 20. *adflictae* P — 21. *a fortuna* O — *adgrediar* P — 23. *haec* P: *hae* P corr. G O. Cf. Fleckeisenum in Nov. Mus. Rhen. VII, p. 271 sqq. et VIII, p. 221. — 25. *meministis et* P, sed *s et* in ras. scriptum m. 2, ut videtur. — *sapienti* mavult Wesenbergius p. 6 sqq. — 26. *optumis* P — *factus* P corr. ex *tactum* (cf. var. lect. p. 929, 14. 932, 27.); *statutus* G — 27. *honestissumi et spectatissumi* P — 28. *hi***c* P — 29. *his* om. P G, sed in utroque vocula post *duobus* erasa est. — *grauissumis* P, *grauissimis* G; *gravissimis ac sanctissimis viris* coni. Lambinus; probabilius Mommsenius: *gravissumis summae antiquitatis viris.* Cf. etiam Madv. p. 441, not. 2. — 30. *ut utrique* G: *ut* om. P, in quo *ut* sup. lin. post *eorum* m. 2 additum est. — *iocundus* G.

Albino soceri nomen mors filiae, sed caritatem illius necessitudinis et benevolentiam non ademit. Hodie sic hunc diligit, ut vos facillime potestis ex hac vel assiduitate eius vel sollicitudine et molestia iudicare. 7. Duxit uxorem patre vivo optimi et calamitosissimi viri filiam, L. Scipionis. Clara in hoc P. Sestii pietas exstitit [et] omnibus grata, quod et Massiliam statim profectus est, ut socerum videre consolarique posset, fluctibus rei publicae expulsum, in alienis terris iacentem, quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat; et ad eum filiam eius adduxit, ut ille insperato adspectu complexuque si non omnem, at aliquam partem maeroris sui deponeret: et maximis praeterea assiduisque officiis et illius aerumnam, quoad vixit, et filiae solitudinem sustentavit. Possum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militari, de provinciali in eo magistratu abstinentia: sed mihi ante oculos obversatur rei publicae dignitas, quae me ad sese rapit, haec minora relinquere hortatur.

8. Quaestor hic C. Antonii, collegae mei, iudices, fuit sorte, sed societate consiliorum meus. Impedior non nullius officii, ut ego interpretor, religione, quo minus exponam, quam multa P. Sestius, cum esset cum collega meo, senserit, ad me detulerit, quanto ante providerit. Atque ego de Antonio nihil dico praeter unum: numquam illum illo summo timore ac periculo civitatis neque communem metum omnium nec propriam non nullorum de ipso suspicionem aut infitiando tollere aut dissimulando sedare voluisse. In quo collega sustinendo atque moderando si meam in illum indulgentiam coniunctam cum summa custodia rei publicae laudare vere solebatis, par prope laus P. Sestii esse debet, qui ita suum consulem observavit, ut et illi quaestor bonus *et omnibus* optimus civis videretur. IV. 9. Idem, cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset palamque armata volitaret, venit cum exercitu Capuam, quam urbem propter plurimas belli opportunitates ab illa impia et scelerata manu tentari suspicabamur. C. Mevulanum, tribunum militum Antonii, Capua praecipitem eiecit, hominem perditum et non

---

1 .*albano* P -- *soceri* S: *ceteri* P¹; *ceterum* G P² correctum m. 2. — *mors* in P sup. lin. m. 2. — 2. *beniuolentiam* P G — *facillume* P² — 3. *adsiduitate* P — *eius* omittit G — 4. *Alteram duxit uxorem* Schuetzius; *Duxit iterum ux.* Mommsenius. — *optumi* P G — *et*] *at* coni. Robortellus. — *calamitosissumi* P, *calamitatissimi* G — *L.* A P: *C.* G O (habet A *L. Scipionis filiam*) — 5. *sesti* P — *extitit* P; *extat* G — *et* P sup. lin. habet, m. 2 ut videtur. — 6. *socereum* P — *videre et consolari* G — 9. *ille* P G: *illo* O; cf. Madv. p. 441. — *aspectu* P G — *conplexuque* G — *ad* P pr. m. — *aliquem* G — 10. *meroris* P (corr. ex *memoris*) et G — *et* P habet in rasura a m. 2.; *et te* G — *praeterea assiduisque officiis* Mommsenius: *praeteritas esse sed iis et officiis* P¹ G, sed in P *praet. esse sed iis et* m. 2 deletum est; *officiis* edd. — 13. *apstinentia* P — 14. *rapuit* G — 15. *antoni* P¹ — *conlegae* P — *sortes sed* P¹ — 16. *inpedior* P — *nonnullus* P¹ — 17. *quam multa -- detulerit* habet A — *P. Sestius -- senserit* A solus: om. P G O — 18. *quanto* corr. in *quanta* G — 19. *illum illo* P G: *illum in illo* O — 20. *civitatis* edd.: *societatis* P G — 21. *nec* P G: *neque* O — *suspitionem* P — *inficiando* P — 23. *cum summo studio* L — 24. *vero* P — *sesti* P G — 25. *ita suum* P G: *suum ita* O — *et omnibus* Koechly (qui aliquot egregias emendationes suas nobiscum per litteras communicavit): *et omnibus* om. P¹ G; *et vobis omnibus* P sup. lin. m. 2 rec. et O; *et rei p.* ipse suppleveram in ed. Lips. a. 1853. — 26. *laterib;* G — 28. *oportunitates* G (*opp.* habet P) — 29. *temptari* P G; *attentari* a O — *conspicabamur* G — *c. meuulanum* P G (*meuolanum* G corr.): *et inde M. Aulanum* O; *C. Medullinum* (vel *Meculonium*) susp. C. F. Hermannus; at temerarium videtur in tali re emendationes captare. Ceterum cf. Mommsenium in *Unterital. Dialekte* p. 343. — *T. R. mi. l. antoni* (sic) P — 30. *proiecit* G.

obscure Pisauri et in aliis agri Gallici partibus in illa coniuratione versatum. Idemque C. Marcellum, cum is non Capuam solum venisset, verum etiam se quasi armorum studio in maximam familiam coniecisset, exterminandum ex illa urbe curavit. Qua de causa et tum conventus ille Capuae, qui propter salutem illius urbis consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit, huic apud me P. Sestio maximas gratias egit, et hoc tempore eidem homines nomine commutato coloni decurionesque, fortissimi atque optimi viri, beneficium P. Sestii testimonio declarant, periculum decreto suo deprecantur. 10. Recita, quaeso, L. Sesti, quid decrerint Capuae decuriones, ut iam puerilis tua vox possit aliquid significare inimicis vestris, quidnam, cum se corroborarit, effectura esse videatur. DECVRIONVM DECRETA. Non recito decretum officio aliquo expressum vicinitatis aut clientelae aut hospitii publici, aut ambitionis aut commendationis gratia: sed recito memoriam perfuncti periculi, praedicationem amplissimi beneficii, indicem officii praesentis, testimonium praeteriti temporis. 11. Atque illis temporibus isdem, cum iam Capuam metu Sestius liberasset, urbem senatus atque omnes boni deprehensis atque oppressis domesticis hostibus me duce ex periculis maximis extraxissent, ego litteris P. Sestium Capua arcessivi cum illo exercitu, quem tum secum habebat: quibus hic litteris lectis ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit. Atque ut illius temporis atrocitatem recordari possitis, audite litteras et vestram memoriam ad timoris praeteriti cogitationem excitate. LITTERAE CICERONIS CONSVLIS. V. Hoc adventu P. Sestii tribunorum pl. novorum, qui tum extremis diebus consulatus mei res eas, quas gesseram, vexare cupiebant, reliquaeque coniurationis impetus et conatus sunt retardati. 12. Ac posteaquam est intellectum, M. Catone tribuno pl., fortissimo atque optimo civi, rem publicam defendente, per se ipsum senatum populumque Romanum sine militum praesidio tueri facile maiestatem suam dignitatemque eorum, qui salutem communem

---

1. *opscure* P — 2. *is* P corr. ex *his.* — *Capuam solum* P G: *solum Capuam* O — 5. *consolatu* G — *conseruam* P¹; *conservatae* L — 6. *aput* P — *P. Sestio* glossema videtur, quod iam Manutio suspectum fuit. — 7. *eidem* P: *quidem* G corr. in *quidam*; *iidem* O — *nemine* G — 8. *sesti* P G — 9. *periculum* P G: *periculumque* aliquot dett. — *L.* Hotomanus ex ep. ad Fam. XIII, 8: *P.* P G O — 10. *decrerint* P: *decreverint* G O; cf. p. 707, 1. — *ut iam* -- *significare* habet A — *puerilis* A G: *uirilis* P. Cf. Madv. p. 423. — *aliquid* sine causa Ern. suspectum habebat. — 11. *uestris* P¹ G¹: *nostris* G² O; *vestris* in P m. 2 expunctum est. — *conroborarit* P; *corroborari et* G — 12. *uidebatur* G — *decurionum decreta* P G: *decretum decurionum* O — *aliqua* P¹ — 14. *commodationis* G — 15. *indicem* Koechly: *uicem* codd.; *vocem* amicus quidam Lambini, quod commendavit Madvigius p. 442 sq. Lectionem librorum alius alia interpretatione vindicare studuit, v. Bake p. 54 sq. Iacob. p. 488, Hermann. p. 10, Klotz. p. V in ed. Teubn. Cf. or. p. Rab. perd. reo § 18 extr. — 16. *eisdem* G; *iisdem* O (*isdem cum* propter scissuram in cod. nunc abest a P) — 19. *P. Sestium* P G: *eum* O — *arcessiui* P: *arcersiui* G — 21. *incredibile* P¹ — *ut*] *ne* P G; VT et NE item confusa sunt § 118. — *temporis* om. G — *recordare* P¹ — 22. *cludite* P G (*cl* ortae ex forma quam vocant aperta litterae *a*) — *litteris* G¹ — *timores* G¹ — 23. *cognitionem* L — *cos.* P — *adventu* om. G — 24. *sesti* P G — *qui* -- *cupiebant* habet A — *tum* om. A — 25. *reliquaeque* P G: *reliquique* O — 26. *M.* Orelli et O. M. Muellerus: om. P G O — 27. *optumo* P — *civi* P G: *cive* O — *rem publicam*] *.R.* P G — *defendente* G¹ P; cf. ad p. 930, 26. — 29. *maiestatem suam dignitatemque* nos: *maiestatem suam dignitatem* P G; *cum maiestatem suam tum dignitatem* O cum ed. Iunt.; *cum maiestate sua dignitatem* Madvigius et Baiterus, rati in codd. Bernn. lectionem *cum maiestatem suam dignitatem* exstare; sed habent eandem quam P G. In codd. dett. locus desideratur.

periculo suo defendissent, Sestius cum illo exercitu summa celeritate C. Antonium consecutus est. Hic ego quid praedicem, quibus hic rebus consulem ad rem gerendam excitarit? quos stimulos admoverit homini studioso fortasse victoriae, sed tamen nimium communem Martem belli casumque metuenti? Longum est ea dicere, sed hoc breve dicam: si M. Petrei non excellens animus et amor rei publicae, non praestans in re publica virtus, non summa auctoritas apud milites, non mirificus usus in re militari exstitisset, neque adiutor ei P. Sestius ad excitandum Antonium, cohortandum, accusandum, impellendum fuisset, datus illo in bello esset hiemi locus, neque umquam Catilina, cum e pruina Appennini atque e nivibus illis emersisset, atque aestatem integram nanctus Italiae calles et pastorum stabula praedari coepisset, sine multo sanguine ac sine totius Italiae vastitate miserrima concidisset.

13. Hunc igitur animum attulit ad tribunatum P. Sestius, ut quaesturam Macedoniae relinquam et aliquando ad haec propiora veniam; — quamquam non est omittenda singularis illa integritas provincialis, cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leviter ad exigui praedicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius provinciae sempiternam; — verum haec ita praetereamus, ut tamen intuentes et respectantes relinquamus: ad tribunatum, qui ipse ad sese iam dudum vocat et quodam modo absorbet orationem meam, contento studio cursuque veniamus. VI. 14. De quo quidem tribunatu ita dictum est a Q. Hortensio, ut eius oratio non defensionem modo videretur criminum continere, sed etiam

---

1. *sestilius* P^1 — *exercitu* P (corr. ex *exercitus*) et G: *suo exercitu* O — 2. *C. Antonium consecutus est* scripsi: *ẽ ant. consecutus* P, sed est *ẽ* in rasura, corr. ex *.c.*, ut ex vestigiis apparet; *est Ant. consecutus* G (*summa est celer. Ant. cons.* O) — *hoc* G — *ergo* P^1 — 3. *consulemq.* P^1 — *quos -- victoriae* habet A — *quos* A et cod. Ursini: *quot* G O et P corr. ex *quod* (*quos* videtur in A exstare, sed omisit Maius in adnot., quod alias solet, scripturae varietatem notare.) — 4. *stud. fortasse* A: *stud. fortassis* P O; *fortassis stud.* G — *belli casumque* P: *bellicosumque* G; *bellique casum* O; cf. Madv. p. 443. — 5. *intuenti* G — *breve* P: *brevi* G O — *dicam si*] *du* ‖ *cassi* P — 6. *Petrei* P G: *Petreii* O (A *semper ei* pro *si M. Petrei*, si recte Ang. Maius legit) — *animo* G — *et* P m. 2 in rasura habet. — *amor rei publ.* Gulielmius: *amore rei p.* P G; *et amor rei p.* om. O (*animus amore rei p.* Lamb.) — *in .r. p.* P; displicet repetitum *res publica*, quare malim: *non praestans in re gerenda virtus*; cf. or. Verr. V, § 25. p. 387, 32. Eandem emendationem Koechly quoque proposuit. — 8. *extitisset* P G. — 9. *inpellendum* P — 10. *locus nequaquam* G — *appennini* P G: *Apennini* O — 11. *e* P sup. lin. habet, om. G — *nibibus* P; *moenibus* G — *nanctus* P^1 G^1: *nactus* P G corr. et O (§§ 99 et 134 etiam P *nactus* habet) — 12. *callis* P G — *stabulae praeclare* (vel *praedare*) P^1; *stabula praeclari* (vel *praedari*) P corr. 1 m.; *stabula praeclara* P corr. m. 2 et G — *coepisset* P: *caepisset* G. Coniecit Madvigius *peragrare coepisset*, Wesenberg *pervagari c.*, Orelli *penetrare c.*, Koechly *perlustrare c.*, Iacob *praecepisset* vel *praesidio saepsisset*, Maehly *praediaque cepisset*, Bake denique: *aestate integra, nactus It. colles et pastorum stabula, praedari coepisset.* — 14. *apstulit ad trib.* P; *ad trib. attulit* G O — 15. *propriora* G^1 P — 16. *quamquam et aliquando non est* P — *quoius* G corr. in *quot huius.* — 17. fort. *non inpressa*, ut est in or. p. Caec. § 76. Phil. XIII, § 30. Orat. § 12 cet.; contra est in Verr. IV, § 53: *aliquo leviter presso vestigio.* — 18. *sempiternam. Verum -- relinquamus. Ad tribunatum* O — 20. *qui ipse* P^1, ut O. M. Muellerus coniecit: *quia ipse* P^2 corr. m. 2, G O — 21. *apsorbet* P — *veniam* G — 22. *dictum est* G corr.: *est* om. P G^1; cf. supra v. 2 et ad p. 934, 18 et 25 cet. Wesenbergius praefert: *dictum a Q. Hort. est.* — *a Q.*] *ab* G — 23. *non* om. G — *modo non videretur criminum* P, sed *non* 1 m. deletum; *modo criminum ñ uideretur* G; *modo crim. vider.* O.

memoria dignam iuventuti rei publicae capessendae auctoritatem disciplinamque praescribere. Sed tamen, quoniam tribunatus totus P. Sestii nihil aliud nisi meum nomen causamque sustinuit, necessario mihi de isdem rebus esse arbitror si non subtilius disputandum, at certe dolentius deplorandum. Qua in oratione si asperius in quosdam homines invehi vellem, quis non concederet, ut eos, quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem? Sed agam moderate et huius potius tempori serviam quam dolori meo: si qui occulte a salute nostra dissentiunt, lateant; si qui fecerunt aliquid aliquando atque eidem nunc tacent et quiescunt, nos quoque simus obliti; si qui se offerunt, insectantur, quoad ferri poterunt, perferemus; neque quemquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non invasisse, sed incucurrisse videamur. 15. Sed necesse est, antequam de tribunatu P. Sestii dicere incipiam, me totum superioris anni rei publicae naufragium exponere, in quo colligendo ac reficienda salute communi omnia reperientur P. Sestii facta, dicta, consilia versata.

VII. † Fuerat ille annus iam in re publica, iudices, cum in magno motu et multorum timore intentus est arcus in me unum, sicut vulgo ignari rerum loquebantur, re quidem in universam rem publicam, traductione ad plebem furibundi hominis ac perditi, mihi irati, sed multo acrius otii et communis salutis inimici. Hunc vir clarissimus mihique multis repugnantibus amicissimus, Cn. Pompeius, omni cautione, foedere, exsecratione devinxerat nihil in tribunatu contra me esse facturum. Quod ille nefarius, ex omnium scelerum colluvione natus, parum se foedus violaturum arbitratus est, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset. 16. Hanc taetram immanemque beluam, vinctam auspiciis, alligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis, solvit subito lege curiata consul vel, ut ego arbitror, exoratus,

---

1. *dignam iuventuti* Madvigius: *dignam iuti* P (sed *m i* expunctae); *digna uti* G; *digna esset uti* O; *dignam veluti* coni. Iacobus p. 492. Cf. infra § 96. — 2. *praescriberet* O — *tribunatus* P G: *tribunatus quidem* O; cf. Madv. p. 407. — *sesti* P G — 4. *isdem* P G: *iisdem* O — *suptilius* P — *ad* P¹ — *certe* P G: *certe, iudices* O; cf. Madv. p. 446. — 6. *ut eos* om. G — 7. *perstringere* G; *prestringerem* P — *agam*] *aquam* P¹; *ut* (i. e. *uel*) *quam* P² G — *huius* 2 codd. Lamb.: *hu** P; *hos* G¹; *huic* P² G² — 9. *dissenserunt* L — *eidem* P: *idem* G; *iidem* P corr. et O — 10. *se offerunt insectantur* (*insectanter* corr.) P: *offendunt insecuntur* G; *se offerunt* [*insolenter*] *et insectantur* O; cf. Madv. p. 446. — 11. *quodad* P, sed prior *d* deleta. — *poterint* G¹ P; cf. Lachmann. *ad Gaium* I, § 146 p. 75 et Halmii *Analecta Tull.* p. 3. not. 1. — 12. *optulerit* P — *incucurrisse* P: *incurrisse* G O — 13. *est* P sup. lin. — 13 et 16. *sesti* P G — 14. *anni .re. p.* P; sup. lin. *in* m. 2. — 15. *in quo -- salute* habet A — *collegendo* P¹ — *repperientur* P G — 16. *facta dicta* P G: *dicta facta* O; cf. Madv. p. 448 not. — 17. *annus tam in re .p. iudices cum* (*quam* m. 2) *in magno* P; *annus tam in re .p. iud quam in magno* G; *annus in rei publicae magno* b O; *iam* correxit Madvigius p. 448; *fuerat ille annus temeritatis plenus, cum* cet. coni. Iacobus p. 493; *ferverat ille animus iam in re p. cum* Maehly p. 40; ipse tentavi: *furor erat ille insanus iam in re p., cum* cet., cuius loco malit Koechly: *ruebat ille insanus iam in re p.* cet. — 18. *metu* G — *intentus est* Madvigius: *est* om. P G; *tamquam intentus* b O — *artius* G — *siut* P¹ — 19. *re quidem* P (sed *vera* sup. lin. m. 2): *re quidem vera* G O — 20. *homines* G — 21. *michirati* P¹ — 22. *pompei* G — 23. *execratione* P — *quod* P G: *at* S O — 25. *arbitr. est* Pantagathus: *est* om. P G, sed videtur in P *arbitratut* scriptum fuisse; *est arbitratus* L O — *cautiorem* P¹ G — 26. *taetram* P: *tetram* G O — *inmanemque* G — *belluam* O — *uictam* cum *n* sup. *i* P — 28. *lege curiata* Turnebus: *legum curiata* P (sed *ta* expunctae); *legum* G O — *vel ut ego -- iratus* habet A.

vel, ut non nemo putabat, iratus, ignarus quidem certe et imprudens impendentium tantorum scelerum et malorum. Qui tribunus pl. felix in evertenda re publica fuit nullis suis nervis: qui enim in eius modi vita nervi esse potuerunt, hominis fraternis flagitiis, sororiis stupris, omni inaudita libidine insani? — 17. sed fuit profecto quaedam illa rei publicae fortuna fatalis, ut ille caecus atque amens tribunus pl. nancisceretur — quid dicam? — consules? — hocine ut ego nomine appellem eversores huius imperii, proditores vestrae dignitatis, hostes bonorum omnium? qui ad delendum senatum, affligendum equestrem ordinem, exstinguenda omnia iura atque instituta maiorum se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris atque imperii ornatos esse arbitrabantur. Quorum, per deos immortales! si nondum scelera vulneraque inusta rei publicae vultis recordari, vultum atque incessum animis intuemini. Facilius eorum facta occurrent mentibus vestris, si ora ipsa oculis proposueritis.

VIII. 18. Alter unguentis afluens, calamistrata coma, despiciens conscios stuprorum ac veteres vexatores aetatulae suae, puteali et faeneratorum gregibus inflatus, a quibus compulsus olim, ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam in fretu ad columnam adhaeresceret, in tribunatus portum perfugerat, contemnebat equites Romanos, minitabatur senatui, venditabat se operis atque ab iis se ereptum, ne de ambitu causam diceret, praedicabat ab isdemque se etiam invito senatu provinciam sperare dicebat; eamque nisi adeptus esset, se incolumem nullo modo fore arbitrabatur. 19. Alter, o di boni! quam taeter incedebat! quam truculentus! quam terribilis adspectu! unum aliquem te ex barbatis illis exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen rei publicae diceres intueri. Vestitus aspere nostra hac purpura plebeia ac paene fusca; capillo ita horrido, ut Capua, in qua ipsa tum imaginis ornandae

---

1. *putabat* A, ut Ernesti voluerat: *putare* P^1, *putaret* P^2G — *iratus* A: *miratus* P G; *mihi iratus* edd. — *inprudens* P G — 2. *inpendentium* P; *impendium* G — *et* P G: *ac* O — 4. *sororis* A P G; habet A *fraternis -- stupriis* (sic) — 5. *insani* P corr. ex *insane*; *infamis* edd. vett.; *exhausti* coni. Koechly. «*Flagitiis insanum* dici quid vetat, quando *insanus* latissime de omnibus dicitur, quae modum excedunt? cf. Weicherti *lectt. Venus.* p. 39.» Hermannus. — *Sed fuit* O; punctum ante *sed* sustulit Seyffertus p. 57: «Inchoatam sententiam (*felix fuit*), quoniam se ipse interpellavit Cic. interrogatione interposita, mutata paulum oratione particulaque *sed* ad illa media accommodata cum quadam repetitione perficit ac pertexit.» — 6. *illa .R. p.* P; *in illa .R. p.* P corr. 2 m. — *cecus* P — 7. *quid dicam -- appellem* habet A — *hocine* P G: *hocne* A (?); *hoccine* O — *nomine appellem* A P: *appellem nomine* G O; cf. Madv. p. 449 not. — 8. *euorsores* G^1 — 8 et 11. *imperi* P — 9. *adfligendum* P — 10. *extinguenda* P G — *facibus* P^1 — 11. *natos* G — 12. *immortalis* P; *inmortales* G — 13. *inusta re .p.* P; *in ista re .p.* G — *recordare* P^1 — *incensum* P — 14. *eorum facta* P G: *facta eorum* O — 15. *oculis* P: *oculis uestris* G, sed est *si ora i. oc. uestris* in marg. 1 m. suppletum. — 16. *afluens* A P: *affluens* P 2 m., G O (A habet *alter ung. afluens*) — 17. *vexatores -- portum perfugeret* (sic) habet A — *faeneratorum* A P: *feneratorum* G O — 18. *a quibus* A, ut Hotomanus coniecerat: *qui* P^1; *atque* P corr. 2 m., G O — *conpulsus* A P G; *perculsus* O — *ne in Scyllaeo* A: *ne scillaeo* P; *nesculeo* G; *in* om. O — 19. *tamquam* A solus: om. P G O (*tamquam freto* om. *in* coni. Seyffertus p. 58.) — *fretu* P^1: *freto* P^2A G O; cf. ad Verr. V, § 169. — 20. *contempnebat* G — 22. *isdemque* P G: *iisdemque* O — 24. *arbitratur* P — *di* P G: *dii* O — *taeter* P G: *teter* O — 25. *terribili* Manutius. — *aspectu* P G — 26. *imperi* P — 27. *aspere* P G: *asper* O; v. Madv. p. 449. — *hac* P G corr. ex *haec*. — 28. *in* om. G — *ipsa* P^1G: *ipse* P^2O.

causa duumviratum gerebat, Seplasiam sublaturus videretur. Nam quid ego de supercilio dicam, quod tum hominibus non supercilium, sed pignus rei publicae videbatur? Tanta erat gravitas in oculo, tanta contractio frontis, ut illo supercilio annus ille niti tamquam vade videretur. 20. Erat hic omnium sermo: «est tamen rei publicae magnum firmumque subsidium; habeo quem opponam labi illi atque caeno; vultu me dius fidius collegae sui libidinem levitatemque franget; habebit senatus in hunc annum quem sequatur; non deerit auctor et dux bonis.» Mihi denique homines praecipue gratulabantur, quod habiturus essem contra tribunum pl. furiosum et audacem cum amicum et affinem, tum etiam fortem et gravem consulem. IX. Atque eorum alter fefellit neminem. Quis enim clavum tanti imperii tenere et gubernacula rei publicae tractare in maximo cursu ac fluctibus posse arbitraretur hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum, vino, ganeis, lenociniis adulteriisque confectum? cum is praeter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset, qui non modo tempestatem impendentem intueri temulentus, sed ne lucem quidem insolitam adspicere posset? 21. Alter multos plane in omnes partes fefellit; erat enim hominum opinione nobilitate ipsa, blanda conciliatricula, commendatus. Omnes boni semper nobilitati favemus, et quia utile est rei publicae nobiles homines esse dignos maioribus suis, et quia valet apud nos clarorum hominum et bene de re publica meritorum memoria etiam mortuorum. Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant, et quod erat eo nomine, ut ingenerata familiae frugalitas videretur, favebant gaudebant et ad integritatem maiorum spe sua hominem vocabant materni generis obliti. 22. Ego autem — vere dicam, iudices, — tantum esse in homine sceleris, audaciae, crudelitatis, quantum ipse cum re publica sensi, numquam putavi: nequam esse hominem et levem et falsa opinione, errore hominum ab adolescentia commendatum sciebam. Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur: sed haec obstructio nec diuturna est neque obducta ita, ut curiosis oculis

---

1. *gerebat*] *genera l* (cum lin. = *vel*) G — *sepiasiam sublaurus* P G (sed in P corr. *sublaturus*) — *quidem* P G, sed in P *em* punctatae. — 2. *de supero illo* P G; *de supercilio illo* codd. Bernn., at v. Madv. p. 451. — 4. *annus ille* Lambinus: *antuus ille* P; *anantuus ille* G; *magistratus ille* C. F. Hermannus in *Progr. Gottingensi* a. 1848 et similiter ante eum Schuetzius *consulatus ille*; *res publica* O — *niti tamquam videretur* P G; *tamquam Atlante caelum niti vid.* O; *vade* supplevit Madvigius ex Valerio Probo (apud Putsch. col. 1461 et 1475), qui priore loco ex Cic. affert *tamquam vade*, altero *uultu* (ex *niti*?) *tamquam vade.* Cf. etiam Seyff. p. 58. — 5. *erat* P G: *erat denique* S O — 6. *labei* G; *labe* P addita *i* super *e*; videtur *labei* recta forma, ut *plebei* ex *plebes*; cf. Garat. ad h. l. Ac vide ne aliud exemplum huius formae heterocliticae supersit apud Lucret. V, 930, ubi loco *labi* forma quintae declinationis *labe* restituenda videtur. — *caeno* P: *coeno* G O — 7. *habebit* P G corr. ex *habebat.* — 8. *derit* P — *dux. Bonūs mihi* G — 10. *adfinem* P — 15. *is* P corr. ex *his.* — 16. *inpendentem* P G (sed G *intueri inp.*) — 17. *aspicere* P G — 18. *in omnis partis* P — 19. *opinione* P^1 G: *opinioni* P^2 (corr. fort. m. 1) et O. Sequor nunc rationes Bakii p. 64 sq. — 20. *utilest re .p.* P — 21. *dignos a maioribus* P G — *aput* P — 22. *bene*] *sene* P; *senex* P corr. 2 m. et G — 24. *familia* G — 25. *autem*] *hoc* G per compendium. — 28. *cum populo R.* susp. Lamb. — 29. *adulescentia* P — 30. *tegebant* G (hinc *animus* in eodem in *animum* correctum est) — 31. *opstructio* P — *neque* P G: *nec* O.

perspici non possit. X. Videbamus genus vitae, desidiam, inertiam; inclusas eius libidines, qui paulo propius accesserant, intuebantur: denique etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tenere possemus. 23. Laudabat homo doctus philosophos nescio quos, neque eorum tamen nomina poterat dicere: sed tamen eos laudabat maxime, qui dicuntur praeter ceteros esse auctores et laudatores voluptatis: cuius et quo tempore et quo modo, non quaerebat; verbum ipsum omnibus animi et corporis ** devorarat; eosdemque praeclare dicere aiebat, sapientes omnia sua causa facere; rem publicam capessere hominem bene sanum non oportere; nihil esse praestabilius otiosa vita plena et conferta voluptatibus; eos autem, qui dicerent dignitati esse serviendum, rei publicae consulendum, officii rationem in omni vita, non commodi esse ducendam, adeunda pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam, vaticinari atque insanire dicebat. 24. Ex his assiduis eius quotidianisque sermonibus et quod videbam, quibuscum hominibus in interiore parte aedium viveret, et quod ita domus ipsa fumabat, ut multa eius sermonis indicia redolerent, statuebam sic, boni nihil ab illis nugis exspectandum, mali quidem certe nihil pertimescendum. Sed ita est, iudices: ut, si gladium parvo puero aut si imbecillo seni aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat, sin ad nudum vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa et ferri viribus vulnerare: sic cum hominibus enervatis atque exsanguibus consulatus tamquam gladius esset datus, qui per se pungere neminem umquam potuissent, ii summi imperii nomine armati tantam rem publicam contrucidaverunt. Foedus fecerunt cum tribuno pl. palam, ut ab eo provincias acciperent quas ipsi vellent: exercitum et pecuniam quantam vellent, ea lege, si ipsi prius tribuno pl. afflictam et constrictam rem publicam tradidissent: id autem

---

2. *paulo* P G, ut semper: *paullo* O — *proprius* P, sed posterior *r* expuncta; *ante propius* G — 3. scripturam *sermonis ansas dabat* intactam reliqui, quamquam corruptam esse iudico; sed videbatur incerta emendatio. Sauppius coniecit: *sermones ansas dabant*; Maehly: *sermonibus ansas dabat*; probabilius Mommsenius: *sermo omnis ansas d.* — *reconditos* G: *conditos* P — 3. *nomina* P corr. ex *nomine.* — *maxime* om. G — 6. *quoius* P G — 7. *omn. animi et codeuorat* P^1; *omn. animi et corporis deuorat* P^3 G; *omnibus modis animi et corporis devorabat* O. Alii alia suppleverunt, editores veteres *omnibus modis a. et c.* (et sic O, sed: † *omnibus*); Orelli *omn. partibus a. et c.*; Wesenbergius p. 20 et Osiander *omnibus viribus a. et c.*; Madvigius *omni vi animi et c.*; Seyffertus p. 58 *omnibus rationibus a. et c.*; ipse tentavi *omnibus a. et corp. sensibus* coll. or. in Pis. § 69; denique nuperrime I. A. Maehly pag. 41 sq. *omnibus a. et c. oribus.* Hoc saltem nunc constat ex lectione cod. P, substantivum quod deest post *corporis* intercidisse. — 8. *devorarat* ed. Iuntina: *devorabat* edd. pleraeque et O; cf. var. lect. ad § 59 p. 951, 20. — *sapientis* P G — 10. *vita plena et conf.* P: *vita et conferta plena* G; *vita et plena et conf.* O — 11. *eos -- serviendum* habet A — *quid dicerent* P^1 — *esse* om. A — 13. *ducendum* P G^1 — *adeunda* P: *subeunda* G O — 15. *cotidianisque* P G — *in* om. P G — 16. *interiori* G — *partenacdium* P (ante *n* m. 2 sup. lin. *i*); *partenediu* G; *aedium parte* O, ut est in or. Phil. V, § 11. — *et*] *eo* G — 17. *sermones* G^1 — *redoleret* Manutius et L. — *exspectandum* P: *esse expectandum* G — 19. *inbecillo* P G — 21. *ferri viribus* G: *feruiribus* P^1; *feruoribus* P corr. 2 m. — *vulnerare: sic cum* scripsi: *vulnerari cum* P G; *vulnerare: ita cum* Lamb. in marg.; *vulnerari: ita cum* O — 22. *tanquam* P — 23. *ii* G: *hii* P^1; *hi* P^2O — 24. *tantam* Maehly (p. 42): *tam* P G; *tantam* om. O; in ed. Lips. 1853 scripseram *tum* (*armati tam .R. p.* sic P habet, ut litterae *ti tam* m. 2 expunctae sint.) — 26. *ipse* P^1; *ipsius* G — 27. *adflictam* P — *constrictam* G: *conscriptam* P.

foedus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant. 25. Qua re patefacta — neque enim dissimulari tantum scelus poterat nec latere — promulgantur uno eodemque tempore rogationes ab eodem tribuno de mea pernicie et de provinciis consulum nominatim.

XI. Hic tum senatus sollicitus, vos, equites Romani, excitati, Italia cuncta permota, omnes denique omnium generum atque ordinum cives summae rei publicae a consulibus atque a summo imperio petendum esse auxilium arbitrabantur, cum illi soli essent praeter furiosum illum tribunum duo rei publicae turbines, qui non modo praecipitanti patriae non subvenirent, sed eam nimium tarde concidere maererent. Flagitabatur ab iis quotidie cum querellis bonorum omnium, tum etiam precibus senatus, ut meam causam susciperent, agerent, aliquid denique ad senatum referrent: non modo negando, sed etiam irridendo amplissimum quemque illius ordinis insequebantur. 26. Hic subito cum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cunctaque Italia convenisset, vestem mutandam omnes meque etiam omni ratione privato consilio, quoniam publicis ducibus res publica careret, defendendum putarunt. Erat eodem tempore senatus in aede Concordiae, quod ipsum templum repraesentabat memoriam consulatus mei, cum flens universus ordo cincinnatum consulem orabat: nam alter ille horridus et severus consulto se domi continebat. Qua tum superbia caenum illud ac labes amplissimi ordinis preces et clarissimorum civium lacrimas repudiavit! me ipsum ut contempsit helluo patriae! nam quid ego patrimonii dicam, quod ille totum, quamvis quaestum faceret, amisit. Venistis ad senatum, vos, inquam, equites Romani, et omnes boni veste mutata vosque pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi proiecistis. Tum, vestris precibus a latrone illo repudiatis, vir incredibili fide, magnitudine animi, constantia, L. Ninnius, ad senatum de re publica rettulit senatusque frequens vestem pro mea salute mutandam censuit. XII. 27. O diem illum, iudices, funestum senatui bonisque omnibus, rei publicae luctuosum, mihi ad domesticum maerorem gravem, ad posteritatis memoriam gloriosum! Quid

---

2. *dissimulare* P — 3. *eodemqui* P^1 — 4. *nominatim consulum* G — 5. *equites .R.* P G (sed habet G *R.* in rasura): *equites* O — *Italia*] *ita illa* P G — 7. *re*p.* P — 9. *aduo* G — 10. *sed eam* P: *sed etiam* G; *sed eam etiam* Ernesti et O — 11. *ab iis* G et Orelli (3): *ab his* P O — *cotidie* P G — *querellis* P: *querelis* O — 12. *agerent aliquid, denique* distinxit Bake p. 66; contra Seyffertus p. 58: *agerent aliquid denique, ad* cet. In P est ante *aliquid* signum distinctionis. — 13. *referrent non* P G: *referrent. Hi non* O — *inridendo* P — 16. *etiam* P G (cf. Iacob. p. 498): *iam* Madvigius p. 454 (*meque omni ratione, etiam privato cons.* coni. Koechly.) — 18. *repraesentabant* G — 19. *memoriam* edd. vett.: *me* P G (in codd. dett. locus deest) — *consul* P^1 — 20. *severus consul consulto* Hotomanus. — 21. *Quantũ* G corr. in *Quanta.* — *caenum* P: *cenum* G; *coenum* O — 22. *contemsit* P — 23. *helluo* P G: *heluo* O — *quid ille* P^1 — *totum quamvis quaestum* scripsi: *tum quaquaestum* P^1; *tum quasi quaestum* P corr. m. 2 et G; *quum quasi qu.* O; *quasi* interpolatori deberi, Bake quoque p. 66 recte intellexit. — 24. *amisit. Venistis - - vir incredibili* scripsi: *amisit. Venisset ad senatum uos* (*uos uos* G) *inquam equites .R. et omnes boni* (*bone* P^1) *uestem* (*m* in P punctata) *muta* (*mutata* P^2, *uestem mutastis* G) *uosque pro meo capite ad pedes lenonis inpurissimi proiecistis. cum uestris precibus ab latrone illo repudiatis uir incredibilis* P G; *amisit? Vos, inquam, equites Rom., et omnes boni vestem mutastis vosque - - proiecistis: cum vestris precibus a latrone illo repudiati estis. Vir incredibili* O; *inquam* post *vos* ab oratore adiectum est, quod iam supra v. 5 equites appellaverat. — 27. *constantia* om. G — 28. *de .R. p.* P; *de republica .r.* G — *retulit* P G O.

enim quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quam pro uno cive et bonos omnes privato consensu et universum senatum publico consilio mutasse vestem? quae quidem tum mutatio non deprecationis causa est facta, sed luctus. Quem enim deprecarere, cum omnes essent sordidati cumque hoc satis esset signi esse improbum, qui mutata veste non esset? Hac mutatione vestis facta, tanto in luctu civitatis omitto, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit, qui adesse nobilissimos adolescentes, honestissimos equites Romanos, deprecatores salutis meae iusserit eosque operarum suarum gladiis et lapidibus obiecerit: de consulibus loquor, quorum fide res publica niti debuit. 28. Exanimatus evolat ex senatu non minus perturbato animo atque vultu, quam si annis ante paucis in creditorum conventum incidisset; advocat contionem, habet orationem talem consul, qualem numquam Catilina victor habuisset: errare homines, si etiam tum senatum aliquid in re publica posse arbitrarentur; equites vero Romanos daturos illius diei poenas, quo me consule cum gladiis in clivo Capitolino fuissent: venisse tempus iis, qui in timore fuissent, — coniuratos videlicet dicebat — ulciscendi sui.» Si dixisset haec solum, omni supplicio esset dignus; nam oratio ipsa consulis perniciosa potest rem publicam labefactare: quid fecerit, videte. 29. L. Lamiam, qui, cum me ipsum pro summa familiaritate, quae mihi [cum fratre] cum patre eius erat, unice diligebat, tum pro re publica vel mortem oppetere cupiebat, in contione relegavit edixitque ut ab urbe abesset milia passuum ducenta, quod esset ausus pro civi, pro bene merito civi, pro amico, pro re publica deprecari. XIII. Quid hoc homine facias? aut quo civem importunum aut quo potius hostem tam sceleratum reserves? qui, ut omit-

---

1. *inlustrius* P — *pro -- mut. vestem* habet A — 2. *cive* A P G[1]: *civi* G[2]; *cive* habet P etiam § 144 extr., contra *civi* §§ 12. 29. 61. 78. — *bono* G — *omnis* P G — *privato consensu* om. A — 4. *deprecarere* P: *deprecare se* G; *deprecarentur* b d O, quam lectionem probaverunt Madvig p. 432 et Wesenb. p. 21, not. 1; at v. Iacob p. 498 et Herm. p. 10. — 5. *que* in *cumque* in P alia m. punctatum est. — *inprobum* P — *mutata* P corr. 1 m. ex *multa.* — 6. *haec* P[1] — *vestis facta* P: *facta vestis* G O — 7. *quid* P corr. 1 m. ex *inquid* — 8. *adulescentes* P — 12. *uoltu* P — *incidisset. Et advocat* G — 13. *concionem* O — 15. *Romanos* om. G — 16. *illius dies* Gellius N. Att. IX, 14, 6, de qua forma v. Klotz. in praef. ed. Teubn. p. V sq. — *quo me* b d: *qui me* G (ut vult Iacobus p. 499); *quine* P, *qui sine* P corr. 2 m. — *in capitolino clivo* G — 17. *iis* G: *his* P — *comparatos* P G — 18. *sui* scripsi: om. P in rasura trium quattuorve litterarum et G; *se* edd. — *Dixisset* P[1], sed ante *D* additum *Si* — *haec* P G: *hoc* A O, sed incertum videtur num Maius *hoc* in cod. invenerit an ex edd. sumpserit; *hoc* tuetur Wesenb. p. 62, *haec* Iacobus p. 500. Ad lemma «*si dixisset hoc solum*» scholiastes adnotavit: «Et notabiliter media verbi parte subtracta non implevit omnibus syllabis *dixisset*, sed *dixet.*» Klotzius recepit *dixet* doctaque adnot. defendere conatus est in praef. ed. Teubn. p. VI. — 20. *uidet illam iam* P[1]; *uidete illum iam* P[2] G (In P[1] nihil vitiosum est quam quod *i* post *t*, ut saepissime, pro *e* posita est.) — 21. *mihi cum fratre cum patre* P, quam lectionem Iacobus p. 500 defendit: *cum fratre mihi uel compare cum patre* G; *mihi cum patre* b et Madvigius p. 455. — 23. *concione* G O — *religavit* P; *lege religavit* G — *abesset .m. p. $\overline{CC}$.* (sic) P; *adesset. M. P. a.* G — 24. *quod -- deprecari* habet A — *ausus esset* A solus (*esset ausus* etiam Priscianus I, p. 337 ed. Krehl.) — *civi* bis P G: *cive* bis A; illud firmat Priscianus l. c. — 25. *inportunum* P — 26. *aut quo* P G: *aut* ed. Iunt. et Garatoni; at recte confert Klotzius in praef. ed. Teubn. or. in Verr. III, § 173. Phil. XIV, § 14. p. Caelio § 68; add. or. Phil. II, § 38.

tam cetera, quae sunt ei cum collega immani impuroque coniuncta atque communia, hoc unum habet proprium, ut ex urbe expulerit, relegarit, non dico equitem Romanum, non ornatissimum atque optimum virum, non amicissimum rei publicae civem, non illo ipso tempore una cum senatu et cum bonis omnibus casum amici reique publicae lugentem, sed civem Romanum sine ullo iudicio ut edicto ex patria consul eiecerit. 30. Nihil acerbius socii et Latini ferre soliti sunt quam se, id quod perraro accidit, ex urbe exire a consulibus iuberi. Atque illis tum erat reditus in suas civitates, ad suos Lares familiares, et in illo communi incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat. Hoc vero quid est? exterminabit cives Romanos edicto consul a suis dis penatibus? expellet ex patria? deliget quem volet? damnabit atque eiiciet nominatim? Hic, si umquam vos eos, qui nunc estis, in re publica fore putasset, si denique imaginem iudiciorum aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset, umquam ausus esset senatum de re publica tollere, equitum Romanorum preces aspernari, civium denique omnium novis et inauditis edictis ius libertatemque pervertere? 31. Etsi me attentissimis animis summa cum benignitate auditis, iudices, tamen vereor ne quis forte vestrum miretur, quid haec mea oratio tam longa aut tam alte repetita velit, aut quid ad P. Sestii causam eorum, qui ante huius tribunatum rem publicam vexarunt, delicta pertineant. Mihi autem hoc propositum est, ostendere omnia consilia P. Sestii mentemque totius tribunatus hanc fuisse, ut afflictae et perditae rei publicae quantum posset mederetur. Ac si in exponendis vulneribus illis de me ipso plura dicere videbor, ignoscitote. Nam et illam meam cladem vos et omnes boni maximum esse rei publicae vulnus iudicastis, et P. Sestius est reus non suo, sed meo nomine: qui cum omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpserit, necesse est meam causam praeteriti temporis cum huius praesenti defensione esse coniunctam.

XIV. 32. Erat igitur in luctu senatus; squalebat civitas publico consilio veste mutata; nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Romae societas vectigalium, nullum collegium aut concilium aut omnino aliquod commune consilium, quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset: cum subito edicunt duo consules,

---

1. *conlega* P — *inmani* P G — 2. *ex urbe expulerit* P G: *exp. ex urbe* O — *religarit* P G — 5. *causam amici* G — *sed .C. R.* (sic) P G — 6. *ullo in* P[1] — *ut edicto* P[1], ut coni. Bake (qui bene coniecturam suam contra Madv. iterum defendit in Hyp. schol. I, p. 68): *aut edicto* P corr. m. 2, G; *edicto* Manutius et O; *ut edicto* delevit Lamb. — 7. *Nihil -- iuberi* habet A — *aceruius* P — *socii et Latini* A et Madvigius: *societatini* P, sed *e* in *i* corr. (*societati inferre* G); *socii Latini* O — *se* A: *si* P G; om. O — 8. *iuueri* P — *ille* G corr. — *erat tum* L — 9. *redditus* G — *lares* (*laris* G) *familiaris* P G — 11. *C. R. dicto* P — *consul quos a* G — *dis* P G: *diis* O — 12. *ex p.* P G et Arusianus Mess. p. 227 Lind.: *a patria* O — *deliget*] *videlicet* G — *eiciet* P corr. ex *eiciit.* — 13. *unquam* P — 14. *aut* P corr. ex *ut* — *aliquid* G — 15. *reliquom* P — 17. *edictis ius* P corr.; *edic**** P[1] — 19. *vereor -- velit* habet A — *vestrum forte* A — *tam longam* A; *tam longe* Hotomanus et L. — 20. *aut tam* A P G: *ac tam* L O; cf. Madv. p. 456. — *P.* om. G — *sesti* P G — 21. *pertinent* P G[1] — 22. *propositum est ostendere, omnia* O; interpunctionem mutavit Klotzius. — *sesti* P — 23. *ut* P in rasura habet. — *adflictae* P — 27. *sui tribunatus vim* G — 28. *est* P[2]: *et* P[1] — 31. *veste mutata* P G: *mutata veste* O — 34. *de mea sal. decrev.* P: *decrev. de mea sal.* G O.

ut ad suum vestitum senatores redirent. Quis umquam consul senatum ipsius decretis parere prohibuit? quis tyrannus miseros lugere vetuit? Parumne est, Piso, ut omittam Gabinium, quod tantum homines fefellisti, ut negligeres auctoritatem senatus, optimi cuiusque consilia contemneres, rem publicam proderes, consulare nomen affligeres? etiamne edicere audeas, ne maererent homines meam, suam, rei publicae calamitatem, ne hunc suum dolorem veste significarent? Sive illa vestis mutatio ad luctum ipsorum sive ad deprecandum valebat, quis umquam tam crudelis fuit, qui prohiberet quemquam aut sibi maerere aut ceteris supplicare? 33. Quid? sua sponte homines in amicorum periculis vestitum mutare non solent? pro te ipso, Piso, nemone mutabit? ne isti quidem, quos legatos non modo nullo senatus consulto, sed etiam repugnante senatu tibi tute legasti? Ergo hominis desperati et proditoris rei publicae casum lugebunt fortasse qui volent: civis florentissimi benevolentia bonorum et optime de salute patriae meriti periculum coniunctum cum periculo civitatis lugere senatui non licebit? Eidemque consules, si appellandi sunt consules, quos nemo est quin non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos putet, pacto iam foedere provinciarum, producti in circo Flaminio in contionem ab illa furia ac peste patriae, maximo cum gemitu vestro illa omnia, quae tum contra me contraque rem publicam * *, voce ac sententia sua comprobaverunt. XV. Isdemque consulibus sedentibus atque inspectantibus lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet: ut omnibus fastis diebus legem ferri liceret: ut lex Aelia, lex Fufia ne valeret: qua una rogatione quis est qui non intelligat universam rem publicam esse deletam? 34. Isdemque consulibus inspectantibus servorum delectus habebatur pro tribunali Aurelio nomine collegiorum, cum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad caedem, ad direptionem incitarentur. Isdemque consulibus arma in templum Castoris palam comportabantur, gradus eiusdem templi tollebantur; armati homines forum et contiones tenebant; caedes lapidationesque fiebant: nullus

---

1. *unquam* P — *consulum* G; *consultum* P (*senatum consul* S) — 2. *ipsum* G — 4. *neglegeres* P G — 4. *optumi* P G — 5. *rem* corr. ex *res* P — *adfligeres* P — *etiam nedicere* P[1] — 6. *audebas* coni. Lamb. prob. Madvigio p. 456 et Wesenb. p. 21; at v. ed. meam Lips. et Iacob. p. 501. — 7. *ne hunc* P G: *neve hunc* O — *suum* P corr. ex *sum.* — 9. *maere* P[1] — 11. *ñnemo* G — *mutabit* Lallemandus: *mutavit* P G — 12. *quod* G — *legatos* suspectum I. Fr. Gronovio et Madvigio p. 457. — *nullos* P G — 13. *tibi tute* P: *tute tibi* G O — *homines* G[1] — 14. *lugebant* P; *lugebunt* G corr. ex *legebant.* — *beniuolentia* P G — 16. *Eidemque* P G (sed P post rasuram *idemque*): *iidem* O — 17. *consul quo* P[1] — *ẽ (est)* P in rasura habet. — *quin non* Garatoni: *qui non* P G O; cf. Madv. p. 143 not. 1 (*qui -- evellendos non putet* L) — 20. *con*** [traq:] .R. p.* P; *traq:* est a m. 2 (*tam contra me quamq; contra rem p.* G); fort. *contra me et contra rem p.* — 21. *voce* P G: *dixerat voce* O cum ed. Iunt.; Orelli supplevit *ferebantur*, Koechly *iactabantur*, Lamb. *agebat*, cod. Car. Steph. *fiebant* prob. Wesenb. p. 22; equidem malim: *agebantur* aut *acta sunt.* Bakio in *tum*, quod sine causa corruptum putat, verbum quod desideratur latere videtur. — *sua* om. G — *comprobarunt* L — *iisdem* O — 23. *lege* G — *festis* G — 24. *elia* G — *fuf.ia* P — 25. *intellegat* P G — *delaetam* P; *delatam* G — 26 et 29. *isdemque* P: *isdem* G; *iisdem* O — 26. *dilectus* Lamb. (non P) — 29. *in templum* b c d: *in templo* P G; cf. Wesenb. (contra Madv. p. 457) p. 23 sqq. et var. lect. ad or. in Pis. § 23. — 30. *portabantur* G — 31. *conciones* O.

erat senatus, nihil reliqui magistratus: unus omnem omnium potestatem armis et latrociniis possidebat, non aliqua vi sua, sed cum duo consules a re publica provinciarum foedere retraxisset, insultabat, dominabatur, aliis pollicebatur, terrore ac metu multos, plures etiam spe et promissis tenebat. 35. Quae cum essent eius modi, iudices, cum senatus duces nullos ac pro ducibus proditores aut potius apertos hostes haberet, equester ordo reus a consulibus citaretur, Italiae totius auctoritas repudiaretur, alii nominatim relegarentur, alii metu et periculo terrerentur, arma essent in templis, armati in foro, eaque non silentio consulum dissimularentur, sed et voce et sententia comprobarentur; cum omnes urbem nondum excisam et eversam, sed iam captam atque oppressam videremus: tamen his tantis malis tanto bonorum studio, iudices, restitissemus, sed me alii metus atque aliae curae suspicionesque moverunt.

XVI. 36. Exponam enim hodierno die, iudices, omnem rationem facti et consilii mei, neque huic vestro tanto studio audiendi nec vero huic tantae multitudini, quanta mea memoria numquam ullo in iudicio fuit, deero. Nam si ego in causa tam bona, tanto studio senatus, consensu tam incredibili bonorum omnium, tam parato, tota denique Italia ad omnem contentionem expedita, cessi tribuni pl., despicatissimi hominis, furori, contemptissimorum consulum levitatem audaciamque pertimui, nimium me timidum, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor. 37. Quid enim simile fuit in Q. Metello? cuius causam etsi omnes probabant, tamen neque senatus publice neque ullus ordo proprie neque suis decretis Italia cuncta susceperat. Ad suam enim quandam magis ille gloriam, quam ad perspicuam salutem rei publicae † sumpserat, cum unus in legem per vim latam iurare noluerat: denique videbatur ea conditione tam fortis fuisse, ut cum patriae caritate constantiae gloriam commutaret. Erat autem res ei cum exercitu C. Marii invicto, habebat inimicum C. Marium, conservatorem patriae, sextum iam illum consulatum gerentem; res erat cum L. Saturnino iterum tribuno pl., vigilante homine et in causa populari si non moderate, at certe populariter abstinenterque versato. Cessit, ne aut victus a fortibus viris cum dedecore caderet aut victor multis et fortibus civibus rem publicam orbaret. 38. Meam causam senatus palam, equester ordo acerrime, cuncta Italia

---

1. *omnem* om. G — 2. *duos* L — 3. *foedera retraxissent* P² — 4. *pluris* P G — 7. *sciscitaretur* G — 8. *religarentur* P G — *et* P: *ac* G O; cf. Herm. p. 6. — 11. *exscissam* Lamb. Dubitari non potest quin *excisam* ab *exscindere* (sive *excindere*, ut scribi solebat) et item *excidit* § 95 derivandum sit; sed videtur supini forma *excisus*, non *exscissus* fuisse; v. Zumpt. ad Curtium p. 137 et quae de huius verbi usu apud Tacitum exposui in *Münchner gelehrte Anzeigen* (1851) Vol. XXXII, p. 34 sqq. — 12. *malis tantis* G — 14. *die hodierno* G — 15. *nec vero* P: *neque vero* G O — 16. *mea* G post *memoria* sup. lin. habet. — *nunquam* P — 18. *tam parata* G; *tam parato populo* Mommsenius. — 19. *despicacissimi* P G — 20. *contemptissumorum* P — *pertimuit* (*t* expuncta) *nimium a me timidum* P (cf. var. lect. ad p. 936, 21 et ad p. 955, 6); *pertimuit ametimidum* G corr. in: *pertimui tă me timidum.* — 22. *omnes* P G: *omnes boni* O — 24. *cuncta* P G: *tota* edd. vett. et O; cf. Herm. p. 6. — *quandam magis* P G (sed uterque 1 m. *quendam*): *magis quandam* O — 25. *sumpserat* P G: *tum spectarat* Madvigius; *spectarat* O cum edd. vett.; *suspexerat* Iacobus; *superbierat* Hermannus p. 10; fort. *exilium sumpserat*; conf. etiam Maehly p. 42 sq. — 26. *ea*] *a* G — 28. *commutarent* (*n* expuncta) P — *res ei* P G: *ei res* b O — 31. *at* P corr. ex *ad* — *aistineterque* P; *At iste ne tergi* G; *constanterque* Mommsenius. — 33. *rem p. orbaret*] *rem probaret* G.

publice, omnes boni proprie enixeque susceperant. Eas res gesseram, quarum non unus auctor, sed dux omnium voluntatis fuissem, quaeque non modo ad singularem meam gloriam, sed ad communem salutem omnium civium et prope gentium pertinerent; ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes praestare tuerique deberent. XVII. Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis et ad diripiendam urbem concitatis; habebam inimicum non C. Marium, terrorem hostium, spem subsidiumque patriae, sed duo importuna prodigia, quos egestas, quos aeris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas tribuno pl. constrictos addixerat. 39. Nec mihi erat res cum Saturnino, qui, quod a se quaestore Ostiensi per ignominiam ad principem et senatus et civitatis, M. Scaurum, rem frumentariam translatam sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur: sed cum scurrarum locupletium scorto, cum sororis adultero, cum stuprorum sacerdote, cum venefico, cum testamentario, cum sicario, cum latrone: quos homines si, id quod facile factu fuit et quod fieri debuit quodque a me optimi et fortissimi cives flagitabant, vi armisque superassem, non verebar ne quis aut vim vi depulsam reprehenderet aut perditorum civium vel potius domesticorum hostium mortem maereret. Sed me illa moverunt: omnibus in contionibus illa furia clamabat se, quae faceret contra salutem meam, facere auctore Cn. Pompeio, clarissimo viro mihique et nunc et quoad licuit amicissimo. M. Crassus, quocum mihi omnes erant amicitiae necessitudines, vir fortissimus, ab eadem illa peste infestissimus esse meis fortunis praedicabatur. C. Caesar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissimus esse meae saluti ab eodem quotidianis contionibus dicebatur. 40. His se tribus auctoribus in consiliis capiendis, adiutoribus in re gerenda esse usurum dicebat: ex quibus unum habere exercitum in Italia maximum; duo, qui privati tum essent, et praesto esse et parare, si vellent, exercitum posse, idque facturos esse dicebat. Nec mihi ille iudicium populi nec legitimam aliquam contentionem nec disceptationem aut causae dictionem, sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat. XVIII. Quid ergo? inimici oratio, vana praesertim, tam improbe in clarissimos viros coniecta, me movit? Me vero non illius oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa

3. *comm. salutem* P G: *salutem comm.* a O; cf. Herm. p. 6. — 8. *inportuna* P — 10. *inprobitas* P — *erat res* P G: *res erat* a O — 12. *tralatam* P (*ns* addidit m. 2.) — 15. *benefico* P^1 — 16. *fuit* om. G — 17. *optumi* G — *non verebar -- maereret* habet A — 18. *depulsam* A P G: *repulsam* a O; cf. §§ 49. 79. 92. — *deprehenderet aut proditorum* G — 19. *vel pot. dom. hostium* om. A — *mortem derideret* A; *mortem* om. G; *maeret* P^1; *morte moereret* P corr. m. 2; *caedem maereret* cod. Car. Stephani, quae lectio Klotzio p. VII etiam in mendo cod. A videtur latere; *cladem maereret* susp. Koechly; contra Seyffertus p. 59 *vicem* post *civium* supplet. — 21. *meam* om. G — 22. *amicissumo* P G — *omnes erant* P: *erant omnes* G O — 23. *poste* G — 24. *C. Caesar -- dicebatur* habet A om. verbis *quotidianis contionibus.* — 26. *cotidianis* P G — *concionibus* O — 28. *habere et exercitum* P — *max. in Italia* a — *tum* G corr. ex *uim.* — 29. *praesto esse* Fr. Car. Wolffius: *praeesse* codd.; *rei publ. praeesse* coni. Orelli (cf. Madv. p. 458 not.); *rebus praeesse* Iacob. p. 502; *et praeesse* Schuetzius ex Ern. coni. delevit. Librorum scripturam defendit Bake p. 74. — *parere* P^1 G^1 — *posse* om. G — 32. *Quid? ergo* L — 34. *me vero -- conferebatur* habet A — *me vero*] *me*$_*$ G (videtur *ã* vel $\overset{o}{u}$ erasum esse) — *non illius* P^1G: *non movit illius* P corr. m. 2 et O; Lamb. addidit *movit* post *taciturnitas.* — *oratio* G:

oratio tam improba conferebatur: qui tum, quamquam ob alias causas tacebant, tamen hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non infitiando confiteri videbantur. Illi autem aliquo tum timore perterriti, quod acta illa atque omnes res anni superioris labefactari a praetoribus, infirmari a senatu atque a principibus civitatis putabant, tribunum popularem a se alienare nolebant suaque sibi propiora esse pericula quam mea loquebantur. 41. Sed tamen et Crassus a consulibus meam causam suscipiendam esse dicebat et eorum fidem Pompeius implorabat neque se privatum publice susceptae causae defuturum esse dicebat: quem virum studiosum mei, cupidissimum rei publicae conservandae, domi meae certi homines ad eam rem positi monuerunt, ut esset cautior, eiusque vitae a me insidias apud me domi positas esse dixerunt. Atque hanc eius suspicionem alii litteris mittendis, alii nuntiis, alii coram ipsi excitaverunt, ut ille, cum a me certe nihil timeret, ab illis, ne quid meo nomine molirentur, sibi cavendum putaret. Ipse autem Caesar, quem maxime homines ignari veritatis mihi esse iratum putabant, erat ad portas, erat cum imperio, erat in Italia eius exercitus, inque eo exercitu ipsius tribuni pl., inimici mei, fratrem praefecerat.

XIX. 42. Haec ergo cum viderem — neque enim erant occulta —, senatum, sine quo civitas stare non posset, omnino de civitate esse sublatum; consules, qui duces publici consilii esse deberent, perfecisse ut per ipsos publicum consilium funditus tolleretur; eos, qui plurimum possent, opponi omnibus contionibus falso, sed formidolose tamen auctores ad perniciem meam; contiones haberi quotidie contra me; vocem pro me ac pro re publica neminem mittere; intenta signa legionum existimari cervicibus ac bonis vestris falso, sed putari tamen; coniuratorum copias veteres et effusam illam ac superatam Catilinae importunam manum novo duce et insperata commutatione rerum esse renovatam: — haec cum viderem, quid agerem, iudices? scio enim tum non mihi vestrum studium, sed meum prope vestro defuisse. 43. Contenderem contra tribunum pl. privatus armis? Vicissent improbos boni, fortes inertes; inter-

---

oratio tam improba P — *taciturnitas movebat* A; at v. Madv. p. 414 sq. — 1. *tam improba* om. A — *qui cum* G — *alias causas* P G : *aliam causam* a O — 2. *inficiando* P — 3. *aliquo tum*] *mali quicum* G; *alio tum* probabiliter Bake p. 74. — *acta prioris anni labefactari a praetoribus* A — 4. *omnis* G — *superioris anni* flagitat Wesenb. p. 63. «*super. anni* praecedenti *tum* opponitur, ut § 63 sequenti *tum*; cf. § 15. in Pis. § 79. Suet. Caes. 23.» — 6. *suaque - - loquebantur* G ante *trib. pop. - - nolebant* habet. — *propriora* (*r* ante *i* expuncta) P — *esse peric.* P G : *peric. esse* a O — 7. *Sed*] *Et* G — 8. *inplorabat* P — 9. *privatim* G — *causae susceptae* G — *defuturum* in P sup. lin. a m. rec. — 10. *certe* P G — 11. *positi* P G : *compositi* a et O, qui *domi meae* ex Ernesti sententia inclusit. — *eiusqui* P¹; *eique* G corr. ex *ei.q;* (i. e. *eiusque*) — 12. *eius* P G : *ei* a O; cf. Iacob p. 503. — 13. *suspitionem* P — *aliis litteris* P¹ G¹ — *ali coram* P pr. m. — *ipso* G — *ut* om. G — 14. *ne quit* P — *moliretur* P G — 15. *hom. ignare* P¹; *ignari homines* G (*ign. verit. homines* L) — 17. *inque eo exercitu - - praefecerat* affert Arusianus p. 252 Lind. — 19. *ergo* P G : *ego* O et P corr. m. 2 rec.; cf. Iacob p. 503. — *erat* P¹ — 21. *duces publ. cons.* P G : *publ. cons. duces* O; «opponuntur inter se *duces senatus esse* et *senatum funditus tollere.*» Wesenb. p. 63. — 23. *concionibus* G O; item v. 24. — *falsos et formidolosos* G — 24. *cotidie* P G — 25. *intenta - - putari tamen* habet A — 26. *ac bonis* om. A — 27. *copias veteres* P G : *vet. copias* S O — *et effusam* P G : *et fusam* O cum Gulielmio. — *ac superatam* O cum Ernestio inclusit; *ac dissupatam* coni. Orelli (2) et Dobree in *Adversariis* II, p. 375. — *inport. manum* P G : *manum import.* a O — 31. *armeis* P¹ — *inprobos* P — *inertis* P.

fectus esset is, qui hac una medicina sola potuit a rei publicae peste depelli: quid deinde? quis reliqua praestaret? cui denique erat dubium, quin ille sanguis tribunicius, nullo praesertim publico consilio profusus, consules ultores et defensores esset habiturus? cum quidam in contione dixisset aut mihi semel pereundum aut bis esse vincendum. Quid erat bis vincere? Id profecto, ut, *si* cum amentissimo tribuno pl. decertassem, cum consulibus ceterisque eius ultoribus dimicarem. 44. Ego vero, vel si pereundum fuisset ac non accipienda plaga mihi sanabilis, illi mortifera, qui imposuisset, semel perire tamen, iudices, maluissem quam bis vincere. Erat enim illa altera eius modi contentio, ut neque victi neque victores rem publicam tenere possemus. Quid? si in prima contentione vi tribunicia victus in foro cum multis bonis viris concidissem? Senatum consules, credo, vocassent, quem totum de civitate delerant; ad arma vocarent, qui ne vestitu quidem defendi rem publicam sissent; a tribuno pl. post interitum dissedissent, qui eandem horam meae pestis et suorum praemiorum esse voluissent. XX. 45. Unum etiam mihi restabat illud, quod forsitan non nemo vir fortis et acris animi magnique dixerit: «restitisses, repugnasses, mortem pugnans oppetisses.» De quo te, te, inquam, patria, testor et vos, penates patriique dei, me vestrarum sedum templorumque causa, me propter salutem meorum civium, quae mihi semper fuit mea carior vita, dimicationem caedemque fugisse. Etenim, si mihi in aliqua nave cum meis amicis naviganti hoc, iudices, accidisset, ut multi ex multis locis praedones classibus eam navem se oppressuros minitarentur, nisi me unum sibi dedidissent, si id vectores negarent ac mecum simul interire quam me tradere hostibus mallent, iecissem ipse me potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitae discrimen adducerem. 46. Cum vero in hanc rei publicae navem, ereptis senatui gubernaculis fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum, armatae tot classes, nisi ego essem unus deditus, in-

---

1. *hac* P corr. ex *hanc* — *a Rei .p.* P corr. m. 2; *.R. p.* P[1] — 2. *quis reliqua praestaret* Gulielmius: *quis reliqua irae staret* P[1]; *quis reliquiarum restaret* P corr. m. 2 rec.; *quis reliqua restaret* G; *quid reliquiarum restaret* O — *cui denique* Gulielmius: *quod* (ex *quoi*) *denique* P[1]; *quid denique* P corr. m. 2 rec., G O — 4. *cum -- dixisset* habet A — *quidam* A, ut Baptista apud Petreium (ed. Paris. 1555. 4.) coniecit: *quid* P[1] G; *quidem* P[2] O — *concione* G O — 6. *ut si cum* scripsi: *ut cum* codd. et O, qui *quum* ante *decertassem* habet; Wesenbergio *si* post *tr. pl.* videtur intercidisse. Cf. ad p. 871, 13. — 7. *ceterisqueus* G — *vel si* Madvigius: *ueni* P G; *si mihi uni* a O — 8. *mihi sanabilis illi* P G (sed P[1] *sanabalis*): *insanabilis illa* a O — 9. *qui imposuisset* scripsi: *que* (corr. m. 2 recentissima *quam*) *inposuisset* P; *qua ei imp.* G; *quam rei p. imposuisset* a O (*illis mortifera qui eam imposuissent* Lamb.) — *tamen* P G: *tum* S O — *quam bis* S: *quamuis* P G — 10. *altera eiusmodi illa* G — 12. *senatum cos.* P; *senatumq; quos* G — 13. *ad arma vocassent* Ernesti. — 14. *sissent* P: *scissent* G — 15. *interitum* codices: *interitum meum* b c O — *dissedissent* P[1]: *dissidissent* P[2] G O — 16. *etiam* scripsi: *enim* P G O, sed in P *nim* m. 2 in ras. scriptum est; codd. dett. *enim* om.; *ergo* malit Koechly coll. p. 943, 32. 944, 18. — 18. *te te -- di* habet A — 19. alterum *te* P sup. lin. habet m. 2, sed vetere. — *inquam* om. A — *dei* P G: *dii* A (?) O — 20. *sedum* P G, uterque 1 m. et Priscianus I, p. 344 ed. Krehl.: *sedium* P G corr. 2 m. cf. or. de lege agr. II, § 51. — 24. *dedissent* P G; at v. infra v. 30. — *victores* G — 26. *me potius ipse* G — 27. *sed in minimum vitae discr.* Bake p. 78. — 29. *fluitante* G — 30. *essem unus deditus* P: *unus deditus essem* G O.

cursurae viderentur, cum proscriptio, caedes, direptio denuntiaretur, cum alii me suspicione periculi sui non defenderent, alii vetere odio bonorum incitarentur, alii inviderent, alii obstare sibi me arbitrarentur, alii ulcisci dolorem aliquem suum vellent, alii rem ipsam publicam atque hunc bonorum statum otiumque odissent, et ob hasce causas tot tamque varias me unum deposcerent: depugnarem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum, quam id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem ac subirem? XXI. 47. «Victi essent improbi.» At cives, at ab eo privato, qui sine armis etiam consul rem publicam conservarat. Sin victi essent boni, qui superessent? nonne ad servos videtis rem publicam venturam fuisse? An mihi ipsi, ut quidam putant, fuit mors aequo animo oppetenda? Quid? tum mortemne fugiebam? an erat res ulla, quam mihi magis optandam putarem? aut ego illas res tantas in tanta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, non exsilium ob oculos versabatur? non haec denique a me tum tamquam fata in ipsa re gerenda canebantur? An erat mihi in tanto luctu meorum, tanta diiunctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum, quas mihi aut natura aut fortuna dederat, vita retinenda? tam eram rudis, tam ignarus rerum, tam expers consilii aut ingenii? nihil audieram, nihil videram, nihil ipse legendo quaerendoque cognoveram? nesciebam vitae brevem esse cursum, gloriae sempiternum? cum esset omnibus definita mors, optandum esse, ut vita, quae necessitati deberetur, patriae potius donata quam reservata naturae videretur? nesciebam inter sapientissimos homines hanc contentionem fuisse, ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alii autem tum mentes maxime sapientium ac fortium virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere? quorum alterum fugiendum non esse, carere sensu, alterum etiam optandum, meliore esse

---

1. *denuntiaretur* P G: *denuntiarentur* a O — 2. *suspitione* P — 3. *opstare* P — 4. *aliquem suum* P: *suum aliquem* G O — 7. *quam id* I. M. Gesnerus (cf. Madv. p. 378 et Wesenb. p. 28): *quam non id* P G O, quod tuetur Hermannus p. 11 loco Caes. de b. Gall. VII, 17; at debebat locos afferre in quibus post *potius* sequitur *quam non* pro *quam ut* vel *quam* cum coniunctivo. — 8. *inpendebat* P — 9. *at cives*] *at vi* Bake p. 79; *at vi*, *at cives* coni. Koechly. — *at ab eo armato privato* Lamb. e cod., ut ait; *at ab eo privato armato* Wesenberg. — 10. *etiam cos. rem p.* P G: *rem p. etiam consul* a O — *qui superessent* P (sed *n* m. 2 deleta): *quid superesset* G O. «Sententia haec est: si victi essent boni, nulli superessent nisi Clodiani, i. e. servi, conducti, facinorosi, egentes, denique faex plebis, qua dominante *res p. nulla esset*; cf. § 81 et 44, de domo sua § 89.» Wesenberg p. 63. — 11. *nonne* P G: *non* O — *rem p.* G et P corr. m. 2: *rea* P^1, *rem* P corr. m. vetere et O. Diversum est Livianum illud *res ad triarios rediit*, item locus, quem Bake p. 80 attulit ex ep. ad Att. IV, 16, *res fluit ad interregnum*; de loco autem or. de domo sua § 92 v. supra p. 887, 2. — *vendituram* (litteris *di* expunctis) P — 13. *quid tum?* interpungit Rau. — 14. *illa* cum *s* sup. lin. P — 15. *exilium* P G; *exitium* Hotomanus et O. M. Muellerus prob. Madvigio p. 462 sq. et Wesenbergio p. 31. — *versabatur* G: *uorsabatur* P; *versabantur* O — 16. *a me tutum* (litt. *tu* prioribus expunctis) P — *cauebantur* G — 17. *in tanto* G corr. ex *intactu*. — *eorum* P^1 G — *diiunctione* P^1: *disiunctione* P^2 G O — 18. *omnium* P corr. ex *omni* — 19. *tamen* (litt. *en* expunctis) *eram* P, fort. ex *tamne eram*. — 20. *tamen* (litt. *en* expunctis) *expers* P — 25. *ut alii -- vigere* habet A — *sensus* om. A — 26. *mentes maxime* A: *maxime mentes* P G O; cf. Lael. § 13: *animos hominum esse divinos iisque, cum ex corpore excessissent, reditum in caelum patere optimoque et iustissimo cuique expeditissimum.* — 27. *ex* Klotzius: *eo* A P^1; *e* P^2 G O.

sensu. 48. Denique, cum omnia semper ad dignitatem rettulissem nec sine ea quidquam expetendum esse homini in vita putassem, mortem, quam etiam virgines Athenis, regis, opinor, Erechthei filiae, pro patria contempsisse dicuntur, ego vir consularis tantis rebus gestis timerem? praesertim cum eius essem civitatis, ex qua C. Mucius solus in castra Porsenae venisset eumque interficere proposita sibi morte conatus esset? ex qua P. Decius primum pater, post aliquot annos patria virtute praeditus filius se ac vitam suam instructa acie pro salute populi Romani victoriaque devovisset? ex qua innumerabiles alii partim adipiscendae laudis, partim vitandae turpitudinis causa mortem in variis bellis aequissimis animis oppetissent? in qua civitate ipse meminissem, patrem huius M. Crassi, fortissimum virum, ne videret victorem vivus inimicum, eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem saepe hostibus obtulisset? XXII. 49. Haec ego et multa alia cogitans hoc videbam, si causam publicam mea mors peremisset, neminem umquam fore, qui auderet suscipere contra improbos cives salutem rei publicae. Itaque non solum si vi interissem, sed etiam si morbo exstinctus essem, fore putabam ut exemplum rei publicae conservandae mecum simul interiret. Quis enim umquam me a senatu populoque Romano tanto omnium bonorum studio non restituto, quod certe, si essem interfectus, accidere non potuisset, ullam rei publicae partem cum sua minima invidia auderet attingere? Servavi igitur rem publicam discessu meo, iudices; caedem a vobis liberisque vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuque depuli, et unus bis rem publicam servavi, semel gloria, iterum aerumna mea. Neque enim in hoc me hominem esse infitiabor umquam, ut me optimo fratre, carissimis liberis, fidissima coniuge, vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu sine dolore caruisse glorier. Quod si fecissem, quod a me beneficium haberetis, cum pro vobis ea, quae mihi essent vilia, reliquissem? Hoc meo quidem animo summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod, cum abesse ab ea sine summo dolore non possem, hunc me perpeti quam illam labefactari ab improbis malui. 50. Memineram, iudices, divinum illum virum atque ex isdem, quibus nos, radicibus natum ad salutem huius imperii, C. Marium, summa senectute, cum vi prope iustorum armorum profugisset, primo senile corpus paludibus occultasse demersum, deinde ad infimorum ac tenuissimorum hominum [Minturnis] misericordiam confugisse, inde navigio

---

1. *rettulissem* P: *retulissem* G O — 2. *sinea* P¹ — *quicquam* P — *expetundum* G corr. — *mortem* - - *dicuntur* habet A — 3. *opinor* om. A — *erecthei* P G; *erectae* A — 5. *eius ciuitatis essem* A, qui habet *eius* - - *Mucius.* — *C.* A: *Q.* P G O — *Mutius* G — 6. *porsenae* P corr. ex *porsinae.* — 7. *Delius* G — *aliquod* P¹ — 9. *deuobisset* P¹ — 10. *laudis partim uitandae* in P sup. lin. m. 2 recentiore suppleta sunt. — 13. *optulisset* P — 16. *ciuis* P; om. G — *salutem rei p.* P G: *rei p. salutem* a O — 17. *ui* P corr. ex *ue* — *extinctus* P G — 19. *omnium bon.* P G: *bon. omnium* S O — 23. *uastatem* P¹ — 24. *bis* - - *aer. mea* habet A — *bis rem p.* A, ut scripsit Graevius: *.R. p. uis* P; *R. P b* (*b* cum lin. curvata) G; *rem publ. bis* O — *semel* P corr. ex *semi* — 25. *ut meo* (litt. *o* expuncta) P — *optumo* P G — 27. *si* corr. ex *se* G — 30. *sine s. dolore non possem* P G: *non possem s. s. dolore* a O — 32. *isdem* P G¹: *iisdem* G² O — 33. *huius imperii* (*imperi* P¹) P G: *imperii huius* a O; cf. §§ 53. 58. 65 cet. — 34. *vi* scripsi: *vim* P G O; *propter vim* (om. *prope*) Lamb. — 36. *Minturnis* P G: *Minturnensium* Lambinus (cf. Wesenb. p. 33); *Minturnis* ita

perparvo, cum omnes portus terrasque fugeret, in oras Africae desertissimas pervenisse. Atque ille vitam suam, ne inultus esset, ad incertissimam spem et ad rei publicae fatum reservavit: ego, qui, quem ad modum multi in senatu me absente dixerunt, periculo rei publicae vivebam quique ob eam causam consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus commendabar, nonne, si meam vitam deseruissem, rem publicam prodidissem? in qua quidem nunc me restituto vivit mecum simul exemplum fidei publicae. Quod si immortale retinetur, quis non intelligit immortalem hanc civitatem futuram? XXIII. 51. Nam externa bella regum, gentium, nationum iam pridem ita exstincta sunt, ut praeclare cum iis agamus, quos pacatos esse patiamur. Denique ex bellica victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta. Domesticis malis et audacium civium consiliis saepe est resistendum, eorumque periculorum est in re publica retinenda medicina: quam omnem, iudices, perdidissetis, si meo interitu senatui populoque Romano doloris sui de me declarandi potestas esset erepta. Quare moneo vos, adolescentes, atque hoc meo iure praecipio, qui dignitatem, qui rem publicam, qui gloriam spectatis, ne, si quae vos aliquando necessitas ad rem publicam contra improbos cives defendendam vocabit, segniores sitis et recordatione mei casus a consiliis fortibus refugiatis. 52. Primum non est periculum, ne quis umquam incidat in eius modi consules, praesertim si erit iis id, quod debetur, persolutum. Deinde numquam iam, ut spero, quisquam improbus consilio et auxilio bonorum se oppugnare rem publicam dicet illis tacentibus, nec armati exercitus terrorem opponet togatis; neque erit iusta causa ad portas sedenti imperatori, quare suum terrorem falso iactari opponique patiatur. Numquam denique erit tam oppressus senatus, ut ei ne supplicandi quidem ac lugendi sit potestas, tam captus equester ordo, ut equites Romani a consule relegentur. Quae cum omnia atque etiam multo alia maiora, quae consulto

---

defendit Seyffertus p. 60, ut non cum voc. *hominum*, sed tamquam ablativus loci cum ipso verbo *confugisse* coniungendus videatur. Idem iudicat Klotzius p. VII ed. Teubn., nisi *Minturnis* pro glossemate habendum sit. — 1. *omnis* P G — 2. *ille* P corr. 1 m. ex *illam* — *inultus* edd.: *inuitus* P G — 3. *fatum* Pantagathus: *ratum* P G; *raptum* G corr. m. 2; *statum* O cum signo crucis. Aliud exspectatur quam *fatum* (v. Madv. p. 463, not. 1, coll. Bakio p. 81); minus tamen sufficit Iacobi coniectura *casum* et Maehlyi *iratum fatum*; melius Garatoni coniecerat: *et (ad) alium rei p. statum*. — 4. *apsente* P — 6. *uitam* edd.: *multam* P G. Adhaesit *m* ex *meam*; deinde *i* in *l* abiit, ut vicissim supra v. 2 *l* in *i* — 7. *in qua* Ernesti: *in quo* P G — 8. *exemplum f. publicae* P G: *exemplum f. publicae, exemplum rei publ. defendendae* d O (*exemplum fidei publicae defendendae* Lamb.) — *quid* P — *inmortale* G — 9. *intellegit* P G — *inmort.* G — 10. *extincta* P G — 11. *iis* G: *his* P, quod praefert Seyffertus p. 60. — *agimus* P^1 — 12. *fiere* (litt. *i* expuncta) *quemquamst* P — 16. *Quare -- adulescentes* habet A — *adulescentes* A P G — 17. *praecipuo* P — 18. *ne* P corr. ex *ni* — *quae* P^1 G: *qua* P^2 O — 19. *ciuis* P G — *uocauit* P^1; *vocarit* Ernesti. — 20. *refugiat* P^1 — 21. *ne civitas umquam* Lamb. — *incidat* G — 22. *si -- persolutum* habet A — *erit iis* a: *eritis* P G; *iis* om. A; *erit his* O. At recte monuit Wesenb. p. 63, *his* de iis coss., qui tum erant, cum pro Sestio dixit, intelligere paene necesse fuisse. — 24. *R. p. dicet* P, sed *p.* sup. lin. — 25. *neque -- imperatori* habet A — *sedendi* A — 26. *suum terrorem* P G: *terrorem suum* a O — *patiaturū* (litt. *ū* expuncta) P — *denique* Garatoni: *enim* P G O; *etiam* Manutius; *iam* coni. Orelli (1); *enim* defendit Seyffertus p. 60. — 28. *religentur* P G — 29. *multa* coni. Ernesti.

praetereo, accidissent, videtis me tamen in meam pristinam dignitatem, brevi tempore doloris interiecto, rei publicae voce esse revocatum.

XXIV. 53. Sed ut revertar ad illud, quod mihi in hac omni est oratione propositum, omnibus malis illo anno scelere consulum rem publicam esse confectam, primum illo ipso die, qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctuosus, cum ego me e complexu patriae conspectuque vestro eripuissem et metu vestri periculi, non mei, furori hominis, sceleri, perfidiae, telis minisque cessissem, patriamque, quae mihi erat carissima, propter ipsius patriae caritatem reliquissem; cum meum illum casum tam horribilem, tam gravem, tam repentinum non solum homines, sed tecta urbis ac templa lugerent, nemo vestrum forum, nemo curiam, nemo lucem adspicere vellet: illo, inquam, ipso die, die dico? immo hora atque etiam puncto temporis eodem mihi reique publicae pernicies, Gabinio et Pisoni provincia rogata est. Pro dei immortales, custodes et conservatores huius urbis atque imperii! quaenam illa in re publica monstra, quae scelera vidistis! Civis erat expulsus is, qui rem publicam ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat, et expulsus non alio aliquo, sed eo ipso crimine; erat autem expulsus sine iudicio, vi, lapidibus, ferro, servitio denique concitato; lex erat lata vasto ac relicto foro et sicariis servisque tradito, et ea lex, quae ut ne ferretur, senatus fuerat veste mutata. 54. Hac tanta perturbatione civitatis ne noctem quidem consules inter meum *interitum* et suam praedam interesse passi sunt; statim me perculso ad meum sanguinem hauriendum et spirante etiam re publica ad eius spolia detrahenda advolaverunt. Omitto gratulationes, epulas, partitionem aerarii, beneficia, spem, promissa, praedam, laetitiam paucorum in luctu omnium. Vexabatur uxor mea, liberi ad necem quaerebantur, gener, et Piso gener, a Pisonis consulis pedibus supplex reiiciebatur; bona diripiebantur eaque ad consules deferebantur; domus ardebat in Palatio: consules epulabantur. Quod si meis incommodis laetabantur, urbis tamen periculo commoverentur.

XXV. 55. Sed ut a mea causa iam recedam, reliquas illius anni pestes recordamini: — sic enim facillime perspicietis, quantam vim omnium remediorum a magistratibus proximis res publica desiderarit —

---

1. *breuitatempore* P, fort. ex *brevi tantum temp.*; *brevis temporis dolore* coni. Hotom.; *brevi dolore* Lamb. — 3. *reuortar* P — 4. *anno* om. G — 5. *qui* P corr. m. 1 ex *qua* — 6. *e* b: om. P G — 7. *hõm.* (sic) P[1]G — 11. *sed etiam tecta* Lamb. in marg. — 12. *aspicere* P G — alterum *dic* P sup. lin. m. 2 rec. habet. — 14. *prouintia rogatast* P — *dei* P G[1]: *dii* G[2] O — 15. *imperi* P — 16. *his qui* P[1] — 18. *ui* P corr. ex *ut*; *ui* om. G — 19. *uasto* P[1], ut Manutius coniecit: *uasta* P corr. 1 m., cui superscr. est *ta* m. 2; *vastato* G O — 22. *interitum* Lud. Ian (*Münchner gelehrte Anzeigen* 1847. Nro. 182) et Seyffertus: omisit P G; *casum* O; alii aliud substantivum suppleverunt. Conf. § 44. 51. (in P super *meum* manu saec. XV. vel XVI. *discrimen* additum est.) — *et summa* (*m* ante *a* expuncta) *praedam* P (*summa* ita correctum est m. vetere in *suam*, ut *a* super *u* scriberetur, sed omisit librarius extremam *a* delere; cum sic relictum fuerit *suam a*, *m* in *praedam* m. 2 recentiore deleta est; cf. quae scripsi de his lectionibus in Mus. Rhen. novo Vol. IX, p. 322 not. 2); *et suiamapraeda* G — *interse* P[1] — 25. *partionem* G — 27. *gener - - gener* habet A — *gener et Piso* omisit G; in P eadem vv. m. 2 deleta sunt (A *ipso* pro *piso*) — 28. *reicebatur* P[1] — 31. *a* P G sup. lin. (P m. 2.) — *causam* (litt. *m* expuncta) P — 32. *pestes recordamini*: *recordamini - - legum multitudinem* coni. Seyffertus p. 61. — 33. *proxumis* P.

legum multitudinem cum earum, quae latae sunt, tum vero, quae promulgatae fuerunt. Nam latae quidem sunt consulibus illis, tacentibus dicam? immo vero etiam approbantibus, ut censoria notio et gravissimum iudicium sanctissimi magistratus de re publica tolleretur, ut collegia non modo illa vetera contra senatus consultum restituerentur, sed ab uno gladiatore innumerabilia alia nova conscriberentur; ut remissis senis et trientibus quinta prope pars vectigalium tolleretur; ut Gabinio pro illa sua Cilicia, quam sibi, si rem publicam prodidisset, pactus erat, Syria daretur et uni helluoni bis de eadem re deliberandi et rogata *lege utrique potestas contra Semproniam* legem fieret provinciae commutandae. XXVI. 56. Mitto eam legem, quae omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, omnes leges, quae sunt de iure et de tempore legum rogandarum, una rogatione delevit; mitto omnem domesticam labem: etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus. Lege tribunicia Matris Magnae Pessinuntius ille sacerdos expulsus et spoliatus sacerdotio est fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro, impuro homini atque indigno illa religione, praesertim cum ea sibi ille non colendi, sed violandi causa appetisset; appellati reges a populo, qui id numquam ne a senatu quidem postulassent; reducti exsules Byzantium condemnati tum, cum indemnati cives e civitate eiiciebantur. 57. Rex Ptolemaeus, qui, si nondum erat ipse a senatu socius appellatus, erat tamen frater eius regis, qui, cum esset in eadem causa, iam erat a senatu *illum honorem consecutus*, erat eodem genere eisdemque maioribus, eadem vetustate societatis; denique erat rex, si nondum socius, at non hostis; pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani regno paterno atque avito, regali otio perfruebatur: de hoc nihil cogitante, nihil suspicante, eisdem operis suffragium ferentibus, est rogatum, ut sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus regiis praeconi publico subiiceretur et imperante populo Romano, qui etiam bello victis regibus regna reddere consuevit, rex amicus

---

1. *legum cumctarum quae letae sunt tum -- fuerunt* habet A — 2. *quidem* om. G — 2. *etiam adprobantibus* P: *approbantibus etiam* G O — *ut cens. notio* habet A — *notio* A G P: *notatio* edd. vett. — 5. *ab* om. P G — 6. *ut remisis* (sic) -- *tolleretur* habet A — *senis* A G P: *semissibus* a O. Cf. Th. Mommsen *die römischen Tribus in administrativer Beziehung* pag. 179 not. 4. et p. 182 n. 18. — 7. *tribentibus* A — 8. *cilitia* P — 9. *et uni helluoni* P G: *ut uni heluoni* a O — *deliberandi -- commutandae*] *deliberandi et rogata . . . amlegem fieret prouintiae commutandae* P (post *rogata* est lacuna undeviginti fere litterarum); *deliberandi esset rogata legem ferret provinciae commutandae* G; *deliberandi esset potestas: ut rogata lege legem ferret provinciae commutandae* O cum ed. Aldina; *et uni helluoni bis ius de eadem re deliberandi et rogata lege fieret prov. comm.* Seyffertus p. 61. Cf. quae de h. l. Th. Mommsenius, a quo in loco supplendo *utrique* assumsi, in ed. mea Lips. 1853 (apud Weidmannos) exposuit. — 12. *omnis* P G — 15. *expoliatus* G — *sacerdotiost* P[1] — 18. *eam* Lamb. — 19. *adpetisset* P — 20. *reducti exules Byzantium* habet A — *exules bizantium* P G (*Byzantii* L) — *condempnati* P — 21. *eiciebantur* P et sic semper in hoc verbo et cognatis. — *ptolaemeus* P; *ptolomeus* G; *prolemaeus* A, qui verba affert usque ad *frater eius.* — 22. *ipse* om. A — 23. *erat a*] *parata* G, *parata a* G corr. — *illum honorem consecutus* scripsi: *illum h. cons.* om. P[1]; *honorem istum consecutus* G O et P sup. lin. m. 2; *honorem istum cons.* falsum veteris lacunae supplementum esse ipsa orationis forma apparet (v. Wesenb. p. 9); possis etiam supplere: *iam erat a senatu rex appellatus.* — 24. *eisdemque* P G: *iisdemque* O — 27. *dę hoc* P: *denique* G — 29. *regis* G.

nulla iniuria commemorata, nullis rebus repetitis cum bonis omnibus publicaretur. XXVII. 58. Multa acerba, multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus: tamen illi sceleri, quod in me illorum immanitas edidit, haud scio an recte hoc proximum esse dicamus. Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt; Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is regnaret in ea, condonaverunt. Cum Armeniorum rege Tigrane grave bellum nuper ipsi diuturnumque gessimus, cum ille iniuriis in socios nostros inferendis bello prope nos lacessisset. Hic et ipse per se vehemens fuit et acerrimum hostem huius imperii Mithridatem, pulsum Ponto, opibus suis regnoque defendit, et ab L. Lucullo, summo viro atque imperatore, pulsus, animo tamen hostili cum reliquis suis copiis in pristina mente mansit. Hunc Cn. Pompeius, cum in suis castris supplicem abiectum vidisset, erexit atque insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit, et certis rebus imperatis regnare iussit, nec minus et sibi et huic imperio gloriosum putavit constitutum a se regem quam constrictum videri. 59. *** tulit gessit, qui et ipse hostis fuit populi Romani et acerrimum hostem in regnum recepit, qui conflixit, qui signa contulit, qui de imperio paene certavit, regnat hodie et amicitiae nomen ac societatis, quod armis violarat, id precibus est consecutus: ille Cyprius miser, qui semper amicus, semper socius fuit, de quo nulla umquam suspicio durior aut ad senatum aut ad imperatores allata nostros est, vivus, ut aiunt, est et videns cum victu ac vestitu suo publicatus. En, cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, cum hoc illius funesti anni prodito exemplo videant, per tribunum aliquem et sescentas operas se fortunis spoliari et regno omni posse nudari! XXVIII. 60. At etiam eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt, ignari, quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quae in tempestate saeva quieta est et lucet in tenebris et pulsa loco manet tamen atque haeret in patria

---

1. *rebus repetitis* P: *rebus* om. G; *repet. rebus* a O — 2. *acerba* P in ras. habet. — 4. *dicamus* P: *dicam* G O — *magnum illum* P: *illum magnum* G O. *Antiochum Magnum illum* -- *condonarunt* affert Gellius N. Att. XII, 13, 26; *Antiochum magnum* habet A — 7. *atalo* G[1] — *ut is in ea regnaret condonarunt* Gellius. — *Quom* P, *Quocum* G — *armoeniorum* P — 8. *tygrane* G — *bellum nuper ipsi diuturnumque* scripsi: *bellum aut per ipsi* (vocibus *aut per ipsi* expunctis) *diuturnumque* P (puncta sunt a 1 m.); *bellum perdiuturnumque* G O — 10. *huius imperii mitridatem* G; om. P; videtur potius *huius urbis Mithridatem* intercidisse, ut apparet ex imitatione Valerii Maximi V, 1, 9: *Regem Armeniae Tigranem, qui et per se magna cum populo R. bella gesserat et infestissimum urbi nostrae Mithridatem Ponto pulsum viribus suis protexerat* cet. — 11. *Ponto*] *proeo* G — *ab* scripsi: *ad* P[1]; *a* P[2]G O; cf. ad p. 433, 25. — *L.* addidit Madvigius. — *luculo* P — 12. *pulsum* P G, quae videtur repetitio ex v. 11, qua verum verbum suo loco motum est. — 13. *suis copiis* P G: *cop. suis* a O — 14. *abiectum* P G: *abiectumque* a O — 15. *certis rebus imper.* P G: *imp. certis rebus* a O — 16. *hunc* P — 17. *tulit gessit qui* P G[2] (*t* post *i* in *tulit* P sup. lin. habet, sed a m. 1): *tulit gessitque* G[1]; *Tigranes igitur qui* L O ex cod. Memmii. Solus P ante *tulit* lacunam habet quindecim fere litterarum, quam Maehly haud improbabiliter sic explet: *Qui bellum sociis intulit, gessit* cet. Koechly autem: *Hic qui iniurias intulit, qui lacessivit, qui et ipse* cet. — 18. *hostes* P[1] — 20. *violat* P G — 21. *ciprinus* P — *s. amicus s. socius* P: *s. socius s. amicus* G O — 23. *allata nostros* P: *nostros allata* G O — 24. *Em cur* P; *Hem cur* Mommsenius. — 15. *cum uideant per* -- *operas* habet A — 26. *sescentas* A P G: *sexcentas* O — 29. *quae* -- *tenebris* habet A — *quietast* P[1] — *lo**co* P.

splendetque per sese semper neque alienis umquam sordibus obsolescit. Non illi ornandum M. Catonem, sed relegandum, nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putaverunt, qui in contione palam dixerint linguam se evellisse M. Catoni, quae semper contra extraordinarias potestates libera fuisset. Sentient, ut spero, brevi tempore, manere libertatem illam atque hoc etiam, si fieri potuerit, esse maiorem, quod cum consulibus illis M. Cato, etiam cum iam desperasset aliquid auctoritate sua profici posse, tamen voce ipsa ac dolore pugnavit, et post meum discessum iis Pisonem verbis flens meum et rei publicae casum vexavit, ut illum hominem perditissimum atque impudentissimum paene iam provinciae paeniteret. 61. Cur igitur rogationi paruit? Quasi vero ille non in alias quoque leges, quas iniuste rogatas putaret, iam ante iuraverit! Non offert se ille istis temeritatibus, ut, cum rei publicae nihil prosit, se civi rem publicam privet. Consule me cum esset designatus tribunus pl., obtulit in discrimen vitam suam: dixit eam sententiam, cuius invidiam capitis periculo sibi praestandam videbat, dixit vehementer, egit acriter, ea quae sensit prae se tulit; dux, auctor, actor rerum illarum fuit, non quo periculum suum non videret, sed in tanta rei publicae tempestate nihil sibi nisi de patriae periculis cogitandum putabat. XXIX. 62. Consecutus est ipsius tribunatus. Quid ego de singulari magnitudine animi eius ac de incredibili virtute dicam? Meministis illum diem, cum templo a collega occupato, nobis omnibus de vita talis viri et civis timentibus, ipse animo firmissimo venit in templum et clamorem hominum auctoritate, impetum improborum virtute sedavit. Adiit tum periculum, sed adiit ob eam causam, quae quanta fuerit iam mihi dicere non est necesse. At si isti Cypriae rogationi sceleratissimae non paruisset, haereret illa nihilo minus rei publicae turpitudo; regno enim iam publicato de ipso Catone erat nominatim rogatum. Quod ille si repudiasset, dubitatis quin ei vis esset allata, cum omnia acta illius anni per unum illum labefactari viderentur? 63. Atque etiam hoc videbat: quoniam illa in re publica macula regni publicati maneret, quam

---

1. *per se* L — 2. *religandum* P G — *nec illi comm.* om. G (*illo* P[1]) — 3. *inponendum* P G — *concione* O — 4. *cuelisse* P — 6. *potuerit* P G: *poterit* a O — 8. *profici* P G: *proficere* b O — 10. *inpudentissimum paenae iam prouintiae* P — 11. *paeniteret* P: *poeniteret* O — *quasi -- leges iurauerit* habet A mediis omissis. — 12. *in* sup. lin. P — *altas* P, *alteras* G — *intuste* P — 13. *iurauerit* A: *iurarit* P G O. «Cf. Orat. § 157. Quintil. I, 6, 21. Talia, quale est *iudicavisse*, *novisse*, *delevisse*, leguntur in libris de Rep. tricies septies, in Tusc. D. tricies quater, in ll. de Fin. plus vicies, in Bruto plus quadragies, p. Tullio autem quater et p. Scauro semel; *iudicasse* cet. novies, duodecies, quinquies, undecies, ter; *audivisse*, *audiverim* semel, sexies, quater, duodecies; *audisse*, *audierim* novies, sexies, septies, bis, p. Tull. semel. Ex eodem Vat. scribendum est p. Flacco § 39 *putauerunt*, § 51 *delectaverat*, in Vat. § 7 *servaveram*, § 41 *negaveris*, p. Mil. § 18 *collocaverat*.» Wesenberg p. 64. — *ille testis* G — 14. *ciui* P G: *cive* b O — *rem publicam* b: *.R.* P G; absorpta est *p.* sequenti *privet.* — 16. *cuius*] *cui. cui.* (i. e. *cuius* bis) G — 10. *ego*] *ergo* P G — 22. *talis* nos: ***us* P[1]; *eius* P[2] G O — 23. *firmissimo* P G: *fortissimo* a O. Cf. ad p. 780, 3. — 24. *inpetum inproborum* P — *Adiit periculum ob -- necesse* habet A — 25. *ob eam causam* A: *ob causam* P O; *causam* G — *dicere mihi* (om. *iam*) G — 26. *sceleratissime* P — 27. *rei publicae* Orelli (2): *.R. P.* P (in quo plerumque, quicumque est casus, hoc compendium invenitur); *in re publica* G O. Cf. p. Rosc. Com. § 17. — 29. *quin ei vis* P[2]: *quin*uis* P[1]; *quin*eiuis* G — 30. *unum illum* P G: *illum unum* a O.

nemo iam posset eluere, quod ex malis boni posset in rem publicam pervenire, id utilius esse per se conservari quam per alios. Atque ille, etiam si alia quapiam vi expelleretur illis temporibus ex hac urbe, facile pateretur. Etenim qui superiore anno senatu caruisset, quo si tum veniret, me tamen socium suorum in re publica consiliorum videre posset, is aequo animo tum, me expulso et meo nomine cum universo senatu, tum sententia sua condemnata, in hac urbe esse posset? Ille vero eidem tempori, cui nos, eiusdem furori, eisdem consulibus, eisdem minis, insidiis, periculis cessit. Luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem.

XXX. 64. His de tot tantisque iniuriis in socios, in reges, in civitates liberas consulum querella esse debuit: in eius magistratus tutela reges atque exterae nationes semper fuerunt. Ecquae vox umquam est audita consulum? Quamquam quis audiret, si maxime queri vellent? De Cyprio rege quererentur, qui me civem nullo meo crimine patriae nomine laborantem, non modo stantem non defenderunt, sed ne iacentem quidem protexerunt? Cesseram, si alienam a me plebem fuisse vultis, quae non fuit, invidiae; si commoveri omnia videbantur, tempori; si vis suberat, armis; si societas magistratuum, pactioni; si periculum civium, rei publicae. 65. Cur, cum de capite civis — non disputo, cuius modi civis — et de bonis proscriptio ferretur, cum et sacratis legibus et duodecim tabulis sanctum esset, ut neve privilegium irrogari liceret, neve de capite nisi comitiis centuriatis rogari, nulla vox est audita consulum constitutumque est illo anno, quantum in illis duabus huius imperii pestibus fuit, iure posse per operas concitatas quemvis civem nominatim tribuni pl. concilio ex civitate exturbari? 66. Quae vero promulgata illo anno fuerint, quae promissa multis, quae conscripta, quae sperata, quae cogitata, quid dicam? Qui locus orbi terrae iam non erat alicui destinatus? cuius negotii publici cogitari, optari, fingi curatio potuit, quae non esset attributa atque discripta? quod genus imperii aut quae

---

1. *bonis* (*boni* P^2) *possit in .R. P. peruenire* P G (*posset* corr. Ernesti) — 2. *conuersari* G — *per alios*] hic multis criticis verbum intercidisse videtur aliudque aliis, Gulielmio *dilapidari*, Zumptio (*ad Verr.* p. 286) *dissipari*, Seyfferto p. 61 *alienari*. At v. adn. in ed. Lips. — 3. *aliquapiam* P G O, sed in P *a* post *ali* sup. lin. est fort. a m. 1. Cf. var. lect. ad § 140 et Madv. p. 465 sqq. — *ui* P^2, *ue* P^1 — 4. *qui - - caruisse* (sic) habet A — *superiori* G — *tum*] *tu* P — 5. *in .R. p.* P; *in p. r.* G — *posset* G^2: *possit* P G^1 — 7. *condempnata* P (*ut sent. sua condemnata* habet A) — 8. *cui*] *quo* P G (ex *quoi*) — *eiusdem* P G: *eidem* a O — *furori eisdem* a: *furori et isdem* P G, qui ambo deinde habent *eisdem* (non *isdem*) *minis*; *furori et eisdem* codd. alii, quod praefert Madv. p. 466. — 9. *dolorem* om. G — 11. *tot* om. G — *iniuris* P^1 — *civit. liberas* P: *liberas civit.* G O — 12. *querella* P: *querela* O — *tutella* P^1 — 13. *ecquae* P^1: *etquae* P^2; *haecque* G — *unquam* P — 14. *auderet* P G; corr. Manutius. — 15. *ciue* P — 16. *defenderant - - protexerant* coni. Ernesti. — *sed mei iacentem* (om. *quidem*) G — 17. *uoltis* P — 18. *quae* P^1: *quare* P^2, *qua* G — *quomoueri* P G — *tempore* P G — 19. *superat* G — *si societas*, *magistratuum pactioni* edd. Interpunctionem verborum correxit C. F. Hermannus. — 21. *proscripto* P — *sacris* G — *ete. XII. tabulis* P — 22. *sanctum* P G: *sancitum* O — *neue* Lambinus: *neque* P G O; *ne cui* Mommsenius. — *inrogari* P — *neue* P G: *neque* O; cf. Wesenb. p. 36. — 25. *quemvis* G^2: *quamvis* P G^1 — *civem*] *uice* G^1 — 26. *concilio* P G: *consilio* a O — 27. *fuerint* O. M. Müllerus et Madvigius: *fuerant* P G; *fuerunt?* a O — 28. *orbi* P: *orbis* G O; cf. Verr. IV, § 82, de domo sua § 24 et v. Klotz. in *Ann. philol. nov.* XXII, p. 135 sqq. — 29. *potuit*] *doluit* P G — 30. *atributa* P — *discripta* P: *descripta* G O — *imperi* P — *aut* P^2: *at* P^1, *aue* G; om. L.

provincia, quae ratio aut flandae aut conflandae pecuniae non reperiebatur? quae regio orave terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod statueretur? quis autem rex erat, qui illo anno non aut emendum sibi, quod non habebat, aut redimendum, quod habebat, arbitraretur? quis provinciam, quis pecuniam, quis legationem a senatu petebat? Damnatis de vi restitutio, consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti comparabatur. Haec gemebant boni, sperabant improbi, agebat tribunus pl., consules adiuvabant.

XXXI. 67. Hic aliquando, serius quam ipse vellet, Cn. Pompeius invitissimis iis, qui mentem optimi ac fortissimi viri suis consiliis fictisque terroribus a defensione meae salutis averterant, excitavit illam suam non sopitam, sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem rei publicae bene gerendae. Non est passus ille vir, qui sceleratissimos cives, qui acerrimos hostes, qui maximas nationes, qui reges, qui gentes feras atque inauditas, qui praedonum infinitam manum, qui etiam servitia virtute victoriaque domuisset, qui omnibus bellis terra marique compressis imperium populi Romani orbis terrarum terminis definisset, rem publicam everti scelere paucorum, quam ipse non solum consiliis, sed etiam sanguine suo saepe servasset: accessit ad causam publicam, restitit auctoritate sua reliquis rebus, questus est de praeteritis. Fieri quaedam ad meliorem spem inclinatio visa est. 68. Decrevit senatus frequens de meo reditu Kalendis Iuniis, dissentiente nullo, referente L. Ninnio, cuius in mea causa numquam fides virtusque contremuit. Intercessit Ligus iste nescio qui, additamentum inimicorum meorum. Res erat et causa nostra eo iam loci, ut erigere oculos et vivere videretur. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocumque venerat, quod iudicium cumque subierat, damnabatur: inveniebatur nemo, qui se suffragium de me tulisse confiteretur. Decesserat ex Asia frater meus magno squalore, sed multo etiam maiore maerore. Huic ad urbem venienti tota obviam civitas cum lacrimis gemituque processerat; loquebatur liberius senatus; concurrebant equites Romani; Piso ille, gener meus, cui fructum pietatis suae neque ex me neque a populo Romano ferre licuit, a propinquo suo socerum suum flagitabat: omnia senatus reiiciebat, nisi de me primum consules rettulissent. XXXII. 69. Quae cum res iam manibus teneretur et cum consules provinciarum pactione

---

1. *prouintia* P — *aut flandae* P G: *aut auferendae* L et edd. vett.; *auferendae* O — *reperiebantur* P[1] G — 3. *rex erat* P G: *erat* om. d O — *anno* om. P[1] — 5. *a sen.* P G: *ab sen.* a O — 6. *consolatus* P[1] — 7. *inprobi* P — 9. *haec* G — *aliquando* P: *aliquanto* G O. Cf. p. Quinct. § 43. Phil. III, § 1 et de eadem re or. de domo sua § 25. in Pis. § 27. — 10. *invictissimis* G — *optumi* P — 11. *a*] *ac* G — 12. *sopitam* S et Lambinus: *solitam* P[1]; *insolitam* G et P corr. m. 2. — *suspitione* P — 13. *ciuis* P G — 14. *hostes* S: *ciuis* P G — *gentis feras* P; *gentes qui feras* G — 18. *scelerem* (litt. *m* expuncta) P — *consilias* P[1] — *sct* P — 19. *auctorite* P — 20. *questus est de praet.* P G: *de praet. questus est* a O — 21. *uisast* P[1] — *de * reditu* P[1], *meo* est super rasuram, m. 1, ut videtur. — 22. *.K. iuniis dissenciente* P — 24. *nestio qui* P — 26. *quocunque* O — 27. *iudicium cumque* G, sed cum signis transpositionis (*cunque* O) — 28. *confiteretur* G: *conteretur* P[1]; *conquereretur* P[2] — 29. *magno - - maerore* habet A — 30. *lacrumis* P — 31. *liberum* G — 32. *meus* om. L — *neque a me* L (*neque ex me neque ex p. R.* Lamb. in marg. ed. 1584) — 34. *retulissent* O — 35. *tenetur* G — *et* om. G.

libertatem omnem perdidissent, qui, cum in senatu privati, ut de me sententias dicerent, flagitabant, legem illi se Clodiam timere dicebant; cum hoc non possent iam diutius sustinere, initur consilium de interitu Cn. Pompei: quo patefacto ferroque deprehenso ille inclusus domi tam diu fuit, quam diu inimicus meus in tribunatu. De meo reditu octo tribuni promulgaverunt. Ex quo intellectum est non mihi absenti crevisse amicos, in ea praesertim fortuna, in qua non nulli etiam, quos esse putaveram, non erant, sed eos voluntatem semper eandem, libertatem non eandem semper habuisse. Nam ex novem tribunis, quos tunc habueram, unus me absente defluxit, qui cognomen sibi ex Aeliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis eius esse quam generis videretur. 70. Hoc igitur anno, magistratibus novis designatis, cum omnes boni omnem spem melioris status in eorum fidem convertissent, princeps P. Lentulus auctoritate ac sententia sua, Pisone et Gabinio repugnantibus, causam suscepit tribunisque pl. octo referentibus praestantissimam de me sententiam dixit. Qui cum ad gloriam suam atque ad amplissimi beneficii gratiam magis pertinere videret, causam illam integram ad suum consulatum reservari, tamen rem talem per alios citius quam per se tardius confici malebat.

XXXIII. 71. Hoc interim tempore P. Sestius, iudices, [designatus] iter ad C. Caesarem pro mea salute suscepit. Quid egerit, quantum profecerit, nihil ad causam. Equidem existimo, si ille, ut arbitror, aequus nobis fuerit, nihil ab hoc profectum; sin iratior, non multum: sed tamen sedulitatem atque integritatem hominis videtis. Ingredior iam in Sestii tribunatum; nam hoc primum iter designatus rei publicae causa suscepit: pertinere et ad concordiam civium putavit et ad perficiundi facultatem, animum Caesaris a causa non abhorrere. Abiit ille annus:

---

1. *privati* P G: *privatim* O cum Manutio. — 2. *flagitabant* P G: *flagitabantur* a O. Cf. Madv. p. 466 sqq. — 3. *hoc* P G: *haec* a O — 4. *Pompei* P: *Pompeii* G O — 4. *deprenso* P — 6. *promulgauerunt* G: *promulgerunt* P[1]; *promulgarunt* P[2] O — *intellectumst* P[1] — *non mihi* Manutius: *nona* (*a* expuncta) *mihi* P[1]; *mihi* P[2] G et codd. reliqui (de lectione *nona* pro *non* v. var. lect. ad p. 942, 20.) — *defuisse* Mommsenius. — 7. *putauerunt* P (sed videtur antea *putauerum* fuisse, ut nihil aliud nisi litterae *a* et *u*, in vetere illa scriptura simillimae, confusae sint.) — 9. *tunc* P in loco eraso habet, quo firmatur Ernesti coni., qui *ante* (*antea*) maluit. — 11. *quos* P[1] G — 12. *no*uis* P — 17. *suum consuum consulatum* P (erravit librarius, ut saepius, in scribendo, sed h. l., id quod alias solet, falso scripta delere praetermisit.) — 20. *iudex* G — *tribunus designatus* Car. Stephanus prob. Garat.: at rectius cum Bakio p. 89 et Iacobo p. 706 *designatus* pro glossemate habebitur, ex v. 25 huc invecto. — 21. *C.*] .*G.* P — 22. *aequos* P[1] — 23. *fuerat* cod. Ursini. — *sin ratio* G — 25. *sesti* G[1]; vv. *ingredior* - - *tribunatum* Madvigius p. 468 et Wesenb. p. 38 cum Schuetzio inducenda esse putant; praeter hoc enuntiatum Maehly p. 46 etiam sequens *nam* - - *suscepit* condemnat. At recte Spengelius (in *Schneidewini Philologo* II, p. 298): «Verba *ingredior iam in S. trib.* necessaria esse facile intelligas, si quae § 16—70 leguntur excursum esse, et oratorem ad tribunatum Sestii, iam § 13—15 indicatum, nunc demum latius exponendum redire memineris; deleas illa verba et transitus deest quo tribunatus Sestii indicetur.» Cf. etiam Iacob. p. 706 sq. — 26. *perficiundi* P G: *perficiendi* O — 27. *aborrere* P — *abit* P. Verba *abiit ille annus* - - *optimas perdidissemus* post illa *de tabula sustulit* (p. 956, 12) transponenda esse Spengelius l. c. intellexit; «neque enim tribuni Kal. Ian. munus inierunt, neque consules ante illum diem magistratum abdicarunt.» Contra dixit Maehly p. 45 sq., ratus illo anno tribunos pl. post legitimum tempus magistratum inisse. At unde hoc factum esse probabitur? Nam constat etiam tum, cum Kal. Ianuariis comitia consularia nondum perfecta erant, tribunos tamen pl. suo tempore magistratum occepisse; cf. Ascon. argum. ad Milon. p. 35 ed. Bait.

respirasse homines videbantur nondum re, sed spe rei publicae recuperandae. Exierunt malis ominibus atque exsecrationibus duo vulturii paludati: quibus utinam ipsis evenissent ea, quae tum homines precabantur! neque nos provinciam Macedoniam cum exercitu neque equitatum in Syria et cohortes optimas perdidissemus. 72. Ineunt magistratum tribuni pl., qui omnes se de me promulgaturos confirmarant. Ex iis princeps emitur ab inimicis meis is, quem homines in luctu irridentes Gracchum vocabant; quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur arrodere. Alter vero, non ille Serranus ab aratro, sed ex deserto Gavii † olaeliore a calatis Gaviis in Calatinos Atilios insitus, subito, nominibus in tabulas relatis, nomen suum de tabula sustulit. Veniunt Kalendae Ianuariae: vos haec melius scire potestis, equidem audita dico: quae tum frequentia senatus, quae exspectatio populi, qui concursus legatorum ex Italia cuncta, quae virtus, actio, gravitas P. Lentuli consulis fuerit, quae etiam collegae eius moderatio de me: qui cum inimicitias sibi mecum ex rei publicae dissensione susceptas esse dixisset, eas se patribus conscriptis dixit et temporibus rei publicae permissurum. XXXIV. 73. Tum princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit id, quod dignissimum re publica fuit, nihil de me actum esse iure, nihil more maiorum, nihil legibus: non posse quemquam de civitate tolli sine iudicio; de capite non modo ferri, sed ne iudicari quidem posse nisi comitiis centuriatis; vim fuisse illam, flammam quassatae rei publicae perturbatorumque temporum iure iudiciisque sublatis; magna rerum permutatione impendente declinasse me paulum et spe reliquae tranquillitatis praesentes fluctus tempestatemque fugisse: quare, cum absens rem publicam non minus magnis periculis quam quodam tempore praesens liberassem, non restitui me solum, sed

---

1. *spe re publica recuperata* coni. Lambinus prob. Madv. p. 469. — 2. *exierunt duo uulturii paludati* habet A — *hominibus* P G — *execrationibus* P — 5. *suria* P — *cohortis* P G — 6. *qui* S: *quod* P G (*quod -- confirmarant*, *promulgant* Mommsenius.) — *se de*] *saepe* G — *iis* P G: *his* O — 7. *inridentes graccum* P — 8. *factum* G — *ut illa -- adrodere* habet A — *uaepreculis* A G — 9. *nitela* Servius ad Georg. I, 181; *nitelula* Hildebrand ad Arnob. II, c. 47; sed *nitedula* firmat A — *.R. P.* P; *.p. r.* G — *adrodere* A P — *alter -- aratro* habet A — 10. *gauiolaeliorea* P; *gauio lel*iorea* G; † *Gavii Oleli horreo* O; *ex deserto Gavi Oleli rure* coni. Madvigius p. 471; *ex deserto Gavii* † *Oleli (Ofelli* vel *Laeti) horto calatis aviis* C. F. Hermannus in disputatione de h. l. 1848 Gottingae edita (et similiter M. Hertzius, sed *Gaviolae* pro *gauiolaeli*); *ex deserto Gavio olenti ore a calatis Gaviis* I. leepius; *ex deserto Gavio laetiora in rura* cet. Maehly. Nec placet quod mihi in mentem venit: *ex deserto Gaviolae flore a calatis* cet. — *calatis gauiis* P; *calatis grauis* G; *calatis granis* a O; *a Galatis Gaviis* Mommsenius, qua lectione origo Gallica homini obiiceretur; praepositionem *a* ex *olaeliorea*, ubi adhaesit, assumpsimus. — 11. *galatinos* P[1] — *atillos* P G; *Attilios* O; cf. Wesenb. p. 39 not. 2. — *tabulas* G: *tabula** P, unde praefert Hermannus p. 7 *tabulam*; at apparet in rasura vestigium litterae *s* — 14. *expectatio* G, *expetatio* P — 15. *etiam quae* P, sed addita sunt signa transpositionis a pr. m., cuius rei inscius Wesenb. p. 64 *etiam quae* praetulit, quia *etiam*, quod totam sententiam *quae -- me* superioribus adiungat, ut fere sit idem quod *denique*, rite ab initio ponatur.» — 16. *qui* P corr. ex *que* — *inimicias* P — 17. *dissessione* G[1] — 18. *permissu* P[1] — 19. *cottae dixit* P; *cotta edixit* G — 20. *mori* P (super *i* est *a*) — *maiorum hil* P[1] — 21. *non modo iudicari, sed ne ferri quidem* Schuetzius, quam coni. commendavit Maehly p. 46. — 24. *permutatione* P: *perturbatione* G (non item P, ut ait Krarupius); *commutatione* L. Cf. Herm. p. 7. — *inpendente* P — 25. *paulum* P G: *paululum* a O — *presentis* P G.

etiam ornari a senatu decere. Disputavit etiam multa prudenter, ita de me illum amentissimum et profligatissimum hostem pudoris et pudicitiae scripsisse quae scripsisset, iis verbis, rebus, sententiis, ut, etiam si iure esset rogatum, tamen vim habere non posset: quare me, qui nulla lege abessem, non restitui lege, sed revocari senatus auctoritate oportere. 74. Hunc nemo erat quin verissime sentire diceret. Sed post eum rogatus Cn. Pompeius, approbata laudataque Cottae sententia, dixit sese otii mei causa, ut omni populari concitatione defungerer, censere ut ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga me adiungeretur. Cum omnes certatim aliusque alio gravius atque ornatius de mea salute dixisset fieretque sine ulla varietate discessio, surrexit, ut scitis, Atilius hic Gavianus; nec ausus est, cum esset emptus, intercedere: noctem sibi ad deliberandum postulavit. Clamor senatus, querellae, preces, socer ad pedes abiectus. Ille se affirmare postero die moram nullam esse facturum. Creditum est, discessum est. Illi interea deliberatori merces longa interposita nocte duplicata est. Consecuti dies pauci omnino Ianuario mense, per quos senatum haberi liceret: sed tamen actum nihil nisi de me.

XXXV. 75. Cum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur, venit tandem concilio de me agendi dies, VIII Kal. Febr. Princeps rogationis, vir mihi amicissimus, Q. Fabricius, templum aliquanto ante lucem occupavit. Quietus eo die Sestius, is qui est de vi reus; actor hic defensorque causae meae nihil progreditur, consilia exspectat inimicorum meorum. Quid illi, quorum consilio P. Sestius in iudicium vocatur, quo se pacto gerunt? Cum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent, impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt non nullos, vulnerant multos. 76. Venientem in forum virum optimum et constantissimum, M. Cispium tribunum pl., vi depellunt, caedem in foro maximam faciunt, universique destrictis gladiis et cruentis in omnibus fori partibus fratrem meum, virum optimum, fortissimum meique amantissimum, oculis quaerebant, voce poscebant. Quorum ille telis libenter in tanto luctu ac desiderio mei non repugnandi, sed moriendi causa corpus obtulisset suum, nisi suam vitam ad spem mei reditus reservasset. Subiit tamen vim illam nefariam consceleratorum latronum et, cum ad fratris salutem

---

2. *profligantissimum* P¹ — 3. *scripsisset* P G: *scripserat* a O — 6. *quiñ* (i. e. *qui non*) G, sed linea sup. *n* videtur a m. 2. — *set* P — 7. *adprobata* P — 8. *causa aut* G — 10. *aliusque* P G: *alius* L O cum Car. Stephano. — 11. *dixisset* P G: *dixissent* S O — 12. *sciatis* L — *Atilius* P G, uterque corr. ex *atillius (at illius)*: *Attilius* O — *hic* om. G — 13. *querellae* P: *querelae* O — 14. *aplectus* P — *adfirmare* P — 15. *creditumst. discessumst* P — 16. *publicata est* G; *duplicatast* P (*st* extra lin. sed deinde ante *consecuti*, a quo voc. novus versus incipit, tres litterae erasae sunt.) — 17. *habere* G — 20. *concilio* P¹: *concilii* G et P² corr. m. 2; *concilii* O ut spurium ex Ernesti sententia inclusit; *in concilio* Madvigius; *in comitio* Lamb. Cf. Liv. III, 54, 15. *ea omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta.* Interpolatam lectionem *concilii* praefert Hermannus p. 8. — 21. *fabritius* P — 22. *aliquando* P¹ — *de* ** (superscr. *ui*) P — 23. *defensorqui* P¹ — 24. *expectat* P G — *corum* P¹ — 26. *inpetum* P — 27. *adferunt* P — 28. ante *in* est in P parva rasura. — 31. *fortissimumque mei* G — 32. *frequenter* G — 33. *optulisset* G — 34. *ni* G — *redditus* P¹ — *subit* P G.

a populo Romano deprecandam venisset, pulsus e rostris in comitio iacuit seque servorum et libertorum corporibus obtexit vitamque tum suam noctis et fugae praesidio, non iuris iudiciorumque defendit. 77. Meministis tum, iudices, corporibus civium Tiberim compleri, cloacas refarciri, e foro spongiis effingi sanguinem, ut omnes tantam illam copiam et tam magnificum apparatum non privatum aut plebeium, sed patricium et praetorium esse arbitrarentur.

XXXVI. Nihil neque ante hoc tempus neque hoc ipso turbulentissimo die criminamini Sestium. — Atqui vis in foro versata est. — Certe: quando enim maior? Lapidationes persaepe vidimus; non ita saepe, sed nimium tamen saepe gladios: caedem vero tantam, tantos acervos corporum exstructos, nisi forte illo Cinnano atque Octaviano die, quis umquam in foro vidit? Qua ex concitatione animorum? Nam ex pertinacia aut constantia intercessoris oritur saepe seditio, culpa atque improbitate latoris commodo aliquo *oblato* imperitis aut largitione; oritur ex concertatione magistratuum; oritur sensim ex clamore primum, deinde aliqua discessione contionis: vix sero et raro ad manus pervenitur: nullo vero verbo facto, nulla contione advocata, nulla lege *lata* concitatam nocturnam seditionem quis audivit? 78. An veri simile est, ut civis Romanus aut homo liber quisquam cum gladio in forum descenderit ante lucem, ne de me ferri pateretur, praeter eos, qui ab illo pestifero ac perdito civi iam pridem rei publicae sanguine saginantur? Hic iam de ipso accusatore quaero, qui P. Sestium queritur cum multitudine in tribunatu et cum praesidio magno fuisse, num illo die fuerit. Certe non fuit. Victa igitur est causa rei publicae, et victa non auspiciis, non intercessione, non suffragiis, sed vi, manu, ferro. Nam si obnuntiasset Fabricio is praetor, qui se servasse de caelo dixerat, accepisset res publica plagam, sed eam, quam acceptam † gemere posset: si intercessisset collega

---

1. *deprecandum* P G[1] (ante *venisset* in G littera, fort. *q* erasa est); *implorandam deprecandamque* L — *pulsus* om. G — 2. *liberorum* coni. Lamb. — 4. *complere* P G[1] — *refarciri e foro* P[2] G: *refarciriae foros* P[1]; *referciri e foro* O — 5. *spongis* P[1] — *effingi* cod. C. Steph. cum Servio ad Aen. VIII, 634 et Isidoro XII, 6, 20: *effundi* P G — 9. *criminamini Sestium* P G: *criminationis esse in Sextium* S O, sed O [*esse*] — *atq;* G — 10. *maiores* P G, unde Klotzius in ed. I *maior est*; at ortum est *maiores* ex seq. *lapidationes*. — 12. *extructos* P — *cinano* P[1] — *atque*] *at* G corr. in *aut* — 13. *Aqua* G, fort. ex *At qua* — *concitatione* Orelli in adnot.: *concertatione* P G O — 15. *aliquo oblato* scripsi: *oblato* om. codd.; edd. ex Naugeriana *proposita* post *largitione* habent. — 16. *sensus* G — 17. *uexero et* P[1] — 18. *lata concitatam* scripsi: *concitata* (om. *recit.*) P; *recitata* (om. *concit.*) G; *recitata concitatam* O cum ed. Grut. «Hausi voc. *recitata* e Pal. nono, e Turing. [i. e. cod. Erfurtensi, in quo hodie oratio desideratur]; prius enim deerat nobis *recitata*, eiusque loco Lambinus de coni. subiecerat *promulgata*.» Gruterus. Num in his duobus codd. Gruterus etiam *concitatam* invenerit, ignoramus; equidem pro certo habeo ab eo non aliam lectionem inventam esse quam eam quae in G (i. e. cod. Gemblacensi), qui in reliquis oratt. simillimus est Pal. noni et Erfurt., tradita est *recitata*, correcta illa ex leviter corrupto *concitata*. — 19. *similest* P — *ciuis* P corr. ex *cis*. — 21. *ferri de me* G — 22. *ciui* P G: *cive* O — *sanguinantur* P — 24. *magni* P G — *certe* P: *certe*, *certe* G O; conf. Madvig. pag. 473. — 25. *causa .R. P.* P; *causa P. R.* G — 26. *obnuntiassed* P[1] — *fabritio* P — 27. *praetor*] *.PR.* G; *.P. R.* P; delendum censet Madvigius p. 473; *trib. pl.* b c d. Cf. adnot. meam in ed. Lips. a. 1853. — *se* om. P — *diceret* coni. Manutius; cf. Wesenb. p. 41; *qui servasset de caelo* coni. Madvigius; at v. Iacob p. 708. — 28. *gemere posset* P G: *gemere non posset* Bake; *minus gemere p.* Koechly; C. F. Hermannus

Fabricio, laesisset rem publicam, sed [rem publicam] iure laesisset. Gladiatores tu novicios, pro exspectata aedilitate suppositos, cum sicariis e carcere emissis ante lucem immittas? magistratus templo deiicias? caedem maximam facias? forum purges? et, cum omnia vi et armis egeris, accuses eum, qui se praesidio munierit, non ut te oppugnaret, sed ut vitam suam posset defendere?

XXXVII. 79. Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sestius, ut a suis munitus tuto in foro magistratum gereret, rem publicam administraret. Itaque fretus sanctitate tribunatus, cum se non modo contra vim et ferrum, sed etiam contra verba atque interfationem legibus sacratis esse armatum putaret, venit in templum Castoris, obnuntiavit consuli: cum subito manus illa Clodiana in caede civium saepe iam victrix exclamat, incitatur, invadit: inermem atque imparatum tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis saeptorum et fustibus: a quibus hic multis vulneribus acceptis ac debilitato corpore et contrucidato se abiecit exanimatus neque ulla alia re ab se mortem nisi opinione mortis depulit. Quem cum iacentem et concisum plurimis vulneribus extremo spiritu exsanguem et confectum viderent, defetigatione magis et errore quam misericordia et modo aliquando caedere destiterunt. 80. Et causam dicit Sestius de vi? quid ita? Quia vivit. At id non sua culpa; plaga una illa extrema defuit, quae si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. Accusa Lentidium; non percussit locum: male dic Titio Sabino, homini Reatino, cur tam temere exclamarit occisum. Ipsum vero quid accusas? num defuit gladiis? num repugnavit? num, ut gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit? XXXVIII. An haec ipsa vis est, non posse emori? an illa, quod tribunus pl. templum cruentavit? an quod, cum esset ablatus primumque resipisset, non se referri iussit? Ubi est crimen? quid reprehenditis? 81. Hic quaero, iudices, si illo die gens ista Clodia, quod facere voluit, effecisset; si P. Sestius, qui pro occiso relictus est, occisus esset, fuististne ad arma ituri? fuististne vos ad patrium illum animum maiorumque virtutem excitaturi? fuististne aliquando rem publicam a funesto latrone repetituri? an etiam tum quiesceretis, cunctaremini, timeretis, cum rem publicam a facinoro-

---

p. 8 pro *gemere* mavult *gaudere* vel *regerere* (?); *palam gemere p.* Maehly p. 47; ego malim: *saltem gemere p.* — *conlega* P — 1. *sed .R. P.* P; *sed rei p.* Mommsenius; *rem publ.* delent Wunderus et Madvigius p. 475. — *gladiatores uno uictos* G — 2. *expectata* G — *sepositos* Mommsenius. — 3. *emissi* G — *inmittas* P G: *in forum immittas* S O — *deicias* P; *descias* G — 4. *forum spurces* Manutius. — 5. *munierit* P corr. ex *munierat.* — 7. *atq; ex eo* G — 8. *in foro* S: *in foro tuo* P G; *in foro tum* d; *in foro, cum* Garatoni; *in foro, dum* Madvigius (ex lectione *tum*, quam ex falso Krarupii testimonio in P esse ratus est); *in foro tamen* Seyffertus p. 51. — 10. *interfationem* P: *interfectionem* G — 13. *inermum* susp. Orelli (3) — *inparatum* P — 14. *Aquibus* P, sed est *Aq* in ras. m. 2 scriptum. — 15. *ac* Garatonio suspectum. — 18. *defetigatione* P: *defatigatione* O — *magis* om. G — 20. *dicit*] *adt* (*t* cum linea) G — *ad id* P^1 — 21. *relicuum* P — 22. *maledic titio* P: *male* dictio* G^1, *maledicito* G^2 O — 23. *Sabino* P G: *Sabinio* b O — *temere* P: *tempore* G O; cf. Madv. p. 424 et Wesenb. p. 65, qui apte contulit or. p. Caelio § 64. — *exclamaret* G — 25. *hae* P^1 — 26. *vis* G^2: *uisa* P G^1 — *posse ea mori* G — *quod* om. G — 27. *resepisset* P^1 — 28. *crimen? quid* Bake et Wesenberg p. 10: *crimen, quod* codd. et O. Cf. or. p. Font. § 1 p. 463, 2: *Quid accusas? quid reprehendis?* — 29. *Clodia* P G: *Clodiana* S O; cf. Madv. p. 477. — 30. *armaturi* P^1 — 33. *tum* P G: *tunc* S O — *facinerosissimis* P.

sissimis sicariis et a servis esse oppressam atque conculcatam videretis? Cuius igitur mortem ulcisceremini, si quidem liberi esse et habere rem publicam cogitaretis, de eius virtute vivi quid vos loqui, quid sentire, quid cogitare, quid iudicare oporteat, dubitandum putatis? 82. At vero ipsi illi parricidae, quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna, adeo vim facinoris sui perhorruerant, ut, si paulo longior opinio mortis Sestii fuisset, Gracchum illum suum transferendi in nos criminis causa occidere cogitarint. Sensit rusticulus non incautus (neque enim homines nequam tacere potuerunt), suum sanguinem quaeri ad restinguendam invidiam facinoris Clodiani: mulioniam paenulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat: messoria se corbe contexit. Cum quaererent alii Numerium, alii Quintium, gemini nominis errore servatus est. Atque hoc scitis omnes, usque adeo hominem in periculo fuisse, quoad scitum est Sestium vivere. Quod ni esset patefactum paulo citius quam vellem, non illi quidem morte mercennarii sui transferre potuissent invidiam in quos putabant, sed acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere minuissent. 83. Ac si tum P. Sestius, iudices, in templo Castoris animam, quam vix retinuit, edidisset, non dubito quin, si modo esset in re publica senatus, si maiestas populi Romani revixisset, aliquando statua huic ob rem publicam interfecto in foro statueretur. Nec vero illorum quisquam, quos a maioribus nostris morte obita positos in illo loco atque in rostris collocatos videtis, esset P. Sestio aut acerbitate mortis aut animo in rem publicam praeponendus: qui cum causam civis calamitosi, causam amici, causam bene de re publica meriti, causam senatus, causam Italiae, causam rei publicae suscepisset, cumque auspiciis religionique parens obnuntiaret, quod senserat, luce palam a nefariis pestibus in deorum hominumque conspectu esset occisus, sanctissimo in templo, sanctissima in causa, sanctissimo in magistratu. Eius igitur vitam quisquam spoliandam ornamentis esse dicet, cuius mortem ornandam monumento sempiterno putaretis?

XXXIX. 84. «Homines» inquit, «emisti, coëgisti, parasti.» Quid uti faceret? senatum obsideret? cives indemnatos expelleret? bona diriperet? aedes incenderet? tecta disturbaret? templa deorum immortalium inflammaret? tribunos pl. ferro e rostris expelleret? provincias quas vellet quibus vellet venderet? reges appellaret? rerum capitalium condemnatos in

---

1. *sicariis* om. G — *conculcatam* Gulielmius: *occultam* P G; *occupatam* S O — *At vero* S: *An vero* P G — 5. *ipsi illi* P: *illi ipsi* G O; cf. Madv. ad *Cic. de Finn.* p. 26. — *ecfrenatus furor* (*foror* P¹) P — *inpunitate* P G — 6. *perhorruerant* G: in P discerni non potest, sitne *perhorruerant* an *perhorruerunt*, quod Madvigius p. 478 praefert, scriptum. — 8. *graccum* G — 9. *potuerant* Ernesti coni. — 10. *mulioniam* S: *multoniam* P G; *mulionicam* O cum Prisciano I, p. 86 ed. Krehl. — *paenulam* P: *penulam* G O — 11. *se corbe* G corr. ex *set orbe* — *numenium* G — 12. *Quintium* P G: *Quintum* Orelli (2) ex Asconio ad or. Pison. § 35. (cf. etiam Schol. Bob. ad or. Milon. c. 15.) At v. C. F. Hermanni *disput. de loco or. Cic. p. Sestio c.* 33. (Gottingae 1848) p. 7 sqq. — *saluatus* G — 14. *scitum est* S: *scitum sit* (ex *scitumst*) P G O — *ni* P G: *nisi* a O; conf. Wesenb. p. 65. — 15. *mortem* G — *mercennarii* P G: *mercenarii* O — 16. *aceruissimi* P — 17. *tum* P G: *tunc* a O — 20. *statua* G²: *statum* P G¹ — 22. *conlocatos* P — *aceruitate* P — 23. *in rem p. animo* S — 25. *auspitiis* P — 26. *palam a nef.* S: *palā nefariis* P G — 31. *uti* G corr. m. eadem in *utiq;* — 32. *opsideret* P; *possideret* G; cf. ad p. 892, 24. — *ciuis* P G — *indenatos* P — 33. *aedis* P — 34. *e* om. G; *frostris* P (ex frequenti confusione litterarum *E* et *F*) — *prouintias* P.

liberas civitates per legatos nostros reduceret? principem civitatis ferro obsessum teneret? Haec ut efficere posset, quae fieri nisi armis oppressa re publica nullo modo poterant, idcirco, credo, manum sibi P. Sestius et copias comparavit. — At nondum erat maturum; nondum res ipsa ad eius modi praesidia viros bonos compellebat. — Pulsi nos eramus, non omnino ista manu sola, sed tamen non sine ista: vos taciti maerebatis. 85. Captum erat forum anno superiore, aede Castoris tamquam arce aliqua a fugitivis occupata: silebatur. Omnia hominum cum egestate tum audacia perditorum clamore concursu, vi manu gerebantur: perferebatis. Magistratus templis pellebantur, alii omnino aditu ac foro prohibebantur: nemo resistebat. Gladiatores ex praetoris comitatu comprehensi, in senatum introducti, confessi, in vincla coniecti a Milone, emissi a Serrano: mentio nulla. Forum corporibus civium Romanorum constratum caede nocturna: non modo nulla nova quaestio, sed etiam vetera iudicia sublata. Tribunum pl. plus viginti vulneribus acceptis iacentem moribundumque vidistis; alterius tribuni pl., divini hominis (dicam enim quod sentio et quod mecum sentiunt omnes), divini, insigni quadam, inaudita, nova magnitudine animi, gravitate, fide praediti, domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano. XL. 86. Et tu hoc loco laudas Milonem et iure laudas. Quem enim umquam virum tam immortali virtute vidimus? qui nullo praemio proposito praeter hoc, quod iam contritum et contemptum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, summos labores, gravissimas contentiones inimicitiasque suscepit: qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse, non verbis, et quid oporteret a praestantibus viris in re publica fieri et quid necesse esset: oportere hominum audacium, eversorum rei publicae sceleri legibus et iudiciis resistere; si leges non valerent, iudicia non essent, si res publica vi consensuque audacium armis oppressa teneretur, praesidio et copiis defendi vitam et libertatem necesse esse. Hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis: et sentire vero et facere perfectae cumulataeque virtutis. 87. Adiit ad rem publicam tribunus pl. Milo: de cuius laude plura dicam, non quo aut ipse haec dici quam existimari malit, aut ego hunc laudis fructum praesenti libenter impertiam, praesertim cum verbis consequi non possim, sed quod existimo, si Milonis causam accusatoris voce collaudatam probaro, vos in hoc crimine parem Sestii causam existimaturos. Adiit igitur T. Annius ad causam rei publicae sic, ut civem

---

1. post *nostros* est in P parva lacuna duarum triumve litterarum. — 2. *opsessum* P — 4. post *ipsa* est in P rasura. — 6. *maerebatis* G: *maereba* P in fine versus (non *maerebamini*, ut ait Krarupius et vere est in duobus codd. Bernensibus, quae lectio tot levium coniecturarum seges facta est). — 7. *aede* G: *ade* P — 8. *a* om. P G — 9. *audatia* P — *perferrebatis* P — 11. *conprensi* P G — 12. *uincla* P G: *vincula* O — *a milonaemissi* P — 15. *acceptistis* P G — 16. *uidestis* P — 17. *omnes divini* P G: *omnes boni* cod. Franc.; *omnes divina* b c; *omnes, divini viri* (vel *omnes, divini, inquam, viri*) Iacob; ego malim: *omnes boni viri*; Maehly, si quid mutandum sit, praefert: *omnes honesti viri.* Mommsenio prius *divini* v. 16 delendum videtur. — 21. *virtute* P G: *virtute praeditum* a b c d — 22. *contemtum* P¹ — *iuditiorum* G¹ — 24. *et quid* Car. Stephanus: *sed quid* P G; *et* om. a O — 25. *nec. esset*] *necesset* P G — 26. *audatium euorsorum* P — 27. *si iudicia* Lamb. — 28. *consensique audatium armis opressa* P — 29. *esset* G — 33. *inpertiam* P — 35. *uoce* G in marg. habet. — *conlaudatam* P; *collaudatum* G¹ — *sesti* P — *existimatis* G — 36. *ad causam re P.* (sic) P.

patriae recuperare vellet ereptum. Simplex causa, constans ratio, plena consensionis omnium, plena concordiae. Collegas adiutores habebat; consulis alterius summum studium, alterius animus paene placatus. De praetoribus unus alienus; senatus incredibilis voluntas, equitum Romanorum animi ad causam excitati, erecta Italia. Duo soli erant empti ad impediendum: qui si homines despecti et contempti tantam rem sustinere non potuissent, se causam, quam susceperat, nullo labore peracturum videbat. Agebat auctoritate, agebat consilio, agebat per summum ordinem, agebat exemplo bonorum ac fortium civium: quid re publica, quid se dignum esset, quis ipse esset, quid sperare, quid maioribus suis reddere deberet, diligentissime cogitabat. XLI. 88. Huic gravitati hominis videbat ille gladiator se, si moribus ageret, parem esse non posse: ad quotidianam caedem, incendia, rapinas se cum exercitu suo contulit; domum oppugnare, itineribus occurrere, vi lacessere et terrere coepit. Non movit hominem summa gravitate summaque constantia: sed quamquam dolor animi, innata libertas, prompta excellensque virtus fortissimum virum hortabatur, vi vim oblatam, praesertim saepius, ut frangeret et refutaret, tanta moderatio fuit hominis, tantum consilium, ut contineret dolorem neque eadem se re ulcisceretur, qua esset lacessitus, sed illum tot iam in funeribus rei publicae exsultantem ac tripudiantem legum, si posset, laqueis constringeret. 89. Descendit ad accusandum. Quis umquam tam proprie rei publicae causa? nullis inimicitiis, nullis praemiis, nulla hominum postulatione aut etiam opinione id eum umquam esse facturum. Fracti erant animi hominis: hoc enim accusante pristini illius sui iudicii turpitudinem desperabat. Ecce tibi consul, praetor, tribunus pl. nova novi generis edicta proponunt: «ne reus adsit, ne citetur, ne quaeratur, ne mentionem omnino cuiquam iudicum aut iudiciorum facere liceat.» Quid ageret vir ad virtutem, dignitatem, gloriam natus, vi sceleratorum hominum corroborata, legibus iudiciisque sublatis? Cervices tribunus pl. privato, praestantissimus vir profligatissimo homini daret? an causam susceptam affligeret? an se domi contineret? Et vinci turpe putavit et deterreri et latere. Perfecit ut, quoniam sibi in illum legibus uti non liceret, illius vim neque in suo neque in rei publicae periculo pertimesceret. XLII. 90. Quo modo igitur hoc in genere praesidii comparati accusas Sestium, cum idem laudes Milonem? An qui sua tecta defendit, qui ab aris focis ferrum flammamque depellit, qui sibi licere vult tuto esse in foro, in templo, in curia, iure praesi-

---

1. *e re .P. tum* (sic) P; *h* (superne punctata) *rei p. tum* G; in codd. plerisque sunt varia menda. — 5. *duo soceri* G — 7. *possent* G — 12. *non posse* P¹: *non posse ad ferrum faces* G, et sic in P additum sup. lin. m. 2 rec.; *non posse: ad ferrum, ad faces* edd. (in codd. dett. locus deest.) — 13. *cotidianam* P G — 17. *hortabatur* P G: *hortabantur* b O — 18. *hominis tamen, tantum* Lamb. in marg. — 19. *re se* G — 20. *exultantem* P G — 22. *tam in* P sup. lin. m. vetere. — 23. *id eum umquam* Lambinus (in marg. ed. 1581): *id eũquam* P¹ (pro *id eũũquam*); *id umquam* P² G O — 26. *pronunt* P¹ — *atsit* P¹ — 29. *conroborata* P — 31. *adfligeret* P; *abiiceret* Ruhnkenius (*Mnemosyne* III, p. 232) et Mommsenius. — 32. *et latere. Perfecit ut* Madvigius p. 479: *etiam eripere eicit* (*eripi reeicit* P²) *ut* P; *etiam eripere elegit ut* G; *Etiam e re publica credidit ut* O partim ex coni. Lambini; *et temere perire. Effecit ut* Seyffertus p. 63. — 34. *in hoc genere* ed. Iunt. et L — 35. *comparati accussas* P — 36. *aris focisque* cod. Franc. — *flamamque* P — 37. *uolt* P — *iure* P: *in re* G.

dium comparat: qui vulneribus, quae cernit quotidie toto corpore, monetur ut aliquo praesidio caput et cervices et iugulum ac latera tuetur, hunc de vi accusandum putas? 91. Quis enim nostrum, iudices, ignorat ita naturam rerum tulisse, ut quodam tempore homines, nondum neque naturali neque civili iure descripto, fusi per agros ac dispersi vagarentur tantumque haberent, quantum manu ac viribus per caedem ac vulnera aut eripere aut retinere potuissent? Qui igitur primi virtute et consilio praestanti exstiterunt, ii perspecto genere humanae docilitatis atque ingenii dissipatos unum in locum congregarunt eosque ex efferitate illa ad iustitiam atque ad mansuetudinem transduxerunt. Tum res ad communem utilitatem, quas publicas appellamus, tum conventicula hominum, quae postea civitates nominatae sunt, tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, invento et divino iure et humano *ut* moenibus saepserunt. 92. Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil tam interest quam ius atque vis. Horum utro uti nolumus, altero est utendum. Vim volumus exstingui, ius valeat necesse est, id est iudicia, quibus omne ius continetur: iudicia displicent aut nulla sunt, vis dominetur necesse est. Hoc vident omnes: Milo et vidit et fecit, ut ius experiretur, vim depelleret. Altero uti voluit, ut virtus audaciam vinceret; altero usus necessario est, ne virtus ab audacia vinceretur. Eademque ratio fuit Sestii, si minus in accusando (neque enim per omnes fuit idem fieri necesse), at certe in necessitate defendendae salutis suae praesidioque contra vim et manum comparando.

XLIII. 93. O di immortales! quemnam ostenditis exitum nobis? quam spem rei publicae datis? quotus quisque invenietur tanta virtute vir, qui optimam quamque causam rei publicae amplectatur, qui bonis viris deserviat, qui solidam laudem veramque quaerat? cum sciat duo illa rei publicae paene fata, Gabinium et Pisonem, alterum haurire quotidie ex pacatissimis atque opulentissimis Syriae gazis innumerabile pondus auri, bellum inferre quiescentibus, ut eorum veteres illibatasque

---

1. *uolneribus* P — *ternit* G — *cotidie* P G — 3. *de uia* G — *nostrum* P G: *vestrum* S O — 4. *ut* P sup. lin. — 8. *extiterunt* P G — 9. *dissupatos* P: *disparatos* G corr. ex *disputatos* — *eosque... ex* P — *ecferitate* P: *feritate* G O. Haud scio an non recte C. F. Ingerslev (*De vocibus et locis quibusdam scriptt. Lat. in lexicis plerisque non satis recte explicatis.* Hafniae 1852. Part. II. p. VIII.) negaverit voc. *ecferitas* esse Latinam. — 10. *atque ad* P G: *atque* a O — *traduxerunt* L — *res ad comm. utilitatem* P G: *res ad comm. utilitatem pertinentes* Lamb. in marg. Klotzius vera lectione codicis P nondum cognita *res ad comm. util. constitutas* suspicatus est in praef. ed. Teubn. p. IX. Cf. Handii *Tursell.* I, p. 117 sqq. — 11. *appellamus publicas* G — 13. *iure et humano* P G: *et humano iure* a O — *ut moenibus* Ravius (praeeunte Bakio, qui *tamquam moen.* coniecerat): *ut* om. codd. et O. Contra Madvigius p. 481, hic lectionem codd. servans, post *nominatae sunt*, «*instituerunt*» addendum esse existimat. — 14. *uitam perpublicolam* G — 15. *nolumus* S: *nolimus* P G O; cf. Madv. p. 481. — *alterost* P — 16. *extingui* P G — 17. *contintinetur* P — 18. *hoc* P G: *haec* S O — 19. *noluit* G — 20. *necessariost* P — 21. *Sesti* P G[1]; *P. Sextii* S O — *omnis* P G — 23. *conparando* P — 24. *di* P: *dii* G O — *exitum* G[2] S: *exitium* G[1] P[2]; *exitimum* P[1] — 25. *quisquam* G — 26. *causam in re publica* Mommsenius; *causam rei .P.* habet P in extrema pagina; sequens incipit a verbis *paene fata*, cum librarius ab altero *rei p.* ad alterum aberraverit; quae interciderunt, extra columnam manu secunda, sed admodum vetere suppleta sunt. Librarius, qui haec verba addidit, diversus videtur ab iis, a quibus reliqua supplementa in codice profecta sunt. — 28. *cotidie* G, *cotidiae* P — 29. *gazzis* P[1] — 30. *inlibatasque* P.

divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat, villam aedificare in oculis omnium tantam, tugurium ut iam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus pl. pictam olim in contionibus explicabat, quo fortissimum ac summum civem in invidiam homo castus ac non cupidus vocaret: 94. alterum Thracibus ac Dardanis primum pacem maxima pecunia vendidisse, deinde, ut illi pecuniam conficere possent, vexandam iis Macedoniam et spoliandam tradidisse; eundemque bona creditorum civium Romanorum cum debitoribus Graecis divisisse, cogere pecunias maximas a Dyrrachinis, spoliare Thessalos, certam Achaeis in annos singulos pecuniam imperavisse, neque tamen ullo in publico aut religioso loco signum aut tabulam aut ornamentum reliquisse: illos sic illudere, quibus omne supplicium atque omnis iure optimo poena debetur, reos esse hos duos, quos videtis. Omitto iam Numerium, Serranum, Aelium, quisquilias seditionis Clodianae: sed tamen hi quoque etiam nunc volitant, ut videtis, nec, dum vos de vobis aliquid timebitis, illi umquam de se pertimescent. XLIV. 95. Nam quid ego de aedile ipso loquar, qui etiam diem dixit et accusavit de vi Milonem? Neque hic tamen ulla umquam iniuria adducetur, ut eum tali virtute tantaque firmitate animi se in rem publicam fuisse paeniteat: sed qui haec vident adolescentes, quonam suas mentes conferent? Ille, qui monumenta publica, qui aedes sacras, qui domos inimicorum suorum oppugnavit, excidit, incendit, qui stipatus semper sicariis, saeptus armatis, munitus indicibus fuit, quorum hodie copia redundat, qui et peregrinam manum facinorosorum concitavit et servos ad caedem idoneos emit et in tribunatu carcerem totum in forum effudit, volitat aedilis, accusat eum, qui aliqua ex parte eius furorem exsultantem repressit: hic, qui se est tutatus sic, ut in privata re deos penates suos, in re publica iura tribunatus atque auspicia defenderet, accusare eum moderate, a quo ipse nefarie accusatur, per senatus auctoritatem non est situs.

96. Nimirum hoc illud est, quod de me potissimum tu in accusatione quaesisti, quae esset nostra natio optimatium, sic enim dixisti. Rem quaeris praeclaram iuventuti ad discendum nec mihi difficilem ad perdocendum; de qua pauca, iudices, dicam, et, ut arbitror, nec ab utilitate eorum qui audient nec ab officio vestro nec ab ipsa causa P. Sestii abhorrebit oratio

---

1. *profundant* P G²; *profundunt* G¹ — 2. *illam* G¹ — 5. *tracibus* G — 6. *ut* G sup. lin. — 7. *iis* P G: *his* b O — 9. *Dyrrachinis* P G: *Dyrrhachinis* O — 10. *pecunias* P¹ — 11. *illos* scripsi: *hos* P G O, sed est in P *Hos* corr. ex *Hoc*; *eos* Wesenberg; sed quoniam lectio librorum corrigenda est, praestare visum est *illos* reponere, quod pron. proprie opponitur contrario *hos* de iis dicto, qui tum aderant; accedit quod in ipsa scriptura cod. P *Hos* vestigium lectionis *illos* apparet. — *inludere* P G; *eludere* coni. Garatoni, quam coniecturam necessariam non esse erudite demonstravit Wesenb. p. 65 sq. — 12. *supplitium* P — *optumo* P G — 13. *numenium* G — 14. *elium* P — *quisqueilias* P¹ — *etian* P — 15. *nec*] *ne* G — *timetis* P corr. 1 m. ex *timebitis* — 16 et 18. *unquam* P — *pertimescent* d: *pertimescunt* P G — *aedili* G² — 17. *diem* om. G — 18. *nulla* P¹; *illa* G — *adduceretur* P; *adducere* G — 19. *se et in .R. P.* P, sed *et* 1 m. deletum. — *paeniteat* P: *poeniteat* G O — 20. *adulescentes* P — *conferrent* P¹ — 21. *edes* P — *exscidit* L; cf. ad pag. 942, 11. — 23. *odie* P¹ — 26. *exultantem* P — 27. *penatis* P G — 28. *atque auspicia* P G: *auspiciaque* a O — *accusate* G — 29. *auctoritate* G — 31. *optimatum* G — 33. *et ut adarbitror* P — 34. *vestro* P G: *nostro* b c O; cf. Wesenb. p. 66. — *sesti* P G.

mea. XLV. Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum, qui versari in re publica atque in ea se excellentius gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates et haberi et esse voluerunt. Qui ea, quae faciebant quaeque dicebant, multitudini iucunda volebant esse, populares, qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarent, optimates habebantur. 97. Quis ergo iste optimus quisque? Numero, si quaeris, innumerabiles; neque enim aliter stare possemus: sunt principes consilii publici, sunt qui eorum sectam sequuntur, sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia, sunt municipales rusticique Romani, sunt negotii gerentes, sunt etiam libertini optimates. Numerus, ut dixi, huius generis late et varie diffusus est: sed genus universum, ut tollatur error, brevi circumscribi et definiri potest. Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt nec natura improbi nec furiosi nec malis domesticis impediti. Est igitur ut ii sint, quam tu nationem appellasti, qui integri sunt et sani et bene de rebus domesticis constituti. Horum qui voluntati, commodis, opinionibus in gubernanda re publica serviunt, defensores optimatium ipsique optimates gravissimi et clarissimi cives numerantur et principes civitatis. 98. Quid est igitur propositum his rei publicae gubernatoribus, quod intueri et quo cursum suum derigere debeant? Id quod est praestantissimum maximeque optabile omnibus sanis et bonis et beatis, cum dignitate otium. Hoc qui volunt, omnes optimates; qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis putantur. Neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita convenit, ut otio non prospiciant, neque ullum amplexari otium, quod abhorreat a dignitate. XLVI. Huius autem otiosae dignitatis haec fundamenta sunt, haec membra, quae tuenda principibus et vel capitis periculo defendenda sunt: religiones, auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iuris dictio, fides, provinciae, socii, imperii laus, res militaris, aerarium. 99. Harum rerum tot atque tantarum esse defensorem et patronum magni animi est, magni ingenii magnaeque constantiae. Etenim in tanto civium numero magna multitudo est eorum, qui aut propter metum poenae peccatorum suorum conscii novos motus conversionesque rei publicae

---

1. *eorum* om. G — 2. *statuerunt* G; *studerent* coni. Ernesti. — 3 et 22. *optumates* P — 4. *iocundam* G — *volebant esse* P: *esse volebant* G O — 5. *concilia* G — *optumo* P G — 6. *optumates* P — *Quis ergo iste optumus quisque* P G: *Qui ergo isti? Optimus quisque* O ex sua coni. — 7. *numero* P G: *de numero* O; *optumus quis? de numero* P corr. m. 2 multo recentiore. Cf. C. Fr. Herm. in *Mus. Rhen. novo* IV, p. 447. — 8. *consili* P — *sequontur* P; *secuntur* G[1] — 9. *hordinum* P[1] (*proximorum ordinum* C. Fr. Hermannus in *Philologo* III, p. 509 sq. coll. § 137; at v. adnot. meam in ed. Lips. 1853.) — 10. *negotii* P et Arusianus p. 232 Lind.: *negotia* G — 11 et 13. *optumates* P — 11. *generis* om. G — *variae* P — 13. *inprobi* P — 14. *aut furiosi* coni. Koechly, ut tripertita oratio (cf. v. 15 et 21) hic quoque servetur. — *inpediti* P — *ē* (i. e. *est*) *igitur* P: *esto igitur* G O; *sequitur* coni. Madvigius p. 485; *efficitur* Bake; *en igitur* Ieep. — *ii* P G: *hi* O — 15. *qui* Madvigius: *et qui* P G; *qui et* O cum Manutio. — 16. *opinionibus* nos: *opinis* P G; *optimis* G[2]; *opinioni* S O — 17. *optumatium ipsique optumates* P — 20. *derigere* P: *dirigere* G O. Cf. Lachmanni Comment. ad Lucretium p. 247. — 24. *ecferri* P G — *non* S et P sup. lin. a m. rec.: om. P[1] G — 25. *abhorreat* edd. vett. et P corr. m. recenti: *abhorret* P[1] G — *Hius* P[1] — 28. *magistratum* P[1] — 29. *imperi* P[1] — *rei* G — 31. *ingeni* P — 32. *multitudost* P — *paenae* P — 33. *conuorsionesque* P.

quaerant, aut qui propter insitum quendam animi furorem discordiis civium ac seditione pascantur, aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malint quam suo deflagrare. Qui cum tutores sunt et duces suorum studiorum vitiorumque nacti, in re publica fluctus excitantur, ut vigilandum sit iis, qui sibi gubernacula patriae depoposcerunt, enitendumque omni scientia ac diligentia, ut conservatis iis, quae ego paulo ante fundamenta ac membra esse dixi, tenere cursum possint et capere otii illum portum et dignitatis. 100. Hanc ego viam, iudices, si aut asperam atque arduam aut plenam esse periculorum aut insidiarum negem, mentiar: praesertim cum id non modo intellexerim semper, sed etiam praeter ceteros senserim. XLVII. Maioribus praesidiis et copiis oppugnatur res publica quam defenditur, propterea quod audaces homines et perditi nutu impelluntur et ipsi etiam sponte sua contra rem publicam incitantur: boni nescio quo modo tardiores sunt et principiis rerum neglectis ad extremum ipsa denique necessitate excitantur, ita ut non numquam cunctatione ac tarditate, dum otium volunt etiam sine dignitate retinere, ipsi utrumque amittant. 101. Propugnatores autem rei publicae qui esse voluerunt, si leviores sunt, desciscunt, si timidiores, desunt: permanent illi soli atque omnia rei publicae causa perferunt, qui sunt tales, qualis pater tuus, M. Scaure, fuit, qui a C. Graccho usque ad Q. Varium seditiosis omnibus restitit, quem numquam ulla vis, ullae minae, ulla invidia labefecit; aut qualis Q. Metellus, patruus matris tuae, qui cum florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum, censor notasset cumque insitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset cumque in eam legem, quam non iure rogatam iudicarat, iurare unus noluisset, de civitate maluit quam de sententia demoveri; aut, ut vetera exempla, quorum est copia digna huius imperii gloria, relinquam, neve eorum aliquem qui vivunt nominem, qualis nuper Q. Catulus fuit, quem neque periculi tempestas neque honoris aura potuit umquam de suo cursu aut spe aut metu demovere.

XLVIII. 102. Haec imitamini, per deos immortales! qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quaeritis. Haec ampla sunt, haec divina, haec immortalia; haec fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Est labor, non nego: pericula magna, fateor: «multae insidiae sunt bonis» verissime dictum est. Sed

«Te id, quod multi invideant multique expetant, inscitiast» inquit
«Postulare, nisi laborem summa cum cura ecferas.»

---

1. *animis* Lamb. — 2. *inplicationem* P — 3. *tutores* P G: *auctores* b d O — 5. *depo-scerunt* P — 6. *iis* P G: *his* O — 9. *atque insid.* coni. Garatoni. — 12. *oppugnantur propterea* med. omissis G — 13. *et ipse* P[1]; *sed ipsi* G — 14. *nestio* P — 15. *neclectis* P — 16. *d* in *dum* P in rasura habet. — 17. *amittunt* P G[1] — 20. *Scaurus* G — 21. *gracco* P — *seditionis* G[1] — *numquam ulla uis, ullae minae, ulla inuidia* P G: *nulla unquam vis, nullae minae, nulla invidia* S O — 23. *patrus* P[1] — 24. *graccum* G — 25. *sensu* G — *in eam enim legem* P, sed *enim* prima, ut videtur, manu deletum est. — 28. *uiuont* P — 32. *immortalis* P — 36. *sed te* P G (sed P[1] *et de*): *sed* c O, prob. Wesenb. p. 2; at v. Maehly p. 48. — 37. *expectant* G — *inscitiast* P: *inscitia est* G O — 38. *te postulare* O ex coni. Bothei. — *postulare nisi* Wesenbergius: *postularent* (*postulare* P[2]) *siui* P G; *po-stulare si* O — *summũ* (*summe* corr.) *cura* G — *ecferas* P: *haec feras* G; *efferas* O.

Nollem idem alio loco dixisset, quod exciperent improbi cives, «oderint, dum metuant»; praeclara enim illa praecepta dederat iuventuti. 103. Sed tamen haec via ac ratio rei publicae capessendae olim erat magis pertimescenda, cum multis in rebus multitudinis studium aut populi commodum ab utilitate rei publicae discrepabat. Tabellaria lex ab L. Cassio ferebatur. Populus libertatem agi putabat suam. Dissentiebant principes et in salute optimatium temeritatem multitudinis et tabellae licentiam pertimescebant. Agrariam Ti. Gracchus legem ferebat. Grata erat populo: fortunae constitui tenuiorum videbantur. Nitebantur contra optimates, quod et discordiam excitari videbant et, cum locupletes possessionibus diuturnis moverentur, spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur. Frumentariam legem C. Gracchus ferebat. Iucunda res plebei; victus enim suppeditabatur large sine labore. Repugnabant boni, quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putabant et aerarium exhauriri videbant. XLIX. 104. Multa etiam nostra memoria, quae consulto praetereo, fuerunt in ea contentione, ut popularis cupiditas a consilio principum dissideret. Nunc iam nihil est, quod populus a delectis principibusque dissentiat: nec flagitat rem ullam neque novarum rerum est cupidus et otio suo et dignitate optimi cuiusque et universae rei publicae gloria delectatur. Itaque homines seditiosi ac turbulenti, quia nulla iam largitione populum Romanum concitare possunt, quod plebes perfuncta gravissimis seditionibus ac discordiis otium amplexatur, conductas habent contiones, neque id agunt, ut ea dicant aut ferant, quae illi velint audire, qui in contione sunt, sed pretio ac mercede perficiunt, ut quidquid dicant, id illi velle audire videantur. 105. Num vos existimatis Gracchos aut Saturninum aut quemquam illorum veterum, qui populares habebantur, ullum umquam in contione habuisse conductum? Nemo habuit. Ipsa enim largitio et spes commodi propositi sine mercede ulla multitudinem concitabat. Itaque temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graves et honestos homines, sed populi iudiciis atque omni significatione florebant. His in theatro plaudebatur; hi suffragiis, quod contenderant, consequebantur; horum homines nomen, orationem, vultum, incessum amabant. Qui autem adversabantur

---

1. *nollem* P[1] G: *nullum* P corr. m. admodum recenti et O — *dixisset* Wesenbergius: *dixisse* A, qui *alio* -- *metuant* habet; *dixit* P G O; *dixet* Maehly coll. § 27, ubi v. adnot. Interpunctione emendata locum sanavit Wesenbergius; nam ante eum sic vulgabatur: *postulare, si laborem summa cum cura efferas nullum. Idem alio loco dixit* cet. — *inprobi* P — 3. *haec via ac ratio* Orelli (3): *haec uia hec* (sed *h* est in ras.) *ratio* P; *haec via haec ratio* G O. Cf. Wesenb. p. 16. — 4. *aut* Iacob. p. 713: *ad* P G; *ac* O ex coni. Lamb. — 7. *optumatium* P — 8. *agrariam Tiberius frumentariam .G. Gracchus ferebat* habet A — *Ti.*] *.T.* P G (*legem Ti. Gracchus* Lamb.) — *gratia* P — 9. *tenuiorem* P[1] — *nitebantur* om. P — *optumates* P — 10. *quod et* Hervagius: *quod ei* P G — *et* post *videbant* C. Fr. Hermanno (in *Philologo* III, p. 510) ante *spoliari* transponendum videtur. — 12. *iucundă* G[2] — *res .P. plebei* P; *RP. plebei* G; *res plebi Romanae* d O — 13. *suppediebatur* G — 15. *videbant* Mommsenius: *videbantur* P[1] G[1]; *videbatur* P[2] G[2] O — 17. *iam* b d: *tam* P G; *tamen* c; *autem* Lamb. — 20. *nullam iam largitionem* G — 21. *concitari* P — *plebes* P: *plebs* G O — 22. *grauissimusis* G — *amplexatur* Madvigius: *malexatur* P[1], *maleuexatur* P[2] (corr. 2 m., sed vetere); *malelaxatur* G; *fere malle videatur* O cum Camerario. — 24. *quicquid* P — 25. *dicant* P, sed est littera *a* aperta quae vocatur, quae simillima est litterae *u*, ut fort. *dicunt* corrigendum sit. — *audire uelle* G — 30. *grauis* P.

ei generi, graves et magni homines habebantur; sed valebant in senatu multum, apud bonos viros plurimum: multitudini iucundi non erant, suffragiis offendebatur saepe eorum voluntas, plausum vero etiam si quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset pertimescebat. Ac tamen, si quae res erat maior, idem ille populus horum auctoritate maxime commovebatur.

L. 106. Nunc, nisi me fallit, in eo statu civitas est, ut, si operas conductorum removeris, omnes idem de re publica sensuri esse videantur. Etenim tribus locis significari maxime populi Romani iudicium ac voluntas potest, contione, comitiis, ludorum gladiatorumque consessu. Quae contio fuit per hos annos, quae quidem esset non conducta, sed vera, in qua populi Romani consensus perspici *non* posset? Habitae sunt multae de me a gladiatore sceleratissimo, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer; nemo illum foedum vultum adspicere, nemo furialem vocem bonus audire poterat. Erant illae contiones perditorum hominum necessario turbulentae. 107. Habuit de eodem me P. Lentulus consul contionem: concursus est populi Romani factus; omnes ordines, tota in illa contione Italia constitit. Egit causam summa cum gravitate copiaque dicendi, tanto silentio, tanta approbatione omnium, nihil ut umquam videretur tam populare ad populi Romani aures accidisse. Productus est ab eo Cn. Pompeius, qui se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo Romano *praebuit.* Huius oratio ut semper gravis et grata in contionibus fuit, sic contendo numquam neque eloquentia neque iucunditate fuisse maiore. 108. Quo silentio sunt auditi de me ceteri principes civitatis! quos idcirco non appello hoc loco, ne mea oratio, si minus de aliquo dixero, ingrata, si satis de omnibus, infinita esse videatur. Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio contionem! Quis non modo approbavit, sed non indignissimum facinus putavit illum non dicam loqui, sed vivere ac spirare? quis fuit, qui non eius voce maculari rem publicam seque, si eum audiret, scelere adstringi arbitraretur?

---

4. *ac tamen* P, ut Wesenbergius coniecit: *attamen* G O. Cf. Madv. ad *Cic. de Finn.* p. 289 et 872. — 5. *si quae* P: *si qua* P^{2} G O — 7. *operas conductas* coni. Lamb. in marg.; voc. *conductorum* O. M. Muellero et Madvigio p. 486 glossema videtur. At v. or. de domo sua § 79. Varro de re rust. I, 17, 2. — 9. *maxime de .P. R. iudicium* P G — 10. *potest uoluntas* P, sed addita sunt 1 m. signa transponendi. — *consensu* P G — 11. *contio* P^{2} G: *contentio* P^{1}; *concio* O — 12. *non posset* Lambinus: *non* om. codd. — 13. *a* om. P G — *ad quas* P G: *conciones ad quas* S O — 14. *ullum* P — *aspicere* P — *funalem* G — 15. *audere* P^{1} — *erant* G: *erant erant* P O; *erant enim* S; *erant ergo* Iacobus. «Vereor ne errore orta sit duplicatio verbi; non enim *fuisse* affirmat turbulentas contiones, sed *necessario turbulentas* fuisse.» Madvig p. 488 not. Cf. supra p. 958, 24. — *homine* P^{1} — 19. *adprobatione* P — 22. *praebuit* Madvigius p. 487: om. P G; *exhibuit* S O — *ut semper gravis - - maiore* Spengelius: *et pergrauis et grata in contionibus fuit sic contendo numquam neque eloquentiam iucunditate fuisse maiorẽ* P (lin. sup. *e* est fort. a m. 2), sed ante *eloquentiam* additum est in marg. inferiore m. 2 recentiore: *sententiam eius auctoritate neque*, ut locus scriptus est in G O, nisi quod G^{1} O habent *maiore.* (*ut semper gravis* corrigendum esse, Seyffertus quoque p. 64 intellexit.) Madvigius p. 487 sq. *huius oratio - - fuit* delendum esse existimavit. — 24. *silenti* G — 26. *ingratast satis* P^{1}; *ingrata sit. si satis* G — 27. *illius ** inimici* G — 28. *quos* P^{1} — 29. *adprobauit* P — *faci* (*facinus* corr.) *non putauit* G — 31. *astringi* P^{2}.

LI. 109. Venio ad comitia sive magistratuum placet sive legum. Leges videmus saepe ferri multas. Omitto eas, quae feruntur ita, vix ut quini et ii ex aliena tribu, qui suffragium ferant, reperiantur. De me, quem tyrannum atque ereptorem libertatis esse dicebat illa ruina rei publicae, dicit se legem tulisse. Quis est qui se, cum contra me ferebatur, inisse suffragium confiteatur? Cum autem de me eodem ex senatus consulto comitiis centuriatis ferebatur, quis est qui non profiteatur se adfuisse et suffragium de salute mea tulisse? Utra igitur causa popularis debet videri: in qua omnes honestates civitatis, omnes aetates, omnes ordines una consentiunt? an in qua furiae concitatae tamquam ad funus rei publicae convolant? 110. An sicubi aderit Gellius, homo et fratre indignus, viro clarissimo atque optimo consule, et ordine equestri, cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit, id erit populare? — Est enim homo iste populo Romano deditus. — Nihil vidi magis: qui, cum eius adolescentia in amplissimis honoribus summi viri, L. Philippi vitrici, florere potuisset, usque eo non fuit popularis, ut bona solus comesset. Deinde ex impuro adolescente et petulante, posteaquam rem paternam ab idiotarum divitiis ad philosophorum regulam perduxit, Graeculum se atque otiosum putari voluit, studio litterarum se subito dedidit. Nihil † saneate [iuvabant anagnostae,] libelli, pro vino etiam saepe oppignerabantur; manebat insaturabile abdomen, copiae deficiebant. Itaque semper versabatur in spe rerum novarum: otio et tranquillitate rei publicae consenescebat. LII. Ecquae seditio umquam fuit, in qua non ille princeps? ecqui seditiosus, cui ille non familiaris? ecquae turbulenta contio, cuius ille non concitator? cui bene dixit umquam bono? bene dixit? immo quem fortem et bonum civem non petulantissime est insectatus? qui, ut credo, non libidinis causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. 111. Is de me suffragium tulit, is adfuit, is interfuit epulis et gratulationibus parricidarum — in quo tamen est me ultus, cum illo ore inimicos est meos saviatus —, qui quasi mea culpa bona

---

3. *et ii ex aliena* P G (sed habet P *et ii* in loco eraso): *et hi ex ima* O cum Hervag.; at v. Madv. p. 488, quem v. ibid. de lectione proxima. — 4. *illa* P G: *in illa* O — 5. *dicet* P G — 9. *ciuitates* G[1] — 10. *tanquam* P h. l. — 11. *An -- indignius* (sic) habet A — 12. *optumo* P G — 15. *adulescentia* P — 16. *usque eo fuit popularis* Maehly p. 49, negationem a P abesse opinatus. — 17. *inpuro adul.* P — 18. *tegulam* C. Fr. Hermannus in *Nov. Mus. Rhen.* (1843) II, p. 580; *pergulam* Bezzenbergerus; *rem gula* Maehly p. 50. — 19. *dedit* G — 20 *saneate* (ante *t* altera *t* sup. lin.) *libelli* P (super lin. est ante *libelli* m. 2 recentiore: *iuuabant anangnostae*): *sane atte iuuabant anagnoscae libelli* G; † *sane Attae iuvabant; anagnostae, libelli* O. Coniecturas virorum doctorum, quibus non nota erat nisi lectio interpolata (conf. quae monui in N. Mus. Rhen. IX, p. 338), recensuit C. Fr. Hermannus l. c. pag. 577 sqq., qui ipse coniecit: *nihil sanctitatem iuvabant anagnostae* cet., Ieepius autem: *nihil sane ad haec iuvabant anagn.* cet., nuperrime Maehly p. 50 sq. (falso ille ratus in vetere Parisiensis scriptura esse lacunam): *nihil esurientem iuvabant anagn.* cet. Immo latet in corrupto *saneatae* aliquod verbum, quod *sanabant (sanabant eum)* vel simile videtur fuisse. Acute tamen coni. Koechly: *nihil sane ad eum libelli; pro vino* cet. — *pro vino etiam* P G: *etiam pro vino* S O — 22. *uersaba**tur* P — *in spe rerum nov.* P G: *in rerum nov. cogitatione* c O — 23. *in quam ille* G — 24. *ecqui* P: *etqui* G — *quoi* P[2]; *quo* P[1] G — *familiari* G — *ecque* P G — 25. *non* P sup. lin. fort. m. 1; *non ille* G — 26. *bonum et fortem* G — 27. *quid* (littera *d* expuncta) *ut* G — *ut publico laudaretur* (ex *publicola uideretur*) *liber duxit* G — 29. *ne* P rasura ex *me* — *ullus* P G; corr. Pantagathus idemque paulo post *illo ore.* — 30. *illo re inimicos est meos* P[1]; *illo reo inimicus est meus* P[2] G — *sauiatus* P G: *suaviatus* O — *quis* G.

perdiderit, ita ob eam ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet. Utrum ego tibi patrimonium eripui, Gelli, an tu comedisti? Quid? tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, helluabare, ut, si ego consul rem publicam contra te et gregales tuos defendissem, in civitate esse me nolles? Te nemo tuorum videre vult: omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt: te sororis filius Postumius, adolescens gravis senili iudicio, notavit, cum in magno numero tutorem liberis non instituit. Sed latus odio et meo et rei publicae nomine, quorum ille utri sit inimicior nescio, plura dixi, quam dicendum fuit, in furiosissimum atque egentissimum ganeonem. 112. Illuc revertor: contra me cum est actum, capta urbe atque oppressa, Gellium, Firmidium, Titium, eiusdem modi furias illis mercennariis gregibus duces et auctores fuisse, cum ipse lator nihil ab horum turpitudine, audacia, sordibus abhorreret. At cum de dignitate mea ferebatur, nemo sibi nec valetudinis excusationem nec senectutis satis iustam ullam putavit; nemo fuit, qui se non rem publicam mecum simul revocare in suas sedes arbitraretur.

LIII. 113. Videamus nunc comitia magistratuum. Fuit collegium nuper tribunicium, in quo tres minime, duo vehementer populares existimabantur. Ex iis, qui populares non habebantur, quibus in illo genere conductarum contionum consistendi potestas non erat, duo a populo Romano praetores video esse factos; et quantum sermonibus vulgi et suffragiis intelligere potui, prae se populus Romanus ferebat, sibi illum in tribunatu Cn. Domitii animum constantem et egregium et Q. Ancharii fidem ac fortitudinem, etiam si nihil agere potuissent, tamen voluntate ipsa gratam fuisse. Iam de C. Fannio quae sit existimatio, videmus: quod iudicium populi Romani in honoribus eius futurum sit, nemini dubium esse debet. 114. Quid? populares illi duo quid egerunt? Alter, qui tamen se continuerat, tulerat nihil, senserat tantum de re publica aliud atque homines exspectabant, vir et bonus et innocens et bonis viris semper probatus, quod parum videlicet intellexit in tribunatu, quid vero populo probaretur, et quod illum esse populum Romanum, qui in contione erat, arbitrabatur, non tenuit eum locum, in quem, nisi popularis esse voluisset, facillime pervenisset. Alter, qui ita se in populari ratione iactarat, ut auspicia, legem Aeliam, senatus auctoritatem,

---

1. *ipsam causam ipsa* (*ipse* corr.) *est* G — 2. *tuo meo* G — 3. *helluabare* P G^{2}: *helluaberem* G^{1}; *heluabare* O — 4. *gregalis* P G — 5. *adiutum* (litt. *u* ante *t* exp.) P^{1}: *auditum* P^{2} G — 6. *concressum* P — *posttumius* G — *adulescens gra*uis* P; *gravis* om. G — 7. *numero tutorem* P G: *numero tutorum tutorem* c O — 8. *latus* P^{1} G: *elatus* P^{2} O; cf. Corn. Nep. Att. 10, 4. — *et meo* P in marg. habet. — *utei* P G — *inimicitior* P^{2} G — 10. *reuortor* P — *est actum* Madvigius p. 490: *sit actum* P G O (*latum* maluit Orelli prob. Wesenb. p. 68.) — 12. *illis furias* G — *mercennariis* P: *mercenariis* G O — 13. *abhorret* G, *aborret* P — *ad* P — *de* et *mea* om. G — 14. *ualitudinis* P — 15. *iustam ullam putavit* scripsi: *iustam ut illam putavit* P G, sed in P *ut illam* expunctum est; *ullam* om. edd. — 17. *videamus* d: *videmus* P G — *magistratum fuit conl.* P — *fuit - - existimabantur* habet A — 18. *duo vehem.* A G (A *uaementer*): *veh. duo* P O — 19. *iis* P G: *his* O — 21. *ex sermonibus* Lamb. — 22. *intellegere* P — 25. *gratam* Manutius et L: *gratum* P G; *grata* altera coni. Manutii, probata Wesenbergio p. 12 sqq. Illam praeferendam duxi, in primis cum in P litterae *a* et *u* saepe vix discerni possint. (*gratum fecisse* coni. Seyffertus p. 64.) — 30. *uiris et semper* P^{1} G (*et* in P m. 1 deletum) — 33. *facillume* P — 34. *senatus* edd.: *setus* P^{1}; *secutus* P^{2} G.

consulem, collegas, bonorum iudicium nihili putaret, aedilitatem petivit cum bonis viris et hominibus primis, sed non praestantissimis opibus et gratia: tribum suam non tulit, Palatinam denique, per quam omnes illae pestes vexare rem publicam dicebantur, perdidit; nec quidquam illis comitiis, quod boni viri vellent, nisi repulsam tulit. Videtis igitur populum ipsum, ut ita dicam, iam non esse popularem, qui ita vehementer eos, qui populares habentur, respuat, eos autem, qui ei generi adversantur, honore dignissimos iudicet.

LIV. 115. Veniamus ad ludos. Facit enim, iudices, vester iste in me animorum oculorumque coniectus, ut mihi iam licere putem remissiore uti genere dicendi. Comitiorum et contionum significationes sunt non numquam vitiatae atque corruptae: theatrales gladiatoriique consessus dicuntur omnino solere levitate nonnullorum emptos plausus exiles et raros excitare. Ac tamen facile est, cum id fit, quem ad modum et a quibus fiat et quid integra multitudo faciat, videre. Quid ego nunc dicam, quibus viris aut cui generi civium maxime plaudatur? Neminem vestrum fallit. Sit hoc sane leve, quod non ita est, quoniam optimo cuique impertitur: sed si est leve, homini gravi leve est; ei vero, qui pendet rebus levissimis, qui rumore et, ut ipsi loquuntur, favore populi tenetur et ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est. 116. Ex te igitur, Scaure, potissimum quaero, qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecisti, ecquis istorum popularium tuos ludos adspexerit, ecquis se theatro populoque Romano commiserit. Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama, qui omnia sororis embolia novit, qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur, nec tuos ludos adspexit in illo ardenti tribunatu suo nec ullos alios nisi eos, a quibus vix vivus effugit. Semel, inquam, se ludis homo popularis commisit omnino, cum in templo Virtutis honos habitus esset virtuti Gaique Marii, conservatoris huius imperii, monumentum municipi eius et rei publicae defensori sedem ad salutem praebuisset. LV. 117. Quo quidem tempore, quid populus Romanus sentire se ostenderet, utroque in genere declaratum est: primo, cum audito senatus consulto

---

1. *nihili* Hotomanus: *nihil* P G O. Cf. Wesenbergii *emendatt. Tuscul.* II, p. 3 sqq. — 2. *et non* G — 3. *tribuas suam* P G — 4. *rem publicam* Garatoni: *populum .R.* P G O — *dicebantur* corruptum videtur; cf. Klotz. in praef. ed. Teubn. p. X. — *quicquam* P — 6. *iam* b d: *tam* P G — 7. *eos* om. G — 10. *coniectus* Lambinus: *contectus* P G; *contuitus* codd. dett. — 11. *significationes sunt nonnumquam* P: sup. lin. m. 2 recentiore ante *sunt* adiectum est *interdum uerae sunt*; *signif. sunt interdum uerae sunt nonnumquam* G; *signif. interdum verae sunt*, *nonnumquam* edd. Cf. Nov. Mus. Rhen. IX, p. 338 sq. — 12. *gladiatorique* P[1] — *consensus* P G — 13. *ex illis* (pro *exilis*) P G — 14. *ac tamen* P: *attamen* G O — 16. *maxime plaudatur* G: *maxima plaudatur* P; *maxime applaudatur* b O — 17. *itast* P — *quoniam* P: *uel quoniam quod* G — 18. *quoique* P G[1] — *inpertitur* P — *set* P; *et* G — 19. *rebus* P G: *a rebus* b O — *locontur* P (*ipse loquitur* G) — 20. *dicitur* G (scil. *dr* cum lin.) — *sibtum* P[1], *sibi tum* P[2] G — 21. *qui -- fecisti* habet A — 22. *apparatissimosque* P[1]; sup. lin. est a m. 2 recentiore *magnificentissimos*; *apparatissimos* A — *etquis* G — 23. *aspexerit* P — *etqui* G — *commi***serit* P — 24. *ipse ille maxime ludius* habet A et deinde *qui -- novit.* — *ludos* G — *expectator* G — *auctor* G — *acroma* P G — 25. *psalteria* P G — 26. *aspexit* P — 28. *commissit* P[1] — *Virtutis* A: *uirtu****s honoris* P; *honoris* G; *Honoris-Virtutis* O ex Erf. (?); cf. Wesenb. p. 66 et infra § 120. — 29. *Gaique* P G: *Caiique* O — *mari* P[1] — *municipii* P G — 31. *ostenderit* b O — 32. *declaratumst* P —

rei ipsi atque absenti senatui plausus est ab universis datus; deinde, cum senatoribus singulis spectatum e senatu redeuntibus. Cum vero ipse, qui ludos faciebat, consul assedit: stantes ei manibus passis gratias agentes et lacrimantes gaudio suam erga me benevolentiam ac misericordiam declararunt. At cum ille furibundus incitata illa sua vaecordi mente venisset, vix se populus Romanus tenuit; vix homines odium suum a corpore eius impuro atque infando represserunt: voces quidem et palmarum intentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt. 118. Sed quid ego populi Romani animum virtutemque commemoro, libertatem iam ex diuturna servitute dispicientis, in eo homine, cui tum petenti iam aedilitatem ne histriones quidem coram sedenti perpercerunt? Nam cum ageretur togata, Simulans, ut opinor, caterva tota clarissima concentione, in ore impuri hominis imminens, contionata est:

«huic, Tite,
tua post principia atque exitus vitiosae vitae!» —

Sedebat exanimatus; et is, qui antea cantorum convicio contiones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum vocibus eiiciebatur.

Et quoniam facta mentio est ludorum, ne illud quidem praetermittam, in magna varietate sententiarum numquam ullum fuisse locum, in quo aliquid a poëta dictum cadere in tempus nostrum videretur, quod aut populum universum fugeret aut non exprimeret ipse actor. 119. Et quaeso hoc in loco, iudices, ne qua levitate me ductum ad insolitum genus dicendi labi putetis, si de poëtis, de histrionibus, de ludis in iudicio loquar. LVI. Non sum tam ignarus, iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper et omnes undique flosculos carpam atque delibem. Scio, quid gravitas vestra, quid haec advocatio, quid ille conventus, quid dignitas P. Sestii, quid periculi magnitudo, quid aetas, quid honos meus postulet. Sed mihi sumpsi hoc loco doctrinam quandam iuventuti, qui essent optimates. In ea explicanda demonstrandum est non esse populares omnes eos, qui putentur. Id facillime consequar, si universi populi iudicium verum et incorruptum et si intimos sensus civitatis expressero. 120. Quid fuit illud,

primo P corr. ex *primum* 1 m., ut videtur. (*primum audito* coni. Bake p. 117.) — *consulto rei ipsi* Garatoni et Dobree: *cons.ore***ipsi* P (littera *i* ante *ipsi* erasa); *consulto ore ipsi* G O (sed O: † *ore*) — 3. *asseditantes* G — *ei* P: *et* G O. Cf. Herm. p. 9. Wesenb. *et* praefert explicans: ita gratias agentes, ut starent et manus pandissent. — 4. *lacrumantes* P — *beniuolentiam* P — 5. *ad* P¹ — *incitata* om. G; *incitatus* coni. nescio quis. «Dicitur Clodius ad ludos venisse *furibundus*: cur? eo quod *vecors illa mens*, quae esse *semper* solebat, *tum* audito illo S. C. incitata erat atque *vehementius inflammata*. Cf. Acadd. II, § 89: *Alcmaeo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitato furore: Unde haec flamma oritur?*» Wesenberg p. 51. — *uaecordi* P: *vecordi* O — 6. *hodium* P¹ G¹ — 7. *inpuro* P — *nefando* S — 8. *omnem* G — 10. *dispicientis* P G¹: *despicientis* G²: *respicientis* b O — 12. *contentione* G — 13. *in os* (vel *ori*) Schuetzius. — *inpuri hominis inminens contionatast* P — 14. *huic, Tite, tua* nos: *huic tite tua* P G (sed G *etua*); «*huic vitae tuae*» *et* d O — 15. *postprincipia* edd. — 16. *et his* P¹ — *conuitio* P — 18. *mentiost* P — *ne* b d: *et* P G; cf. var. lect. ad p. 932, 21. — 20. *aliquit* P — 21. *aut non exprimeret* P sup. lin. habet m. 2, sed vetere. — *auctor* (litt. *u* expuncta) G — *Et quaeso -- putetis* habet A — 22. *hoc in loco* A: *in* om. P G O; cf. Seyffertum p. 43. — *leuitate me* A P G: *me levitate* a O — 27. *ille* G: *illi* P — *sestii et quid* G — 28. *set* P — 29. *optumates* P — 30. *demonstrandumst* P — *popularis omnis* P G.

quod recenti nuntio de illo senatus consulto, quod factum est in templo Virtutis, ad ludos scaenamque perlato, consessu maximo summus artifex et me hercule semper partium in re publica tam quam in scaena optimarum, flens et recenti laetitia et mixto dolore ac desiderio mei egit apud populum Romanum multo gravioribus verbis meam causam, quam egomet de me agere potuissem? Summi enim poëtae ingenium non solum arte sua, sed etiam dolore exprimebat. Qua enim *vi:*

«qui rem publicam certo animo adiuverit,
statuerit steterit cum Achivis» —

vobiscum me stetisse dicebat, vestros ordines demonstrabat: revocabatur ab universis:

«re dubia
haut dubitarit vitam offerre nec capiti pepercerit.»

121. Haec quantis ab illo clamoribus agebantur! cum iam omisso gestu verbis poëtae et studio actoris et exspectationi nostrae plauderetur: «summum amicum, summo in bello» — nam illud ipse actor adiungebat amico animo et fortasse homines propter aliquod desiderium approbabant: «summo ingenio praeditum.» LVII. Iam illa quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paulo post in eadem fabula sunt acta! «O pater!» — Me, me ille absentem ut patrem deplorandum putarat, quem Q. Catulus, quem multi alii saepe in senatu patrem patriae nominarant. Quanto cum fletu de illis nostris incendiis ac ruinis, cum patrem pulsum, patriam afflictam deploraret, domum incensam, eversam, quae sic egit, ut demonstrata pristina fortuna, cum se convertisset, «haec omnia vidi inflammari» fletum etiam inimicis atque invidis excitaret. 122. Pro di immortales! quid? illa quem ad modum dixit idem! quae mihi quidem ita et acta et scripta videntur esse, ut vel a Q. Catulo, si revixisset, praeclare posse dici viderentur; is enim libere reprehendere et accusare populi non numquam temeritatem solebat aut errorem senatus:

«o ingratifici Argivi, immunes Grai, immemores benefici!»

Non erat illud quidem verum; non enim ingrati, sed miseri, quibus reddere salutem, a quo acceperant, non liceret, nec unus in quemquam umquam gratior quam in me universi: — sed tamen illud scripsit diser-

---

1. *de illo -- Virtutis* habet A, cuius quoque testimonio refutatur coniectura Garatoni, qui in *Cur. sec. ad Planc.* c. 32 proposuerat: *in templo Honoris-Virtutis.* — 2. *scaenamque* P: *scenamque* G O — *maxumo* P — 3. *in re publ.* Naugerius: *in .TR. PL.* P G — *tamquam* coniuncte O. Cf. Madv. p. 494. — *scena* G O — 4. *flens ex recenti* coni. Bake. — *egit apud PR.* G: *egita .P. R.* P; *egit ad populum R.* coni. Madvigius p. 494. Cf. etiam Wesenb. p. 49. — 7. *qua enim vi* Koechly et Maehly: *qua enim* P G; *quid enim* O, haec verbis poetae adiungens. — 13. *haut* Madvigius: **ut* P (ex *aut*); *ut* G; *nec* c O — *dubitari* G — *vitam* d: *uiam* P G — *peper* P[1]; *pepercit* G et P[2] (est *cit* sup. lin. m. 2, sed vetere) — 14. *gesto* P[1] G — 15. *actoris* c: *auctoris* P G — 16. *auctor* G — 17. *adprobabant* P — 18. *iam* b c: *tam* P; *tum* G L — 19. *in eadem fabula*] cf. Ribbeckii *Trag. Lat. Reliq.* p. 329; nam fuerunt qui de veritate lectionis dubitarent. — 20. *putarat* P G: *putabat* b c O et L in marg.; *appellabat* coni. Koechly. — 21. *multis* P[1] — 23. *adflictam* P — *eversam, quae sic egit* Bake: *eversamque sic egit* P G O — 24. *conuortisset* P — 26. *di* P G: *dii* O — 27. *Q.* om. b O — 28. *dici posse* G — *reprehenderet et accusaret* G — 30. *o* A P: *uero* G — *argui* P[1] — *immunes* A: *inanes* P G O (habet A *o imm. grai*) — *Grai* A P G: *Graii* O — *inmemores* P — *benefitii* P G — 32. *a quo* P: *quod* G — 33. *di*sertissimus* P: *dissimus* G.

tissimus poëta pro me; egit fortissimus actor, non solum optimus, de me, cum omnes ordines demonstraret, senatum, equites Romanos, universum populum Romanum accusaret:

«Exsulare sinitis, sistis pelli, pulsum patimini.»

Quae tum significatio fuerit omnium, quae declaratio voluntatis ab universo populo Romano in causa hominis non popularis, equidem audiebam, existimare facilius possunt qui adfuerunt.

LVIII. 123. Et quoniam huc me provexit oratio, histrio casum meum totiens collacrimavit, cum ita dolenter ageret causam meam, ut vox eius illa praeclara lacrimis impediretur; neque poëtae, quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt; eaque populus Romanus non solum plausu, sed etiam gemitu suo comprobavit: utrum igitur haec Aesopum potius pro me aut Attium dicere oportuit, si populus Romanus liber esset, an principes civitatis? Nominatim sum appellatus in Bruto:

«Tullius, qui libertatem civibus stabiliverat.»

Miliens revocatum est. Parumne videbatur populus Romanus iudicare, id a me et a senatu esse constitutum, quod perditi cives sublatum per nos criminabantur? 124. Maximum vero populi Romani iudicium universi consessu gladiatorio declaratum est. Erat enim munus Scipionis, dignum et eo ipso et illo Q. Metello, cui dabatur. Id autem spectaculi genus erat, quod omni frequentia atque omni genere hominum celebratur, quo multitudo maxime delectatur. In hunc consessum P. Sestius tribunus pl., cum ageret nihil aliud in eo magistratu nisi meam causam, venit et se populo dedit, non plausus cupiditate, sed ut ipsi inimici nostri voluntatem universi populi viderent. Venit, ut scitis, a columna Maenia. Tantus est ex omnibus spectaculis usque a Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut numquam maior consensio aut apertior populi Romani universi fuisse ulla in causa diceretur. 125. Ubi erant tum illi contionum moderatores, legum domini, civium expulsores? aliusne est aliquis improbis civibus peculiaris populus, cui nos offensi

---

1. *pro re* coni. Madvigius p. 497; *pro Telamone* (immo *de Tel.*) coni. Lamb. At ait Cic., ut Wesenb. p. 53 recte interpretatus est: illud, quod poeta non *de* me, sed *pro* me *scripsit*, actor ita *egit,* ut etiam *de me scriptum* videretur.» Cf. etiam Iacob p. 720. — *auctor* G — *optumus* P — 2. *demonstrarent* (litt. *n* ante *t* expuncta) P — 4. *exulare* P — *sinitis* b d: *sinite* P G — *siistis* P G — *belli* G — *pa*timini* P — 6. *audiebam* b c (cf. Madv. p. 497): *audiebam'* P; *audiebamus* G; sic est § 58 in P *dicamus* pro *dicam*. — 7. *aestimare* cod. Ursini. — 8. *huc me* P G: *me huc* b O — 9. *totiens* P: *toties* G O — *conlacrumauit* P; *cumlacrimauit* G — 10. *poeta* (sic) *quorum ergo semper ingenia dilexi* habet A — 13. *aesophum* P — *Accium* P G O — 14. *nominatim suum* (sic) - - *Bruto* habet A — 16. *milliens* P, *milies* G, *millies* O — *Parum parumne* G — *populus Ro.* Lambinus: *.P. R.* P G (sic uterque cod. plerumque per omnes casus); *populum R.* edd. ante Lambinum. — 18. *maximum* P G (cf. Wesenb. p. 67): *maxime* c O, quod praefert Hermannus p. 9: «*Magna, tanta*, *maxima iudicia* dici nemo ignorat; nunc tamen pondus sententiae in *universi* inest, quod misere langueret, si *iudicium* quoque insigni attributo praeditum esset; sin *maxime* legeris, suum cuique pondus constabit.» — *universi* Schuetzius: *universo* codd., quam lectionem defendit Seyffertus p. 65; at v. infra v. 25 et p. 975, 4. — 19. *consensu* P G — *erat - - dabatur* habet A — *enimunus* A — 20. *et eo* A: *st eo* P, *est eo* G — *Q.* om. A recte, ut censet Madv. p. 498. — *quoi* P G[1] — 22. *consensum .M. P. sestius* P G (sed in P vetere manu *consessum* corr., in G *M.* punctata est) — 24. *venit et se* P: *egit esse* G — 25. *uenit ad* (?) *columnammenia* habet A — *a columna Maenia* P G: *ad columnam Maeniam* S O. Cf. Iacob. p. 721 et Herm. p. 11. — 27. *consessio* P[2] — 30. *inprobis* P.

invisique fuerimus? LIX. Equidem existimo nullum tempus esse frequentioris populi, quam illud gladiatorium, neque contionis ullius neque vero ullorum comitiorum. Haec igitur innumerabilis hominum multitudo, haec populi Romani tanta significatio sine ulla varietate universi, cum illis ipsis diebus de me actum iri putaretur, quid declaravit nisi optimorum civium salutem et dignitatem populo Romano caram esse universo? 126. At vero ille praetor, qui de me non patris, avi, proavi, maiorum denique suorum omnium, sed Graeculorum instituto contionem interrogare solebat, velletne me redire, et cum erat reclamatum semivivis mercennariorum vocibus, populum Romanum negare dicebat: is, cum quotidie gladiatores spectaret, numquam est conspectus, cum veniret. Emergebat subito, cum sub tabulas subrepserat, ut «mater te appello» dicturus videretur. Itaque illa via latebrosior, qua spectatum ille veniebat, Appia iam vocabatur. Qui tamen quoquo tempore conspectus erat, non modo gladiatores, sed equi ipsi gladiatorum repentinis sibilis extimescebant. 127. Videtisne igitur, quantum intersit inter populum Romanum et contionem? dominos contionum omni odio populi notari? quibus autem consistere in operarum contionibus non liceat, eos omni populi Romani significatione decorari?

Tu mihi etiam M. Atilium Regulum commemoras, qui redire ipse Karthaginem sua voluntate ad supplicium, quam sine iis captivis, a quibus ad senatum missus erat, Romae manere maluerit, et mihi negas optandum reditum fuisse per familias comparatas et homines armatos? LX. Vim scilicet ego desideravi, qui, dum vis fuit, nihil egi, et quem, si vis non fuisset, nulla res labefactare potuisset. 128. Hunc ego reditum repudiarem, qui ita florens fuit, ut verear, ne qui me studio gloriae putet idcirco exisse, ut ita redirem? Quem enim umquam senatus civem nisi me nationibus exteris commendavit? cuius umquam propter salutem nisi meam senatus publice sociis populi Romani gratias egit? De me uno patres conscripti decreverunt, ut, qui provincias cum imperio obtinerent, qui quaestores legatique essent, salutem et vitam custodirent. In una mea causa post Romam conditam factum est, ut litteris consularibus ex senatus consulto cuncta ex Italia omnes, qui rem publicam salvam vellent, convocarentur. Quod numquam senatus in universae rei publicae periculo decrevit, id in unius mea salute conservanda decernendum putavit. Quem curia magis requisivit? quem forum luxit? quem aeque ipsa tribunalia desideraverunt? Omnia discessu meo deserta,

4. *universi* om. G — 5. *optumorum* P — 7. *ille praetor qui* Garatoni: *illi et .R. qui* P; *ille et Requi* (corr. *Reliqui*) G; *ille tribunus pl. qui* b O — 10. *mercennariorum* P G: *mercenariorum* O — 11. *cotidiae* P — 12. *tabellas* A, qui habet *emergebat -- ille veniebat.* — 13. *dicturus uideturus uidetur* A — *latebrosior* A: *latebrosa* P G O (*latenebrosa* P¹) — 14. *quoquo* P corr. m. 2 ex *quo*: *qq* cum lin. G — 15. *set* P — 16. *intersit inter* Wesenbergius (p. 16 sqq.): *intersit* om. codd.; post *contionem* habent edd. — 17. *concionem et dom.* G — 18. *autem*] *hoc* G per compendium. — 20. *Attilium* O — 21. *chartaginem* P, *cartaginem* G — *sua*** P — *de quibus* cod. (?) Ursini. — 22. *uoluerit* G — 25. *ulla re* G — *reditum ego* P, sed signis transpositionis 1 m. adiectis. — 26. *ne qui* Klotzius: *ne quid* P¹, *ne quis* P² G O — 31. *optinerent* P — *legatiqui* P¹ — *uitam* P G: *vitam meam* b O, prob. Iacobo p. 722. At v. adnot. nostram in ed. Lips. a. 1853. — 32. *factumst* P — 34. *salvam esse uellent* G — *conuocarent* P G.

horrida, muta, plena luctus et maeroris fuerunt. Quis est Italiae locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meae, testimonium dignitatis? LXI. 129. Nam quid ego illa de me divina senatus consulta commemorem? vel quod in templo Iovis Optimi Maximi factum est, cum vir is, qui tripertitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notavit, de scripto sententia dicta mihi uni testimonium patriae conservatae dedit; cuius sententiam ita frequentissimus senatus secutus est, ut unus dissentiret hostis idque ipsum tabulis publicis mandaretur ad memoriam posteri temporis sempiternam: vel quod est postridie decretum in curia populi ipsius Romani et eorum, qui ex municipiis convenerant, admonitu, ne quis de caelo servaret, ne quis moram ullam afferret: si quis aliter fecisset, eum plane eversorem rei publicae fore idque senatum gravissime laturum, et ut statim de eius facto referretur. Qua gravitate sua cum frequens senatus nonnullorum scelus audaciamque tardasset, tamen illud addidit, ut, si diebus quinque, quibus agi de me potuisset, non esset actum, redirem in patriam dignitate omni recuperata. LXII. Decrevit eodem tempore senatus, ut iis, qui ex tota Italia salutis meae causa convenerant, agerentur gratiae, atque ut îdem, ad res redeuntes ut venirent, rogarentur. 130. Haec erat studiorum in mea salute contentio, ut ii, qui a senatu de me rogabantur, eidem senatui pro me supplicarent. Atque ita in his rebus unus est solus inventus, qui ab hac tam impensa voluntate bonorum palam dissideret, ut etiam Q. Metellus consul, qui mihi vel maxime ex magnis contentionibus rei publicae fuisset inimicus, de mea salute rettulerit. Qui excitatus cum summa auctoritate P. Servilii, *tum incredibili* quadam gravitate dicendi, cum ille omnes prope ab inferis evocasset Metellos et ad illius generis, quod sibi cum eo commune esset, dignitatem propinqui sui mentem a Clodianis latrociniis reflexisset, cumque eum ad domestici exempli memoriam et ad Numidici illius Metelli casum vel gloriosum vel gravem convertisset: collacrimavit vir egregius ac vere Metellus totumque se P. Servilio dicenti etiam tum tradidit, nec illam divinam gravitatem plenam antiquitatis diutius homo eiusdem sanguinis

---

4. *opt. max.*] *.O. M.* P, *om.* cum lin. G — 5. *factumst* P — *tripertitas* A P G: *tripartitas* O (habet A: *qui - - notavit*) — 6. *triumfis* A — *descripta* G — 7. *quoius* P, *quosius* G[1] — 8. *unus desentiret* (*unde sentiret* corr.) *hos* (*hoc* corr.) *que ipsum* G — 9. *posterita* (litt. *ta* exp.) P — 11. *ex municipiis qui* G — *ne - - servaret* om. G; cf. var. lect. ad v. 26. (habet etiam A) — 12. *adferret* P — *alter* P — 15. *tamen*] *tum* L; at vide Madvig. p. 498. — *ut si* G, ut Wesenbergius p. 5 emendavit: *nisi* P; *ut* om. O — 16. *quinque*] *.V.* P; *is* G — 17. *dignitatem* (litt. *m* exp.) P — 18. *salutis* G: *satis* P — 19. *adque - - rogarentur* habet A — *idem* A P G: *iidem* O — *redeuntis* A — 21. *eidem* P G: *iidem* O — 22. *tam*] *iam* P G — *inpensa* P — 23. *quintus* P — 25. *retulerit* G O — *cum summa auctor. P. Servilii, tum incredibili quadam* Manutius (et sic O, sed om. *incredibili*): *summa cum auctoritate P. Servilii* (*seruili* P) *quadam* P G; *cum summa auctoritate P. C. (patrum conscriptorum), tum P. Serv. incredibili quadam* Wesenbergius p. 54; *summa cum auctoritate P. Servilii incredibili quadam* Seyffertus p. 66. Cf. etiam Herm. p. 11. — 26. *cum ille omnis* P: *quasi omnis de caelo seruaret Ne quis* G; cf. ad v. 11. — 28. *reflexisset* d: *refixisset* P G — 29. *eum a domestico* G — *ad Numidici illius* Manutius (ex pag. 841, 11): *ad unum dicitius* P[1], *ad unum dicto citius* P[2] (corr. 2 m.) et G[2]; *ad unum dictitius* G[1]. — 30. *collacrimavit vir* Lambinus: *conlacrumauitat*ut* (litt. *at* expunctae) *uir* P; *uel lacrimauit ut uir* G; *collacrimavit atque ut vir egr. ac v. M. totum se* Mommsenius. — 31. *etiam tum dicenti* Lamb.; at v. Madv. p. 498.

potuit sustinere et mecum absens beneficio suo rediit in gratiam. 131. Quod certe, si est aliqui sensus in morte praeclarorum virorum, cum omnibus Metellis, tum vero uni viro fortissimo et praestantissimo civi gratissimum fratri suo fecit, socio laborum, periculorum, consiliorum meorum. LXIII. Reditus vero meus qui fuerit quis ignorat? quem ad modum mihi advenienti tamquam totius Italiae atque ipsius patriae dextram porrexerint Brundisini, cum ipsis nonis Sextilibus idem dies adventus mei fuisset reditusque, qui natalis idem carissimae filiae, quam ex gravissimo tum primum desiderio luctuque conspexi, idem etiam ipsius coloniae Brundisinae, idem, ut scitis, aedis Salutis; cumque me domus eadem optimorum et doctissimorum virorum, M. Laenii Flacci et patris et fratris eius laetissima accepisset, quae proximo anno maerens receperat et suo praesidio periculoque defenderat; cumque itinere toto urbes Italiae festos dies agere adventus mei videbantur, viae multitudine legatorum undique missorum celebrabantur, ad urbem accessus incredibili hominum multitudine et gratulatione florebat, iter a porta, in Capitolium adscensus, domum reditus erat eius modi, ut summa in laetitia illud dolerem, civitatem tam gratam tam miseram atque oppressam fuisse.

132. Habes igitur quod ex me quaesisti, qui essent optimates. Non est natio, ut dixisti: quod ego verbum agnovi; est enim illius, a quo uno maxime P. Sestius se oppugnari videt, hominis eius, qui hanc na-

1. *mecum -- gratiam* habet A — *beneficio suo* A: *suo* om. P G O; *suo beneficio* coniecerat Manutius. — 2. *alicui* P rasura ex *aliqui*; *aliquis* L — 5. *meus*] *omnis* G — 6. *tanquam* P — 7. *dextram* P G: *dexteram* O. «Utrumque Ciceronem dixisse vel Aratea testantur, ubi *dextra* legitur v. 455, 502, 701, 707, 714 cet.» Wesenberg p. 67. Monendum tamen est, Ciceronem in sermone pedestri, si codd. optimos audias, *dextera* dicere solitum esse videri; alia res est in talibus locis, qualis est in Acad. pr. II, § 125, ubi *dextra sinistra* coniunctum legitur. — *cum ipsi nonis sextilibus* habet A — 8. *fuisset* codd.: *fuit* Iacobus et infra v. 28 *accepit* pro *accepisset* (totum locum sic scribit: *adventus mei fuit et reditus quasi natalis*, *idem carissimae* cet.). At v. Seyffertum, contra Madvigium, qui ob eandem causam infra v. 13 *cumque* delevit, sic disputantem: «Reditus sui descriptionem cum sic inchoasset Cicero, ut quaereret, ecquis ignoraret, quem ad modum sibi advenienti -- dextram porrexerint Brundisini, postquam ea addidit, quae huic rei tempore antecessissent: *cum ipsis Nonis -- accepisset*, ita institutum suum persecutus est, quod saepissime in anacoluthis factum deprehendimus, ut reliqua non ad inceptam dicendi rationem revocaret, sed ad media illa et interposita applicaret, qua in re ita ipse omnem errorem sustulit, ut quae singularum sententiarum ratio esset, satis certo indicio, modorum et temporum diversitate, declararit. Quantum vero ad rei exaggerationem illud ter repetitum *cum - cumque - cumque* pertineat, quis tandem animo non persentiscat?» — *reditusque qui natalis* nos: *reditus qui natalis* P (est *reditus* in extremo versu); *reditus quinadmis* (sic) G; *reditusque, natalis* Gruterus prob. Madv. p. 499 et Wesenb. p. 54 sq.; *reditusque natalis, idem* cet. Orelli (3) auctore Baitero. Ex ratione, quam nos secuti sumus, dicit Cicero: cum idem dies adventus mei reditusque dies fuisset, qui unus idemque triplex erat natalis. — *carissima* G — 9. *ex* G corr. ex *et* — 10. *idem, ut scitis, aedis Salutis* nos: *aedis Salutis* om. codd.; *idem Salutis, ut scitis* L O; *idem, ut scitis*, *Salutis* Wesenbergius; *Salutis* Ciceroni reddendum esse primus Manutius, qui scripsit *idem et Salutis*, ex epist. ad Attic. IV, 1, 4 demonstravit. — 11. *optumorum* P — *et fortissimorum* Garatoni coni. — *M.* nos: om. codd. et O — *laeli* P, *laelii* G; at v. p. Planc. § 97. ad Fam. XIV, 4, 2. — 13. *defenderat. Itinere toto* coni. Madvigius p. 500. — 14. *legatorum -- multitudine* om. G — 15. *adcessus* P[1] — 16. *florebant* G[2] — *iter adportat* (litterae *d* et *t* expunctae) P — 17. *ascensus* P — 18. *dolorem* G[1] — 19. *optumates* P — 20. *adgnovi* P — *est enim -- videt* habet A — *illius* P G: *uerbum eius* A; at v. Madv. p. 414.

tionem deleri et concidi cupivit: qui C. Caesarem, mitem *hominem et a caede* abhorrentem, saepe increpuit, saepe accusavit, cum affirmaret illum numquam, dum haec natio viveret, sine cura futurum. Nihil profecit de universis: de me agere non destitit: me oppugnavit, primum per indicem Vettium, quem in contione de me et de clarissimis viris interrogavit. In quo tamen eos cives coniunxit eodem periculo et crimine, ut a me inierit gratiam, quod me cum amplissimis et fortissimis viris congregavit. LXIV. 133. Sed postea mihi nullo meo merito, nisi quod bonis placere cupiebam, omnes est insidias sceleratissime machinatus. Ille ad eos, a quibus audiebatur, quotidie aliquid de me ficti afferebat: ille hominem mihi amicissimum, Cn. Pompeium, monebat, ut meam domum metueret atque a me ipso caveret: ille se sic cum inimico meo copularat, ut illum meae proscriptionis, quam adiuvabat, Sex. Clodius, homo iis dignissimus, quibuscum vivit, tabulam, sese scriptorem esse diceret: ille unus ordinis nostri discessu meo, luctu vestro palam exsultavit. De quo ego, cum quotidie rueret, verbum feci, iudices, numquam: neque putavi, cum omnibus machinis ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnarer, de uno sagittario me queri convenire. Acta mea sibi ait displicere. Quis nescit? qui legem meam contemnat, quae dilucide vetat gladiatores biennio, quo quis petierit aut petiturus sit, dare. 134. In quo eius temeritatem satis mirari, iudices, non queo. Facit apertissime contra legem: facit is, qui neque elabi ex iudicio iucunditate sua neque emitti gratia potest neque opibus et potentia leges ac iudicia perfringere. Quae res hominem impellit, ut sit tam intemperans? — Est enim nimia gloriae cupiditate. — Familiam gladiatoriam, credo, nactus est speciosam, nobilem, gloriosam: norat studia populi, videbat clamores et concursus futuros. Hac exspectatione elatus homo flagrans cupiditate gloriae

---

1. *deliri* P^1 — *mitem horrentem* P^1; sup. lin. est a m. 2 *hominem et a caede ab*, quod falsum supplementum videtur; exspectatur potius: *mitem hominem et a vi* (*et ab omni vi*) *abhorrentem*. — 2. *adfirmaret* P — *illum*⁎*numquam* P; *illum ñumquam* G — 4. *de* ante *me* om. P G — *desistit* P G — 5. *Vettium* P et A (qui habet *primum p. ind. V.*): *tuum* G — *contionem* P G, sed in P *m* vetere m. deleta. — 6. *ciuis* P G — 8. *mihi anullo* G — 9. *omnis* P G — *macchinatus* P — 10. *cotidie* P — *aliquod* G — *de me ficti* Manutius: *defecti* P G O; Madvigius p. 501 praefert alteram Manutii emendationem *aliquid ficti*. — *adferebat* P — 13. *ut -- proscr.* habet A — *illum meae* A et Naugerius: *illius meae* P; *illius me* G — *cloelius* G, *cohelius* P^1, *clohelius* P^2 — 14. *tabulam* G: *toambuam* P — *sese scriptorem esse* scripsi: *essese scriptorem esse* P; *esse, se scriptorem* G^1 O; *esse se scripturum* G^2 — 15. *exultauit* P — 16. *co*⁎*tidie* P — 17. *neque putavi de uno sagittario me quaeri conuenire* habet A — *ui* Naugerius: *ut* codd. — 18. *oppugnaret* G — *quaerigo* (litt. *go* expunctae) P — *Acta -- contemnat* habet A — *ait* A: *alii* P G — 19. *displicere se quis* A — *meam* A P^1: *eam* P^2 G O — *contempnat* P; *contemnatur* G — *dilucidae* P, *delucide* G — 20. *petat aut* Pantagathus, ut est in or. in Vatin. § 37; contra Madvigius p. 501 vv. *petierit aut* delenda censet, prob. Wesenb. p. 56, qui inter alia hoc adnotavit: «Huic rationi non infirmum hoc ego affero praesidium, quod ea verba in suo cod. legisse non videtur Schol. Vat., qui haec adnotat: *praescribebatur enim inter alia* (cf. idem ad Planc. c. 34 et ad or. p. Sulla c. 5), *ne candidatus ante biennium, quam magistratum petiturus esset, munus populo ederet*: qua periphrasi *petierit aut* non contineri apparet.» — 22. *elapsi* G — 23. *emitti* P G: *eniti* c O; cf. in Pis. § 95. — 24. *inpellit* P — *Est enim nimia* Iccepius (coll. § 110): *iste nimia* P; *Iste animia* G; *Ista nimia* b d O; *iste nimia gl. cupid.* Madvigio p. 502 sq. glossema videtur; ipse prius suspicatus eram: *Quae res h. i., ut sit tam intemperans, sit tam nimia gl. cup.?* — 25. *familia* G — 27. *gloria* G.

tenere se non potuit, quin eos gladiatores induceret, quorum esset ipse pulcherrimus. Si ob eam causam peccaret, [et] pro recenti populi Romani in se beneficio populari studio elatus, tamen ignosceret nemo: cum vero ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos nominibus gladiatoriis ornarit et sortito alios Samnites, alios provocatores fecerit, tanta licentia, tanta legum contemptio nonne, quem habitura sit exitum, pertimescit? 135. Sed habet defensiones duas: primum «do», inquit «bestiarios: lex scripta est de gladiatoribus.» Festive! Accipite aliquid etiam acutius. Dicet se non gladiatores, sed unum gladiatorem dare et totam aedilitatem in munus hoc transtulisse. Praeclara aedilitas! unus leo, ducenti bestiarii. Verum utatur hac defensione: cupio eum suae causae confidere; solet enim tribunos pl. appellare et vi iudicium disturbare, cum diffidit. Quem non tam admiror, quod meam legem contemnit, hominis inimici, quam quod sic statuit, omnino consularem legem nullam putare. Caeciliam Didiam, Liciniam Iuniam contempsit. Etiamne eius, quem sua lege et suo beneficio ornatum, munitum, armatum solet gloriari, C. Caesaris legem de pecuniis repetundis non putat esse legem? Et aiunt alios esse, qui acta Caesaris rescindant, cum haec optima lex et ab illo socero eius et ab hoc assecula negligatur? LXV. Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos, iudices, ut aliquando essetis severi, aliquando medicinam adhiberetis rei publicae. Non ea est medicina, cum sanae parti corporis scalpellum adhibetur atque integrae; carnificina est ista et crudelitas: ii medentur rei publicae, qui exsecant pestem aliquam tamquam strumam civitatis.

136. Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea et ut ego ante dicendi finem faciam, quam vos me tam attente audiendi, concludam illud de optimatibus eorumque principibus ac rei publicae defensoribus, vosque, adolescentes, et qui nobiles estis, ad maiorum vestrorum imitationem excitabo, et qui ingenio ac virtute nobilitatem potestis consequi, ad eam rationem, in qua multi homines novi et honore et gloria

---

1. *eos* Orelli (3): *hos* P G O — *esset* b: *et* P G — 2. *ob eam causam* b: *ob causam* P G — *peccaret et* P G: *et* delendum esse coni. Orelli et O. M. Muellerus. Cf. Herm. p. 9. — 4. *ne diuinalibus* P G — 5. *saniles* G — 6. *contemptio nonne quem* codd. dett.: *contemptione ñnequẽ* G; *contemptionnem* (littera *m* expuncta) *non neque* (*neque* expunctum) P; *contemptio non quem* O cum Garatonio. Cf. Madvig. ad *Cic. de Finn.* p. 153 et Klotz. *Nachträge zu Cic. Tuscul.* p. 10. — 8. *inquid* P¹ — *bestiarios* b d: *bestiariis* P G — *scripta est* Wesenbergius p. 57: *est* om. P G; *est scripta* b O — 9. *aliud* Lamb.; at v. § 140 *ex nostro aut aliquorum praeterea casu* et Wesenb. p. 57, not. 1. — *dicet* P G: *dicit* c O, quod praefert Wesenb. p. 57; at v. adnot. meam in ed. Lips. 1853. — 10. *hac* P corr. ex *ac* — 13. *demiror* Lamb. — 14. *contemnit* Madvigius: *contempnet* P G; *contemnat* O cum edd. prioribus. — *sic statuit* Madvigius p. 503: *si statuit* P¹; *se statuit* P² G O; *sic* om. Lamb. Cf. Wesenb. p. 58 et in *Emendatt. Cic. epist.* p. 110. — 15. *Caeciliam* -- *contemsit* (sic) habet A — *Caeciliam* A et Manutius: *anciliam* P G — *Liciniam* A: *licentiam* P G — 17. *de pec. repet. legem* G — 18. *potat* P¹ — *aiunt*] *malit* G — 19. *cum haec* -- *neglegatur* habet A — *optuma* P G; om. A — *assecula* A G (sed A *ads.*): *adsaecula* P; *assecla* O — *neglegatur* A P G — 20. *hac* P corr. ex *ac* — 21. *adiberetis* P — 22. *Non* -- *adhibetur* habet A — *ea est* A G: *east* P; *est ea* d O — 24. *ii* A: *ei* P G; *hi* O (*ii* -- *civitatis* habet A) — 24. *exsecant* (litt. *s* expuncta) P — *postem* G — *tanquam* P — 25. *aliquit* P — 28. *adulescentes et qui nobilis* P — *uestrorum* G (sed *orum* ex corr.): *uestrum* P O — 29. *ac* P G: *et* O.

floruerunt, cohortabor. 137. Haec est una via, mihi credite, et laudis et dignitatis et honoris: a bonis viris sapientibus et bene natura constitutis laudari et diligi; nosse descriptionem civitatis a maioribus nostris sapientissime constitutam; qui cum regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creaverunt, ut consilium senatus rei publicae praeponerent sempiternum, deligerentur autem in id consilium ab universo populo aditusque in illum summum ordinem omnium civium industriae ac virtuti pateret. Senatum rei publicae custodem, praesidem, propugnatorem collocaverunt: huius ordinis auctoritate uti magistratus et quasi ministros gravissimi consilii esse voluerunt: senatum autem ipsum proximorum ordinum splendorem confirmare, plebis libertatem et commoda tueri atque augere voluerunt. LXVI. 138. Haec qui pro virili parte defendunt, optimates sunt, cuiuscumque sunt ordinis; qui autem praecipue suis cervicibus tanta munia atque rem publicam sustinent, hi semper habiti sunt optimatium principes, auctores et conservatores civitatis. Huic hominum generi fateor, ut ante dixi, multos adversarios, inimicos, invidos esse, multa proponi pericula, multas inferri iniurias, magnos esse experiundos et subeundos labores: sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia, cum dignitate, non cum voluptate, cum iis, qui se patriae, qui suis civibus, qui laudi, qui gloriae, non qui somno et conviviis et delectationi natos arbitrantur. Nam si qui voluptatibus ducuntur et se vitiorum illecebris et cupiditatium lenociniis dediderunt, missos faciant honores, ne attingant rem publicam, patiantur virorum fortium labore se otio suo perfrui. 139. Qui autem bonam famam bonorum, quae sola vere gloria nominari potest, expetunt, aliis otium quaerere debent et voluptates, non sibi. Sudandum est iis pro communibus commodis, adeundae inimicitiae, subeundae saepe pro re publica tempestates; cum multis audacibus, improbis, non numquam etiam potentibus dimicandum. Haec audivimus de clarissimorum virorum consiliis et factis, haec accepimus, haec legimus. Neque eos in laude positos videmus, qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionem, aut qui largitione caecarunt mentes imperitorum, aut qui fortes et claros viros et bene de re publica meritos in invidiam aliquam vocaverunt. Leves hos semper nostri homines et audaces et malos et perniciosos cives pu-

---

2. *sap. et bene* d: *sap. bene et* P; *et sap. bene et* G; *et sapientibus*, *bene* S — *natura* P G: *a natura* S O — 3. *discriptionem* P G — *a* S: om. PG prob. Wesenb. p. 67.— 4. *regum* P G: *regiam* S O. «*Reges* melius opponuntur magistratibus annuis; cf. de Rep. I, 32, 48. p. Deiot. § 40; si Cic. *regiam* dixisset, dixisset idem *ita annuam instituerunt*, ut de Rep. II, § 56; cf. I, § 45 *tyrannica - regia - popularis*, II, § 43 *perpetua - regia*, Phil. I, § 2, ubi post *dictatura* rite dicitur *regia potestas.*» Wesenberg p. 68. — 6. *delegerentur* G[1], *diligerentur* P — 9. *conlocauerunt huius hordinis* P — 11. *splendorem confirmare* Bake: *splendore confirmari* P G O — *et* om. G — 12. *augeri* P G[1] — 13. *optumates* P — *cuiuscumque sunt* P G: *cuiuscunque sint* edd. vett. et O — *autem* P: *haec* G — 14. *sustinent* S: *sustineant* P G — *hi* P G: *ii* O — 15. *optumatumatium* P — 17. *iniurias* S: *inuidias* P G; *insidias* d — 18. *experiundos* G: *expiundos* P; *excipiendos* cod. Franc. — *Sed mihi -- voluptate* habet A — *omnis* om. A — *oratiost* P — 21. *conuiis* P — *delectatione* G[1] — 22. *et se* P: *esse* G — *inlecebris* P; *et se inlecebris* G — *cupiditatium* P[2] G: *cupiditateum* P[1]; *cupiditatum* O — *dederunt* G[1] — 23. *fatiunt* G[1] — *paciantur* P; *patiuntur* G[1] — 24. *labores* G — 26. *uoluptatis* G[1] — *iis* P G: *his* O — 28. *pro* om. G — 28. *inprobis* P — 29. *audimus* P — 32. *fortis* P G — 33. *leuis* P G — 34. *semper hos nostri omnes* G — *pernitiosos* P.

taverunt. At vero qui horum impetus et conatus represserunt, qui auctoritate, qui fide, qui constantia, qui magnitudine animi consiliis audacium restiterunt, hi graves, hi principes, hi duces, hi auctores huius dignitatis atque imperii semper habiti sunt. LXVII. 140. Ac ne quis ex nostro aut aliquorum praeterea casu hanc vitae viam pertimescat, unus in hac civitate, quem quidem ego possum dicere, praeclare vir de re publica meritus, L. Opimius, indignissime concidit: cuius monumentum celeberrimum in foro, sepulchrum desertissimum in litore Dyrrachino relictum est. Atque hunc tamen flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi semper ipse populus Romanus periculo liberavit: alia quaedam civem egregium iniqui iudicii procella pervertit. Ceteri vero aut repentina vi perculsi ac tempestate populari per populum tamen ipsum recreati sunt atque revocati, aut omnino invulnerati inviolatique vixerunt. At vero ii, qui senatus consilium, qui auctoritatem bonorum, qui instituta maiorum neglexerunt et imperitae aut concitatae multitudini iucundi esse voluerunt, omnes fere rei publicae poenas aut praesenti morte aut turpi exsilio dependerunt. 141. Quod si apud Athenienses, homines Graecos, longe a nostrorum hominum gravitate diiunctos, non deerant, qui rem publicam contra populi temeritatem defenderent, cum omnes, qui ita fecerant, e civitate eiicerentur: si Themistoclem illum, conservatorem patriae, non deterruit a re publica defendenda nec Miltiadi calamitas, qui illam civitatem paulo ante servarat, neque Aristidi fuga, qui unus omnium iustissimus fuisse traditur: si postea summi eiusdem civitatis viri, quos nominatim appellari non est necesse, propositis tot exemplis iracundiae levitatisque popularis tamen suam rem publicam illam defenderunt: quid nos tandem facere debemus, primum in ea civitate nati, unde orta mihi gravitas et magnitudo animi videtur, tum in tanta gloria insistentes, ut omnia humana leviora videri debeant, deinde ad eam rem publicam tuendam aggressi, quae tanta dignitate est, ut eam defendentem occidere † non aliud sit quam oppugnantem rerum potiri? LXVIII. 142. Homines Graeci, quos antea nominavi, inique a

---

1. *inpetus* P — 2. *audatium restituerunt* (litt. *u* ante *e* expuncta) P — 3. *hi* quater P G: *ii* O — *huius dignitatis* P G: *huius ordinis et dignitatis* S O; *huius civitatis* coni. Gulielmii, quam acriter defendit Wesenberg pag. 59 sq. At conf. fragm. Cic. de aere alieno Mil. (Schol. II, pag. 342): *eiciundus est ex urbe civis, auctor et custos salutis, otii, dignitatis, fidei.* — 4. *imperii sempiterni semper* G — *abiti* P^1 — 6. *in ac* P^1 — *possum* P G: *possim* b c O, quod tuetur Madvigius p. 504; at v. Bakium p. 134 sq. — *de* om. G — 7. *indignissume* P^2 — 8. *celeberrumum in phoro* P — *desertissumum* G^1 — *littore* G O — *Dyrrachino* P G: *Dyrrhachino* O — 9. *At hunc* G — *flagrantem* P corr. in *flagrante* — 10. *aliquaedam* P^1; conf. var. lect. ad § 63. — 11. *peruortit* P — 13. *inuolnerati* P — 15. *neclexerunt* P — 17. *exilio* P — *quod aput athenienses homines graecos* habet A — *atheniensis* P^2 G; *atheniens* P^1 — 18. *diiunctos* P: *disiunctos* G O — 21. *Miltiadi* A (qui habet *nec Milt. cal.* et deinde *neque Aristidi fuga*): *milciadis* P, *Miltiadis* G O — 22. *seruaret* P^1 corr. 1 m. — *neque Aristidi* A: *nec Aristidis* P G O — 25. *iracundiae et* (*et* expunctum) P — 26. *illi* maluit Bake; at v. adnot. meam in ed. Lips.— *quinos* G^1 — 28. *insistens* G^1 — 29. *adgressi* P — 30. *occidere***ñ* ‖ *aliud* P. Pro *non aliud* alii aliud suspicati sunt, Madvigius *maius*, C. F. Hermannus *nobilius*, Orelli *satius*, Bake et Wesenberg *melius*, Dobree et Schuetz *optabilius*, Seyffertus *honestius*, Koechly *nomen maius*, ipse *amplius* vel *multo amplius* coll. § 102. div. in Caec. § 66. ad Attic. VIII, 11, 1. Auct. ad Her. IV, 23, 32. Tac. Dial. de Orat. 5. — 31. *nominaui ique* P^1.

suis civibus damnati atque expulsi, tamen, quia bene sunt de suis civitatibus meriti, tanta hodie gloria sunt non in Graecia solum, sed etiam apud nos atque in ceteris terris, ut eos, a quibus illi oppressi sunt, nemo nominet, horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponant. Quis Karthaginiensium pluris fuit Annibale consilio, virtute, rebus gestis, qui unus cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio et de gloria decertavit? Hunc sui cives e civitate eiecerunt: nos etiam hostem litteris nostris et memoria videmus esse celebratum. 143. Quare imitemur nostros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Aemilios, innumerabiles alios, qui hanc rem publicam stabiliverunt: quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero repono. Amemus patriam, pareamus senatui, consulamus bonis: praesentes fructus negligamus, posteritatis gloriae serviamus: id esse optimum putemus, quod erit rectissimum: speremus quae volumus, sed quod acciderit feramus: cogitemus denique corpus virorum fortium magnorumque hominum esse mortale, animi vero motus et virtutis gloriam sempiternam: neque hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus, cuius corpore ambusto vitam eius et virtutem immortalitas excepisse dicatur, minus existimemus eos, qui hanc tantam rem publicam suis consiliis aut laboribus aut auxerint aut defenderint aut servarint, esse immortalem gloriam consecutos.

LXIX. 144. Sed me repente, iudices, de fortissimorum et clarissimorum civium dignitate et gloria dicentem et plura etiam dicere parantem horum adspectus in ipso cursu orationis repressit. Video P. Sestium, meae salutis, vestrae auctoritatis, publicae causae defensorem, propugnatorem, actorem, reum; video hunc praetextatum eius filium oculis lacrimantibus me intuentem; video Milonem, vindicem vestrae libertatis, custodem salutis meae, subsidium afflictae rei publicae, exstinctorem domestici latrocinii, repressorem caedis quotidianae, defensorem templorum atque tectorum, praesidium curiae, sordidatum et reum; video P. Lentulum, cuius ego patrem deum ac parentem statuo fortunae ac nominis mei et fratris rerumque nostrarum, in hoc misero squalore et sordibus: cui superior annus idem et virilem patris et praetextam populi iudicio togam dederit, hunc hoc anno in hac toga rogationis iniustissimae subitam acerbitatem pro patre, fortissimo et clarissimo cive, depre-

---

3. *sunt* S: *sint* P G. Cf. Wesenb. p. 68. — 5. *carthaginiensium* P G — *Annibale* P[1] et Arusianus (p. 252 Lind.): *Hannibale* P[2] G O; cf. O. Iahn. ad Florum p. XXXII. — 7. *et gloria* G — *hunc -- eiecerunt* (*eiciuntur* cod.) habet A — *uos etiam* P — 9. *fabritios* P — 13. *praesentis fr. neglegamus* P G — 14. *optumum* G — *volumus sed quod* P partim in rasura partim sup. lin. habet a m. 2; *sed* om. G — 16. *magnorumque* S: *magnorum* P G, alii dett. — 19. *dicatur* P G: *dicitur* S O; cf. Madv. p. 506. — 20. *aut lab.* codd.: *ac lab.* O — *aut auxerunt aut defenderunt aut servarunt* cod. Lamb., quod Wesenb. p. 68 praefert, quod Cic. in eius modi periphrasi indicativo uti soleat. — 21. *inmortalem* G — *consecuturos* L — 24. *aspectus* P G — 25. *publice* P — 26. *actorem* P: *auctorem* G O — 27. *lacrumantibus* P — *nostrae* L — 28. *adflictae* P — *extinctorem* P G — 29. *cotidianae* P G[1]: *clodianae* G[2] — 32. *mei et fratris rerumque nostrarum* S: *mei fratris eorumque* (sup. *eo* est *r*) *nostrorum* P, item G, sed hic *fratris mei* — 33. *cui -- dederit* habet A — 34. *hac togam* (litt. *m* expuncta) P — *rogationis -- acerb.* habet A — 35. *sibitam* P[1]; *subiit* (?) A — *aceruitatem* P.

cantem. 145. Atque hic tot et talium civium squalor, hic luctus, hae sordes susceptae sunt propter unum me, quia me defenderunt, quia meum casum luctumque doluerunt, quia me lugenti patriae, flagitanti senatui, poscenti Italiae, vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum est in me scelus? quid tanto opere deliqui illo die, cum ad vos indicia, litteras, confessiones communis exitii detuli? cum parui vobis? Ac si scelestum est amare patriam, pertuli poenarum satis: eversa domus est, fortunae vexatae, dissipati liberi, raptata coniux, frater optimus incredibili pietate, amore inaudito, maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum: ego pulsus aris, focis, deis penatibus, distractus a meis carui patria, quam, ut levissime dicam, † certe texeram: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium, fraudem invidorum. 146. Si hoc non est satis, quod haec omnia deleta videntur reditu meo, multo mihi, multo, inquam, iudices, praestat in eandem illam recidere fortunam quam tantam importare meis defensoribus et conservatoribus calamitatem. An ego in hac urbe esse possim his pulsis, qui me huius urbis compotem fecerunt? Non ero, non potero esse, iudices; neque hic umquam puer, qui his lacrimis qua sit pietate declarat, amisso patre suo propter me, me ipsum incolumem videbit, nec, quotienscumque me viderit, ingemescet ac pestem suam ac patris sui se dicet videre. Ego vero hos in omni fortuna, quaecumque erit oblata, complectar: nec me ab iis, quos meo nomine sordidatos videtis, umquam ulla fortuna divellet: neque eae nationes, quibus me senatus commendavit, quibus de me gratias egit, hunc exsulem propter me sine me videbunt. 147. Sed haec di immortales, qui me suis templis advenientem receperunt, stipatum ab his viris et P. Lentulo consule, atque ipsa res publica, qua nihil est sanctius, vestrae potestati, iudices, commiserunt. Vos hoc iudicio omnium bonorum mentes confirmare, improborum reprimere potestis; vos his civibus uti optimis, vos me reficere et renovare rem publicam. Quare vos obtestor atque obsecro, ut, si me salvum esse voluistis, eos conservetis, per quos me recuperavistis.

---

1. *et alium* P^1 — 2. *qui meum* P^1 — 4. *or***antibus* P — 5. *tanto opere* P G^1: *tantopere* G^2 — *illo die* S: *illo lolo die* P, sed *lolo* m. 1, ut videtur, deletum; *illo illo die* G O. «In interrogatione illa geminatio vix locum habet, praesertim extra sententiae initium ac vi orationis iam aliter *(cum - detuli, cum - vobis)* significata. Cf. or. p. Mil. § 103.» Wesenberg p. 68. — 6. *indicia* om. G — 7. *ac* P G: *at* b c O — 8. *rapsata* G, sed *sa* punctatum. — *coniunx* P^2 G — *optumus* P — 10. *deis* P: *diis* G O — 11. *ut* P: *uti* G O — *certe texeram* codd. dett.: *certadeie* ‖ *texeram* P, sed *ie* expunctum; *certo detexeram* G; *certe crexeram* Wesenberg; *certe dilexeram* Madvigius (conf. v. 7); *iacentem erexeram* Bezzenbergerus; *certe e clade extraxeram* (vel *exemeram*) Orelli (3); *caritate texeram* C. F. Hermannus p. 11; fort. *certe a caede texeram.* — 13. *delecta* G, sed *c* erasa. — *re***ditu* P — 14. *eadem* P — 15. *inportare* P — 17. *conpotem* P — 18. *lacrumis* P^2 — 19. *incolomem* P^1; *incolumen* G — *nec* P: *et* G — *cotienscumque* P — 20. *ingemescet* P G^1: *ingemiscet* G^2 O — *ac patris* codd.: *et patris* edd. — *se* P^1: *esse* G (per comp.); *sese* P^2 in rasura et O — 21. *hos* C. F. Hermannus: *uos* P G O; *eos* Madvigius p. 507. — *conplectar* P — 24. *exulem* P — 25. *dii* G O — 27. *potestate* P^1 — *commis***erunt* P — 28. *inproborum* P — *potestates* P^1 (corr. 1 m.) — 29. *optumis* P — *rem publ. potestis. Quare* edd. vett. — 30. *saluom* P — 31. *me****recuperauistis* P.

M. TULLII CICERONIS

IN P. VATINIUM TESTEM

ORATIO.

EX RECENSIONE

CAROLI HALMII.

NOTARUM EXPLICATIO.

A = lemmata scholiastae Bobiensis; v. *Cic. Schol.* II, p. 314 sqq.
P = codex Parisinus 7794 a me collatus.
G = codex Gemblacensis, nunc Bruxellensis 5345, a Baitero collatus.
S = codex Salisburgensis, nunc Monacensis Lat. 15734, a me collatus.
L = ed. Lambiniana a. 1566.
O = ed. Orelliana prior a. 1826. Iterum orationem Orellius edidit in programmate Turicensi a. 1835 = Orelli (2).

Nos plenam dedimus lectionum discrepantiam ex APGO. Egregiae Madvigii curae insunt in eius Opusculis academicis Vol. I, p. 508 sqq.

I. 1. Si tantum modo tua, Vatini, quid indignitas postularet, spectare voluissem, fecissem id, quod his vehementer placebat, ut te, cuius testimonium propter turpitudinem vitae sordesque domesticas nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem. Nemo enim horum aut ita te refutandum, ut gravem adversarium, aut rogandum, ut religiosum testem, arbitrabatur. Sed fui paulo ante intemperatior fortasse, quam debui. Odio enim tui, in quo etsi omnes propter tuum in me scelus superare debeo, tamen ab omnibus paene vincor, sic sum incitatus, ut, cum te non minus contemnerem quam odissem, tamen vexatum potius quam despectum vellem dimittere. 2. Quare, ne tibi hunc honorem a me ha-

---

Inscriptio orationis. *Incipit in p̄. uatinium testem.* P; *M. Tvllii. Cicer̄. in vatinv̄ incip̃ oratio.* G.

1. *Si* P: *Si tua* codd. rell. et edd.; cum *tua* alieno loco suppletum esse videatur, nos ante *Vatini* ponendum putavimus. — 2. *id** P; videtur *idẽ* fuisse. — 5. **ut grauem* P — *aut rogandum* P: *aut ita rogandum* GO — 6. *ante in te* coni. Lambinus. — *intemperatior* PG: *intemperantior* SO. Nolui ab auctoritate optimorum decedere, etsi *intemperantior* verum videtur; cf. in Verr. IV, § 83. p. Font. § 38 (28). p. Flacco § 8. — 7. *omnis* PG — 9. *contempnerem* P — 10. *me* P corr. ex *mebe*.

beri forte mirere, quod interrogem, quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo civitate, nemo luce dignum putet, nulla me causa impulisset, nisi ut ferocitatem istam tuam comprimerem et audaciam frangerem et loquacitatem paucis meis interrogationibus irretitam retardarem. Etenim debuisti, Vatini, etiam si falso venisses in suspicionem P. Sestio, tamen mihi ignoscere, si in tanto hominis de me optime meriti periculo et tempori eius et voluntati parere voluissem. 3. Sed hesterno pro testimonio esse mentitum, cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem non modo de Sestio accusando, sed nulla umquam de re fuisse, paulo ante imprudens indicasti, cum et T. Claudium tecum communicasse et a te consilium P. Sestii accusandi petisse, et Albinovanum, quem antea vix tibi notum esse dixisses, domum tuam venisse, multa tecum locutum dixeris; denique contiones P. Sestii scriptas, quas neque nosset neque reperire posset, te Albinovano dedisse easque in hoc iudicio esse recitatas. In quo alterum es confessus, a te accusatores esse instructos et subornatos: in altero inconstantiam tuam cum levitate tum etiam periurio implicatam refellisti, cum, quem a te alienissimum esse dixisses, eum domi tuae fuisse, quem praevaricatorem esse ab initio iudicasses, ei te quos rogasset ad accusandum libros dixeris dedisse. II. 4. Nimium es vehemens feroxque natura; non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum et honorificum ad aures tuas accidat. Venisti iratus omnibus: quod ego, simulac te adspexi, prius quam loqui coepisti, cum ante Gellius, nutricula seditiosorum omnium, testimonium diceret, sensi atque providi. Repente enim te, tamquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti, ut mihi renovatus ille tuus in to ***

5. ** veterem meum amicum, sed tamen tuum familiarem, defenderim, cum in hac civitate oppugnatio soleat, qua tu nunc uteris, non numquam, defensio numquam vituperari. Sed quaero a te, cur C. Cor-

---

2. *esuffragio* P¹ — *me*⁎ P; *me a* (litt. *a* expuncta) G; *me* [*ad id*] O (*nulla me alia causa* susp. Garatoni, coll. ep. ad Fam. XII, 2, 1.) — 3. *impulit* coni. Ernesti. — *istam tuam* P G: *tuam istam* O — *audatiam* P — 4. *paucis meis* P: *paucissimis* G — *inretitam* P — 5. *suspitionem* P — 6. *Sestio* P G: *Sextio* O, et sic semper. — 7. *periculum* P — *Sed te hesterno* probabiliter Lambinus; nam ut sic emendetur, praedicatum *mentitum* flagitare videtur, ut locos in or. p. Sulla §§ 14 et 65 et p. Sest. § 89 ex codd. emendavimus. — 8. *adfirmares* P — 9. *albinouario* G¹ — *sed nulla* P G: *sed ulla* O contra codd., quam lectionem perperam defendit Bake ad Cic. de Legg. p. 614. Cf. Madv. p. 508. — 10. *inprudens* P — *cum et* scripsi: *cum* om. P in rasura, *et* autem in loco raso habet (sup. lin. est *quia* a manu multo recentiore); *qui et uel quia* G; *qui et* edd. Malui *cum* pro *qui* supplere, ut est infra *refellisti*, *cum -- dixeris*; cf. etiam § 24. — *cludium* P¹ (*Ti. Claudium* susp. Orelli in ed. II ex Cic. de Off. III, § 66.) — 11. *communicasset a te* P¹ — *sesti* P G¹ — *albinum uanum* P² corr. m. 2. — 12. *esse dedisses* G — 13. *conciones* G O — *sesti* P¹ G¹ — 14. *in hoc* P G: *in huius* O cum Erf.; cf. Madv. p. 509. — 15. *in quo alterum* P¹: *in quorum altero* P corr. m. 2, G O; v. Madv. l. c. — 17. *implicatam* G: *inplicam* P — 19. *ei*] *et* G — *dixieris* G¹ — 20. *nimium* G: *nimi* P, corr. in *nimis* m. 2. — *es*⁎ P — *esse fas* G — 21. *exire ex ore* G — *auris* P — 22. *accidat* Pantagathus: *accidit* P; *accedat* G — *aspexi* P G — 24. *providi* P G: *praevidi* O cum ed. Iunt. — 26. *to* P¹: *te* P² G O. Apparet *to* esse initium vocis mancae. Post *to* est in P magna lacuna; sunt enim vacui unius columnae, quae 36 versibus constare solent, 23 versus et praeterea tota pagina sive duae columnae quas vocant. In G iam nullum est defectus signum. — 28. *in ac* P¹ — *qua*⁎ P — 29. *quero* P.

nelium non defenderem: num legem aliquam Cornelius contra auspicia tulerit, num Aeliam, num Fufiam legem neglexerit, num consuli vim attulerit, num armatis hominibus templum tenuerit, num intercessorem vi deiecerit, num religiones polluerit, aerarium exhauserit, rem publicam compilarit? Tua sunt, tua sunt haec omnia: Cornelio eius modi nihil obiectum est. Codicem legisse dicebatur. Defendebat testibus collegis suis non se recitandi causa legisse, sed recognoscendi. Constabat tamen Cornelium concilium illo die dimisisse, intercessioni paruisse. Tu vero, cui Cornelii defensio displicet, quam causam ad patronos tuos aut quod os afferes? quibus iam praescribis, quanto illis probro futurum sit, si te defenderint, cum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis obiiciendam putaris. 6. Ac tamen hoc, Vatini, memento paulo post istam defensionem meam, quam tu bonis viris displicuisse dicis, me cum universi populi Romani summa voluntate tum optimi cuiusque singulari studio magnificentissime post hominum memoriam consulem factum, omniaque ea me pudenter vivendo consecutum esse, quae tu impudenter vaticinando sperare te saepe dixisti.

III. Nam quod mihi discessum obiecisti meum et quod horum, quibus ille dies acerbissimus fuit, qui idem tibi laetissimus, luctum et gemitum renovare voluisti, tantum tibi respondeo, me, cum tu ceteraeque rei publicae pestes armorum causam quaereretis et cum per meum nomen fortunas locupletium diripere, sanguinem principum civitatis exsorbere, crudelitatem vestram odiumque diuturnum, quod in bonos iam inveteratum habebatis, saturare cuperetis, scelus et furorem vestrum cedendo maluisse frangere quam resistendo. 7. Quare peto a te, ut mihi ignoscas, Vatini, cum ei patriae peperci, quam servaveram, et, si ego te perditorem et vexatorem rei publicae fero, tu me conservatorem et custodem feras. Deinde eius viri discessum increpas, quem vides omnium civium desiderio, ipsius denique rei publicae luctu esse revocatum. At enim dixisti non mea, sed rei publicae causa homines de meo reditu laborasse. Quasi vero quisquam vir, excellenti animo in rem publicam ingressus, optabilius quidquam arbitretur quam se a suis civi-

---

1. *auspitia* P — 2. *Fufiam*] *fiam* P, suppletum m. 2. — *neclexerit* P — *cos.* G (sup. lin. *lib.* a m. 2 = *consulibus*) — 3. *num* (post *tenuerit*) P corr. 1 m. ex *non* — 4. *deicerit* P — *erarium* P — 6. *defendebat* Madvigius: *defendebatur* P G O — *conlegis* P — 7. *se* P G: om. S O — *cau*sa* P — 8. *dimississe intercessione* G — 9. *cornelii* P corr. ex *cornelio* — *quam* G corr. ex *qm̃* = *quoniam* — 11. *corneli* P[1] G[1] — *obiciendam* P (ut semper in his verbis compositis); *obitiendam* G — 12. *Ac tamen* P[1], ut Wesenbergius (apud Madv. ad *Cic. de Finn.* p. 872) suspicatus est: *attamen* P[2] G O — 13. *tu bonis* P extra lineam habet a m. sec., sed vetere. Poterat *tu* a loco abesse. — 14. *optumi* P G — *singulare* P[1] — 16. *omniaque -- dixisti* habet A — *ea a me* P G, sed in G posterior *a* punctata; *ea* om. A — *prudenter* G[1] — *esse* om. A — *tu*] *tuum* A — *inpudenter* A P — 17. *dix**ti* P — 19. *aceruissimus* G — *quidem tibi* P[1] — 20. *respondeo* P: *respondebo* G O — 21. *causam* P, sed *m* interlita. — 22. *principum*] *prin* P in extremo versu; quattuor litterae deletae sunt; hinc voc. in cod. Bern. et aliis omnino deest. — *exsorrebere* P[1]; *exorbere* G — 24. *cuperatis* P[1] — 25. *c*edendo* P — *ut et mihi* Lamb. — 26. *cum -- servaveram* habet A — *cum ei p. peperci* C. Fr. Hermannus: *cum et patriae pepercissem* A, om. voc. sequente *quam*; *et cum p. pepercerim* P G; *quod ei p. peperci* Madvigius p. 510; *quod patriae pepercerim* Lamb. — *quam* om. A; *in quam* G[1] — *serueueram* A; *servaram* P G; cf. ad or. p. Sest. § 61. — 27. *te* om. G — 28. *discessumne increpes* coni. Lamb. — *vides* om. G — 29. *luctu** P — *revocatum?* O — 32. *quicquam* P — *arbitraretur* G — *quem* P.

bus rei publicae causa diligi. 8. Scilicet aspera mea natura, difficilis aditus, gravis vultus, superba responsa, insolens vita; nemo consuetudinem meam, nemo humanitatem, nemo consilium, nemo auxilium requirebat: cuius desiderio, ut haec minima dicam, forum maestum, muta curia, omnia denique bonarum artium studia siluerunt. Sed nihil sit factum mea causa: omnia illa senatus consulta, populi iussa, Italiae totius, cunctarum societatum, collegiorum omnium decreta de me rei publicae causa esse facta fateamur. Quid ergo, homo imperitissime solidae laudis ac verae dignitatis, praestantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriae atque in memoriam mei nominis sempiternam, quam omnes hoc cives meos iudicare, civitatis salutem cum unius mea salute esse coniunctam? 9. Quod quidem ego tibi reddo tuum. Nam ut tu me carum esse dixisti senatui populoque Romano non tam mea causa quam rei publicae, sic ego te, quamquam es omni diritate atque immanitate taeterrimus, tamen dico esse odio civitati non tam tuo quam rei publicae nomine.

IV. Atque ut aliquando ad te veniam, de me hoc sit extremum. Quid quisque nostrum de se ipse loquatur, non est sane requirendum: boni viri iudicent; id est maximi momenti et ponderis. 10. Duo sunt tempora, quibus nostrorum civium spectentur iudicia de nobis: unum honoris, alterum salutis. Honos tali populi Romani voluntate paucis est delatus ac mihi, salus tanto studio civitatis nemini reddita. De te autem homines quid sentiant, in honore experti sumus, in salute exspectamus. Sed tamen ne me cum his principibus civitatis, qui adsunt P. Sestio, sed ut tecum, cum homine uno non solum *** impudentissimo

---

2. *uoltus* P — *nemo consuetudinem meam, nemo humanitatem* P G: *nemo humanitatem meam. nemo consuetudinem* O; *nemo humanitatem meam* (om. *nemo consuet.*) coni. Madvigius p. 510, falsa Krarupii relatione ex cod. P confisus. — 4. *cuius desiderii forum mutum fuit* habet A prob. Madv. p. 511; at v. adnot. meam in ed. Lips. p. 49. — *minica* G[1] — *multa* G[1], item P ante rasuram. — 6. *factumea causa* P[1] — 7. *to* in *totius* in P sup. lin. additum est. — 9. *ac uere* P; *aucuere* (litt. *u* ante *c* expuncta) G — 10. *inmortalitatem* P — *in* P G, sed in G *in* punctatum (ut Madv. p. 511 item voluit): *ad* S O — 11. *omnis hoc ciuis* P G — 12. *cum unius mea* G: *cumnius* (litt. *nius* expunctae) *mea* P; *cum mea unius* O cum edd. vett.; cf. p. Sest. § 128. — 13. *roma* P[1] — 14. *rei publ. nomine* S et codd. dett. — *es* Wesenbergius (*Emendatt. Tuscul.* I, p. 11): *sis* codd. et O; sed est posterior *s* in P ex corr.; videtur antea *sit* fuisse. «*Sis* si verum esset, obliquo coniunctivo esset positum, ut Acad. I, § 30. de Nat. D. II, § 81. Tusc. Disp. V, § 95. Fam. I, 2, 2. IV, 14, 4. XIII, 76; sed quoniam prius comparationis membrum ipsum docet vv. *quamquam - - taeterrimus* esse protasin totius sententiae *tamen dico* cet., non dubito quin Cicero scripserit *es.*» — 15. *teterrimus* P G O — 18. *non est sane requirendum* P (sed habet *sane*$_*$, littera *ẽ* ut videtur erasa): *non est sane non est requir.* G O; conf. Madv. p. 511. — 19. *boni* P G: *quid boni* cod. Nuernbergeri (v. progr. scholast. gymnasii Campodunensis a. 1832), ut Garatoni coniecit (*boni viri quid iudicent* coni. Iordanus). — 21. *tali* Hervagius: *talis* P G — 22. $_*$*ac* P — *de te - - expectamus* habet A — 23. *qui* corr. in *quid* G — *sententiant* P — *expectamus* A G — 24. *ne*] *de* P G — 25. *sed ut tecum cum* P: *sed ut tecum* G; *sed ut cum* O — *non solum* P G: *omnium* O cum Goveano. — *inpudentissimo et mihi inimic.* P[1]: *impudentissimo atque infimo conferam: de te ipso, homine et arrogantissimo et mihi inimicissimo quaero* G O (sed G om. *mihi*); in P verba *atque infimo conferam de te ipso homine et abrogantissimo* in margine inferiore post *inpudentissimo* addita sunt a manu secunda multo recentiore. Supplementum, quo nova lacuna infertur (iam enim post *non solum* membrum correlativum desideratur), arbitrarium est et certe non a Tullio profectum; v. quae disputavi in Museo Rhenano novo Vol. IX, p. 339 sq.

et mihi inimicissimo, quaero, Vatini, utrum tandem putes huic civitati, huic rei publicae, huic urbi, his templis, aerario, curiae, viris his, quos vides, horum bonis fortunis liberis, civibus ceteris, denique deorum immortalium delubris, auspiciis, religionibus melius fuisse et praestabilius, me civem in hac civitate nasci an te? Cum mihi hoc responderis aut ita impudenter, ut manus a te homines vix abstinere possint, aut ita dolenter, ut aliquando ista quae sunt inflata rumpantur, tum memoriter respondeto ad ea, quae te de te ipso rogaro. V. 11. Atque illud tenebricosissimum tempus ineuntis aetatis [tuae] patiar latere. Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris: habeat hoc praemii tua indignitas, ut adolescentiae turpitudo obscuritate et sordibus tuis obtegatur.

Quaesturam petisti cum P. Sestio, cum hic nihil loqueretur nisi quod agebat, tu de altero consulatu gerendo te diceres cogitare. Quaero abs te, teneasne memoria, cum P. Sestius quaestor sit cunctis suffragiis factus, tunc te vix invitis omnibus non populi beneficio, sed consulis extremum adhaesisse? 12. In eo magistratu, cum tibi magno clamore aquaria provincia sorte obtigisset, missusne sis a me consule Puteolos, ut inde aurum exportari argentumque prohiberes? in eo negotio cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares cumque omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere hominesque negotii gerentes iudiciis iniquissimis irretires, mercatores e navi egredientes *terreres*, *conscendentes* morarere, teneasne memoria tibi in conventu Puteolis manus esse allatas? ad me consulem querellas Puteolanorum esse delatas? Post quaesturam exierisne legatus in ulteriorem Hispaniam C. Cosconio proconsule? cum illud iter Hispaniense pedibus fere confici soleat, aut, si qui navigare velit, certa sit ratio navigandi: venerisne in Sardiniam atque inde in Africam? fuerisne, quod sine senatus consulto tibi facere non licuit, in regno Hiempsalis? fuerisne in regno Mastanesosi? venerisne ad fretum per Mauritaniam?

Ego defectus signum post *non solum* ponendum esse ratus talia fere intercidisse existimo: *ut tecum, cum homine non solum [sordidissimo atque infimo conferam, sed etiam] inpudentissimo* cet. Cf. etiam Madv. p. 511. — 3. *bonis horum* G — 4. *auspicis* P¹ — 6. *inpudenter* P — *te* in P in loco eraso scriptum est, in quo plus duae litterae scriptae fuerant; vide ne fuerit *abs te* — 7. *ut -- rumpantur* habet A — *ista ilia quae* Lamb. cum ed. Iunt. — ante *inflata* in P *rogante* in marg. m. sec. additum est. — 8. *ea** P — *quae te* P G: *quae* S et edd. Cf. § 13 p. 989, 7. — *rogauero* G — 9. *tenebrosissimum* G — *ineuntis*] *incunctis* G — *tuae* P sup. lin. a m. vetere habet. — *paciar* P — 11. *Habeat -- obtegatur* habet A — *praemi* A P¹ (*praemii* P²): *praemium* G O — *dignitas* A — *ut* om. A — *adulescentiae* A P — 12. *tuis* om. A prob. Madvigio p. 512. — *optegatur* P — 15. *aps* P — *questor* P G — *suffragis factis* P¹ — 16. *benefitio* P, ut saepius. — 17. *in eo -- obtigisset* habet A om. vv. *magno clamore* — 18. *prouintia sorte optigisset* P — *sit* P G¹ — 20. *parciendas* P — 21. *apotecas* P — *nauis* P G — 22. *negotium* G corr. m. 2; at cf. p. Sestio § 97. — *inretires* P G — 23. *egredientis* P G — *terreres conscendentes* P in marg. m. 2 suppleta habet; pro *terreres* mavult C. F. Hermannus *teneres*, ego *vexares* vel simile verbum. — *conscendentis* G — *morare* P¹ G¹; *morares* P corr. 2 m. — 24. *adlatas* P — 25. *querellas* (*querelas* G) *Puteol.* P G: *Puteol. querelas* S O — 26. *procos.* P — *illuc* G — *iter* P sup. lin. m. 2, sed vetere. — 27. *ferre* P¹ — *soleant* G — *si qui* G P² (sup. lin.): om. P¹; *si quis* S O; *qui* (om. *si*) Lamb. cod. vetus, quod praetulit Garatoni. — 28. *affricam* G — 29. *sine .S. C.* P — 30. *mastasosi* G — *per mauretiniam* P.

quem scias umquam legatum Hispaniensem istis itineribus in illam provinciam pervenisse?

13. Factus es tribunus pl.: — quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis sordidissimisque furtis interrogem? — quaero abs te primum universe, quod genus improbitatis et sceleris in eo magistratu praetermiseris? Ac tibi iam inde praescribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas. Ego te quaecumque rogabo de te ipso rogabo, neque te ex amplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenebris extraham; omniaque mea tela sic in te coniicientur, ut nemo per tuum latus, quod soles dicere, saucietur: in tuis pulmonibus ac visceribus haerebunt. VI. 14. Et quoniam omnium rerum magnarum ab dis immortalibus principia ducuntur, volo ut mihi respondeas, tu, qui te Pythagoreum soles dicere et hominis doctissimi nomen tuis immanibus et barbaris moribus praetendere: quae te tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor, ut, cum inaudita ac nefaria sacra succeperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manes mactare soleas, auspicia, quibus haec urbs condita est, quibus omnis res publica atque imperium tenetur, contempseris initioque tribunatus tui senatui denuntiaris, tuis actionibus augurum responsa atque eius collegii arrogantiam impedimento non futura? 15. Secundum ea quaero, servarisne in eo fidem? num quando tibi moram attulerit, quo minus concilium advocares legemque ferres, quod eo die scires de caelo esse servatum? Et quoniam hic locus est unus, quem tibi cum Caesare communem esse dicas, seiungam te ab illo non solum rei publicae causa, verum etiam Caesaris, ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati adspersa videatur. Primum quaero, num tu senatui causam tuam permittas, quod facit Caesar? deinde, quae sit auctoritas eius, qui se alterius facto, non suo defendat? deinde — erumpet enim aliquando ex me vera vox et dicam sine cunctatione quod sentio —, si iam violentior aliqua in re C. Caesar fuisset, si eum magnitudo contentionis, studium gloriae, praestans animus, excellens nobilitas aliquo impulisset, quod in illo viro et tum ferendum esset et maximis rebus, quas postea gessit, oblitterandum: id tu tibi, furcifer, sumes, et Vatinii latronis ac sacrilegi vox audietur hoc postulantis, ut idem sibi concedatur quod Caesari? VII. 16. Sic enim

---

1. fort. *ecquem*, v. tamen § 30. — 3. *est* G^1 — *flagitis* P^1 — 4. *aps te* P; om. G — *primo* G — 5. *uniuersae* P; om. G — 6. *inde* suspectum Garatonio. — *perscribo* P — 7. *Ego te -- saucietur* habet A — *quaecunque* O — 9. *coicientur* A; *conicientur* P; *conitientur* G — 11. *ab* P G: *a* S O — *dis* P: *diis* G O — 12. *tu -- dicere* habet A — *Pythagoreum* A: *Pythagoricum* P G O — 13. *inmanibus* P G — 15. *succeperis* P: *susceperis* G O. Cf. Wagneri *Orthographiam Vergil.* p. 473 et adde Festum p. 321 Muell. *si qua sacra privata succepta sunt.* — 16. *eligere* P — *extos* P^1 — *manis* P G — 17. *auspicia contemseris* habet A mediis om. — 18. *initione* coni. Lamb. — 19. *collegia *rogantiam* P (sup. lin. m. 2 *ad*) ex *collegi adrogantiam* (*collegi* etiam G^1). — 20. *inpedimento* P — *futura* P G: *futuram* S O — *servarisne* S: *servarene* P G — 21. *num*] *nunc* P G — *adtulerit* P corr. ex *adtolerit.* — *consilium* G — 23. *est unus* P G: *unus est* S O — 25. *dignitate* P^1 — *aspersa* P G (priorem *s* P habet in rasura). — 26. *tu* om. A, qui habet *primum -- Caesar.* — *fecit* I. F. Gronovius coni.; at firmat *facit* etiam A — 28. *denique* susp. Garatoni coll. or. Phil. X, § 19. — 29. *cunctacione* P; *cuntatione* G^1 — *C.*] *G.* P — 31. *nobilitatis* P^1 — *aliquando* G — 32. *gessit*] *sit* P, sed *ges* sup. lin. — *obliterandum* P^1 O — 33. *Vatini* P G (sed P: *uati*ni*). — 34. *idem**sibi* P.

ex te quaero: Tribunus pl. fuisti — seiunge te a consule: — collegas habuisti viros fortes novem. Ex iis tres erant, quos tu quotidie sciebas servare de caelo, quos irridebas, quos privatos esse dicebas; de quibus duos praetextatos sedentes vides, te aediliciam praetextam togam, quam frustra confeceras, vendidisse, tertium scis ex illo obsesso atque afflicto tribunatu consularem auctoritatem hominem esse adolescentem consecutum. Reliqui sex fuerunt, e quibus partim plane tecum sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant: omnes habuerunt leges promulgatas, in eis multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius, iudex noster, quem tu dirumperis cum aedilicium vides. 17. Volo uti mihi respondeas, num quis ex toto collegio legem sit ausus ferre praeter unum te? quae tanta in te fuerit audacia, quae tanta vis, ut, quod novem tui collegae sibi timendum esse duxerint, id unus tu, emersus e caeno, omnium facile omnibus rebus infimus, contemnendum, despiciendum, irridendum putares? num quem post urbem conditam scias tribunum pl. egisse cum plebe, cum constaret servatum esse de caelo? 18. Simul etiam illud volo uti respondeas, cum te tribuno pl. esset etiam tum in re publica lex Aelia et Fufia, quae leges saepe numero tribunicios furores debilitarunt et represserunt, quas contra praeter te nemo umquam est facere conatus — quae quidem leges anno post, sedentibus in templo duobus non consulibus, sed proditoribus huius civitatis ac pestibus, una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagraverunt —: ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere et concilium convocare? num quem ex omnibus tribunis pl., quicumque seditiosi fuerunt, tam audacem audieris fuisse, ut umquam contra legem Aeliam aut Fufiam concilium advocaret? VIII. 19. Quaero illud etiam ex te, conatusne sis, volue-

---

2. *fortis* P G — *ex iis - - caelo* habet A — *tu* om. A — *iis* A P G: *his* S O — *cotidie* A P G — *siciebas* P; om. G — 3. *de celo* P -- *quos privatos esse dicebas* P in marg. habet addita manu secunda, sed vetere. Cf. adn. in Nov. Mus. Rhen. IX, p. 341. — *e quibus hos praetestatos* (sic) - - *adulescentem consecutum* habet A — 4. *sedentis* A P G — *aedilitiam* P, *aedilitia* G; om. A probantibus Madvigio p. 512 et Ravio Var. Lectt. I, p. 194. «Cum duo illi, Cn. Domitius et Q. Ancharius, fuerint praetores, acerbissime hoc voc. usurpatum videtur hoc significatu: duo illi cum iam praetores facti sint, tu ne aedilis quidem fieri potuisti. Praeterea in *λήμμασι* scholiastae saepe omittuntur ea vocabula, quae sine sensus detrimento abesse possunt, interdum etiam necessaria. Sic § 36 apud Schol. est: *in duobus prodigiis Clodius*, om. *rei publ.* ante *Clodius.*» Orelli (2). Contra Manutio *togam* suspectum erat. (*tu aedil. - - vendidisti* Lamb.; at v. Garat. ad h. l.) — 5. *scis* A: *scies* P G — *adque* A — *adflicto* A P — 6. *hominem*] *neminem* A — *adulescentem* A P — 7. *e quibus* P G: *ex quibus* S O — 8. *habuerunt* edd.: *habuerant* codd. noti; at v. Madvig. p. 513 not. — 9. *in eis* scripsi: *inteis* P G; *in his* O — 10. *dirumperis* Lamb.: *dirrumperis* P; *disrumperis* G O — 11. *aedilitium* P G — *nunquis* P — 13. *quod* Goveanus: *cum* codd. — *conlegae* P (*tui collegae novem* L) — 14. *dixerint* G — *caeno* P G: *coeno* O — 15. *rebus* om. G — *inridendum* P — *putaris* Wesenbergius in *Observv. ad Sestianam* p. 46 coll. § 14: *quae te tanta pravitas mentis tenuerit, ut - - auspicia contempseris* cet.; at v. §§ 24 in. 26. 32. 40. — 18. *esset - - in re publ.* om. G — 19. *tribunitios* P — 21. *post sedentibus* P: *p̃sidentibus* G (*sedentibus - - proditoribus* habet A) — *duobus non* A P: *non duobus* G — 22. *auspitiis* P — 23. *ecquando* P: *haecquando* G — 24. *nunc quem* P — 25. *fuerunt* P G: *fuerint* O; cf. Madv. p. 513. — 26. *eliam* G — 27. *convocaret* S L; at v. § 15. de domo sua § 79. in Verr. III, § 185 cet. — *illud etiam* P G: *etiam illud* S. Cf. adn. meam in ed. Lips. p. 69.

risne, denique cogitaris — est enim res eius modi, ut, si tibi in mentem modo venit, nemo sit qui te ullo cruciatu esse indignum putet —, cogitarisne in illo tuo intolerabili non regno — nam cupis id audire —, sed latrocinio, augur fieri in Q. Metelli locum, ut, quicumque te adspexisset, duplicem dolorem gemitumque susciperet et ex desiderio clarissimi civis et ex honore turpissimi atque improbissimi? adeone non labefactatam rem publicam te tribuno neque conquassatam civitatem, sed captam hanc urbem atque perversam putaris, ut augurem Vatinium ferre possemus? 20. Hoc loco quaero, si, id quod concupieras, augur factus esses, in qua tua cogitatione nos, qui te oderamus, vix dolorem ferebamus, illi autem, quibus eras in deliciis, vix risum tenebant: sed quaero, si ad cetera vulnera, quibus rem publicam putasti deletum iri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses auguratus tui, utrum decreturus fueris id, quod augures omnes usque ab Romulo decreverunt, Iove fulgente cum populo agi nefas esse, an, quia tu semper sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus?

IX. 21. Ac ne diutius loquar de auguratu tuo, quod invitus facio ut recorder ruinas rei publicae; neque enim tu umquam stante non modo maiestate horum, sed etiam urbe te augurem fore putasti: — verum tamen, ut somnia tua relinquam, ad scelera veniam, volo uti mihi respondeas: cum M. Bibulum consulem, non dicam bene de re publica sentientem, ne tu mihi homo potens irascare, qui ab eo dissensisti, sed hominem certe nusquam progredientem, nihil in re publica molientem, tantum animo ab actionibus tuis dissentientem, cum eum tu consulem in vincula duceres et ab tabula Valeria collegae tui mitti iuberent, fecerisne ante rostra pontem continuatis tribunalibus, per quem consul populi Romani moderatissimus et constantissimus sublato auxilio, exclusis amicis, vi perditorum hominum incitata, turpissimo miserrimoque spectaculo non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem duceretur? 22. Quaero, num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit? ut sciamus, utrum veterum facinorum sis imitator an inventor novorum.

---

1. *cogitaris* Madvigius p. 513 delendum censet. — *in mentem modo* P G: *modo in mentem* O — 3. ante *in illo* in P duae tresve litterae erasae sunt; fort. *cogitarisne*, *inquam*, *in illo* cet. — 4. *Metelli locum* A (qui habet *augur -- locum*): *metellocum* P G — *aspexisset* P G — 5. *susciperet**et*ex* P — *clarissimi* P: *clarissimi et fortissimi* G O; *clar. ac fortissimi* Lamb. in marg. Alii codd. habent *fortissimi et clar.*, ut cod. Frising. saec. XV, a me in edit. Lips. 1845 adhibitus. — 7. *labefactatam* P: *labefactam* G — 8. *perversam* P: *eversam* G O; cf. ad § 23. — *putaris* P. Manutius: *putares* P G — *ferre putemus* G — 9. *hoc loquo* G — 11. *delitiis* P G — 12. *uolnera* P — *rem p. putasti* P G: *putasti rem p.* O — *deletum iri* Ernesti: *deleri* codd. et O; *posse deleri* susp. Lamb. Cf. ad p. 921, 26. — 13. *infixisses* G — 14. *ab* P G: *a* S O — 15. *auspitia* P— 17. *Ac ne*] ante Garatonium novum caput a vv. *verum tamen* v. 19 incipiebat; illum recte sensisse testatur codex P, in quo ut in initio maioris incisi *Ac* scriptum est. — *fatio* P — 21. *non dicam de re p. bene sentientem* (corr. ex *sentem*) G — 23. *in re p.* P; *re p.* G; *rei p.* alii codd. — 25. *vincula* P G: *vincla* S O — *et -- iuberent* habet A — *ab tabula* P: *adtabula* (corr. *ad stabula*) G; *a tabula* A (?) S O — *miti* P^1 — 26. *iuuerent* P — 27. *consul -- incitata* habet A — *cos. P. R.* P — *et constant.* om. A — 28. *ui* A: *ut* P G — *hominum* om. A — *incitata* P^1: *incitatu* G P^2 (*congesta*, quod ex scholiasta ut varia lectio afferebatur et a Ravio in *Var. Lectt.* I, p. 194 lectioni *incitata* adeo praelatum est, non lemmatis partem esse Orelli (2) acute vidit.) — 29. *supplitium* P G — 30. *qui id* G corr. ex *quid*.

Idemque tu cum his atque huius modi consiliis ac facinoribus nomine C. Caesaris, clementissimi atque optimi viri, scelere vero atque audacia tua, M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnibus expulisses, inclusum domi contineres, cumque non maiestate imperii, non iure legum, sed ianuae praesidio et parietum custodiis consulis vita tegeretur: miserisne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret, ut, quod in privatis semper est servatum, id te tribuno pl. consuli domus exsilium esse non posset? 23. Simulque mihi respondeto tu, qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas, fuerisne non tribunus pl., sed intolerandus ex caeno nescio qui atque ex tenebris tyrannus? qui primum eam rem publicam, quae auspiciis inventis constituta est, isdem auspiciis sublatis conarere pervertere, deinde sanctissimas leges, Aeliam et Fufiam dico, quae in Gracchorum ferocitate et in audacia Saturnini et in colluvione Drusi et in contentione Sulpicii et in cruore Cinnano, etiam inter Sullana arma vixerunt, solus conculcaris ac pro nihilo putaris; qui consulem morti obieceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis; qui in eo magistratu non *modo* emerseris ex mendicitate, sed etiam divitiis nos iam tuis terreas: X. 24. fuerisne tanta crudelitate, ut delectos viros et principes civitatis tollere et delere tua rogatione conarere, cum L. Vettium, qui in senatu confessus esset se cum telo fuisse, mortem Cn. Pompeio, summo et clarissimo civi, suis manibus offerre voluisse, in contionem produxeris, indicem in rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco collocaris, quo auctoritatis exquirendae causa ceteri tribuni pl. principes civitatis producere consuerunt, ibi tu indicem Vettium linguam et vocem suam sceleri et menti tuae praebere voluisti —: dixeritne L. Vettius in

---

1. *facineribus* P, sed paulo ante *facinorum*. — 2. *G.* P — *audatia* P — 3. ante *omnibus* in G duae litterae erasae sunt, *ex* ut videtur. — 4. *maiestatem* P; *maiestate** G — 5. *consulis**uita* P — 6. *domo* G^2: *domum* P G^1 — 7. *id* cum Garatonio et Schuetzio Madvigius p. 514 delendum censet; at v. adn. in ed. mea Lips. p. 76. — *consuli* A: *consili* P; *consulis* G — *exilium* A P G — 8. *qui* ante *de* P sup. lin. m. 2: G habet post *salute*; fort. *nos de comm. salute consentientis.* — 10. *caeno* G^2: *ceno* P G^1; *coeno* O — *nestio qui* P; *nescio quo* L — 11. *primum* S: *primam* P G — *rem p.* P G: *rem* A (qui habet *eam rem quae auspiciis constituta est*), quod perperam defendit Heinrichius ad *Cic. de Rep.* p. 157. — *auspitiis* P G — *isdem* P G: *iisdem* S O — 12. *pervertere* P: *evertere* G — *craccorum* P cum *h* sup. lin. — 13. *audatia* P — *coluuione* P — 14. *sulpici* P; *supici* G corr. in *sulpitii.* — *etiam* - - *vixerunt* habet A — *sullana* P G^1: *syllana* A G^2 (*arma Sullana* Lamb.) — 15. *ac*] *et ac* P, sed *et* pr. m. deletum. — *nihiloptaris* P (corr. *nihilo putaris*); *nihilo optaris* G — *mortem* P^1 — 16. *opsederis* P — 17. *non modo* edd.: *modo* om. P G, quod probavit C. F. Hermannus in ed. mea Lips. p. 78 et in novo Museo Rhenano IV, p. 447; sed in locis quos attulit aut sequitur *sed* (non *sed etiam*, ut § 19, add. § 26) aut re diversi sunt, ut de Orat. I, § 122: *Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non obesset* (sic etiam cod. vetus Erlang.) *eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.* — 18. *fuerisne*] in edd. novum caput incipit a verbis *cum L. Vettium* v. 19; verborum distinctionem correxit Madvigius p. 515. — *fuerisne* - - *conarere* habet A — *delectos* P corr. ex *delictos*; *dilectos* Lamb. — *et* om. A — 19. *civitatis* om. G — *tollere et* om. A — *conarere* A: *conareris* P G — *Vettium* P: *uectium* G. Cf. Ritschelii *Parergon Plautin.* cet. Vol. I, p. 36. — 20. *mortem* P: om. G O. Hinc in aliquot codd. deterioribus (item in O) *necem* ante *offerre* adiectum est. Cf. Madv. p. 514. — *.C. N. ponpeio* P — 21. *voluisset* G — *contionem* P G: *concionem* O — 22. *inaugurato* nescio quis apud Lamb.; at v. or. Phil. XIII, § 12. de Legg. II, 8, 21. — 23. *conlocaris* P; *collocans* G — 24. *uetoum* G^1 corr. in *uectium*, et sic deinceps plerumque *uectius* — 25. *menti* codd.: *dementiae* Gulielmius prob. Madvigio p. 516; *amentiae* Orelli (2); at v. adn. in ed. Lips. p. 80.

contione tua rogatus a te, sese auctores et impulsores et socios habuisse sceleris illius eos viros, quibus e civitate sublatis, quod tu eo tempore moliebare, civitas stare non posset? M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere volueras, consulatu ** patria privare cupiebas; L. Lucullum, cuius tu rebus gestis, quod ipse ad imperatorias laudes a puero videlicet spectaras, vehementius invidebas, C. Curionem, perpetuum hostem improborum omnium, auctorem publici consilii, in libertate communi tuenda maxime liberum, cum filio principe iuventutis cum re publica coniunctiore etiam, quam ab illa aetate postulandum fuit, delere voluisti; 25. L. Domitium, cuius dignitas et splendor praestringebat, credo, oculos † Vatinii, quem tu propter commune odium in bonos oderas, in posterum autem propter omnium spem, quae de illo est atque erat, ante aliquanto timebas, L. Lentulum, hunc iudicem nostrum, flaminem Martialem, quod erat eo tempore Gabinii tui competitor, eiusdem Vettii indicio opprimere voluisti: qui si tum illam labem pestemque vicisset, quod ei tuo scelere non licuit, res publica victa non esset. Huius etiam filium eodem indicio et crimine ad patris interitum aggregare voluisti. L. Paulum, qui tum quaestor Macedoniam obtinebat, quem civem! quem virum! qui duo nefarios patriae proditores, domesticos hostes, legibus exterminarat, hominem ad conservandam rem publicam natum, in idem Vettii indicium atque in eundem hunc numerum congregasti. 26. Quid ergo de me querar? qui etiam gratias tibi agere debeo, quod me ex fortissimorum civium numero seiungendum non putasti. XI. Sed qui fuit tuus ille tantus furor, ut, cum iam Vettius ad arbitrium tuum perorasset et civitatis lumina notasset descendissetque de rostris, eum repente revocares, colloquerere populo Romano vidente, deinde interrogares, ecquosnam alios posset nominare? Inculcarisne ut C. Pisonem, generum meum, nominaret, qui in summa copia optimorum adolescentium pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem? itemque M. Laterensem, hominem dies atque noctes de laude et de re publica cogitantem? promulgarisne, impurissime hostis, quaestionem de

1. *concione* G O — *sese* P G: *se* O — *inpulsores* P G — 4. *consulatu* P¹: *spoliaras consulatu* G O, in P *spoliaras* a m. 2. sup. lineam est. Falsum esse additamentum ex ipsa verborum collocatione apparet; videtur potius post *consulatu* participium, velut *exutum*, *deiectum* intercidisse. Cf. quae monui in novo Mus. Rhen. IX p. 340. — 6. *C. Cur.* -- *inproborum* habet A — 7. *inproborum* A P — *in libertate* ed. Iunt. et cod. Nuernbergeri: *in* om. P G O (est in P *consilii* in fine versus) — 9. *coniuntiore* P — *quam* S: *cum* P G — 10. *praestringebat* G: *perstringebat* P — 11. *uatini* P G; fortasse *oculos Vettii*; Iordanus in censura edit. meae Lips. coniecit: *oculos tuos*, *Vatini*, parum probabiliter; nam sequens *tu* (*quem tu* cet.) ostendit in sententia antecedente de alia persona sermonem fuisse. Cf. de loco etiam Madvig. p. 516, qui cum Ernestio *Vatini* delendum censet. — *tu* P G: *tum* O cum Lambino — 13. *ante aliquanto* P G: *tandem aliquando* susp. Ieep in Progr. a. 1851 p. 11. — 14. *Gabini* P G¹ — 15. *uetti* P corr. 1 m. ex *uenti*; *uetus* G¹, *uectii* G² — 18. *adgregare* P — *Paulum* P G: *Paullum* O — *optinebat* P (*obtinebat: at quem virum* coni. nescio quis; at v. Madv. p. 516 not.) — 19. *qui* -- *exterminarat* habet A — *duo* P G: *duos* A (?) S O — 20. *hostis* P G; *dom. hostes* om. A — 21. *uetti inditium* P — 22. *aggregasti* L — *ergo* P G: *ego* S — 23. *putasti* P G: *putas* S et dett.; *putaris* O; cf. Madvig. p. 517. — 24. *tuus ille* P G: *ille tuus* O et edd. vett. — 26. *cumloquerere* P — 27. *rogares* G — *ecquosnam* G corr. ex *haecquosnam*, ut videtur. — *nominaret inconculcarisne* G — 29. *adulescentium* P G — 30. *ac noctes* L — 31. *inpurissime* P: *impurissime et perditissime* G O.

tot amplissimis et talibus viris, indicium Vettio, praemia amplissima? quibus rebus omnium mortalium non voluntate sed convicio repudiatis, fregerisne in carcere cervices ipsi illi Vettio, ne quod indicium corrupti indicii exstaret eiusque sceleris in te ipsum quaestio flagitaretur?

27. Et quoniam crebro usurpas legem te de alternis consiliis reiiciendis tulisse, ut omnes intelligant te ne recte quidem facere sine scelere potuisse, quaero, cum lex esset aequa promulgata initio magistratus, multas iam alias tulisses, exspectarisne, dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum Clodianum? et posteaquam ille est reus factus, statim tuleris in eum «qui tuam post legem reus factus esset,» ut homo consularis exclusus miser puncto temporis spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae? 28. Dices familiaritatem tibi fuisse cum Q. Maximo. Praeclara defensio facinoris tui. Nam Maximi quidem summa laus est, sumptis inimicitiis, suscepta causa, quaesitore consilioque delecto reo commodum reiectionis dare noluisse. Nihil Maximus fecit alienum aut sua virtute aut illis clarissimis Paulis, Maximis, Africanis, quorum gloriam huius virtute renovatam non modo speramus, verum etiam iam videmus. Tua fraus, tuum maleficium, tuum scelus illud est, te id, quod promulgasses misericordiae nomine, ad crudelitatis tempus distulisse. Ac nunc quidem C. Antonius hac una re miseriam suam consolatur, quod imagines patris et fratris sui fratrisque filiam non in familia, sed in carcere collocatam audire maluit quam videre.

XII. 29. Et quoniam pecunias aliorum despicis, de tuis divitiis intolerantissime gloriaris, volo uti mihi respondeas, fecerisne foedera tribunus pl. cum civitatibus, cum regibus, cum tetrarchis? erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus? eripuerisne partes illo tempore carissimas partim a Caesare, partim a publicanis? Quae cum ita sint, quaero ex te, sisne ex pauperrimo dives factus illo ipso anno, quo lex lata est de pecuniis repetundis acerrima: ut omnes intelligere possent a te non modo nostra acta, quos tyrannos vocas, sed etiam amicissimi tui legem esse contemptam: apud quem tu etiam nos criminari soles, qui illi sumus amicissimi, cum tu ei contumeliosissime totiens maledicas, quotiens te illi affinem esse dicis.

---

1. *amplissimis* delevit Lamb. in marg. ed. 1581. — *inditium* P G; *indici* O cum ed. Iunt. Cf. Madvig. p. 517 sq. — *amplissuma* P — 2. *conuitio* P G. Cf. Fleckeisenum in *Nov. Mus. Rhen.* VIII, p. 232. — 4. *indici extaret* P G — 5. *te de*] *caede* G — 6. *intellegant* P — 7. *esset a te tua prom.* Lambinus. — 8. *multas iam* P G²: *multas sed iam* G¹; *multas etiam* S O; v. Madv. p. 518. — *expectarisne* G — *dum* edd.: *cum* codd. noti. — 10. *eum*] *eam* P pr. m. — 11. *benefitio* P — 12. *Q.*] *q**** P — 14. *delecto reo commodum reiectionis* scripsi: *delecto ** cõmodiore iectionis* P¹; in margine ante *iectionis* m. 2. recentiore adiectum est: *inimico suo contionẽ re*; *delecto commodiore inimico suo conditione* (*e* corr. in *ẽ*) *relectionis* (*l* corr. in *i*) G; *delecto, commodiorem inimico suo conditionem reiectionis* O. Cf. quae de loco in Novo Mus. Rhen. l. c. p. 341 sq. fusius exposui. — 15. *Maximus* P G: *Q. Maximus* O ex lectione codd. dett. (etiam S) *nihilque*; at v. Madv. p. 518. — 16. *illis* G: *illius* P; *illis viris* edd. ex lectione interpolata codd. dett. — *Paullis* O — *maxumis* P — *affricanis* G — 17. *iam* om. G — 18. *malefitium* P — 19. *nomen* G — 20. *hanc* (litt. *n* exp.) P — 22. *collocatam* P G (sed P *conl.*): *collocatas* O cum ed. Ald.; at v. Madv. p. 519. — *quam* P corr. ex *quaut* — 25. *cum*] *xu* G — *tethrarchis* G — 26. *partis* P G — 28. *illo - - repetundis* habet A — *quo* A G: *quod* P — 29. *pecunis* P — *intellegere* P G — 31. *solet* P¹ — 32. *cui totiens maledicas - - dicis* habet A — *ei* G²: *et* P G¹ — *totiens* A P G: *toties* O — *quotiens* A P: *quoties* G O — 33. *adfinem* A P.

30. Atque etiam illud scire ex te cupio, quo consilio aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arrii, familiaris mei, cum toga pulla accumberes? quem umquam videris? quem audieris? quo exemplo, quo more feceris? Dices supplicationes te illas non probasse. Optime: nullae fuerint supplicationes. Videsne me nihil de anni illius causa, nihil de eo, quod tibi commune cum summis viris esse videatur, sed de tuis propriis sceleribus ex te quaerere? Nulla supplicatio fuerit. Cedo, quis umquam cenarit atratus? ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulae quidem ipsae dignitatis. XIII. 31. Sed omitto epulum populi Romani, festum diem, argento, veste, omni apparatu ornatuque visendo: quis umquam in luctu domestico, quis in funere familiari cenavit cum toga pulla? cui de balineis exeunti praeter te toga pulla umquam data est? Cum tot hominum milia accumberent, cum ipse epuli dominus, Q. Arrius, albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fibulo atrato ceterisque tuis furiis funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit rei publicae casum? qui sermo alius in illo epulo fuit nisi hanc tantam et tam gravem civitatem subiectam esse non modo furori, verum etiam irrisioni tuae? 32. Hunc tu morem ignorabas? numquam epulum videras? numquam puer aut adolescens inter cocos fueras? Fausti, adolescentis nobilissimi, paulo ante ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras? Quem accumbere atratum videras? dominum cum toga pulla et eius amicos ante convivium? Quae tanta te tenuit amentia, ut, nisi id fecisses, quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen epuli, oculos civium, morem veterem, eius qui te invitarat auctoritatem, parum putares testificatum esse, supplicationes te illas non putare?

XIV. 33. Quaero etiam illud ex te, quod privatus admisisti — in quo certe iam tibi dicere non licebit cum clarissimi viri causa tuam esse coniunctam —: postulatusne sis lege Licinia et Iunia? edixeritne C. Memmius praetor ex ea lege, ut adesses die tricesimo? cum is dies venisset,

---

1. *etiam illud* P G: *illud etiam* O — 2. *ut in -- accumberes* habet A — *arri* P G¹ — 4. *illas* P corr.; **las* P¹ — *optume* P — 4. *fuerint* edd.: *fuerunt* codd. noti. — 6. *cum summis viris cummune* G — 8. *cenarit* P G: *coenarit* O — *atractus* G corr. in *attractus* — *est*] *ẽẽ* = *esse* G (pro *ẽ*) — 11. *unquam* h. l. P, sed statim *numquam.* — *coenavit* O — 12. *balineis* P G: *balneis* O P² — *exeunti* P corr. 2 manu ex *exienti.* — 13. *millia* P O, sed in P altera *l* pr. m. deleta est. — 14. *ablatus* G — *Fibulo* P: *Fidulo* G O; *Figulo* Anonymus apud Lamb.; *Fidulio* Gulielmius. — 16. *qui sermo* P G, ut Garatoni coniecit: *quis sermo* S — 18. *inrisioni* P — 19. *adulescens* P — *cocos* P G: *coquos* O. Cf. C. L. Schneider *Elementarlehre der lat. Sprache* p. 336. — 20. *paul*o* P — 21. *expleras* edd.: *expiares* (per transpositionem ex *expieras*) P¹ G; *expiaras* P²; cf. var. lect. ad or. de Prov. consul. § 2 et v. adn. in ed. mea Lips. p. 100 sq. — 22. vv. *dominum -- ante convivium* Madvigio p. 520 et Orellio (2) delenda videntur. Cf. varias de loco difficili doctorum sententias in ed. mea Lips. p. 101 sq. — *tanta te* Baiterus: *te* om. P G; *te tanta* O — 23. *amen*ta* P¹ — *ut nisi* P: *ut tamen* G, *nisi* m. 2 adiecto; *ut tu nisi* O ex lect. codd. dett. *ut tum (tamen) nisi.* — 25. *auctoritate purum* G — *te testificatum* Lamb. in marg.; at v. ep. ad Att. I, 17, 7 et fragm. Santrae apud Festum p. 173 ed. Muell. — 26. *non probare* Lamb. in marg. cum Car. Stephano; at v. p. Sest. § 135. de Prov. cons. § 37, in Pis. § 37. — 27. *etiam illud* P: *illud etiam* G O — 28. *cum clarissimi viri causa* Madvigius p. 521: *cum clarissimi viri causam* P¹; *cum clarissimis viris causam* P corr. m. 2, G O — 29. *sis**lege* P — *C.* om. G; in P est .*c.* supra rasuram. — 30. *tricensimo* P¹ — *his dies* G.

fecerisne, quod in hac re publica non modo factum antea numquam, sed in omni memoria est omnino inauditum? appellarisne tribunos pl., ne causam diceres? levius dixi, quamquam id ipsum esset et novum et non ferendum: sed appellarisne nominatim pestem illius anni, furiam patriae, tempestatem rei publicae, Clodium? qui tamen cum iure, cum more, cum potestate iudicium impedire non posset, rediit ad illam vim et furorem suum ducemque se militibus tuis praebuit. In quo, ne quid a me dictum in te potius putes quam abs te esse quaesitum, nullum onus imponam mihi testimonii: quae mihi brevi tempore ex eodem isto loco video esse dicenda, servabo teque non arguam, sed, ut in ceteris rebus feci, rogabo. 34. Quaero ex te, Vatini, num quis in hac civitate post urbem conditam tribunos pl. appellarit, ne causam diceret? num quis reus in tribunal sui quaesitoris escenderit eumque vi deturbarit? subsellia dissiparit? urnas deiecerit? eas denique omnes res in iudicio disturbando commiserit, quarum rerum causa iudicia sunt constituta? sciasne tum fugisse Memmium? accusatores esse tuos de tuis tuorumque manibus ereptos? iudices quaestionum de proximis tribunalibus esse depulsos? in foro, luce, inspectante populo Romano quaestionem, magistratus, morem maiorum, leges, iudices, reum, poenam esse sublatam? haec omnia sciasne diligentia C. Memmii publicis tabulis esse notata atque testata? Atque illud etiam quaero, cum, posteaquam es postulatus, ex legatione redieris, ne quis te iudicia defugere arbitraretur, teque, cum tibi utrum velles liceret, dictitaris causam dicere maluisse: qui consentaneum fuerit, cum legationis perfugio uti noluisses, appellatione improbissima te ad auxilium nefarium confugisse?

XV. 35. Et quoniam legationis tuae facta mentio est, volo audire de te, quo tandem senatus consulto legatus sis? De gestu intelligo quid respondeas: tua lege, dicis. Esne igitur patriae certissimus parricida? spectarasne id, ut patres conscripti ex re publica funditus tollerentur? ne hoc quidem senatui relinquebas, quod nemo umquam ademit, ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur? adeone tibi sordidum consilium publicum visum est, adeo afflictus senatus, adeo misera et pro-

---

1. *antea* GP (sed P *antea**): *ante* O — *numquam sed* Garatoni et Madvigius p. 522: *numquam est sed* P G O (sed habet P ē in fine versus in loco eraso, qui amplius unam litteram habuerat; *sed* in sequenti versu extra lineam scriptum est). — 2. *memoria est* Lambinus: *memoria sit* (ex *memoriast*) codd. et O. Cf. Wesenb. *Observv. ad Sestianam* p. 45. — *appellarisne - - diceres* habet A — 3. *diceres* corr. m. 2. in *diceret* G — *nouom* P — 6. *cum tempestate iuditium* P — 7. *ne quit**** P; sup. rasuram *a me* m. 2 scriptum est. — 8. *aps te* P — 9. *inponam* P — *testimonii .q̃. mihi* in P sup. lin. est a m. 2 recentiore — 12. *appellaret* G — *num - - deiecerit* habet A — 13. *quit* A — *quaestoris* A — *escenderit* Ang. Maius: *exciderit* A; *ascenderit* P G. Cf. Rutilii Lup. I, § 13, ubi codd. pro *escenderit* habent *excederit* — *vide turbarit* G — 14. *subsella* P; *subelia* A — *dissuparit* A P — *deiecerit* A, ut Hotomanus coniecerat: *delegerit* P G — *omnis* P G — 15. *causam* P — 16. *accusatorem* P G — 17. *iud* superscr. *es* G (hinc in cod. Erfurt. *uides*) — 18. *quaestionum* G — 19. *more* G — *iudices in reum* G — 20. *memmi* P — 21. *cum* Aldus Nepos: *quod* codd. (ex *quom*) — 22. *ne quis*] *neque* cod. Erf., quod *ne quei* Hauptio in *Observv. critt.* p. 42 videtur fuisse. — *arbitraretur* edd.: *arbitretur* P G; de qua lectione v. adn. in ed. mea Lips. p. 108. — 23. *velles utrum* G — *licere* P G — 25. *improbis sum*,*a* P — 26. *volo* P G: *volo etiam* S O; cf. Madv. p. 523. — 27. *S. C.* P — *intellego* P G — 29. *spectarasne* S et Pal. 2: *spectarisne* P G — *.P. C.* P — 30. *ut legati - - legarentur* habet A — 31. *legerentur* Lamb. coni. — 32. *adflictus* P.

strata res publica, ut non nuntios pacis ac belli, non oratores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris provincialis senatus more maiorum deligere posset? 36. Eripueras senatui provinciae decernendae potestatem, imperatoris deligendi iudicium, aerarii dispensationem, quae numquam populus ab summi consilii gubernatione auferre conatus est. Age, factum est horum aliquid in aliis; raro, sed tamen factum est, ut populus deligeret imperatorem: quis legatos umquam audivit sine senatus consulto? Ante te nemo; post continuo fecit idem in duobus prodigiis rei publicae Clodius: quo etiam maiore es malo mactandus, quod non solum facto tuo, sed etiam exemplo rem publicam vulnerasti, neque tantum ipse es improbus, sed etiam alios docere voluisti. Ob hasce omnes res sciasne te severissimorum hominum, Sabinorum, fortissimorum virorum, Marsorum et Paelignorum tribulium tuorum, iudicio notatum, nec post Romam conditam praeter te tribulem quemquam tribum Sergiam perdidisse?

37. Atque illud etiam audire de te cupio, quare, cum ego legem de ambitu tulerim ex senatus consulto, tulerim sine vi, tulerim salvis auspiciis, tulerim salva lege Aelia et Fufia, tu eam esse legem non putes, praesertim cum ego legibus tuis, quoquo modo latae sunt, paream: cum mea lex dilucide vetet «biennio quo quis petat petiturusve sit gladiatores dare, nisi ex testamento praestituta die»: quae tanta in te sit amentia, ut in ipsa petitione gladiatores audeas dare? num quem putes illius tui certissimi gladiatoris similem tribunum pl. posse reperiri, qui se interponat quo minus reus mea lege fias? XVI. 38. Ac si haec omnia contemnis ac despicis, quod ita tibi persuaseris, ut palam dictitas, te dis hominibusque invitis amore in te incredibili quodam C. Caesaris omnia quae velis consecuturum: ecquid audieris, ecquisnam tibi dixerit C. Caesarem nuper Aquileiae, cum de quibusdam esset mentio facta, dixisse C. Al-

---

1. *ut non -- interpretes* habet A — *oratores* A, ut Gulielmius voluerat: *curatores* P G O — 2. *ministri* G[1] — *prouintialis* P — 3. *maiorem* P[1] — *diligere* P; hinc Lamb. *dilegere* — *posset* edd.: *possit* codd. noti, fort. recte, si statuas tempore praesenti acerbe significari, tristem illam senatus conditionem Vatinio etiam nunc videri manere. — *prouintiae* P — 4. *aerari* P[1] — 5. *quae n. populus ab summi consilii gubernatione auferre conatus est* scripsi: *quae nunquam aut summi consili* (*consilii* corr.) *gubernationē auferre conatus est* P, sed post *nunquam* m. 2. recentiore superscriptum est: *sibi p r appetiuit qui numquam*; *quae numquam sibi populus R. appetivit qui numquam aut summi consilii gubernationem aut ferre conatus est* G; *quae nunquam sibi pop. R. appetivit*, * *qui nunquam a re publ. summi consilii gubernationem auf. con. est* O (*qui numquam, ut tu, summi consilii gub. auf. con. est* Orelli 2, quod recepit Klotzius.) Reliquorum hominum eruditorum tentamina v. in ed. mea Lips. p. 111. — 8. *sine .S. C.* P — *post idem fecit in duobus prodigiis Clodius* habet A — 10. *quo* G[1], *quod* G[2] — 11. *ipse es improbus* P G: *es impr. ipse* codd. dett. et O; cf. Madv. p. 523. — 12. *Ob hasce res -- Sergiam perdidisse* om. in codd. dett. Primum inveniuntur in ed. Crat. 1528, sed post *lege fias* v. 24 collocata. Verum ordinem ex codd. primus Lamb. restituit. — *omnis* P G — 13. *Pelignorum* G O; cf. p. 999. — 15. *quemquam*] *quem* P G — 16. *etiam illud* cod. Lamb. — *audire de te* Orelli (2): *de te audire* cod. Fris. a me collatus; *audire te* P G[1]; *aud. ex te* G corr. m. 2, ut Lamb. et Madvig. coniecerunt; *aud. ate* O — 17. *ex .S. C.* P — *saluis* edd.: *salutis* P G — 18. *auspicis* P — *tulerim salua* P G: *tulerim* om. O errore, v. Madv. p. 524. — *legem esse* G — 19. *latae sint* S L — 22. *num* G[2]: *nunc* P G[1] — 23. *posse reperiri* edd.: *esse reperiri* codd.; fort. *reperiri* (om. *esse*) — 24. *fias* Lambinus: *fiat* P G — *contempnis* P G — 25. *dis* P G: *diis* O — 26. *G.* P G — *quaetiielis* G corr. in *quae petieris* — 27. *ecquid* P: *Haec qui* G — *haecquisnam uel* (per comp.) *dixerit* G — *C. Caesarem -- tulisse* habet A — 28. *nuper* om. A.

fium praeteritum permoleste tulisse, quod in homine summam fidem probitatemque cognosset, graviterque etiam se ferre praetorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset? tum quaesisse quendam, de Vatinio quem ad modum ferret; ipsum respondisse, Vatinium in tribunatu gratis nihil fecisse; qui omnia in pecunia posuisset, honore animo aequo carere debere. 39. Quod si ipse, qui te suae dignitatis augendae causa periculo tuo, nullo suo delicto, ferri praecipitem est facile passus, tamen te omni honore indignissimum iudicat; si te vicini, si affines, si tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint; si nemo adspicit quin ingemiscat, nemo mentionem facit quin exsecretur; si vitant, fugiunt, audire de te nolunt, cum viderunt, tamquam auspicium malum detestantur; si cognati respuunt, tribules exsecrantur, vicini metuunt, affines erubescunt, strumae denique ab ore improbo demigrarunt et aliis iam se locis collocarunt; si es odium publicum populi, senatus, universorum hominum rusticanorum: quid est quam ob rem praeturam potius exoptes quam mortem? praesertim cum popularem te velis esse neque ulla re populo gratius facere possis.

40. Sed ut aliquando audiamus, quam copiose mihi ad rogata respondeas, concludam iam interrogationem meam teque in extremo pauca de ipsa causa rogabo. XVII. Quaero, quae tanta in te vanitas, tanta levitas fuerit, ut in hoc iudicio T. Annium isdem verbis laudares, quibus eum verbis laudare et boni viri et boni cives consuerunt, cum in eundem nuper ab eadem illa taeterrima furia productus ad populum cupidissime falsum testimonium dixeris? An erit haec optio et potestas tua, ut, cum Clodianas operas et facinorosorum hominum et perditorum manum videris, Milonem dicas, id quod in contione dixisti, gladiatoribus et bestiariis obsedisse rem publicam, cum autem ad tales viros veneris, non audeas civem singulari virtute, fide, constantia vituperare? 41. Sed, cum T. Annium tanto opere laudes et clarissimo viro non nullam laudatione tua labeculam adspergas — in illorum enim numero mavult T. Annius esse, qui a te vituperantur —: verum tamen quaero, cum in re publica administranda T. Annio cum P. Sestio consiliorum omnium societas fuerit — id quod non solum bonorum, verum etiam improborum iudicio declaratum est; est enim reus uterque ob eandem causam et eodem crimine: alter die dicta ab eo, quem tu unum improbiorem esse

---

1. *hominem* G — 2. *cognoscet* G^1, *cognosceret* G^2 — *graviterque* -- *dissensisset* habet A et deinde *illum* (sic) *respondisse* -- *fecisse* — 5. *in pecunia posset* G — 8 et 13. *adfines* P — 10. *aspicit* P G — *qui non* G — *ingemescat* P^1 — *qui non execretur* G — 11. *de* om. Lamb. — *tanquam* h. l. P — 12. *execrantur* G — 13. *metunt* P^1 — *strumae* habent P G — 14. *conlocarunt* P — *sie***s* P — 15. *hominem* P^1 — *quid es*? P — 17. *ulla re* P G: *ulla in re* O; v. Madv. p. 523. — 18. *mihi* in G sup. lin. — *roga* P^1 — 19. *teque****in* P — 20. *rogabo* in P m. 2 recentiore suppletum est: vide ne *interrogabo* post *teque* interciderit. — 21. *isdem* G: **isdem* P; *iisdem* O — 22. *eum verbis* P G: *verbis eum* L O cum ed. Naug. — 23. *ab illa* (om. *eadem*) -- *productus* habet A — *taeterrima* A P: *teterrima* G O — *furia*] *filia* A — 25. *et* P corr. ex *set* — *facinerosorum* P — 27. *bestiaris* P^1 — *opsidisse* P corr. in *opsedisse* — 29. *tanto opere*] sic P G, sed in G altera *o* punctata est. — 31. *uituperatur* P^1 — *verum tamen quaero* Lambinus: *uerum etiamenquaero* P^1; *verum etiam inquero* G^1 P^2, sed hic *inquaero*; *verum etiam inquiro* G^2 — *cum* -- *fuerit* habet A — *in* om. A — 32. *tito* A — *omnium* om. A — 33. *fuit* G — *inproborum* P — 34. *uterque reus* G.

quam te non numquam soles confiteri, alter tuis consiliis, illo tamen adiuvante —: quaero, qui possis eos, quos crimine coniungis, testimonio diiungere. Extremum illud est, quod mihi abs te responderi velim: cum multa in Albinovanum de praevaricatione diceres, dixerisne nec tibi placuisse nec oportuisse Sestium de vi reum fieri? quavis lege, quovis crimine accusandum potius fuisse? etiam illud dixeris, causam Milonis, fortissimi viri, coniunctam cum hoc existimari? quae pro me a Sestio facta sint, bonis esse grata? Non coarguo inconstantiam orationis ac testimonii tui: quas enim huius actiones probatas bonis esse dicis, in eas plurimis verbis testimonium dixisti; quicum autem eius causam periculumque coniungis, eum summis laudibus extulisti: — sed hoc quaero, num P. Sestium, qua lege accusandum omnino fuisse negas, ea lege condemnari putes oportere? aut, si te in testimonio consuli noles, ne quid tibi auctoritatis a me tributum esse videatur, dixerisne in eum testimonium de vi, quem negaveris reum omnino de vi fieri debuisse?

---

1. *nonnunquam* O cum Hervagio: *numquam* P G. Lectionem librorum sic defendit C. Fr. Hermannus: «*Numquam* legendum est cum codd.; verba enim *nonnumquam soles* inter se repugnant. Cum dicit Tullius *numquam soles*, hominis obstinatum animum significat, qui ipse improbissimus esse nec alteri improbitatis principatum concedere vult. Est igitur sensus argutae sententiae: Improbitate tua ita gaudere soles, ut, quamvis ille saltem te improbior sit, id ipsum tamen numquam confiteri velis.» At obstat huic interpretationi adiectum *unum (unum inprobiorem)*, ut bene animadvertit Klotzius in ed. Teubn. p. XI. — 3. *diiungere* P: *disiungere. Vel* G; *disiungere* O — *respondere* P — 4. *albinouanum* P corr. in *albinũuanum* — 6. *etiamne* Lamb. — 7. *cum hoc* P G: *cum huius* O cum ed. Crat. — 8. *rationis* G — 10. *plurimis* P G: *pluribus* O, nescio unde. — *autem eius* P: *hoc eius* G (in quo codice *hoc, huius* et *autem* compendia simillima habent, ut item cod., ex quo Erfurtensis descriptus est; cf. Wunderi *Var. Lectt.* p. XXXV); *autem huius* O cum Garatonio; at v. Madv. p. 524. — 11. *coniungis* edd.: *coniungas* P G — 13. *noles* P G: *nolis* Erf. — 14. *dixerisne - - debuisse* habet A — 15. *negaveris* A: *negaris* P G O; cf. ad or. p. Sest. § 61.

Additamentum ad § 36.

Scripturam *Paelignus*, quam p. 997, 13 restituendam putavimus pro ea quae vulgari solet *Pelignus*, habent titulus vetus in Inscr. Regni Neap. num. 5471, alius Inscr. Orell. n. 5466, apud Livium cod. Puteanus XXII, 9, 5 et XXV, 14, 13, Mediceus VII, 38, 1 (item Colbertinus) et IX, 41, 4, in Ovidii Amorum III, 15, 3 et 8 duo codd. primarii, Parisinus n. 8242 et n. 7311 (v. Merkelii Praef. I, p. XII), praeterea Iulii Paridis epitoma Valerii Maximi III, 2, 20. Addas Pauli Diaconi Excerpta p. 222 ed. Muell., ubi ex ipso ordine alphabetico apparet Festum non *Peligni*, sed *Paeligni* scripsisse. Eodem ducunt vestigia scripturae in scriptoribus Graecis, in quibus fere nomen aliqua ratione vitiatum invenitur. Nam in Diod. XX, 90 et 101 libri habent *Παληνίους* et *Παλληνούς*, in Plut. v. Aem. Paulli c. 20 *Παληνῶν*, in App. B. civ. I, 39 *Παγκλῖνοι*, in Memnonis Exc. c. 29 *Πιλιγνούς*. Apud Strabonem forma *Πέλιγνοι* exstare videtur p. 231. 238. 241. 242 ed. Casaub., sed p. 219 nomen corruptum est, et p. 241 codd. B C habent *Πάλιγνοι*.

M. TULLII CICERONIS

PRO M. CAELIO ORATIO

AD IUDICES.

RECOGNOVIT

CAROLUS HALMIUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

A = fragmentum palimpsesti Ambrosiani ab Ang. Maio collati.
T = fragmenta palimpsesti Taurinensis a Peyronio collati.
P = codex Parisinus 7794 a me collatus.
G = codex Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345, a Baitero collatus.
E = codex Erfurtensis a Wundero collatus.
S = codex Salisburgensis aulicus n. 34 (cod. Lat. Monac. 15734) a me collatus.
Col. = codex gymnasii catholici Coloniensis num. 70, qui excerpta ex compluribus scriptis Tullianis continet. Codicem ipse excussi.
C = codices nostri omnes.
L = ed. Lambiniana a. 1566.
O = ed. Orelliana prior a. 1826. Iterum Orellius orationem edidit Turici 1832. 8.

Madvigii emendationes insunt in Opusculorum academicorum ab ipso editorum Vol. I, pag. 375 sqq. Praeterea usi sumus libello scholastico a Wesenbergio Viburgi a. 1836 edito et sic inscripto: «*Kritiske Bemaerkninger til M. Tullius Ciceros Tale for M. Caelius.*»

In commentario critico integram dedimus lectionum discrepantiam ex ATPO, selectam reliquorum.

I. 1. Si quis, iudices, forte nunc adsit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis nostrae, miretur profecto, quae sit tanta atrocitas huiusce causae, quod diebus festis ludisque publicis, omnibus forensibus negotiis intermissis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto civitas stare non possit: idem cum audiat esse legem, quae de seditiosis consceleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, rem publicam oppugnarint, quotidie quaeri iubeat, legem non improbet, crimen, quod

---

Inscriptio orationis. *Incipit pro caelio* P; *M. Tullii Ciceronis oratio pro M. Celio incipit* G.

1. *assit* G — 2. *consuetudiñ* G: *consuetudinisque* L — 3. *forensibus negotiis* C: *negotiis for.* O — 6. *legem esse* E — *sceleratisque* L — 7. *magistratibus* om. P; cf. p. 886, 13. — 8. *obpugnarint* G — *cotidie* C.

versetur in iudicio, requirat: cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari, sed adolescentem illustri ingenio, industria, gratia accusari ab eius filio, quem ipse in iudicium et vocet et vocarit, oppugnari autem opibus meretriciis, illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet, vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. 2. Etenim si attendere diligenter, existimare vere de omni hac causa volueritis, sic constituetis, iudices, nec descensurum quemquam ad hanc accusationem fuisse, cui utrum vellet liceret, nec, cum descendisset, quidquam habiturum spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine et nimis acerbo odio niteretur. Sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis vel necessitatis vel aetatis. Si voluit accusare, pietati tribuo; si iussus est, necessitati; si speravit aliquid, pueritiae: ceteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum.

II. 3. Ac mihi quidem videtur, iudices, hic introitus defensionis adolescentiae M. Caelii maxime convenire, ut ad ea, quae accusatores deformandi huius causa, detrahendae spoliandaeque dignitatis gratia dixerunt, primum respondeam. Obiectus est pater varie, quod aut parum splendidus ipse aut parum pie tractatus a filio diceretur. De dignitate M. Caelius notis ac maioribus natu et sine mea oratione et tacitus facile ipse respondet: quibus autem propter senectutem, quod iam diu minus in foro nobiscumque versatur, non aeque est cognitus, hi sic habeant: quaecumque in equite Romano dignitas esse possit, quae certe potest esse maxima, eam semper in M. Caelio habitam esse summam hodieque haberi non solum a suis, sed etiam ab omnibus, quibus potuerit aliqua de causa esse notus. 4. Equitis Romani autem esse filium criminis loco poni ab accusatoribus neque his iudicantibus oportuit neque defendentibus nobis. Nam quod de pietate dixistis, est ista quidem vestra existimatio, sed iudicium certe parentis. Quid nos opinemur, audietis ex iuratis: quid parentes sentiant, lacrimae matris incredibilisque maeror, squalor patris et haec praesens maestitia, quam cernitis, luctusque declarat. 5. Nam quod est obiectum municipibus esse adolescentem non

---

2. *uim* P^2 G^2: *uiam* P^1 G^1 E — *adulescentem* P et sic fere semper. — *inlustri* P — 3. *ipsum* G — 4. *illius* Muretus (ad or. Catil. II, c. 6.) et Lambinus: *Atratini illius* C; [*Atratini*] *illius* O — 6. *ociosis* et deinde *ocio* P — *licet* E G — 7. *adtendere* P — *et existimare* cod. (?) Lallemandi. — *cusa* P^1 — 9. *cui - - spei fuisse* om. G — *discendisset* P^1 — *quicquam* P — 10. *nisi* P^2: *etsi* P^1 — *lubidine* P — 11. *humanissumo atque optumo* P — 15. *est* om. E — 17. *caeli* P — *quae* om. P — 18. *deformandae huius causae* Cobet; *deformandi huius causa et* Bakius. — 19. *pater* om. G — *uariae* P^1 — *pa*rum* P — 20. *splendidus - - parum* om. G — *de* om. P^1 — 21. *M.* Lambinus: om. C — *et sine mea oratione et tacitus* C: *etiam sine mea oratione tacitus* L O — 23. *nobiscumque* C: *nobiscum* L O. Cf. Madv. p. 390. — *aequae* P^1 (prior *ae* est in rasura maiore quam duarum litterarum) — 25. *maxuma* P — *summa** P^1; *summamque* P^2 E G — *hodieque* P^1 E G; *hodie* P^2 (*summam summamque hodie* Lamb.) Cf. Madv. p. 390. — 27. *Equitis - - iudicantibus* affert Rufinianus de fig. sent. § 12, eademque verba usque ad *defend. nobis* Quintilianus XI, 1, 29. — *autem Romani* L cum Quintil. — 28. *his* Rufin. et C: *uobis* aliquot codd. Quintil. — *criminis** loco* P, syllaba *is* in ras. scripta, fort. ex *criminis in loco* — 29. *est ista quidem uestra* nos: *est quidem ista nostra* C et edd., sed L *ista quidem.* Discernuntur iudicia trium diversarum partium: existimatio adversariorum, iudicium parentium, opinio patronorum.

probatum suis, nemini umquam praesenti † praetoriani maiores honores habuerunt, quam absenti M. Caelio; quem et absentem in amplissimum ordinem cooptarunt et ea non petenti detulerunt, quae multis petentibus denegarunt: îdemque nunc lectissimos viros et nostri ordinis et equites Romanos cum legatione ad hoc iudicium et cum gravissima atque ornatissima laudatione miserunt. Videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt, si nituntur iudicio suorum. Neque enim vobis satis commendata huius aetas esse posset, si non modo parenti, tali viro, verum etiam municipio tam illustri ac tam gravi displiceret. III. 6. Equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, et meus hic forensis labor vitaeque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum.

Nam quod obiectum est de pudicitia quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id numquam tam acerbe feret M. Caelius, ut eum paeniteat non deformem esse natum; sunt enim ista maledicta pervulgata in omnes, quorum in adolescentia forma et species fuit liberalis. Sed aliud est male dicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam: quae si petulantius iactatur, convicium, si facetius, urbanitas nominatur. 7. Quam quidem partem accusationis admiratus sum et moleste tuli potissimum esse Atratino datam; neque enim decebat neque aetas illa postulabat neque, id quod animadvertere poteratis, pudor patiebatur optimi adolescentis in tali illum oratione versari. Vellem aliqui ex vobis robustioribus hunc male dicendi locum suscepisset: aliquanto liberius et fortius et magis more nostro refutaremus istam male dicendi licentiam. Tecum, Atratine, agam lenius, quod et pudor tuus moderatur orationi meae et meum erga te parentemque tuum beneficium tueri debeo. 8. Illud tamen te esse admonitum volo: primum qualis es, talem te ** existiment; ut, quantum a rerum turpitudine abes, tantum te a verborum libertate seiungas: deinde, ut ea in alterum ne dicas, quae cum tibi falso responsa sint, erubescas. Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti aetati [atque etiam isti dignitati] non possit quam velit petulanter, etiam si sine ulla suspicione, at non sine argumento male dicere? Sed istarum partium culpa est eorum, qui te agere

---

1. *praesenti* om. G — *praetoriani* C (sed in P *tori* m. 2 in rasura scriptum est): *Puteolani* edd., de qua interpolatione v. Madv. p. 244 not. 2 et 391 not. 1. — *habuerunt honores* E G — 4. *idemque* P: *iidemque* G O — *equitis .R.* P G; fort. *equitum Romanorum* — 5. *grauissima atque ordinatissima* P — 6. *iecisse* P, sed *iec* in ras.; videtur *egisse* fuisse. — 7. *nitantur* L — 9. *inlustri* P — 10. *Et quidem* G — *reuortar* P — 11. *et omnis hinc* E — *torrensis* P¹, ut videtur. — 14. *criminationibus* E — 15. *peniteat* P, *poeniteat* O — 16. *enim* C: *etenim* O — *peruolgata* P — 19. *es* in *teste* P in ras. habet. — 20. *iaciatur* Muretus. — 21. *demiratus* L — 24. *optumi* G — 25. *aliqui* P: *aliquis* E G O — *cepisset* Lamb. in marg. ex cod. — 29. *illud tantum te esse monitum* L — 30. *talem te existiment* C (sed P *existument*; *e* in *talem* et *t* in *te* idem cod. in rasura habet); *talem te esse homines existiment* Col.; *talem te esse existimes* O; *talem hi te esse existiment* L. Lacunae signum posuimus cum Klotzio, qui coni. *talem te esse omnes existiment*; sententia potius requirit: *talem te velis homines* (vel *hi*) *existiment*. Cf. de Orat. II, § 176. — 31. *a uerborum* E G: *aueorum* P[1], *ab eorum* P[2] — 33. *atque etiam isti dignitati* om. P S; *quis non possit huic aetati atque dignitati, etiam si sine suspicione, at non sine argumento male dicere* Agroetius p. 2269. — 34. *quam velit* om. E G — *si* om. E G.

voluerunt: laus pudoris tui, quod ea te invitum dicere videbamus, ingenii, quod ornate politeque dixisti. IV. 9. Verum ad istam omnem orationem brevis est defensio. Nam quoad aetas M. Caelii dare potuit isti suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia disciplinaque munita: qui ut huic virilem togam dedit — nihil dicam hoc loco de me; tantum sit, quantum vos existimatis: hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum —, nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit nisi aut cum patre aut mecum aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiretur.

10. Nam quod Catilinae familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicione abhorrere debet. Hoc enim adolescente scitis consulatum mecum petisse Catilinam: ad quem si accessit aut si a me discessit umquam, quamquam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tamen existimetur Caelius Catilinae nimium familiaris fuisse. At enim postea scimus et vidimus esse hunc in illius amicis. Quis negat? sed ego illud tempus aetatis, quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine infestum est, id hoc loco defendo. Fuit assiduus mecum praetore me; non noverat Catilinam: Africam tum praetor ille obtinebat. Secutus est annus, *cum* causam de pecuniis repetundis Catilina dixit. Mecum erat hic: illi ne advocatus quidem venit umquam. Deinceps fuit annus, quo ego consulatum petivi: petebat Catilina mecum. Numquam ad illum accessit, a me numquam recessit. V. 11. Tot igitur annos versatus in foro sine suspicione, sine infamia, studuit Catilinae iterum petenti. Quem ergo ad finem putas custodiendam illam aetatem fuisse? Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus et ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur, eademque erat, si statim mereri stipendia coeperamus, castrensis ratio ac militaris. Qua in aetate, nisi qui se ipse sua gravitate et castimonia et cum disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono defenderet, quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa initia aetatis integra atque inviolata praestitisset, de eius fama ac pudicitia, cum is iam se corroboravisset ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. 12. Studuit Catilinae, cum iam aliquot annos esset in foro, Caelius: et multi hoc idem ex omni ordine atque ex omni aetate fecerunt. Habuit enim ille,

---

3. *quoad* P: *quod* E G — *caeli* P — *potuit isti*] *potuisti* P E; *potuit* G (sed *it* in ras.) et L — 6. *dicam* P: om. E G O. Cf. in Verr. I, § 157. p. Quinct. § 85. de Prov. cons. § 8, quos locos Wesenbergius attulit. — *existumatis* P — 9. *castissuma* P — *honestissumis* P — 11. *suspitione* P — 12. *at quem* P^1 — *aut a me* cod. Lamb. — 13. *homini* P, sed *ni* m. 2 extra versum. — *nequamquam* P^1 — 14. *tamen* C: *tum* O; cf. Madv. p. 301 et Klotz. in Praef. ed. Teubn. § 12. — 15. *scimus* P corr. ex *sciaius*, ut videtur. — *amicitiis* G — 17. *lubidine* P — *infectum* G — *adsiduus* P (*assiduus mecum: praetore me non* cet. L) — 19. *cum causam* Garatoni: *cum* om. C O; *quo causam* coni. Weiske. — *repetendis* E — 22. *nunquam a me* L — 23. *annos versatus* P^2: *annus* cum lacuna P^1 — 26. *et* ante *ut* om. L — 27. *merere* lect. var. in marg. Lamb. — *ceperamus* P — 28. *quam in* P^1 — 30. *defenderet* E G: *defenderat* P L O, quod hic ferri non posse recte negavit Wesenbergius, admonens quam saepe a librariis in verborum terminationibus peccatum sit. Cf. etiam Bakii Schol. Hypomn. III, p. 289. — *quo modo* P^1 — *custoditus a suis* E — *infamiae ventum* Bakius; *veram* Ernestio suspectum erat; fort. *infamiam adversam* — 31. *initia aetatis* P: *impietatis* E; *aetatis* om. G — 34. *aliquod annus* P^1.

sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Utebatur hominibus improbis multis: et quidem optimis se viris deditum esse simulabat. Erant apud illum illecebrae libidinum multae: erant etiam industriae quidam stimuli ac laboris. Flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. Neque ego umquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diversisque et inter se pugnantibus naturae studiis cupiditatibusque conflatum. VI. 13. Quis clarioribus viris quodam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis civis meliorum partium aliquando? quis taetrior hostis huic civitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? Illa vero, iudices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat, servire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, et audacia: versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac flectere: cum tristibus severe, cum remissis iucunde, cum senibus graviter, cum iuventute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere. 14. Hac ille tam varia multiplicique natura cum omnes omnibus ex terris homines improbos audacesque collegerat, tum etiam multos fortes viros et bonos specie quadam virtutis assimulatae tenebat. Neque umquam ex illo delendi huius imperii tam consceleratus impetus exstitisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiae radicibus niteretur. Quare ista conditio, iudices, respuatur, nec Catilinae familiaritatis crimen haereat; est enim commune cum multis et cum quibusdam etiam bonis. Me ipsum, me, inquam, quondam paene ille decepit, cum et civis mihi bonus et optimi cuiusque cupidus et firmus amicus ac fidelis videretur: cuius ego facinora oculis prius quam opinione, manibus ante quam suspicione deprehendi: cuius in magnis catervis amicorum si fuit etiam Caelius, magis est ut ipse moleste ferat errasse se, sicuti non numquam in eodem homine me quoque erroris mei paenitet, quam ut istius amicitiae crimen reformidet. VII. 15. Itaque a maledictis pudicitiae ad coniurationis invidiam oratio est vestra delapsa. Posuistis enim, atque id tamen titubanter et strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinae participem fuisse: in quo non modo crimen non haerebat, sed vix diserti adolescentis cohaerebat

---

1. *sicut* G — *maxumarum* P G — 3. *se viris ded. esse* P: *viris deditum se* E G — *inlecebrae lubidinum* P — 5. *lubidinis* P; *libidinum* E — 6. *fuisse umquam* G — *tam ex* E G: *tamen* P; *tam* Col.; *ex tam* L; at v. Madv. ad Cic. de Finn. p. 660. — 7. *et inter* Col.: *inter* P E G O, sed est in P ante *inter* parva rasura; *atque inter* L. Cf. etiam Nipperdei Prolegg. ad Caes. p. 151. — 9. *quis *** ciuis* P (etiam *s* in *quis* in ras.) — 10. *taetrior* P: *tetrior* O; *taetrior* etiam Fronto habet, qui II, 6 p. 162 ed. Rom. vv. *Quis clarioribus - - in largitione effusior* affert. — 14. *haberet* susp. Ernesti; at firmat *habebat* etiam Fronto l. cit. paulo inferius. — 15. *et* om. E G et P, sed hic in ras. — *audatia* P — 16. *tegere* Graevius et unus Oxon. — 18. *facinerosis* P — *audacter* P: *audaciter* E G O — 19. *omnis* C — 21. *fortis* C — *adsimulatae* P — 22. *delendi* E G: *tenendi* P — *extitisset* P — 23. *facillitatis* P[1] — 27. *optumi* P, sed *opt* in ras. — 28. *fidus* Lamb. coni. — 29. *suspitione* P — *cuius* P G: *cui* E; *huius* Ernesti susp. — 30. *ut*] *cur* L et deinde *quam cur*. — 32. *paenitet* P: *poenitet* O — 33. *impudicitiae* coni. Garatoni; at cf. p. 1002, 13 et p. 1003, 32. — 34. *tamen* om. G — 36. *crimine non inhaerebat* Lamb. susp. in marg. — *deserti* P.

oratio. Qui enim tantus furor in Caelio? quod tantum aut in moribus naturaque vulnus aut in re atque fortuna? ubi denique est in ista suspicione Caelii nomen auditum? Nimium multa de re minime dubia loquor; hoc tamen dico: non modo si socius coniurationis, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, numquam coniurationis accusatione adolescentiam suam potissimum commendare voluisset. 16. Quod haud scio an de ambitu et de criminibus istis sodalium ac sequestrium, quoniam huc incidi, similiter respondendum putem. Numquam enim tam Caelius amens fuisset, ut, si se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret, neque eius facti in altero suspicionem quaereret, cuius ipse sibi perpetuam licentiam optaret, nec, si sibi semel periculum ambitus subeundum putaret, ipse alterum iterum ambitus crimine arcesseret. Quod quamquam nec sapienter et me invito facit, tamen est eius modi cupidus, ut magis insectari alterius innocentiam quam de se timide cogitare videatur.

17. Nam quod aes alienum obiectum est, sumptus reprehensi, tabulae flagitatae, videte quam pauca respondeam. Tabulas, qui in patris potestate est, nullas conficit. Versuram numquam omnino fecit ullam. Sumptus unius generis obiectus est, habitationis: triginta milibus dixistis eum habitare. Nunc demum intelligo P. Clodii insulam esse venalem, cuius hic in aediculis habitat, decem, ut opinor, milibus. Vos autem, dum illi placere vultis, ad tempus eius mendacium vestrum accommodavistis.

18. Reprehendistis, a patre quod semigrarit. Quod quidem iam in hac aetate minime reprehendendum est. Qui cum et ex rei publicae causa iam esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus, et per aetatem magistratus petere posset, non modo permittente patre, sed etiam suadente ab eo semigravit: et cum domus patris a foro longe abesset, quo facilius et nostras domus obire et ipse a suis coli posset, conduxit in Palatio non magno domum. VIII. Quo loco possum dicere id, quod vir clarissimus, M. Crassus, cum de adventu regis Ptolemaei quereretur, paulo ante dixit,

---

2. *uolnus* P — 3. *caeli* P — 4. *hoc tantum* L — *coniurationis* post *socius* suspectum Bakio. — 6. *haut* E — 7. *et de criminibus* usque ad *ambitus* (v. 9) om. G, usque ad *ipse* (v. 11) E — 10. *neque enim eius* L — 13. *quanquam* P, sed *qu* post *n* in ras. — *est* om. E G — 14. *cupidus* P E: *cupidinis* G; *cupiditatis* Lamb. coni.; *eius modi*, *cupidius ut* O ex Weiskii coni., de qua vere iudicavit Madvigius p. 392, cui probatur Ernesti coni., qui *cupidus*, ut iam Lambinus aliquando voluerat, delendum censet. At recte dictum videtur *cupidus* de accusatore ira et studio temere abrepto, qui hominem innocentem insectetur, ut pari ratione testes et iudices *cupidi* dicuntur. — 17. *in potestate est patris* G — 18. *confecit* L — *facit* G — 19. *habitationibus* E G — 19 et 21. *milibus* P: *millibus* O — 20. post *demum* in P vox erasa est; an *iudices* sive *iud.*? — *intellego* P G — *clodi* P — 21. *militibus* P[1] — 22. *ei* G — *uoltis* P G — *eius* P: *ei* E G O — *uostrum* P. Sequuntur post *uostrum* in P vv. *reminierit* (sic) *qui ungenta sumpserit* p. 1009, 5 usque ad *inanes metus* p. 1012, 11, et similiter in E G, nisi quod hi sic pergunt: *uestrum qui rem inierit* (*inierto* E) *qui unguenta* cet. In P tamen verus verborum ordo signis vetere manu factis in marg. indicatus est. — *accommodastis* cod. Lamb.; *accommodatis* E; *commendatis* G — 24. *semigravit* unus Oxon. prob. Bakio. — *iam* C: om. O — 25. *et* om. E G — 26. *causam iam* P[1]; *iam* om. L — 27. *posset* P[2] G[2]: *possit* P[1] E G[1] — 29. *domus* P: *domos* E G O (*obire domos* L): cf. p. 327, 1. 926, 12. — 30. *possit* P[1] — 31. *locum* P[1], ut videtur. — *vir. clar.*] *.u. c.* P — *marcus* P — 32. *ptolemei quaereretur* P.

«Utinam ne in nemore Pelio»
ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret.
«Nam numquam era errans»
hanc molestiam nobis exhiberet,
«Medea animo aegro, amore saevo saucia.»

Sic enim, iudices, reperietis, quod, cum ad id loci venero, ostendam, hanc Palatinam Medeam migrationemque huic adolescenti causam sive malorum omnium sive potius sermonum fuisse.

19. Quam ob rem illa, quae ex accusatorum oratione praemuniri iam et fingi intelligebam, fretus vestra prudentia, iudices, non pertimesco. Aiebant enim fore testem senatorem, qui se pontificiis comitiis pulsatum a Caelio diceret. A quo quaeram, si prodierit, primum, cur statim nihil egerit? deinde, si id queri quam agere maluerit, cur productus a vobis potius quam ipse per se, cur tanto post potius quam continuo queri maluerit? Si mihi ad haec acute arguteque responderit, tum quaeram denique, ex quo iste fonte senator emanet. Nam si ipse orietur et nascetur ex sese, fortasse, ut soleo, commovebor: sin autem est rivolus arcessitus et ductus ab ipso capite accusationis vestrae, laetabor, cum tanta gratia tantisque opibus accusatio vestra nitatur, unum senatorem solum esse qui vobis gratificari vellet inventum. 20. Nec tamen illud genus alterum nocturnorum testium pertimesco. Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent uxores suas a cena redeuntes attrectatas esse a Caelio. Graves erunt homines, qui hoc iurati dicere audebunt, cum sit iis confitendum numquam se ne congressu quidem et constituto coepisse de tantis iniuriis experiri. IX. Sed totum genus oppugnationis huius, iudices, et iam prospicitis animis et, cum inferetur, propulsare debebitis. Non enim ab isdem accusatur M. Caelius, a quibus oppugnatur: palam in eum tela iaciuntur, clam subministrantur. 21. Neque id ego dico, ut invidiosum sit in eos, quibus gloriosum etiam hoc esse debet. Funguntur officio, defendunt suos, faciunt quod viri fortissimi solent: laesi dolent, irati efferuntur, pugnant lacessiti. Sed vestrae sapientiae tamen est, iudices, non, si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Caelium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam alieno dolori potius quam vestrae fidei consulendi. Quae sit multitudo in foro, quae

---

1. *peleo* P; *p*elio* G — 3. *nam* P sup. lin. habet a m. vetere. — *era* P: *eram* E G; *hera* O — 5. *mede* || *animo* P — *aegro* P E G: *aegra* S O. Illud codd. optimi etiam habent in libro de Fato § 35 et in Rhet. ad Herenn. II, § 34. Cf. etiam Liv. II, 3: *iam sua sponte aegris animis* et Sall. Iug. 29, 1: *animus aeger avaritia*, quos locos Wesenb. attulit. — 6. *ad id* P partim in ras. habet. — 7. *causam sive* C: *sive* om. O ex Ern. coni., ut item est in uno Oxon. At v. ep. ad Attic. VIII, 3, 3, quem locum Garat. bene comparavit. — 10. *intellegebam* P — 13. *dein* cod. Lamb. — *quaeri* P, item v. 14. — 16. *quo iste*] *quo te* P^1 G^1E; *quoto* P^2, *quo* G^2 — 17. *est*] *ẽ* P in ras.; *ut* L (*ut rivolus erit arcess.* Lamb. coni. in marg.) — *riuolus* P: *rivulus* O — 18. *accersitus* C — 22. *uxores - - attrectatas esse* affert Iulius Severianus p. 345 Capp. — *cena* P: *coena* O — *redeuntis* P — *attrectatas* G: *attrectas* P; *attractatas* E — 23. *haec* E — *iis* P G: *his* O — 24. *nec* E G — *cepisse* G; *caedisse* P — 25. *expediri* E G — *iudices etiam* P — 27. *isdem* P G^1: *iisdem* G^2 O — 28. *sumministrantur* P — *ego* C: *eo* O ex coni. Schuetzii, ut est p. Rosc. Am. § 51. — 29. *uti* G — *etiam hoc* P: *hoc etiam* E G O — 30. *fortissumi* P^2; *fortis summis* P^1 — 32. *sine causa* E G^1 — 33. *vos* delendum censet Garatoni; cf. Madv. p. 392 not. 1 et ad Cic. de Finn. p. 359. — 34. *consulend**** P^1.

genera, quae studia, quae varietas hominum, videtis. Ex hac copia quam multos esse arbitramini, qui hominibus potentibus, gratiosis, disertis, cum aliquid eos velle arbitrentur, ultro se offerre soleant, operam navare, testimonium polliceri? 22. Hoc ex genere si qui se in hoc iudicium forte proiecerint, excluditote eorum cupiditatem, iudices, sapientia vestra, ut eodem tempore et huius saluti et religioni vestrae et contra periculosas hominum potentias conditioni omnium civium providisse videamini. Equidem vos abducam a testibus, neque huius iudicii veritatem, quae mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari sinam, quae facillime fingi, nullo negotio flecti ac detorqueri potest. Argumentis agemus: signis luce omni clarioribus crimina refellemus. Res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit.

X. 23. Itaque illam partem causae facile patior graviter et ornate a M. Crasso peroratam, de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana, de bonis Pallae. Vellem dictum esset ab eodem etiam de Dione. De quo ipso tamen quid est quod exspectetis? quod is, qui fecit, aut non timet aut etiam fatetur; est enim rex: qui autem dictus est adiutor fuisse et conscius, P. Asicius, iudicio est liberatus. Quod igitur est eius modi crimen, ut qui commisit non neget, qui negavit absolutus sit, id hic pertimescat, qui non modo a facti, verum etiam a conscientiae suspicione afuit? Et si Asicio causa plus profuit quam nocuit invidia, huic oberit tuum maledictum, qui istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est adspersus? 24. — At praevaricatione est Asicius liberatus. — Perfacile est isti loco respondere, mihi praesertim, a quo illa causa defensa est. Sed Caelius optimam causam Asicii esse arbitratur: cuicui modi autem sit, a sua putat eius esse seiunctam; neque solum Caelius, sed etiam adolescentes humanissimi et doctissimi, rectissimis studiis atque optimis artibus praediti, Titus Gaiusque * * * cognitus Alexandriae. Quid aut hic aut summo splendore

---

1. *varietates* EG — 4. *nauare* P, sed *naua* in ras. — 6. *et* ante *huius* om. P — *et* ante *rel.* om. E, G sup. lin. habet. — *periculosas* C: *periculosissimas* O — 7. *conditione* P — 8. *Et quidem* G — 9. *conlocari* P — 10. *facillume fingi* G; *facillum* || *effingi* P¹; *facillume effingi* P² — 11. *luce omni* C et Victorinus ad Cic. de Inv. I, c. 43 p. 110 ed. Or. (qui affert *argumentis -- refellemus*): *omni luce* O — 14. *peroratam* PG: [*esse*] *peroratam* O — 16. *dionae* P — *qui est* P¹ — *expectetis* P — 17. *autem* om. L — 18. *adiutor* C: *et adiutor* O — *et conscius fuisse* G; *et socius fuisse* E — *P. Asicius* P (sed *p. asi* in ras.): *p. ascius* EG; *P. Ascitius* O — *iudicio* C: *is iudicio* O — *est* om. EG — 19. *eius modi* C: *huiusmodi* O — 20. *a facti* Naugerius: *a facto* CO. Lectionem ed. Naugerianae bene defendit Wesenbergius p. 4; Ptolemaeo enim, qui caedis, et Asicio, qui conscientiae insimulatus sit, Ciceronem ex contrario ponere Caelium, qui non modo facti sive caedis perpetratae, sed etiam conscientiae suspicione afuerit. — 21. *suspitione* P — *afuit* P: *abfuit* O — *asicio* P: *asitio* E; *ascio* G; *Ascitio* O — 23. *quidem* P corr. ex *qui** — *aspersus* P — *At*] *ac* EG¹; *ad praeuaricationẽ* P¹ — 24. *asicius* P: *ascius* G; *asaius* E; *Ascitius* O — 26. *Asicii* PG (sed in P *icii* in ras.): *Ascitii* O — *cuicuimodi* Augustinus: *cuiusmodi* C; *cuiuscuiusmodi* L — *autem* P: *hoc* G; *enim* E (*autem est* suspicatur Orelli in ed. 2.) — *eius esse* PG: *eius* om. O — 27. *humanissumi et doctissumi rectissumis* (*recti summis* m. pr.) *studiis atque optumis* P — 29. *Caiusque* O. Post *gaiusque* a librario, qui codicem P exaravit, spatium vacuum quattuor versuum et dimidii relictum est, in quo a manu recentiore saec. XI vel XII, sed ita ut totum spatium non expletum sit, haec scripta sunt: *omni cũ doctrina homo atque humanitatis tũ etiam hospitio dionis tenebantur habitabat is apud l luceiũ ut audistis. fuerat ei*, de quo supplemento arbitrario, quod etiam EG habent (sed sine *cum*

praeditus frater eius de M. Caelio existimet, ex ipsis, si producti erunt, audietis. Ergo haec removeantur, ut aliquando, in quibus causa nititur, ad ea veniamus.

XI. 25. Animadverti enim, iudices, audiri a vobis meum familiarem, L. Herennium, perattente. In quo etsi magna ex parte ingenio eius et dicendi genere quodam tenebamini, tamen non numquam verebar ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet. Dixit enim multa de luxurie, multa de libidine, multa de vitiis iuventutis, multa de moribus, et qui in reliqua vita mitis esset et in hac suavitate humanitatis, qua prope iam delectantur omnes, versari periucunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister; obiurgavit M. Caelium, sicut neminem umquam parens; multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. Quid quaeritis, iudices? Ignoscebam vobis attente audientibus, propterea quod egomet tam triste illud et tam asperum genus orationis horrebam. 26. Ac prima pars fuit illa, quae me minus movebat, fuisse meo necessario Bestiae Caelium familiarem, cenasse apud eum, ventitasse domum, studuisse praeturae. Non me haec movent, quae perspicue falsa sunt: etenim eos una cenasse dixit, qui aut absunt aut quibus necesse est idem dicere. Neque vero illud me commovet, quod sibi in Lupercis sodalem esse Caelium dixit. Fera quaedam sodalitas et plane pastoricia atque agrestis germanorum Lupercorum, quorum coitio illa silvestris ante est instituta quam humanitas atque leges, si quidem non modo nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando, ut ne quis id forte nesciat timere videantur. Sed haec omittam: ad illa, quae me magis moverunt, respondeo.

27. Deliciarum obiurgatio fuit longa et ea lenior, plusque disputationis habuit quam atrocitatis: quo etiam audita est attentius. Nam P. Clodius, amicus meus, cum se gravissime vehementissimeque iactaret et omnia

---

post *omni*), v. quae diximus in Mus. Rhen. IX, p. 328 a. 1854. Aliud supplementum lacunae, quam qui codicem P scripsit aut iam in archetypo invenerat aut litteras evanidas iam legere non potuerat, homines Itali excogitaverunt, ut est in S: *titus caiusque* [*coponii: qui ex omnibus maxime dionis mortem doluerunt. qui cum doctrinae studio atque humanitatis tum etiam hospitio dionis tenebantur*, *habitabat is apud luceium ut audistis. fuerat ei*] *cognitus alexandriae* cet., et sic est in O. At v. quae de hac interpolatione monuit Madvigius p. 393. — *quit *ut hic* P¹ — 1. *Caelio existimet* om. E G — 2. *removentur* C — *causa nititur* P S: *conititur* (ex *cānititur*) G, *conicitur* E — 4. *familiarem meum* G — 5. *etsi* P²; *e**i* P¹ — 7. *suptiliter* P — *ad animos -- accederet* P E G (sed P¹ *at*, ut videtur): *animos -- accenderet* S O — *et* G — 8. *leniter* G: *leuiter* P E S — *luxurie* G²: *luxuriae* G¹; *luxoriae* P; *luxuria* E S O. Cf. in Verr. III, § 160 et var. lect. p. 1020, 1 et 4. — 9. *et qui* G²: *ut qui* P E G¹ S — 15. *Hac* P — 16. *movebat* P S: *moverat* E G — 17. *caenasse* P (sed v. 18 *cenase*); *coenasse* O — *uenditasse* P¹ E — 19. *dixit* P G: *dicit* E(?)S O — *quia* ‖ *ut apsunt* P — *aut de quibus* Abramius. — *dicere* P in ras. habet a m. sec., ut iam loci scriptura, qui Augustino, Abramio, Ernestio, Garatonio corruptus videbatur, etiam magis suspecta sit. — 20. *Celium esse* G — 21. *pastoricia* P, sed *storicia* in ras. m. 2, at vetere, ut fort. *pastoralis* scribendum sit, quae forma nunc etiam apud Florum I, 12 (17), 4 ex cod. B restituta est. — 22. *quorum* P: *quo* E G — 23. *legis* P — *si quidem* P: *sed quidem* E; *sed quid est* G — 24. *ne quis* P¹, ut Abramius divinavit: *ne si quis* P² E G — 25. *videantur* Hotomanus et Abramius: *videatur* C — 26. *respondeo* C: *respondebo* O — 29. *grauissume uehementissumeque* P.

inflammatus ageret tristissimis verbis, voce maxima, tametsi probabam eius eloquentiam, tamen non pertimescebam; aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem. Tibi autem, Balbe, respondeo primum precario, si licet, si fas est defendi a me eum, qui nullum convivium renuerit, qui in hortis fuerit, qui unguenta sumpserit, qui Baias viderit. XII. 28. Equidem multos et vidi in hac civitate et audivi, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae et extremis, ut dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse gravesque homines atque illustres fuisse. Datur enim concessu omnium huic aliqui ludus aetati et ipsa natura profundit adolescentiae cupiditates: quae si ita erumpunt, ut nullius vitam labefactent, nullius domum evertant, faciles et tolerabiles haberi solent.

29. Sed tu mihi videbare ex communi infamia iuventutis aliquam invidiam Caelio velle conflare: itaque omne illud silentium, quod est orationi tributum tuae, fuit ob eam causam, quod uno reo proposito de multorum vitiis cogitabamus. Facile est accusare luxuriem: dies iam me deficiat, si, quae dici in eam sententiam possunt, coner expromere; de corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de sumptibus immensa oratio est. Ut tibi reum neminem, sed vitia proponas, res tamen ipsa *copiose* et graviter accusari potest. Sed vestrae sapientiae est, iudices, non abduci ab reo nec quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra, cum eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem et in reum, cum is non suo crimine, sed multorum vitio sit in quoddam odium iniustum vocatus. 30. Itaque severitati tuae, ut oportet, ita respondere non audeo; erat enim meum deprecari vacationem adolescentiae veniamque petere: non, inquam, audeo; perfugiis non utor aetatis, concessa omnibus iura dimitto: tantum peto, ut, si quae est invidia communis hoc tempore aeris alieni, petulantiae, libidinum iuventutis, quam video esse magnam, ne huic aliena peccata, ne aetatis ac temporum vitia noceant. Atque ego idem, qui haec postulo, quin

---

1. *inflammatius* Pantagathus. — *tristissumis* P — 2. *aliquod* P — 3. *tibi autem -- Baias viderit* affert Donatus ad Terentii Hecyram IV, 1, 36. — *respondeo* C: *respondebo* Donatus et O — 4. *eum a me* G etiam contra Donatum. — *qui -- renuerit* om. Donatus. — *convivium*] sequuntur in P *et nocturnos quosdam* p. 1012, 10 mediis intermissis, quae § 17 inserta sunt; v. ad p. 1005, 22. In marg. scriptum est: «hic repete quod dimisisti.» In E G sic pergitur: *conuiuium inierit et propter nocturnos quosdam* cet.; verum verborum ordinem habet S — *renuerit* S: *reminierit* P; *inierit* E G — 5. *qui in hortis fuerit* Donatus: om. C, cf. § 36. 38. 49. — *ungenta* P — 6. *Etquidem* P ante rasuram. — 7. *hoc genus* Col.; *genus huius* E G — 8. *dedidissent* Hervagius, fort. recte, ut est § 47; cf. tamen p. Rosc. Am. § 18. Div. in Caecil. § 4. — 9. *grauisque* P G — 10. *inlustris* P — *concessu* P: *concesso* E G — 11. *aliqui* P E G: *aliquis* S O — 13. *habere* P^1 — *soleant* E G — 16. *tuae tributum* E G — 18. *deficiat* P, ut Ernesti coniecit: *deficiet* E G S — *coner* P, sed *er* in rasura. — 19. *adulteris* E G^1 — *inmensa* P — 20. *vitia ipsa* L — *copiose* om. codd.; *et copiose* O cum Naugerio. Illud cum Bakio praetulimus, qui comparavit § 23 *graviter et ornate*, Brut. § 294 *copiose et ornate* — 21. *est* omisit E; *iudices est* P^2 G S (P: *iudic. ẽ*, sed *ẽ* in ras.) — 23. *mittere* E G — 25. *in quoddam odium sit iniustum vocatus* Iulius Severianus p. 343 Capp. — 26. *deprecari uacationem* P: *deprecationem* G; *de preuaricatione* E — 28. *si quae est* nos: *siquaest* P; *si qua est* E G O — 31. *temporis* E.

criminibus, quae in hunc proprie conferuntur, diligentissime respondeam non recuso.

XIII. Sunt autem duo crimina, auri et veneni: in quibus una atque eadem persona versatur. Aurum sumptum a Clodia, venenum quaesitum, quod Clodiae daretur, dicitur. Omnia sunt alia non crimina, sed maledicta iurgii petulantis magis quam publicae quaestionis. Adulter, impudicus, sequester convicium est, non accusatio; nullum est enim fundamentum horum criminum, nulla sedes: voces sunt contumeliosae, temere ab irato accusatore nullo auctore emissae. 31. Horum duorum criminum video fontem, video auctorem, video certum nomen et caput. Auro opus fuit: sumpsit a Clodia, sumpsit sine teste, habuit quam diu voluit. Maximum video signum cuiusdam egregiae familiaritatis. Necare eandem voluit: quaesivit venenum, sollicitavit quos potuit, paravit, locum constituit, attulit. Magnum rursus odium video cum crudelissimo discidio exstitisse. Res est omnis in hac causa nobis, iudices, cum Clodia, muliere non solum nobili, sed etiam nota: de qua ego nihil dicam nisi depellendi criminis causa. 32. Sed intelligis pro tua praestanti prudentia, Cn. Domiti, cum hac sola rem esse nobis: quae si se aurum Caelio commodasse non dicit, si venenum ab hoc sibi paratum esse non arguit, petulanter facimus, si matrem familias, secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. Sin ista muliere remota nec crimen ullum nec opes ad oppugnandum Caelium illis relinquuntur, quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos, qui insectantur, repellamus? quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro — fratre volui dicere: semper hic erro. Nunc agam modice nec longius progrediar, quam me mea fides et causa ipsa coget. Neque enim muliebres umquam inimicitias mihi gerendas putavi, praesertim cum ea, quam omnes semper amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putaverunt. XIV. 33. Sed tamen ex ipsa quaeram prius, utrum me secum severe et graviter et prisce agere malit, an remisse et leniter et urbane. Si illo austero more ac modo, aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, non hac barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, quam in statuis antiquis atque imaginibus videmus: qui obiurget mulierem et pro me loquatur, ne mihi ista forte suscenseat. Exsistat igitur ex hac ipsa familia aliquis ac potissi-

---

1. *hunc* P S: *hunc mundum* E G; *hunc nondum* alii codd. — 4. *uersatur* P: *urguetur* E; *urgetur* G — *sumptum* P: *emptum* E G — *a Clodia* P[2] in ras. Etiam verba *venenum -- daretur* partim in ras., partim sup. lin. in P scripta sunt, sed a pr. m., ac videtur librarius ipse in scribendo deerrasse. — 6. *inpudicus* P — 7. *est* om. E G — 9. *auctoremissae* P corr. 1 m. — 10. *capud* P[1] — 12. *negare* P E G[1] — 13. *parauit* P[2]: *paruit* P[1] E G — 14. *rursum* E G — 15. *extitisse* P — 16. *nobili verum etiam* Quintil. IX, 4, 98; *nobis etiam* P[1] — 17. *intellegis* P — 20. *si -- nominamus* affert Arusianus Messius p. 231 ed. Lind. — *patrem familias* E G — 21. *ist*a* P — 22. *opugnandum* P[1] — *relinquontur* P; *relinquantur* E G; *relinquentur* S O. Cf. Madv. p. 393. — 24. *quod facerem -- hic erro* affert Rufinianus de fig. § 7. — *mihi intercederent* Rufinianus. — 25. *fratre* P E G et Rufinianus: *fratrem* S, codd. dett. et Claudius Sacerdos I, § 180 in *Anal. gramm.* p. 45. — 28. *ea* P[2] in ras.; *praesertim quam omnes amicam -- putaverunt* affert Quintil. IX, 2, 99. — 29. *cuiquam* E — 31. *et leniter* C: *ac leniter* O — *sin illo* C; at cf. § 36. — 33. *sed ex illa* C — *atque* P E G: *et* S O — 34. *mihi ista* C: *ista mihi* O — 35. *suscenseat* P E G: *succenseat* S O — *existat* P.

mum Caecus ille; minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit. 34. Qui profecto si exstiterit, sic aget ac sic loquetur: «Mulier, quid tibi cum Caelio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? Cur aut tam familiaris huic fuisti, ut aurum commodares, aut tam inimica, ut venenum timeres? Non patrem tuum videras? non patruum, non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse? non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi ac fortissimi viri patriaeque amantissimi? qui simul ac pedem limine extulerat, omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat? Cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses, cur tibi Caelius tam coniunctus fuit? Cognatus? affinis? viri tui familiaris? nihil eorum. Quid igitur fuit nisi quaedam temeritas ac libido? Nonne te, si nostrae imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea, Quinta illa Claudia, aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa Vestalis Claudia, quae patrem complexa triumphantem ab inimico tribuno plebei de curru detrahi passa non est? Cur te fraterna vitia potius quam bona paterna et avita et usque a nobis cum in viris tum etiam in feminis repetita moverunt? Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie foedera ferires? ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste uterere? ideo viam munivi, ut eam tu alienis viris comitata celebrares?»

XV. 35. Sed quid ego, iudices, ita gravem personam induxi, ut etiam verear ne se idem Appius repente convertat et Caelium incipiat accusare illa sua gravitate censoria? Sed videro hoc posterius atque ita, iudices, ut vel severissimis disceptatoribus M. Caelii vitam me probaturum esse confidam. Tu vero mulier — iam enim ipse tecum, nulla persona introducta, loquor —, si ea quae *** probare cogitas, rationem tantae familiaritatis, tantae consuetudinis, tantae coniunctionis reddas

---

2. *extiterit* P — *ac* P E G: *et* S O — *mulier -- alieno* affert Aquila Romanus § 3 et rhetor incertus in Anecd. Paris. p. 5 ed. Eckstein. — 3. *homine* om. Aquila. — post *adulescentulo* in P duo voc. erasa sunt, etiam *ulo* in ras. scriptum est. — 4. *faliaris* P (*cur aut -- timeres* affert Iulius Severianus p. 338 Capp.) — 6. *auom* P; (*non avum*, *non proavum*, *non atavum* Lambinus; at v. Madv. Opusc. I, p. 366. II, p. 272.) — 7. *clarissimi -- amantissimi* affert Priscianus XVIII, 2, 20. — 8. *omnis prope ciuis* P G — 9. *cum* C: *cui cum* O — 10. *innupsisses* Oudendorpius ad Apul. Metam. IX, c. 31, prob. Orellio (2); at v. Liv. IV, 4. or. pro Cluent. § 188, quos locos Wesenbergius attulit. — 11. *adfinis* P — *eorum* C: *horum* O. Cf. p. 285, 12. — 12. *nonne* C: *non* O. Cf. § 60 et v. Madv. ad Cic. de Finn. p. 153. Handii Tursell. IV, p. 313. — 15. *plebei* P: *plebis* O — 16. *fraterna potius uitia* G, sed ita ut *frat.* et *uitia* signis superpositis inter se transponenda esse indicetur. — 17. *a* om. G — 18. *mouerunt* P, sed *mou* in ras. maiore. Videtur rarius verbum, velut *allectaverunt*, loco motum esse. — *ego* om. G — *Pyrri* G (non P) — *deremi* P[1] — 19. *cotidiae foedera ferrires* P — 22. *introduxi* Quintil. IX, 2, 60. — *ut etiam verear* Wesenbergius (ad Sestianam p. 2. not. 1.): *ut et uerear* P E G; *ut verear* S O — 24. *uideo* E G[1] — 25. *ut vel* S: om. G; *ut* om. P E (P: *ita iudic. uel*): fort. *ut severissimis*, ut nihil interciderit, sed *uel* et *ut* inter se confusa sint. — *caeli* P — 27. inter *quae* et *probare* librarius, qui codicem P exaravit, spatium vacuum unius versus et dimidii reliquit; lacuna manu alia, sed vetere his verbis ineptis expleta est: *facis quae dicis quae in sororem tuam moliris quae argumenta*, ut item G habet, de quo supplemento v. quae monui in Mus. Rhen. Ritschelii Vol. IX, p. 329 sq. Hoc ipsum supplementum homines Itali, ut est in cod. S, sic emendare conati sunt: *si ea quae* [*facis, quae dicis, quae insimulas*, *quae moliris*, *quae arguis*,] *probare cogitas,* quo panno intolerabili etiam nunc editiones foedatae sunt.

atque exponas necesse est. Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baias, actas, convivia, comissationes, cantus, symphonias, navigia iactant, idemque significant nihil se te invita dicere. Quae tu, quoniam mente nescio qua effrenata atque praecipiti in forum deferri iudiciumque voluisti, aut diluas oportet ac falsa esse doceas, aut nihil neque crimini tuo neque testimonio credendum esse fateare. 36. Sin autem urbanius me agere mavis, sic agam tecum: removebo illum senem durum ac paene agrestem; ex istis tuis sumam aliquem ac potissimum minimum fratrem, qui est in isto genere urbanissimus, qui te amat plurimum, qui propter nescio quam, credo, timiditatem et nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pusio cum maiore sorore cubitavit. Eum putato tecum loqui: Quid tumultuaris, soror? quid insanis?

«Quid clamore exorsa verbis parvam rem magnam facis?»

Vicinum adolescentulum adspexisti: candor huius te et proceritas, vultus oculique perpulerunt: saepius videre voluisti: fuisti non numquam in isdem hortis, vis nobilis mulier illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum: non potes; calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti: confer te alio. Habes hortos ad Tiberim ac diligenter eo loco parasti, quo omnis iuventus natandi causa venit: hinc licet conditiones quotidie legas. Cur huic, qui te spernit, molesta es?

XVI. 37. Redeo nunc ad te, Caeli, vicissim, ac mihi auctoritatem patriam severitatemque suscipio: sed dubito, quem patrem potissimum sumam: Caecilianumne aliquem, vehementem atque durum?

«Nunc enim demum mi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira.»

Aut illum «O infelix, o sceleste!» — — Ferrei sunt isti patres: «Egone quid dicam? egone quid velim? quae tu omnia tuis foedis factis facis ut nequiquam velim:» vix ferendi. Diceret talis pater: «Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur illecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? Dide ac dissice, per me licebit: si egebis, tibi dolebit, mihi sat est, qui aetatis quod reliquum est oblectem

---

2. *baias* P, sed *ai* in ras. — *actas* P: *acta* E G S — *comissationes* P^1: *comisationes* P^2; *comessationes* E G S — 3. *idemque* P E G: *iidemque* S O — 5. *ac* nos: *aut* C; *et* O — 6. *crimini* P^2 in ras. habet. — 8. *ex istis tuis* Madvigius: *ex is igitur* P^1; *ex his igitur tuis* P^2 E G S; *ex [his]que tuis* O; *ex intimis tuis* coni. Vollenhoven in *Emendatt. or. Cael.* Lugd. Bat. 1839 editis. — *sumam* P^2 in ras. habet. — 9. *plurima qui* P^1, *plurimumque* P^2 — *credo* om. G — 10. *timiditatem*] sequitur in P: *et noc* (*et noc* in marg.) *accommodauistis. Reprehendistis* p. 1005, 22 usque ad *nullum conuiuium* p. 1009, 4, et similiter in E G, nisi quod in his quaedam vitiata sunt. — 12. *quitumultuaris* P^1 — 13. *parum* P. Hunc versum comicum esse primus vidit Beierus ad Cic. Offic. I, p. 178. — 13. *aspexisti* P — 15. *perpulerunt* P: *pepulerunt* E G S O — 16. *isdem* P: *iisdem* O — *uis* P^1, ut Madvigius correxit p. 394: *uisa* P^2 E G (*in iisdem hortis visa nobilis mulier : illum f. f. p. p. ac t. habere tuis copiis devinctum non potes :* O) — 17. *deuictum non potest calcitat* P^1 — 19. *parasti* P: *praeparasti* E G S — 20. *cotidie* P — *es* om. P^1, addidit manus 2, sed vetus. — 22. *suspicio* P G^1 — 23. *celianumne* E G — 24. *mi* Ribbeckius (*Comic. Lat. Rel.* pag. 62): *mihi* C O — 26. *quidicam* P^1 — *egone quid velim* P S: *quid velim* omittit G; *quid velim* Ribbeckius cum Spengelio. — 27. *nequiquam* P G: *nequidquam* O — *vix ferendi. diceret* P E G: *vix ferenda diceret* S O — *istam ciuitatem* G — 28. *incelebris* P — 29. *dide ac dissice* Puteanus: *dide* (*dede* P^2) *ac disce* P; *dideae ac disce* G; *dii deae ac disce* E: *dide disiice* O. De forma *dissicere*, quam habet etiam cod. Medic. in Tac. Ann. I, 65, v. Lachm. ad Lucret. p. 128. — *per me licebit* P, sed *er* in ras. plurium litterarum, item *lic* in ras. — 30. *dolebunt* G — *sat est* om. E G — *reliquom* P; *reliquöm* Ribbeckius.

meae.» 38. Huic tristi ac derecto seni responderet Caelius se nulla cupiditate inductum de via decessisse. Quid signi? nulli sumptus, nulla iactura, nulla versura. At fuit fama. Quotus quisque est qui istam effugere possit in tam maledica civitate? Vicinum eius mulieris miraris male audisse, cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Leni vero et clementi patri, cuius modi ille est:

«Fores effregit, restituentur: discidit
vestem, resarcietur,»

filii causa est expeditissima. Quid enim esset, in quo se non facile defenderet? Nihil iam in istam mulierem dico: sed, si esset aliqua dissimilis istius, quae se omnibus pervulgaret, quae haberet palam decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias iure suo libidines omnium commearent, quae etiam aleret adolescentes et parsimoniam patrum suis sumptibus sustentaret; si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret, adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset?

XVII. 39. Dicet aliquis: «Haec est igitur tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit et tradidit, ut in amore atque in voluptatibus adolescentiam suam collocaret et ut hanc tu vitam atque haec studia defenderes?» Ego, si qui, iudices, hoc robore animi atque hac indole virtutis atque continentiae fuit, ut respueret omnes voluptates omnemque vitae suae cursum in labore corporis atque in animi contentione conficeret; quem non quies, non remissio, non aequalium studia, non ludi, non convivia delectarent; nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude et cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fabricios, Curios omnesque eos, qui haec ex minimis tanta fecerunt. 40. Verum haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in libris reperiuntur. Chartae quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt; neque solum apud nos, qui hanc sectam rationemque vitae re magis quam verbis secuti sumus, sed etiam

---

1. *derecto* P: *directo* E G O. Cf. p. 1014, 20 et Lachmanni *Comment. in Lucretium* p. 247. — *seniori* E G — *se nulla -- in tam* (v. 4) P[1] om. in lacuna, quae expleta est manu 2, sed non multo aetate inferiore. — 3. *iactura et nulla* E G — *quisque -- curam rei* p. 1014, 27 habet T — *est qui istam* T: *istam* P[2] E G. Wesenb. p. 35 lectionem codd. vulgarium praefert, quod Cicero non ubique periphrasi post *quotus quisque* utatur, coll. p. Planc. § 63. p. Lig. § 26. de Nat. D. I, § 78. de Divin. II, § 52. At tenendum est h. l. ignorari, quae lectio in cod. primario P fuerit. — 4. *possit* nos: *potest* C (etiamne T?) — *minaris* T[1] — 7. *ecfregit* P[1], ut videtur. — 9. *fili causa* T; *filii -- defenderet* om. G[1] — *se non -- aliqua* om. E — 11. *peruolgaret* P — *delectum* Garatoni. — 12. *hortus* P[1] — 13. *cummearent* P — *adulescentis* P G — 17. *est igitur* T: *igitur est* P E G — 19. *atque in volupt.* P E G S: *et volupt.* T (?) O — 20. *conlocaret* P — *et ut hanc tu* T: *et hanc tu* P; *et hanc* E G; *et hanc tu vitam -- defendes?* Bake. — *si qui* P E: *si quis* G; *si quid* T — 21. *atque in hac* T — *atque* nos: *ad* T (ex *adq.*); *ac* P E G O; *et* Col. — 22. *omnis uoluptatis* P — *cursim* P — 24. *conuiuium* T. At tum scripsisset Cic. in anaphora *delectaret*, ut recte monuit Wesenb. p. 31. — 25. fort. *qui nihil* — *expetundum* P — 27. *hornatum* T — *illos fabricios fuisse arbitror camillos curios* T — *cumillos* P[1] — 28. *omnisque* P G; *omnesquae* T — 30. *repperiuntur* P — *chartae -- obsoleverunt* affert Priscianus IX, 10, 54. — *carthae* T P, *cartae* E G — 32. *vita et re magis* Bake coll. Cic. de Finn. I, § 65.

apud Graecos, doctissimos homines, quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam mutatis Graeciae temporibus praecepta exstiterunt. 41. Itaque alii voluptatis causa omnia sapientes facere dixerunt; neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt: alii cum voluptate dignitatem coniungendam putaverunt, ut res maxime inter se repugnantes dicendi facultate coniungerent. Illud unum directum iter ad laudem cum labore qui probaverunt, prope soli iam in scholis sunt relicti. Multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus coniveret interdum: multas vias adolescentiae lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset: multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit, qua non modo haec aetas, sed etiam iam corroborata caperetur. 42. Quam ob rem si quem forte inveneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem, huic homini ego fortasse et pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt. XVIII. Ergo haec deserta via et inculta atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur; detur aliqui ludus aetati; sit adolescentia liberior; non omnia voluptatibus denegentur; non semper superet vera illa et derecta ratio; vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem, dum modo illa in hoc genere praescriptio moderatioque teneatur: parcat iuventus pudicitiae suae, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne faenore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam; ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat; ne quem vi terreat, ne intersit insidiis, scelere careat: postremo, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum aetatis atque ad inanes hasce adolescentiae cupiditates, revocet se aliquando ad curam rei domesticae, rei forensis reique publicae, ut ea, quae ratione antea non perspexerat, satietate abiecisse, experiendo contempsisse videatur.

43. Ac multi et nostra et patrum maiorumque memoria, iudices, summi homines et clarissimi cives fuerunt, quorum cum adolescentiae cupiditates deferbuissent, eximiae virtutes firmata iam aetate exstiterunt.

---

1. *doctissimus* P^1 — 2. *alia* T G^2: *aliqua* P E G^1 — 3. *graetiae* P — *extiterunt* P — *ali* P — 4. *orationes* P^1 — 5. *coniungendam*] Vollenhovenius (cf. ad § 36) commendat Orellii (2) coniecturam *copulandam*, coll. Tusc. V, § 85. de Offic. III, § 119. — 6. *maxume* P — *repugnantis* P G — 8. *soli iam in scolis* P: *iam in scolis soli iam* E G; *iam soli in scholis* T (?) O. Alludit ad locum Petronius in Satir. c. 3. — *multae enim* P^1 — 9. *coniueret* P: *coniberet* G; *conniveret* T(?) O — *interdum:* Madvigius (*Append. crit. ad* Ascon. p. 47): *et interdum* C O — 10. *adulescentia* P^2 — 11. *casus* P^1— *aut prolapsione* P: *ac prolapsione* T O; *aut prolesione* G E. Cum *casu* ad *insistere*, *prolaps.* ad *ingredi* referatur, Wesenbergio p. 31 substantiva rectius diiungi quam copulari videntur. — *uix* P corr. ex *uia* — *multarum* P E G: *et multarum* T(?) O — 13. *inueniretis* P^1 — 14. *iactu* P^1 — 16. *propitius* T — *plerique ut autem iratus* P^1 — *putauerunt* T — 18. *aliqui ludus* T: *aliquid* P E G O; cf. § 28, ex quo ipso loco Orellio lectio palimpsesti petita videtur. — *sit* P^2 in ras. — 20. *derecta* P: *directa* codd. rell. et O. Cf. ad p. 1013, 1. — 21. *in* om. E G — *teneatur, ut parcat* Bake. — 23. *faenore* P: *fenore* O — *atque fanum* E G — 26. *tempori* T — *inanis* P G — 28. *reique publicae* P et Col.: *rei publ.* E G S O — 30. *romanorumque* P^1 — 32. *deferbuissent* 2 codd. Oxonn. et S: *deferuuissent* P^1, *deferbuisset* Col., *deferuissent* P^2E G O. Cf. infra p. 1026, 7 et 10. Malui autem ex *deferuuissent*, ut est in P^1, scribere *deferbuissent* quam eiecta littera *deferuissent*, quoniam litterae *b* et *u* in hoc cod. persaepe confusae sunt. — *extiterunt* P.

Ex quibus neminem mihi libet nominare: vosmet vobiscum recordamini. Nolo enim cuiusquam fortis atque illustris viri ne minimum quidem erratum cum maxima laude coniungere. Quod si facere vellem, multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo aeris alieni, sumptus, libidines nominarentur, quae multis postea virtutibus obtecta adolescentiae qui vellet excusatione defenderet. XIX. 44. At vero in M. Caelio — dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis, quoniam audeo quaedam fretus vestra sapientia libere confiteri — nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum aes alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido. Quod quidem vitium ventris et gurgitis non modo non minuit aetas hominibus, sed etiam auget. Amores autem et hae deliciae quae vocantur, quae firmiore animo praeditis diutius molestae non solent esse — mature enim et celeriter deflorescunt —, numquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. 45. Audistis, cum pro se diceret; audistis antea, cum accusaret — defendendi haec causa, non gloriandi eloquor —; genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum, quae vestra prudentia est, perspexistis. Atque in eo non solum ingenium elucere eius videbatis, quod saepe, etiam si industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus: sed inerat, nisi me propter benevolentiam forte fallebat, ratio et bonis artibus instituta et cura et vigiliis elaborata. Atque scitote, iudices, eas cupiditates, quae obiiciuntur Caelio, atque haec studia, de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse. Fieri enim non potest ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam non numquam impeditus, hoc, quidquid est, quod nos facimus in dicendo, quoquo *modo facimus, non* modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere. 46. An vos aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis praemiis eloquentiae, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia, tanto honore tam sint pauci semperque fuerint, qui in hoc labore versentur? Obterendae sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, convivium, sermo paene est familiarium deserendus.

---

1. *libet* Madvigius: *liquet* P; *necesse est* E G S O, ut est in or. Phil. II, § 1. — *recordamini uobiscum* E. — 2. *inlustris* P — *minimum* P^2: *mimum* P^1, *minimi* E G — *erratum quidem* G — 3. *maxuma* P — 4. *ordinatissimi* P — 5. *aduliscentia* P — *profusa* P et G sup. lin.: *profluxa* E G — *luxuria* E — *alienis* P^1 — 6. *libidines* P^1 S: *libidinis* P^2 E G — *obtecta* P, sed *c* in ras. — 7. *defenderent* E — *Ad* P^1 — 8. *iam* om. E G — *quoniam*] *quondam* C — 9. *liberi* P^1, fort. ex *liberius* — 10. *reperiretur* P^1, *reperiatur* G^1 — 11. *lubido* P — *gurgitis* P E G S: *gutturis* Col. et O — 12. *set etiam* P — 13. *dilitiae* P^1 — *quam firmiore* P, fort. *quae iam firmiore*; cf. § 43. — 14. *maturae* P — 17. *eloquor* C (sed P^1 *eloquor quorum*, corr. 1 m.): *loquor* O — *orationum* E — 18. *uestra* P: *uera* E G — 19. *elucere* P, sed prima *e* videtur infarta esse. — 20. *ualet* P, sed *al* in ras. — *tamen* om. E — *sed in eo erat* Lamb. — 21. *pr. beniuolentiam forte* P: *forte pr. beniuolentiam* E G — 22. *ac vigiliis* Klotzius. — *atqui* L — 23. *obiciuntur* P G — 27. *quoquo modo facimus non modo* Madvigius: *quoquo modo* P E G; *non modo* S O — 28. *ullam* om. E G — 29. *uoluntate* E — *tanta laude* om. E — 31. *opterendae* P E G^1 — *delectationes* E — 32. *ludus* P S: *iudices, ludus* G O; *iudices* E: cf. Madv. p. 397. — *locus* P^1 E — *conuium* P^1 — *paene est* C: *est paene* O. Firmat illam verborum collocationem Nonius p. 209, cuius codd. corrupte habent: *ludus, iocus, sermone est familiarium deserendus.*

Quare in hoc genere labor offendit homines a studioque deterret, non quo aut ingenia deficiant aut doctrina puerilis. 47. An hic, si sese isti vitae dedidisset, consularem hominem admodum adolescens in iudicium vocavisset? hic, si laborem fugeret, si obstrictus voluptatibus teneretur, in hac acie quotidie versaretur? appeteret inimicitias? in iudicium vocaret? subiret periculum capitis ipse? inspectante populo Romano tot iam menses aut de salute aut de gloria dimicaret? XX. Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Baiae denique ipsae loquuntur? Illae vero non loquuntur solum, verum etiam personant: huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo solitudinem ac tenebras atque haec flagitiorum integumenta non quaerat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate et clarissima luce laetetur.

48. Verum si quis est, qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuventuti putet, est ille quidem valde severus — negare non possum —, sed abhorret non modo ab huius saeculi licentia, verum etiam a maiorum consuetudine atque concessis. Quando enim hoc non factum est, quando reprehensum, quando non permissum? quando denique fuit ut quod licet non liceret? Hic ego iam rem definiam: mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam. 49. Si quae non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati palamque sese in meretricia vita collocarit, virorum alienissimorum conviviis uti instituerit; si hoc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciat, si denique ita sese gerat non incessu solum, sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, navigatione, conviviis, ut non solum meretrix, *sed etiam proterva meretrix* procaxque videatur: cum hac si qui adolescens forte fuerit, utrum hic tibi, L. Herenni, adulter an amator, expugnare pudicitiam an explere libidinem voluisse videatur? 50. Obliviscor iam iniurias tuas, Clodia; depono memoriam doloris mei; quae abs te crudeliter in meos me absente facta sunt, negligo: ne sint haec in te dicta, quae dixi. Sed ex te ipsa requiro, quoniam et crimen accusatores abs

---

1. *Quare in h. g. labor offendit homines a studioque* Madvigius: *quare in h. g. labore fiendi* (*labor confitendi* E G) *homines a studioque* P E G; *Quae res in h. g. homines a labore studioque dicendi* (*discendi* S) S O — *non quod* L — 2. *sese* P: *se* E G et codd. Arusiani. — 3. *dedidisset* Arusianus (s. v. *dedo*): *dedisset* C O — 5. *cotidie* P (*cottidie in hac acie* E) — *adpeteret* P — 6. *capitis ipse* C: *capitis? ipso* O — *tot iam menses* Lambinus: *tot tamenses* P (sed *a* erasa); *tot menses* E G S O — 8. *ipse loquntur* P — 9. *huc* G P[2]: *hunc* P[1], *huius* E — 13. *etiam* om. G, *ei iam* E — *meretricis* P — 14. *ualde* P, sed *al* in ras. — 15. *ab huius* S et G sup. lin.: *ab eius* P E G (sed *b* in P in ras., ex *u* ut videtur) — *saeculi* P: *seculi* O — 16. *concessu* Ernesti. — 18. *ergo* E G — *iam rem* P[2] in rasura: *rem iam* E G; fort. *ipsam rem* (cf. § 29); nam particulae *iam* hic nullus locus videtur. — 19. *si quae* C: *si qua* O — *nupta* P[2] in ras. — 21. *conlocarit* P; *collocaverit* L — *uti* P[2] in ras. — *hoc in* G (sed in ras.); *hoc* P, *hac* E — 22. *sin hortis* P[1] — *faciat* 2 Oxonn.: *facit* P[1]; *faciet* P[2] E G — 23. *gerat* 3 Oxonn.: *geret* P E G; illud praetuli, cum praecedant coniunctivi perfecti *patefecerit*, *collocarit*, *instituerit*, et in apodosi sequatur: *voluisse videatur*. — 25. *actis* Ernesti. — *sed etiam proterva meretrix* S et codd. aliquot deteriores; om. P E G. Illa lectio non ex cod. aliquo integriore deducta est, sed pro supplemento prudentis alicuius Itali habenda. — 26. *procax qui* P — 29. *tuas* Arusianus (s. v. *obliviscor*) et Servius (ad Aen. II, 148): om. C, sed est in P ante *clodia* aliquid erasum. — *clodiae* P[2] — 30. *neglego* P — 31. *accusatoris* P G.

te et testem eius criminis te ipsam dicunt se habere: si quae mulier sit eius modi, qualem ego paulo ante descripsi, tui dissimilis, vita institutoque meretricio, cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego malo, quid est quod obiiciant Caelio? sin eam te volunt esse, quid est cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Quare nobis da viam rationemque defensionis: nam aut pudor tuus defendet nihil a M. Caelio petulantius esse factum, aut impudentia † et huic defendendum facultatem dabit.

XXI. 51. Sed quoniam emersisse iam e vadis et scopulos praetervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Duo sunt enim crimina una in muliere summorum facinorum: auri, quod sumptum a Clodia dicitur, et veneni, quod eiusdem Clodiae necandae causa parasse Caelium criminantur. Aurum sumpsit, ut dicitis, quod L. Luccei servis daret, per quos Alexandrinus Dio, qui tum apud Lucceium habitabat, necaretur. Magnum crimen vel in legatis insidiandis vel in servis ad hospitem domini necandum sollicitandis; plenum sceleris consilium, plenum audaciae. 52. Quo quidem in crimine primum illud requiram, dixeritne Clodiae, *quam ad rem aurum † tum sumeret, an non dixerit. Si non* dixit, cur dedit? si dixit, eodem se conscientiae scelere devinxit. Tune aurum ex armario tuo promere ausa es? tune Venerem illam tuam spoliare ornamentis spoliatricem ceterorum, cum scires, quantum ad facinus aurum hoc quaereretur, ad necem legati, ad L. Luccei, sanctissimi hominis atque integerrimi, labem sceleris sempiternam? Huic facinori tanto tua mens liberalis conscia, tua domus popularis ministra, tua denique hospitalis illa Venus adiutrix esse non debuit. 53. Vidit hoc Balbus: celatam esse Clodiam dixit atque ita Caelium ad illam attulisse, se ad ornatum ludorum aurum quaerere. Si tam familiaris erat Clodiae, quam tu esse vis, cum de libidine eius tam multa dicis, dixit

---

1. *si quae* E G: *siq:* P; *si qua* O — 2. *eius modi* C: *huiusmodi* O — *discripsi* P¹ — *tui similis* G; at v. p. 1013, 10. — 4. *non tibi* P¹ — 5. *obiciant* P G — 6. *contempnis* P G — 8. *inpudentia* P — *et huic defendendum* (*defendendi* G² S) *facultatem* C: *et huic et ceteris magnam ad se defendendum facultatem* O, de qua interpolatione v. Madvig. p. 399 sq., qui coniecit: *ei sui defendendi fac.*; ego malim: *imp. tua etiam huic ad defendendum facultatem dabit.* de qua structura v. interpr. ad or. Pompeianam § 4. — 10. *euades* P¹; *euadens* P² E G; *e uado* S — 11. *relicuus* P — 12. *aurium* P¹ — 14. *ut dictis* P — 15. *lucei* P E, *luceii* G, *Lucceii* O — *per quod* E G — *luceium* P E G — 16. *habitabant necarentur* P¹ — *insidiandis* S: *insidiantis* G, *insidiantes* P E; *violandis* Lamb.; fort. *insidiando* — 17. *domi* P — 19. *clodiae . . . dix*i*t cur dedit* P¹ spatio vacuo unius versus et dimidii post *clodiae* relicto, quod his verbis manu recentiore suppletum est: *quam ad rem aurum tum iret an non dixerit? si non*, ut item est in E G. Locus medio demum aevo suppletus videtur: spatio quod in P vacuum est (cf. Mus. Rhen. nov. IX, 331) hoc fere respondet: *dixeritne Clodiae* [*Caelius, quantum ad facinus aurum quaereret an non dixerit. Si non*] *dixit* cet. — *tum sumeret* S: *tum iret* P² E G et codd. plerique, quod ex *sumptum* (vel *quaesitum*) *iret* corruptum videtur; nec tamen Ciceronem ipsum sic scripsisse putamus; *mutuum sumeret* Weiske. — 21. *diuinxit* P¹ (*x* in ras.) — 22. *spoliare orn. spoliatricem* P E G: *spoliatricem orn. spoliare* S; *spoliatricem spoliare orn.* O — *ceterorum* cod. S. Vict.: *ceterum* codd. rell. et O (*ornamentis? Ceterum* O). Cf. Madv. p. 400. — 23. *a * l. luculum* P¹: *ad l. lucullum* P² E G, sed in G sup. lin. *l. luceii* — 24. *integerrumi* P — *sempiternam* Pantagathus: *sempiterni* C: cf. p. Sulla § 88. — 27. *hoc*] *autem* G — *celata* G — *celium ita* E G — *adtulisse* P — 29. *lubidine* P.

profecto, quo vellet aurum: si tam familiaris non erat, non dedit. Ita si verum tibi Caelius dixit, o immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti: si non est ausus dicere, non dedisti.

XXII. Quid ego nunc argumentis huic crimini, quae sunt innumerabilia, resistam? Possum dicere mores M. Caelii longissime a tanti sceleris atrocitate esse disiunctos: minime esse credendum homini tam ingenioso tamque prudenti non venisse in mentem, rem tanti sceleris ignotis alienisque servis non esse credendam. Possum etiam illa et ceterorum patronorum et mea consuetudine ab accusatore perquirere, ubi sit congressus cum servis Luccei Caelius, qui ei fuerit aditus. Si per se, qua temeritate? si per alium, per quem? Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. Non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi maleficii spes, non ratio ulla, non vestigium maximi facinoris reperietur. 54. Sed haec, quae sunt oratoris propria, quae mihi non propter ingenium meum, sed propter hanc exercitationem usumque dicendi fructum aliquem ferre potuissent, cum a me ipso elaborata proferri viderentur, brevitatis causa relinquo omnia. Habeo enim, iudices, quem vos socium vestrae religionis iurisque iurandi facile esse patiamini, L. Lucceium, sanctissimum hominem, gravissimum testem, qui tantum facinus in famam atque fortunas suas neque non audisset illatum a Caelio neque neglexisset neque tulisset. An ille vir, illa humanitate praeditus, illis studiis, illis artibus atque doctrina, illius ipsius periculum, quem propter haec ipsa studia diligebat, negligere potuisset? et quod facinus in alienum hominem intentum severe acciperet, id omisisset curare in hospitem? quod per ignotos actum si comperisset, doleret, id a suis servis tentatum esse negligeret? quod in agris locisve publicis factum reprehenderet, id in urbe ac domi suae coeptum esse leniter ferret? quod in alicuius agrestis periculo non praetermitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? 55. Sed cur diutius vos, iudices, teneo? ipsius iurati religionem auctoritatemque percipite atque omnia diligenter testimonii

---

1. *non dedita si* P[1] (*non dixit* pro *non dedit* coni. Ravius in Var. Lectt. II, p. 103.) — 3. *ausus* S: *rursus* P E G — 4. *qui** P[1], *quis* P[2] — *ergo* G E — 5. *caeli* P — 6. *immanitate* cod. Lamb. — *esse* P in ras. — 8. *credendam* G[2] S: *credendum* P E G[1] (sed in P est *u* in ras.) — 10. *luccaei* P, *lucei* E G — 11. *omnis* G — *suspitionum* P — 14. *maxumi* P G — *reperiatur* G[1] — 17. *elaborata* A. Augustinus: *laborata* C — 19. *luceium* P E G — *gravissimum* Orelli (2): *et gravissimum* C O — 20. *in famam atque* S: *infamatatq:* P E G — 21. *non* in G punctis notatum. — *inlatum* P — *a* P sup. lin. — *neclexisset* P — 22. . . . *dis illis artibus* - - *Caelio* p. 1019, 20 habet T — *illis artibus* T, ut edidit Lambinus: *illis* om. codd. rell. — 23. *studia* om. E — 24. *neclegere* P — *in* T S: om. P E G[1]; *per* G[2] — *intentum* T[1]: *intantum* T[2]; *inlatum* P G, *illatum* O; *intentatum* Orelli (2) — 25. *accipere* P — *in hospitem* T, ut Garatoni coniecerat: *in hospite* codd. rell. — *actum si comperisset* T et aliquot libri Lamb.: *actum cumpetisset* P, *actum competisset* G (*comperisset* corr.); *actum cum comperisset* S — 26. *a suis servis* T: *servis* om. codd. rell. et O, prob. Madvig. p. 402. — *temptatum* T P G — *neglegeret* T; *neglegere* P — 27. *locisque* T solus ex notis. — *reprehenderet et id* T — *domi suae* T: *suae domi* (*domui* E) P G E — 28. *leniter* T P E G S: *leviter* O. Cf. Klotz. in Praef. ed. Teubn. p. XIII. (in E *leniter* esse nominatim dicit Graevius, sed tacet Wunderus.) — *ferre* P — *prae* || *mitteret* P et G[1]; *permitteret* G[2] — 29. *in* T: om. P E G — *insidis* T — *nocentissimi hominis* T — 31. *percipite atque* om. T — *testimoni* P[1].

verba cognoscite. Recita L. Luccei testimonium. Quid exspectatis amplius? an aliquam vocem putatis ipsam pro se causam et veritatem posse mittere? Haec est innocentiae defensio, haec ipsius causae oratio, haec una vox veritatis. In crimine ipso nulla suspicio est, in re nihil est argumenti, in negotio, quod actum esse dicitur, nullum vestigium sermonis, loci, temporis: nemo testis, nemo conscius nominatur: totum crimen profertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo: domus autem illa, quae tentata esse scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, dignitatis, officii, religionis: ex qua domo recitatur vobis iure iurando devincta auctoritas: ut res minime dubitanda in contentione ponatur, utrum temeraria, procax, irata mulier finxisse crimen, an gravis, sapiens moderatusque vir religiose testimonium dixisse videatur.

XXIII. 56. Reliquum est igitur crimen de veneno, cuius ego nec principium invenire neque evolvere exitum possum. Quae fuit enim causa, quam ob rem isti mulieri venenum dare vellet Caelius? Ne aurum redderet? num petivit? Ne crimen haereret? num quis obiecit? num quis denique fecisset mentionem, si hic nullius nomen detulisset? Quin etiam Herennium dicere audistis, verbo se molestum non futurum fuisse Caelio, nisi iterum eadem de re suo familiari absoluto nomen hic detulisset. Credibile est igitur tantum facinus ob nullam causam esse commissum? et vos non videtis fingi sceleris maximi crimen, ut *causa* alterius sceleris suscipiendi fuisse videatur? 57. Cui denique commisit? quo adiutore usus est? quo socio? quo conscio? cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? Servisne mulieris? sic enim obiectum est. Et erat tam demens hic, cui vos ingenium certe tribuitis, etiam si cetera inimica oratione detrahitis, ut omnes suas fortunas alienis servis committeret? At quibus servis? refert enim magno opere id ipsum: iisne, quos intelligebat non communi conditione servitutis uti, sed licentius, liberius, familiarius cum domina vivere? Quis enim hoc non videt, iudices, aut quis ignorat, in eius modi domo, in qua mater familias meretricio more vivat, in qua nihil geratur quod foras proferundum sit, in

---

1. *recita* T P: *recitate* E G — *L. Luccei testimonium* T: *testimonium luccei* (*luceii* G) P G; *testimonium L. Lucceii* [TESTIMONIUM LUCCEII] O — *expectatis* T P — 2. *possem prose* (*ro* in ras., ex *posse*, ut videtur) *mittere* P — 4. *in re* T E G: *in rea* P, add. 2 m. *et* ante *in* sup. lin. — 8. *temptata esse* T: *temptata* E P², *tempta* P¹, *tentata* G O — 9. *dignitatis* T: om. codd. rell. — *offici* P — 11. *fincxisse* P — 14. *relicuum* P — *nec* T: *de* P¹, *neque* E G O; *idē* P² — 15. *euoluere* T S: *uoluere* P E G — 16. *causam* P¹ — *dare uellet* T: *uellet dare* P E G O — 17. *hereret* P; *haberet* T — 18. *nullius* T: *nemini* codd. rell. et O. Spreverunt editores optimam lectionem palimpsesti, cum mox sequatur: *nisi . . . suo familiari absoluto nomen hic detulisset.* Nec tamen necesse erat ut orator utroque loco eadem verborum structura uteretur. — 19. *L. Herennium* O cum Lambino. — *se uerbo se* T — *futurum caelio* T, cuius fragm. in his verbis desinit. Probat hanc lectionem Peyronius, non cogitans verisimile esse sequens folium a verbo *fuisse* incepisse, ut probabile sit Ciceronem scripsisse: *non futurum Caelio fuisse.* — 20. *sua* G; *sui familiaris absoluti* Pantagathus; at v. in Verr. II, § 68. in Pis. § 82. — 21. *ob nullam* C: *nullam ob* O — *esse* om. E — 22. *causa alterius* nos: *causa* om. P E G; *alterius causa* S O; Lamb. *causa* ante *videatur* supplevit. — 26. *est* om. P E G; fort. *sic est enim obiectum.* — *tribuistis* E G — 27. *omnis* P G — 28. *at* P²: *ad* P¹ — *magno opere* G¹: *magnopere* P E G² — *iisne* Lambinus: *hisne* C — 29. *uti sed* S: *utesset* P E G — 31. *quis ignorat* C: *quis hoc ignorat* O — 32. *foras* om. E G — *proferundum* P²: *proferuntur* P¹; *proferendum* O.

qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia ac flagitia versentur, hic servos non esse servos? quibus omnia committantur, per quos gerantur, qui versentur isdem in voluptatibus, quibus occulta credantur, ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumptibus ac luxurie redundet. 58. Id igitur Caelius non videbat? Si enim tam familiaris erat mulieris, quam vos vultis, istos quoque servos familiares esse dominae sciebat. Sin ei tanta consuetudo, quanta a vobis inducitur, non erat, quae cum servis potuit familiaritas esse tanta? XXIV. Ipsius autem veneni quae ratio fingitur? ubi quaesitum est? quem ad modum paratum? quo pacto? cui, quo in loco traditum? Habuisse aiunt domi vimque eius esse expertum in servo quodam, ad eam rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum. 59. Pro di immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conivetis aut praesentes fraudis poenas in diem reservatis? Vidi enim, vidi et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae, cumque ille vir, qui se natum huic imperio putavit, tertio die post quam in curia, quam in rostris, quam in re publica floruisset, integerrima aetate, optimo habitu, maximis viribus, eriperetur indignissime bonis omnibus atque universae civitati: quo quidem tempore ille moriens, cum iam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam rei publicae reservabat; cum me intuens flentem significabat interruptis ac morientibus vocibus, quanta impenderet procella mihi, quanta tempestas civitati, et cum parietem saepe feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebro Catulum, saepe me, saepissime rem publicam nominabat, ut non tam se mori quam spoliari suo praesidio cum patriam, tum etiam me doleret. 60. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset, quonam modo ille furenti fratri suo [patrueli] consularis restitisset, qui consul incipientem furere atque conantem sua se manu interfecturum audiente senatu dixerit? Ex hac igitur domo progressa ista mulier de

---

1. *lustra* S: *inlustria* P, *illustria* E G — *luxuriaes* P^1 — *uicia* P — *ac* P E G et Col.: *atque* S O — 2. *uorsentur* P G — *seruus non esse seruus* P^1 — *per quos omnia gerantur* Lambinus. — 3. *isdem in* P: *iisdem in* O; *in* om. E G, sed habet G sup. lin. ante *iisdem* — 4. *ad* om. P — *aliquantulum* Col. — *cotidianis* P — *luxuriae* P^1 E G^1; cf. p. 1008, 8. — 5. *tam* S: *iam* P, om. E G — 6. *uoltis* G — *servos - - cum* (v. 8) om. E — *ee domina* ‖ *esse scibat* P; *dominae esse sciebat* G — 7. *si ei* G — *a* om. G — 10. *aiunt* P^2 in ras. — 11. *ad eam rem* Madvigius p. 403: *ad eadem rem* P^1; *ad rem* P^2 E G O — 12. *pro di* P (sed *di* in ras.): *per deos* E; *pro dii* O; *o dii immortales*, *cur in maximis sceleribus aut connivetis interdum aut - - reservatis* affert Arus. Mess. s. v. *in dies* p. 242 Lind. — 13. *maxumis* P — *coniuetis* P E G: *connivetis* O — 14. *praesentis* C O. Ut nobis constemus, vulgarem accusativi plur. formam restituimus; nam *praesentis* non ad *fraudis* referendum esse manifestum est, de qua re contulit Wesenbergius Cic. de Divin. II, § 122. Phaedr. III, 10, 52. Suet. Claud. 34. Curt. X, 1, 39. Flor. I, 26. — 15. *aceruissimum* P — *quintus* P — 16. *eremioquae* P^1; *e gremioque* P^2 E G S — 18. *integerruma aetate optumo* P — 19. *indignissume* P — 22. *ac* C: *atque* O — 23. *inpenderet* P — *mihi* Orelli (2): *ibi* P E G; *urbi* S O; *rei p.* Garatoni; *nobis* Ravius, quam emendationem Klotzius a nobis receptae praetulit, ego illam propter vers. 25 et 26. — 24. *cum quinto* P — 26. *se mori* P: *se emori* E G S O — 27. *uis* P corr. ex *uirum* — 28. *patrueli* ut glossema inclusimus cum Orellio (2), cum manifesto P. Clodius significetur. Cf. de Har. Resp. § 45. — 29. *consul* Manutius: *consulem* C — *se sua* G.

veneni celeritate dicere audebit? Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat? non parietes conscios, non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet? Sed revertar ad crimen: sed enim haec facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit et mentem dolore impedivit.

XXV. 61. Sed tamen venenum unde fuerit, quem ad modum paratum sit, non dicitur. Datum esse aiunt huic P. Licinio, pudenti adolescenti et bono, Caelii familiari: constitutum factum esse cum servis, ut venirent ad balneas Senias; eodem Licinium esse venturum atque iis veneni pyxidem traditurum. Hic primum illud requiro, quid attinuerit fieri in eum locum constitutum, cur illi servi non ad Caelium domum venerint. Si manebat tanta illa consuetudo Caelii, tanta familiaritas cum Clodia, quid suspicionis esset, si apud Caelium mulieris servus visus esset? sin autem iam iam suberat simultas, exstincta erat consuetudo, discidium exstiterat, hinc illae lacrimae nimirum et haec causa est omnium horum scelerum atque criminum. — 62. Immo, inquit, cum servi ad dominam rem istam et maleficium Caelii detulissent, mulier ingeniosa praecepit suis, omnia Caelio pollicerentur; sed ut venenum, cum a Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset, constitui locum iussit balneas Senias, ut eo mitteret amicos, qui delitiscerent, dein repente, cum venisset Licinius venenumque traderet, prosilirent hominemque comprehenderent. — XXVI. Quae quidem omnia, iudices, perfacilem rationem habent reprehendendi. Cur enim potissimum balneas publicas constituerat? in quibus non invenio quae latebra togatis hominibus esse posset. Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent: sin se in intimum coniicere vellent, nec satis commode calceati et vestiti id facere possent, et fortasse non reciperentur, nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. 63. Atque equidem vehementer exspectabam, quinam isti viri boni testes huius manifesto deprehensi veneni dicerentur; nulli enim sunt adhuc nominati. Sed non dubito quin sint pergraves, qui primum sint talis feminae familiares, deinde eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur: quod illa, nisi a viris honestissimis ac plenissimis dignitatis, quam velit sit potens, numquam impetravisset. Sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? virtutem eorum diligentiamque cognoscite. In balneis de-

---

1. *nonne* C : *non* O cum Garatonio. Cf. supra ad § 34. — 2. *eliceat* P[1]; *eiiciat* codd. aliquot deteriores. Cf. Garat. ad h. l. — *illam* S: *aliam* P E G — *funestam* om. E G — 3. *set* P — *etenim* prave Gruterus; *sed enim,* in quo complures editores offensi sunt, est nostrum «*aber freilich*», cuius loco orator etiam *quamquam* vel *etsi* scribere potuit. — 7. *aiunt huic* Madvigius: *aiunt hoc* C; *hoc aiunt* O — *lucinio* P — *prudenti* E — 8. *caeli* P, item v. 12 et 17. — 10. *adtinuerit* P — 11. *fieri* C: *illud fieri* O — 12. *uenirent* E G — *tanta familiaritas cum Clodia* P E G: *cum Clodia tantaque familiaritas* S O — 13. *suspitionis* P — 14. *extincta -- extiterat* P — 15. *lacrumae* P — 16. *omnium horum* C: *horum omnium* O — 17. *remittam* P[1] — 18. *omnia* C : *ut omnia* O — *sed ut* E(?) S: *sed* P G; *et ut* L — 20. *delitiscerent* P: *delitescerent* O — *dein* P G S: *deinde* E(?) O — 21. *venenumque* cod. Leidensis et L: *venenum* P E S O; *ut uenenum* G — 23. *balneas publicas potissimum* O contra codd. — *constitueret* G — 25. *posset* C: *possit* O — 26. *coicere* P G. Cf. Lachm. *Comment. in Lucret.* p. 136. — *calciati* G — 27. *reciperetur* P G — 28. *permustatione* P G — *e*quidem* P; *quidem* E G — 29. *expectabam* P — 31. *quin sit* P — *tali* G — *faeminae* P — 33. *illam* P.

lituerunt: testes egregios! dein temere prosiluerunt: homines temperantes! Sic enim fingunt, cum Licinius venisset, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tum repente evolasse istos praeclaros testes sine nomine: Licinium autem, cum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset, retraxisse atque illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse. O magna vis veritatis, quae contra hominum ingenia, calliditatem, sollertiam contraque fictas omnium insidias facile se per se ipsa defendat! XXVII. 64. Velut haec tota fabella veteris et plurimarum fabularum poëtriae quam est sine argumento! quam nullum invenire exitum potest! Quid enim? isti tot viri — nam necesse est fuisse non paucos, ut et comprehendi Licinius facile posset et res multorum oculis esset testatior — cur Licinium de manibus amiserunt? qui minus enim Licinius comprehendi potuit, cum se retraxit, ne pyxidem traderet, quam si tradidisset? Erant enim illi positi, ut comprehenderent Licinium, ut manifesto Licinius teneretur, aut cum retineret venenum aut cum tradidisset. Hoc fuit totum consilium mulieris, haec istorum provincia, qui rogati sunt; quos quidem tu quam ob rem temere prosiluisse dicas atque ante tempus, non reperio. — Fuerant hoc rogati, fuerant ad hanc rem collocati, ut venenum, ut insidiae, facinus denique ipsum ut manifesto comprehenderetur. — 65. Potueruntne magis tempore prosilire, quam cum Licinius venisset, cum in manu teneret veneni pyxidem? quae si *cum* iam erat tradita servis, evasissent subito ex balneis mulieris amici Liciniumque comprehendissent, imploraret hominum fidem atque a se illam pyxidem traditam pernegaret. Quem quo modo illi reprehenderent? vidisse se dicerent? Primum ad se revocarent maximi facinoris crimen; deinde id se vidisse dicerent, quod, quo loco collocati fuerant, non potuissent videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt, cum Licinius venisset, pyxidem expediret, manum porrigeret, venenum traderet. Mimi ergo est iam exitus, non fabulae: in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur. XXVIII. 66. Quaero enim, cur Licinium titubantem, haesitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria manus ista de manibus amiserit, cur non comprehenderint, cur non ipsius confessione, multorum oculis, fa-

---

1. *testis* P G — *dein* P G: *deinde* E(?) S O — *temperantes* P: *gravitati deditos* E G S O. Recte cum ironia *temperantes* dicuntur qui cupidi moraeque impatientes tempus prosiliendi exspectare non potuerint, sed *temere*, i. e. ante tempus (v. § 64 et p. Sest. § 80) prosiluerint. — 4. *tradendam* P: *trahendam* E G; *tradendum* S O — 6. *omnium ingenia* C — 7. *solertiam* P — 8. *ipsa* P^1: *ipsam* P^2 E G S O — *velut* C: *verum* O — *fauella* P^1 — 9. *quae est - - quae nullum* G — 12. *Qur* P — *de manibus* om. E G — *amiserunt* C: *emiserunt* O; cf. in Verr. III, § 32 et IV, § 44, ubi lectio *amissa* a Zumptio relicta ex optimo R reducenda est; et v. Liv. 29, 31. 30, 24. 31,18. Curt. IX, 10, 26. Plauti Mil. glor. II, 5, 47 cet. — 14. *illic* G^2, ut voluit Ravius II, p. 104 prob. Bakio ad Cic. de legg. p. 603. — 18. *hoc* P: *autem* G; *enim* E — 19. *conlocati* P — 20. *magis* P^1: *meliori magis* S; *meliori* P^3 E G O. Cf. Madv. p. 389. — *prosilere* P^1 — 22. *quae si iam erat* C; fort. *quae si iam erat tradita servis, si evasissent* cet. — 23. *hominum* E (?): *omnium* P G S — 24. *comprehenderent* G — 26. *id se* P: *ipsi* E G — *conlocati* P — 28. *mimi* P, sed *imi* in ras. — 29. *est etiam exitus* C — 30. *auleum* P — 31 et 33. *qur* P — 32. *ista manus* L — *amiserit* aliquot codd. Lambini: *miserit* P; *emiserit* E G; cf. supra ad v. 12. — *cur non compreh.* om. P; habet enim in extrema columna *miserit qur non*, deinde sequitur in nova *ipsius* — 33. *prehenderit* E — *confessionem facinoris multorum oculis. denique* G.

cinoris denique voce tanti sceleris crimen expresserint? an timebant ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?

Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa, nullus exitus criminis reperietur. Itaque haec causa ab argumentis, a coniectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est. Quos quidem ego, iudices, testes non modo sine ullo timore, sed etiam cum aliqua spe delectationis exspecto. 67. Praegestit animus iam videre, primum lautos iuvenes, mulieris beatae ac nobilis familiares; deinde fortes viros, ab imperatrice in insidiis atque in praesidio balnearum collocatos: ex quibus requiram, quem ad modum latuerint aut ubi; alveusne ille an equus Troianus fuerit, qui tot invictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit. Illud vero respondere cogam, cur tot viri ac tales hunc et unum et tam imbecillum, quam videtis, non aut stantem comprenderint aut fugientem consecuti sint: qui se numquam profecto, si in istum locum processerint, explicabunt: quam volent in conviviis faceti, dicaces, non numquam etiam ad vinum diserti sint, alia fori vis est, alia triclinii; alia subselliorum ratio, alia lectorum; non idem iudicum comissatorumque conspectus; lux denique longe alia est solis ac lychnorum. Quam ob rem excutiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. Sed me audiant: navent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent: vigeant apud istam mulierem venustate, dominentur sumptibus, haereant, iaceant, deserviant: capiti vero innocentis fortunisque parcant.

XXIX. 68. At sunt servi illi de cognatorum sententia, nobilissimorum et clarissimorum hominum, manu missi. Tandem aliquid invenimus, quod ista mulier de suorum propinquorum, fortissimorum virorum, sententia atque auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio: in qua aut crimen est Caelio quaesitum aut quaestio sublata aut multarum rerum consciis servis cum causa praemium persolutum. — At propinquis, inquit, placuit. — Cur non placeret, cum tu rem te ad eos non ab aliis tibi allatam, sed a te ipsa compertam deferre diceres? 69. Hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxi-

---

2. *inbecillum* P — 3. *suspitio* P — . . . *lus exitus* - - *miramur si* v. 32 habet T — 4. *reperitur* G, ut voluit Ernesti. — *ab his* P G — 5. *inlustrari* P — *testis* P G — *traducta sunt* (*sunt* expunctum) *est* T — 6. *iudices testis* P E G S: *testes iudices* T (?) O — *sine illo* P¹ — 8. *fortis* P G — 9. *imperatricis* T, sed *s* expuncta. — *collocatus* T; *locatos* P E G S, de qua lectione confert Wesenb. Cic. Lael. § 40. — 10. *quem ad modum* T: *quonam modo* codd. rell. et O — *albeusne* T — 12. *cogar* P¹ E — 13. *inbecillum* P — *quem* E — *comprenderint* P: *conprendiderint* T; *comprehenderint* E G O — 14. *in istum* T P: *istum in* E G O — 15. *quam uolent* P S: *quamuis* T; *quam* E G — 16. *deserti* P — *diserti sint. Alia* O; verborum distinctionem correxit Bake. — 17. *comissatorumque* T, ut videtur: *commissatorumque* P; *comessatorumque* G; cf. § 35. — 18. *conspectus* - - *istorum* om. E — *consessus* cod. Ursini. — *ac* T: *et* codd. rell., de qua lectione confert Wesenb. ep. ad Fam. VIII, 1. de Orat. III, § 66. p. Caec. § 57. de Off. II, § 61. de Finn. I, § 67. II, § 21. Brut. § 43. — *lichnorum* P G — 19. *omnis ineptias* P — 20. *sed me* C: *sed si me* O — *aliam* ante *ineant* om. T — 21. *ostendent* T¹ — 22. *fortunisque* T P E G: *et fortunis* S O — 24. *ad sunt* T — 25. *manu misit* P¹ — 27. *dicatur* T P G²: *uideatur* E G¹ — 29. *sublata* T S, ut Lamb. voluerat: *subleuata* P E G — *proemium* P — 30. *ad propinquis inquid placuit* T; *inquit* om. codd. rell. et O — 31. *tu rem te* T P G (sed P¹ *tueremte*): *rem tute* O — *ab eos* P — *adlatam* P — *conpertam* P — 32. *commentitiam* P.

dem obscenissima est fabula consecuta? Nihil est, quod in eius modi mulierem non cadere videatur: audita et percelebrata sermonibus res est. Percipitis animis, iudices, iam dudum, quid velim, vel potius, quid nolim dicere. Quod etiam si est factum, certe a Caelio non est; quid enim attinebat? est enim ab aliquo fortasse adolescente non tam insulso quam non verecundo. Sin autem est fictum, non illud quidem modestum, sed tamen est non infacetum mendacium: quod profecto numquam hominum sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia, quae cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur.

70. Dicta est a me causa, iudices, et perorata. Iam intelligitis, quantum iudicium sustineatis, quanta res sit commissa vobis. De vi quaeritis. Quae lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriae, ad salutem omnium pertinet; quam legem Q. Catulus armata dissensione civium rei publicae paene extremis temporibus tulit, quaeque lex sedata illa flamma consulatus mei fumantes reliquias coniurationis exstinxit: hac enim lege Caelii adolescentia non ad rei publicae poenas, sed ad mulieris libidinosae delicias deposcitur. XXX. 71. Atque hoc etiam loco M. † Camurtii et C. Caesernii damnatio praedicatur. O stultitiamne dicam an impudentiam singularem! Audetisne, cum ab ea muliere veniatis, facere istorum hominum mentionem? audetisne excitare tanti flagitii memoriam, non exstinctam illam quidem, sed repressam vetustate? Quo enim illi crimine peccatoque perierunt? nempe quod eiusdem mulieris dolorem et iniuriam Vettiano nefario stupro sunt persecuti. Ergo ut audiretur Vettii nomen in causa, ut illa vetus aeraria fabula reficeretur, idcirco † Camurtii et Caesernii est causa renovata? qui quamquam lege de vi certe non tenebantur, eo maleficio tamen erant implicati, ut ex nullius legis laqueis eximendi viderentur. 72. M. vero Caelius cur in hoc iudicium vocatur? cui neque proprium quaestionis crimen obiicitur, nec vero aliquod eius modi, quod sit a lege seiunctum, cum vestra severitate coniunctum: cuius prima aetas dedita disciplinae fuit iisque ar-

---

1. *obscenissima* P: *obscoenissima* O — *est f.* nos: *sit f.* C O — 2. *non* om. E G — 3. *iandudum* P — 4. *non est* C: *non est factum* O — 7. *infacetum* P G S: *inficetum* E (?) O — 8. *nisi* - - *viderentur* affert Arusianus Messius s. v. *quadrare.* — 10. *intellegitis* P — 12. *lex*] *res* E — 15. *fumantis* C — *extinxit* P — 16. *hac nunc* scripsi: *hac enim* C: *hac* O — *caeli* P — 17. *libidinosae* cod. Lamb.: *libidin****** P[1]; *libidines et* P[2] E G S O. Cf. Madvig. p. 405, not. 2. — *delecias* P[1] — 18. *Camurti* C, sed in P *camurti et* magna ex parte in ras. ita scriptum est, ut spatium litterarum deletarum non sit expletum; *Camurii* Garatoni. — *C.* om. codd. — *caeserni* (P) vel *ceserni* C — 19. *inpudentiam* P — 20. *exercitare* P[1] — 21. *extinctam* P — *uetustatem* P — 23. *sunt stupro sunt* P; *sunt stupro* E G O; fort. *isto stupro sunt* — 24. *uetti* P — *aeraria* Garatoni: *afraria* C, sed cod. St. Vict. *araria*; † *Afrania* O; *Afraniana* Lamb. — *reficeretur* P[2] E G S: *refeciretur* P[1]; *referretur* cod. St. Vict. et 4 Oxonn.; *refricaretur* O. Cf. Madv. p. 404. — 25. *iccirco* G — *camurti* om. P[1] in extremo versu. — *caeserni* A P (est prima lectio varia quam Maius in *Sex oratt. fragm.* Mediol. 1817 ex uno folio palimpsesti Ambrosiani attulit.) — 26. *certe* P, sed *te* in ras. — *eo maleficio tamen* A (?) et edd.: *eo maleficio* S; *et maleficio* P E G, fort. ex *ei (eo) tamen mal.* — *inplicati* A — 27. *eximendi* A: *emittendi* codd. rell. et O — 28. *proprium* codd. praeter A: *proprium quidem* A O; at v. Madv. p. 406, nisi lectio corrupta est ex *proprium quoddam* — *crimen quaestionis* A O — *obicitur* A P G — 29. *aliquod* (sc. crimen) P: *aliquid* A (?) E G O. Cf. Wesenb. ad Sest. p. 12, not. 1.— *cum* A: *et cum* codd. rell.; in P *et cum* - - *coniunctum* in marg. manu 2. suppleta sunt. — 30. *cuius prima* - - *usum forensem* affert rhetor incertus in *Anecdotis Paris. ed. Eckstein* p. 4. — *disciplinae* A: *disciplinis* codd. rell. et O, in qua lectione exspectares: *iis disciplinis.* — *isque* A P[1].

tibus, quibus instituimur ad hunc usum forensem, ad capessendam rem publicam, ad honorem, gloriam, dignitatem: iis autem [fuit] amicitiis maiorum natu, quorum imitari industriam continentiamque maxime velit, iis studiis aequalium, ut eundem quem optimi ac nobilissimi petere cursum laudis videretur. 73. Cum autem paulum iam roboris accessisset aetati, in Africam profectus est, Q. Pompeio proconsuli contubernalis, castissimo homini atque omnis officii diligentissimo; in qua provincia cum res erant et possessiones paternae, tum etiam usus quidam provincialis, non sine causa a maioribus huic aetati tributus. Decessit illinc Pompei iudicio probatissimus, ut ipsius testimonio cognoscetis. Voluit vetere instituto, eorum adolescentium exemplo, qui post in civitate summi viri et clarissimi cives exstiterunt, industriam suam a populo Romano ex aliqua illustri accusatione cognosci. XXXI. 74. Vellem alio potius eum cupiditas gloriae detulisset! sed abiit huius tempus querellae. Accusavit C. Antonium, collegam meum; cui misero praeclari in rem publicam beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati. Postea nemini umquam concessit aequalium, plus ut in foro, plus ut in negotiis versaretur causisque amicorum, plus ut valeret inter suos gratia. Quae nisi vigilantes homines, nisi sobrii, nisi industrii consequi non possunt, omnia labore et diligentia est consecutus. 75. In hoc flexu quasi aetatis — nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra — fama adolescentis paulum haesit ad metas notitia nova mulieris et infelici vicinitate et insolentia voluptatum, quae cum inclusae diutius et prima aetate compressae et constrictae fuerunt, subito se non numquam profundunt atque eiiciunt universae. Qua ex vita, vel dicam quo ex sermone — nequaquam enim tantum erat, quantum homines loquebantur —, verum ex eo, quidquid erat, emersit totumque se eiecit atque extulit, tantumque abest ab illius familiaritatis infamia, ut eiusdem nunc ab sese inimicitias odiumque propulset. 76. Atque ut iste interpositus sermo deliciarum desidiaeque moreretur — fecit me mehercule invito et multum repugnante, sed tamen fecit —, nomen amici mei de ambitu detulit: quem absolutum insequitur, revocat, nemini nostrum obtemperat, est violentior quam vellem. Sed ego non loquor de sapientia, quae non cadit in hanc aetatem: de impetu animi loquor, de cu-

---

1. *instituimur* P E G S: *instrituimur* cod. rhetoris incerti; *struimur* A; *instruimur* O — 2. *is autem fuit* P E; *his autem fuit* A, ut videtur; *usus* (hoc ex *iis iis*, ut videtur) *autem fuit* G; *is usus fuit* S; *iis autem* om. *fuit* O ex Ern. coni. — 3. *continentiam* A — *uelit is* P; *uelitis* E G — 4. *studiis aequalium* A: *aequalium studiis* codd. rell. et O — *obtumi ac nobilis si petere* P (sed *si* m. 2. deletum) — 5 et 22. *paulum* AP: *paullum* O — 6. *procōs.* P G — 7. *homini* A: *viro* codd. rell. et O — *offici* A — *diligentissumo* P — 8. *erat* A; cf. Madv. p. 407. — 9. *decessit* A: *discessit* P S O; *discedens* G. «Verbo *decedendi* in privatis quoque uti Ciceronem satis constat.» Bake. — 10. *Pompei* A P E: *Pompeii* O — *probatissumus* P^2, *probati sumus* P^1 — 11. *ueteri* P — *adulescentium* A P — *in* om. P^1 — 12. *carissimi* P^1 — *extiterunt* A P — *suam a* P^2, *summa* P^1 — 13. *inlustri* A P — 14. *abit* A; *habiit* P^1 — *hoc* E G — *quaerellae* A P; *querelae* O — 15. *cui$_*$mi$_*$sero* P — 16. *benefici* A P — *malefici* A P — 17. *umquam* A: om. codd. rell. (*nemini cuiquam* Bake) — *plus in foro plus in negotio* A — 19. *uigilantis hominis* A — *industri* P — 20. *fluxu* E G — 22. *adulescentis* A P — 23. *et* ante *infelici* om. A, quam extremam varietatem Maius ex A protulit. — 24. *fuerint* G — 25. *eiciunt* P — *qua ex vita* S: *qua$_*$ex uita* G; *xubita* P initio versus. — 27. *quicquit* P^2, *quit* P^1 — 29. *atque odium* G.

piditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam: quae studia in his iam aetatibus nostris contractiora esse debent, in adolescentia vero tamquam in herbis significant, quae virtutis maturitas et quantae fruges industriae sint futurae. Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius a gloria quam incitandi fuerunt: amputanda plura sunt illi aetati, si quidem efflorescit ingenii laudibus, quam inserenda. 77. Quare si cui nimium efferbuisse videtur huius vel in suscipiendis vel in gerendis inimicitiis suis ferocitas, si quem etiam minimorum horum aliquid offendit, si purpurae genus, si amicorum catervae, si splendor, si nitor, iam ista deferbuerint, iam aetas omnia, iam usus, iam dies mitigarit.

XXXII. Conservate igitur rei publicae, iudices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum. Promitto hoc vobis et rei publicae spondeo, si modo nos ipsi rei publicae satis fecimus, numquam hunc a nostris rationibus seiunctum fore. Quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum quod durissimis se ipse legibus iam obligavit. 78. Non enim potest, qui hominem consularem, quod ab eo rem publicam violatam diceret, in iudicium vocarit, ipse esse in re publica civis turbulentus: non potest, qui ambitu ne absolutum quidem patiatur esse absolutum, ipse impune umquam esse largitor. Habet a M. Caelio res publica, iudices, duas accusationes vel obsides periculi vel pignora voluntatis. Quare oro obtestorque vos, iudices, ut qua in civitate paucis his diebus Sex. Clodius absolutus sit, quem vos per biennium aut ministrum seditionis aut ducem vidistis, qui aedes sacras, qui censum populi Romani, qui memoriam publicam suis manibus incendit, hominem sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum; qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit; qui in Palatio atque in urbis oculis servitia ad caedem et inflammandam urbem incitavit: in hac civitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia, M. Caelium libidini muliebri condonatum, ne eadem mulier cum suo coniuge et fratre et turpissimum latronem eripuisse et honestissimum adolescentem oppressisse videatur. 79. Quod cum huius vobis adolescentiam proposueritis, constituitote ante

---

1. *in his iam* P: *iam in his* E G — 2. *debeant* E — 3. *significant* S: *significat* P E; *significatur* G — 5. *aetatis* P¹ — 6. *efflorescit* S: ***florescit* P (eratne *ecflorescit*?); *florescit* E G — 7. *efferbuisse* E: *efferuuisse* P¹; *efferuisse* P² G O; cf. ad § 43. — 8. *inimicitiis suis* scripsi: *inimicitiis uis* C O. «Asyndeton bimembre hoc quidem loco ferri non potest. Suspicor paene *uis* ortum esse ex ultimis literis vocabuli *inimicitiis*.» Madvig. — *ferocitas* P E G: *ferocitas pertinacia* S O — 10. *deferbuerint* nos: *deferuuerint* P; *deferuerint* E G O — *iam usus, iam dies* Ravius: *iam ista dies* P (sed *ia* in *iam* et *ista* in ras. m. 2; post *ista* est spatium vacuum); *iam ista dies* E G S; *iam res, iam dies* O; cf. p. 741, 28. — 12. *bonorum morum* Weiske praeter necessitatem.— 13. *satisfecerimus* E solus, quod praefert Wesenbergius. — 14. *quot cum* P — 16. *non* C: *neque* O — 17. *in iudicium* om. E G — *violatam esse* Lamb.— 18. *patiatur* Wesenbergius (et post eum Bake et Klotz): *datur* P E G¹; *dat* G²; *patitur* S O. Cf. Madv. p. 409. — 19. *inpune* P — *a* P. in ras. habet. — 21. *optestorque* P — *vos* om. E — *paucis* P in ras. habet. — 22. *diebus his* E G — *coelius* P (sed *o* in ras.), *celius* E G — 23. *seditionum* E — *aedis* P G — 24. verba *hominem sine re - - inquinatum* Garatonio post *ducem vidistis* transponenda videntur. — 26. *adflixit* P — 28. *et ad inflammandam* Bake. — *urbem*] *ciuitatem* G. Cf. var. lect. ad p. 755, 1. — *in hac* C: *in ea* O; cf. § 70 et Madv. de Finn. p. 364. — 29. *lubidini* P — *muliebris* P; *mulieris* S et 4 Oxonn. — 30. *et turpissimum* Bake: *et* om. codd. et O — 32. *constituitote* P E G: *constituitote vobis* S O. Wesenb. confert or. p. Deiot. § 20 et Phil. II, § 115.

oculos etiam huius miseri senectutem, qui hoc unico filio nititur, in huius spe requiescit, huius unius casum pertimescit: quem vos, supplicem vestrae misericordiae, servum potestatis, abiectum non tam ad pedes quam ad mores sensusque vestros, vel recordatione parentum vestrorum vel liberorum iucunditate sustentate, ut in alterius dolore vel pietati vel indulgentiae vestrae serviatis. Nolite, iudices, aut hunc iam natura ipsa occidentem velle maturius exstingui vulnere vestro quam suo fato, aut hunc nunc primum florescentem, firmata iam stirpe virtutis, tamquam turbine aliquo aut subita tempestate pervertere. 80. Conservate parenti filium, parentem filio, ne aut senectutem iam prope desperatam contempsisse, aut adolescentiam plenam spei maximae non modo non aluisse, sed etiam perculisse atque afflixisse videamini. Quem si nobis, si suis, si rei publicae conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis omniumque huius nervorum ac laborum vos potissimum, iudices, fructus uberes diuturnosque capietis.

---

5. *uti liberorum* P — *alterutrius* coni. Abrami. — 7. *extingui* P — *quam* S: *quamquam* P E G — *fato* G S: *facto* E; *falso* P — 8. *tanquam* G — 11. *aluisse sed etiam* S: *aluisse vos sed etiam* P, sed praeter litteras *al* reliqua omnia in ras. et partim sup. lin. m. 2 scripta sunt; *aluis seruos sed* E; G ut S, sed addito *uos* sup. lin.; *alisse vos sed etiam* O — 12. *perculisse* P corr. ex *periculis*** — *nobis* C: *vobis* O — *suis* P in ras. habet. — 13. *Caelii in omni vita servitium obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis* ex memoria affert Martianus Capella V, § 505 p. 434 ed. Kopp., ex quo loco Garatonio *in omni vita* post *obstrictum* inserendum videtur. — *M. Tulli Ciceronis pro Caelio explicit* P; *explicit pro celio* G.

M. TULLII CICERONIS

DE

PROVINCIIS CONSULARIBUS

IN SENATU ORATIO.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Cod. Parisinus num. 7794, a Duebnero et ab Halmio collatus. Cf. p. 830. 859.
G = Cod. Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345, a me collatus.
E = Cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum (vid. supra p. 516.) p. 53 sqq. et Freundium p. 40 sq.
C = Codices P G E inter se consentientes.

Cetera sigla vide supra p. 517.

Integram lectionis varietatem exhibuimus ex solis P G.

I. 1. Si quis vestrum, patres conscripti, exspectat, quas sim provincias decreturus, consideret ipse secum, qui mihi homines ex provinciis potissimum detrahendi sint: non dubitabit, quid sentire me conveniat, cum, quid mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac si princeps eam sententiam dicerem, laudaretis profecto; si solus, certe ignosceretis; etiam si paulo minus utilis vobis sententia videretur, veniam tamen aliquam dolori meo tribueretis: nunc vero, patres conscripti, non parva afficior voluptate, vel quod hoc maxime rei publicae conducit, Syriam Macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil a communi utilitate dissentiat, vel quod habeo auctorem P. Servilium, qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum et cum in universam rem publicam, tum etiam erga meam salutem fide ac benevolentia singulari. 2. Quod si ille et paulo ante, et quotienscumque ei locus dicendi ac potestas fuit, Gabinium et Piso-

---

Inscriptio orationis. *In senatum de provintiis consularib.* P; *in senatu de provinciis consularibus* G; inscriptione carere videtur E; *in senatu* om. O.

1. *P. C.* P (ubique) — *prouintias* P; sic plerumque. — 3. *potissimum* om. G — *sunt* G — *sentire me* PG: *me sentire* EO; *censere me* Cobet (Mnemosyne III, p. 231). — 6. *paulo* PG: *paullo* O, item v. 12. — 7. *adfitior* P — 8. *hoc quod* GE — *re .P.* P — 11. *in* om. C — 13. *quotienscumque* P: *quotiescunque* O.

nem, duo rei publicae portenta ac paene funera, cum propter alias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum et importunam in me crudelitatem, non solum sententia sua, sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit, quonam me animo in eos esse oportet, cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, non iracundiae serviam. Quo animo unus quisque vestrum debet esse in illos, hoc ero: praecipuum illum et proprium sensum doloris mei, quem tamen vos communem semper vobis mecum esse duxistis, a sententia dicenda amovebo, ad ulciscendi tempora reservabo.

II. 3. Quattuor sunt provinciae, patres conscripti, de quibus adhuc intelligo sententias esse dictas: Galliae duae, quas hoc tempore uno imperio videmus esse coniunctas, et Syria et Macedonia, quas vobis invitis et oppressis pestiferi illi consules pro perversae rei publicae praemiis occupaverunt. Decernendae nobis sunt lege Sempronia duae. Quid est quod possimus de Syria Macedoniaque dubitare? Mitto, quod eas ita partas habent ii, qui nunc obtinent, ut non ante attigerint, quam hunc ordinem condemnarint, quam auctoritatem vestram e civitate exterminarint, quam fidem publicam, quam perpetuam populi Romani salutem, quam me ac meos omnes foedissime crudelissimeque vexarint. 4. Omnia domestica atque urbana mitto, quae tanta sunt, ut numquam Hannibal huic urbi tantum mali optarit, quantum illi effecerint. Ad ipsas venio provincias, quarum Macedonia, quae erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed tropaeis, quae multis victoriis erat iam diu triumphisque pacata, sic a barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta, vexatur, ut Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum et arcem munire cogantur, ut via illa nostra, quae per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris, non solum excursionibus barbarorum sit infesta, sed etiam castris Thraeciis distincta ac notata. Ita gentes eae, quae, ut pace uterentur, vim argenti dederant praeclaro nostro imperatori, ut exhaustas domos replere possent, pro empta pace bellum nobis prope iustum intulerunt. III. 5. Iam vero exercitus ille noster superbissimo dilectu et durissima conquisitione collectus omnis interiit. Magno hoc dico cum dolore: miserandum in modum milites populi Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt, incuria, fame, morbo, vastitate consumpti, ut, quod est indignissimum, scelus imperatoris in poenam exercitus expetitum esse videatur. Atque hanc Macedoniam, domitis iam gentibus finitimis barbariaque compressa pacatam ipsam per

2. *inportunam* P G — 4. *esse* ante v. *notandos* delendum censuit Ernestius. — 5. *explendas* cod. Car. Stephani: *expiendas* P¹: *expiandas* P² G E — 6. *hac*] *ac* P¹ — 7. *quo*] *quod* P¹ — *illo* P; *hoc illo* G E — *ero*] *e* in rasura P (videtur *pro* fuisse) — 9. *dixistis* G E — *ducenda* P; *dicendi* G — 12. *intellego* P G — 14. *peruersae* P: *euersae* G E O — *premis* P¹; *premiis* P² — 15. *sunt nobis* P¹ — 17. *optinent* P E — 20. *omnis* P G — *omnia* P: *omnia illa* G E O — 21. *sunt*] *sint* P¹ — *numquam* P: *nunquam* O; sic ubique. — 23. *impetorum* P — 25. *pax*] *x* in rasura P — 26. *uersatur* P — *tessalonicenses* P — *i*mperii* G — 27. *munere* P; cf. § 41. — 28. *usquae* P — 29. *thraetiis* P; *thraciis* G; *threciis* E O; cf. Fleckeisen *Philol. Schneidew.* IV p. 311. — 32. *emta* P¹ — 33. *noster ille* C: *ille noster* O — *superbissima* P¹ — *dilectu* (*d* in rasura litterae *s*, *l* in ras. litt. *c*) P²: *delectu* G E O — 34. *interit* C — 37. *expetitum esse* P: *expetitus esse* G E; *expetisse* Gulielmius; *expetiisse* O; *expiatum esse* coll. Pison. § 85 N. I. B. Kappeyne van de Coppello (Mnemos. III, p. 231). — 38. *compraessa* P — *ipsa* G.

se et quietam, tenui praesidio atque exigua manu etiam sine imperio per legatos nomine ipso populi Romani tuebamur: quae nunc consulari imperio atque exercitu ita vexata est, vix ut se possit diuturna pace recreare, cum interea quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat, Achaeos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis, vectigal ac portorium Dyrrachinorum totum in huius unius quaestum esse conversum, urbem Byzantiorum, vobis atque huic imperio fidelissimam, hostilem in modum esse vexatam? quo ille, posteaquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi a miseris extorquere potuit, cohortes in hiberna misit; iis praeposuit quos putavit fore diligentissimcs satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. 6. Omitto iuris dictionem in libera civitate contra leges senatusque consulta, caedes relinquo, libidines praetereo, quarum acerbissimum exstat indicium et ad insignem memoriam turpitudinis et paene ad iustum odium imperii nostri, quod constat nobilissimas virgines se in puteos abiecisse et morte voluntaria necessariam turpitudinem depulisse; nec haec idcirco omitto, quod non gravissima sint, sed quia nunc sine teste dico. IV. Ipsam vero urbem Byzantiorum fuisse refertissimam atque ornatissimam signis quis ignorat? quae illi exhausti sumptibus bellisque maximis, cum omnes Mithridaticos impetus totumque Pontum armatum, effervescentem in Asiam atque erumpentem ore, repulsum et cervicibus interclusum suis sustinerent, tum, inquam, Byzantii et postea signa illa et reliqua urbis ornamenta sanctissime custodita tenuerunt: 7. te imperatore infelicissimo et taeterrimo, Caesonine Calventi, civitas libera et pro eximiis suis beneficiis a senatu et a populo Romano liberata sic spoliata atque nudata est, ut, nisi C. Vergilius legatus, vir fortis et innocens, intervenisset, unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. Quod fanum in Achaia, qui locus aut lucus in Graecia tota tam sanctus fuit, in quo ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? Emisti a foedissimo tribuno pl. tum in illo naufragio huius urbis, quam tu idem, qui gubernare debueras, everteras, tum, inquam, emisti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos contra senatus consulta et contra legem generi tui dicere liceret: id emptum ita vendidisti, ut aut ius non diceres, aut bonis cives Romanos everteres. 8. Quorum ego nihil dico, patres conscripti, nunc in hominem ipsum: de provincia disputo. Itaque omnia

---

2. *per* om. G — 2. *consulario* (om. *imperio*) C — 3. *atque* corr. in *atqui* P — *ut uix* G² — 4. *nostrum* G — 5. *quodannis* P¹ — 6. *dyrrachinorum* P G: *dirrachinorum* E; *Dyrrhachinorum* O — 9. *aegentibus* P — *cohortis* P G — 10. *iis* P G: *his* E O — *proposuit* P E — 11. *iuris dictionem* divise P: *iurisdictionem* O — *in liberam civitatem* E; sed vide Madvigium *Opusc. alt.* p. 4 sq. — 13. *extat* P G — *inditium* P — 14. *ad***ustum* G² — *odium imperii nostri* C: *imperii nostri odium* O — 15. *abiecisse** P (fuisse videtur *abiecisset*) — 17. *sed quia nunc sine* supra versum habet P² — 18. *referentissimam* P¹ — 19. *cum omnis* Halmius: *cumnis* P¹; *cum* P² G E O — 20. *pontontum* P¹ — *erumpentem ore, repulsum* Madvigius (l. l. p. 5 sq.): *erumpentem ore* (*more* E) *repulsum* C; *erumpentem, aegre repulsum* O — 22. *reli***qua* P — *custodia* P¹ — 23. *taeterrimo* P: *teterrimo* O — *caesoninae* P¹ — 24. *civitas*] *ci* supra versum habet P — *pro eximiis* Madvigius (l. l. p. 6. n. 2): *proximis* C O — 25. *C.* supra versum habet P; om. E — *uergilius* G: *Virgilius* P E O — 28. *graetia* P — *tota*] *tot* P¹ — 29. *T. R. P. L.* P (cf. ad p. 832, 4.); *tribuno plebis* O — 32. *S. C.* P G; *senatus consultum* E — *generis* G — 34. *bonis* P¹: *bonos* P² — *ciuis* P — *eueres* P¹ — *dico P. C. nunc in* C: *nunc, Patres conscripti, in* O — 35. *prouintia* P.

illa, quae et saepe audistis et tenetis animis, etiam si non audiatis, praetermitto: nihil de hac eius urbana, quam ille praesens in mentibus vestris oculisque defixit, audacia loquor; nihil de superbia, nihil de contumacia, nihil de crudelitate disputo. Lateant libidines eius illae tenebricosae, quas fronte et supercilio, non pudore et temperantia contegebat: de provincia, quod agitur, id disputo. Huic vos non summittetis? hunc diutius manere patiemini? cuius, ut provinciam tetigit, sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset, utrum protervior an infelicior esset, iudicare. 9. An vero in Syria diutius est Semiramis illa retinenda? cuius iter in provinciam fuit eius modi, ut rex Ariobarzanes consulem vestrum ad caedem faciendam tamquam aliquem Thraecem conduceret. Deinde adventus in Syriam primus equitatus habuit interitum; post concisae sunt optimae cohortes. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud neque ** actum est nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis, decisiones, direptiones, latrocinia, caedes, cum palam populi Romani imperator instructo exercitu dexteram tendens non ad laudem milites hortaretur, sed omnia sibi et empta et emenda esse clamaret. V. 10. Iam vero publicanos miseros — me etiam miserum illorum ita de me meritorum miseriis ac dolore! — tradidit in servitutem Iudaeis et Syris, nationibus natis servituti. Statuit ab initio et in eo perseveravit, ius publicano non dicere: pactiones sine ulla iniuria factas rescidit, custodias sustulit, vectigales multos ac stipendiarios liberavit; quo in oppido ipse esset aut quo veniret, ibi publicanum aut publicani servum esse vetuit. Quid multa? crudelis haberetur, si in hostes animo fuisset eo, quo fuit in cives Romanos, eius ordinis praesertim, qui est semper dignitate sua, benignitate magistratus sustentatus. 11. Itaque, patres conscripti, videtis non temeritate redemptionis aut negotii gerendi inscitia, sed avaritia, superbia, crudelitate Gabinii paene afflictos iam atque eversos publicanos, quibus quidem vos in his angustiis aerarii tamen subveniatis necesse est, etsi iam multis non potestis, qui propter illum hostem senatus, inimicissimum ordinis equestris bonorumque omnium, non solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt: quos non parsimonia, non continentia, non virtus, non labor, non splendor tueri potuit contra illius helluonis et praedonis audaciam. 12. Quid? qui se etiam nunc subsidiis

---

2. *mentibus uestris oculisque* C: *oculis vestris mentibusque* O — *audatia* P — 3. *loquor*] *locor* P²; *locorum* P¹ — *contumatia* P — 4. *dispoto* P¹ — *latent* C — 6. *summitetis* P — 7. *prouintiam* P G — 8. *cum tamprobitate* P¹ — *protervior* Lambinus: *posterior* C O, quam lectionem defendunt coll. fragm. or. C. Gracchi ap. Gellium XV, 12, 3 et Pison. § 66; sed prior locus diversus est, alter e cod. Vat. corrigendus. — 9. *iudicaret* P¹ — *sameramis* P E — 11. *cedem* P²; *cedam* P¹ — *threcem* P O; *thracem* G; *therecem* E; cf. p. 1029, 29. — 12. *aequitatus* P — 13. *suria* P — *impere* P¹; *impr̃* G; *in tempore* E — *aliud neque actum* C: *aliud actum* O; *aliud neque* [*cogitatum neque*] *actum* Madvigius Opusc. I, p. 396; *aliud* [*neque gestum*] *neque* Orellio auctore Klotzius, coll. Pison. § 40. — 14. *turannis* P — *decissiones* P — 15. *directiones* P — *cedes* P — 16. *exercitu instructo* G E — *hortetur* C; sed vide Madvig. *(Op. alt.)* p. 7 sqq. — 17. *esse* om. G — *clamet* P E; *conclamaret* G — 18. *misero* P¹ — 19. *natis* P¹: *nato* G¹; *natos* P² G² E — 20. *seruitutis tatuit* P¹ — 21. *uectigalis* P G — 22. *esse* P¹ — *quo*] *qui* P G¹ E — 23. *plublicanum aut plublicani* P¹ — 24. *ostis* P¹; *hostis* P² G E — *ciuis* P G — 27. *inscitia* P² G² E: *insctia* P¹; *inscientia* G¹ O — *auariatia* P¹; *auatia* P² — 28. *adflictos* P — 29. *subueniatus* P¹ — 30. *potes* P¹ — 34. *helluonis* C: *heluonis* O — *audatiam* P.

patrimonii aut amicorum liberalitate sustentant, hos perire patiemur? An, si qui frui publico non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege censoria: quem is frui non sinit, qui est, etiam si non appellatur, hostis, huic ferri auxilium non oportet? Retinete igitur in provincia diutius eum, qui de sociis cum hostibus, de civibus cum sociis faciat pactiones, qui hoc etiam se pluris esse quam collegam putet, quod ille vos tristitia vultuque deceperit, ipse numquam se minus, quam erat, nequam esse simularit. Piso autem alio quodam modo gloriatur se brevi tempore perfecisse, ne Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur.

VI. 13. Hos vos de provinciis, si non aliquando deducendi essent, deripiendos non putaretis? et has duplices pestes sociorum, militum clades, publicanorum ruinas, provinciarum vastitates, imperii maculas teneretis? At iidem vos anno superiore hos eosdem revocabatis, cum in provincias pervenissent. Quo tempore si liberum vestrum iudicium fuisset nec totiens dilata res nec ad extremum e manibus erepta, restituissetis, id quod cupiebatis, vestram auctoritatem iis, per quos erat amissa, revocatis et iis ipsis praemiis extortis, quae erant pro scelere atque eversione patriae consecuti: qua e poena si tum aliorum opibus, non suis, invitissimis vobis evolarunt, at aliam multo maiorem gravioremque subierunt. 14. Quae enim homini, in quo aliqui si non famae pudor, at supplicii timor est, gravior poena accidere potuit quam non credi litteris iis, quae rem publicam bene gestam in bello nuntiarent? Hoc statuit senatus, cum frequens supplicationem Gabinio denegavit: primum homini sceleribus flagitiisque contaminatissimo nihil esse credendum, deinde a proditore atque eo, quem praesentem hostem rei publicae cognosset, bene rem publicam geri non potuisse, postremo ne deos quidem immortales velle aperiri sua templa et sibi supplicari hominis impurissimi et sceleratissimi nomine. Itaque ille alter aut ipse est homo doctus et a suis Graecis subtilius eruditus, quibuscum iam in exostra helluatur, antea post siparium solebat, aut amicos habet prudentiores quam Gabinius, cuius nullae litterae proferuntur. VII. 15. Hosce igitur imperatores habebimus? quorum alter non audet nos certiores facere, ** imperator appelletur, alterum, si tabellarii non cessarint, necesse est paucis diebus paeniteat audere. Cuius amici, si qui sunt aut si beluae tam immani tamque taetrae possunt ulli esse amici, hac consolatione utuntur, etiam

1. *paciemur* P — 2. *An* om. G — *potui* P¹ — 5. *sotiis* (bis) P — 6. *se*] *si* P — *pluri* P¹ — 8. *alio*] *ali* P¹ — 9. *ne* ‖ *C. gabinius* (*C.* extra versum, sed a prima manu) P; *nec gabinius* E — 11. *diripiendos* G E — *duplicis* C — 12. *cladis* P G — 13. *at*] *ad* P¹ E — *idem* P — *cum** P; *cum ui* G; fort. *cum vix* — 14. *pervenissent* C: *iam pervenissent* O — *iuditium* P — 15. *toties* CO — 16. *auctoritatem* om. G — 17. *iis ipsis* PG: *his ipsis* EO — *erat* P¹ — 18. *qua e*] *quae* G E; *qua* (om. *e*) P; fort. *e qua* — 19. *grauioremquae* P¹ — 20. *aliqui* P¹: *aliquis* P² G E O — *at*] *ad* P¹ E — 21. *supplitii* P — *litteris* C: *literis* O; sic ubique. — 22. *publicam* om. L; item v. 26. — 23. *hominum* G¹ E — 24. *que* om. C — 25. *proditorem* P¹ — 26. *geri*] *generi* P¹ — *immortalis* C — 27. *subplicari* P — 28. *nomen* G E, sed in G per compendium, quod etiam *nomine* legi possit. — *illi* P E — *alter aut* P¹: *altera ut* P² — 29. *grecis* P — *suptilius* P — *helluatur* C: *heluatur* O — 31. *proferuntur* C: *perferuntur* O — 32. *facere imperator* P¹ E: *facere, ne imperator* P² G; *facere, anne imperator* O; *facere, cur imperator* Ant. Augustinus; *facere, num imperator* Halmius. De re cf. Pison. § 38 sq. — 33. *alterum* bis deinceps P¹ — 34. *paeniteat* G: *peniteat* P; *poeniteat* E O — *aut si*] *autausi* P¹ — *bel*uae* (*ae* in rasura) P: *belluae* O — 35. *taetrae* P: *tetrae* O *hac*] *ac* P¹ — *consolatione** P — *utentur* Ernestius; cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 57.

T. Albucio supplicationem hunc ordinem denegasse. Quid? Est primum dissimile res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a propraetore una cohorte auxiliaria gesta et bellum cum maximis Syriae gentibus et tyrannis consulari exercitu imperioque confectum. Deinde Albucius, quod a senatu petebat, ipse sibi in Sardinia ante decreverat. Constabat enim Graecum hominem ac levem in ipsa provincia quasi triumphasse: itaque hanc eius temeritatem senatus supplicatione denegata notavit. 16. Sed fruatur sane hoc solatio atque hanc insignem ignominiam, quoniam uni praeter se inusta sit, putet esse leviorem, dum modo, cuius exemplo se consolatur, eius exitum exspectet, praesertim cum in Albucio nec Pisonis libidines nec audacia Gabinii fuerit ac tamen hac una plaga conciderit, ignominia senatus.

17. Atqui duas Gallias qui decernit consulibus duobus, hos retinet ambo: qui autem alteram Galliam et aut Syriam aut Macedoniam, tamen alterum retinet et in utriusque pari scelere disparem conditionem facit. Faciam, inquit, illas praetorias, ut Pisoni et Gabinio succedatur statim. Si hic sinat: tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non potest. Itaque ego idem, qui nunc consulibus iis, qui designati erunt, Syriam Macedoniamque decerno, decernam easdem praetorias, ut et praetores annuas provincias habeant et eos quam primum videamus, quos animo aequo videre non possumus. VIII. Sed mihi credite: numquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis non licebit. Itaque hoc tempore amisso annus est integer vobis exspectandus, quo interiecto civium calamitas, sociorum aerumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagatur.

18. Quod si essent illi optimi viri, tamen ego mea sententia C. Caesari succedendum nondum putarem. Qua de re dicam, patres conscripti, quae sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi, qua paulo ante interrupta est oratio mea, non pertimescam. Negat me vir optimus inimiciorem Gabinio debere esse quam Caesari: omnem illam tempestatem, cui cesserim, Caesare impulsore atque adiutore esse excitatam. Cui si primum sic respondeam, me communis utilitatis habere rationem, non doloris mei, possimne probare, cum id me facere dicam, quod exemplo fortissimorum et clarissimorum civium facere possim? An Ti. Gracchus

1. *albutio* P G, item v. 4 et 10. — *hordinem* P — *Quid? Est* Garatonius: *quid est* P; *quod est* G E O — 3. *et tyrannis* nos: *tyrannis* C; *ac tyrannis* L O — *quasi*] *quisi* P^1 — 8. *hoc sane* G E — 9. *sit* Halmius: *est* C O — *in*.*usta* P — *dum*] *non* C — 11. *Gabinii audacia* G E — *audatia* P — *ac tamen hac una* Wunderus (*var. lect. e cod. Erfurt. enot.* praef. p. LVIII sq.): *ac tamen ac una* P^1; *hac tamen hac una* P^2; *Attamen hac una* G; *hic ac tamen hac una* E; *hac tamen una* O — *paga* P^1 — 13. *duobus* bis deinceps P — 15. *et* om. C — *pari*] *partis* G E — 16. *faliam* P — *pissoni* P — 17. *hic*] *i* in rasura, fort. ex *o* P (*si hoc sinatur* Halmius) — *enim tribunus* in vacuo spatio om. E; *enim* [*tribunus*] cum Garatonio O — *nunc*] *nun* P^1 — 18. *siriam* P — 19. *dicerno* P^1 — *eosdem* P^1 — *pretorias* P — *pretores* P — 20. *prouintias* P G^1 — 21. *succedetur* G^2: *succeditur* P G^1; *succidetur* E — 23. *itaquae* P^1 — 26. *obtimi* P — *sentencia* P — *Cesari* P; item v. 30. — 28. *quae* C: *quod* O — *adque* P^1 — *interpellacionem* P; *interpretationem* G — *paulo* P^2 G: *paullo* P^1 O — 29. *oracio* P — *uir optimus me* G — 30. *omnem* C: *omnem enim* O — 34. *An*] *An non* Lambinus, qui haec *An -- triumphasset?* cum duobus codicibus inter verba *defenderent* et *Atque* (§ 21) transposuit; *An Ti. Gracchus -- tantam laudem esset adeptus* Halmius.

— patrem dico, cuius utinam filii ne degenerassent a gravitate patria! — tantam laudem est adeptus, quod tribunus pl. solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus et ipsius et fratris eius Africani, iuravitque in contione se in gratiam non redisse, sed alienum sibi videri dignitate imperii, quo duces essent hostium Scipione triumphante ducti, eodem ipsum duci, qui triumphasset? 19. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus alieni: inimici omnes Metelli. At ii non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed ei propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant. Bellum in Gallia maximum gestum est: domitae sunt a Caesare maximae nationes, sed nondum legibus, nondum iure certo, nondum satis firma pace devinctae. Bellum affectum videmus et, vere ut dicam, paene confectum, sed ita, ut, si idem extrema persequitur, qui inchoavit, iam omnia perfecta videamus, si succeditur, periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus. 20. Ergo ego senator inimicus, si ita vultis, homini, amicus esse, sicut semper fui, rei publicae debeo. Quid? si ipsas inimicitias depono rei publicae causa, quis me tandem iure reprehendet? praesertim cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda. IX. 21. An vero M. ille Lepidus, qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poëtae voce laudatus est, quod cum M. Fulvio collega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent? Atque ut vetera, quae sunt innumerabilia, mittam, tuus pater, Philippe, nonne uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit? quibus eum omnibus eadem res publica reconciliavit, quae alienarat. 22. Multa praetereo, quod intueor coram haec lumina atque ornamenta rei publicae, P. Servilium et M. Lucullum. Utinam etiam L. Lucullus illic assideret! Quae fuerunt inimicitiae in civitate graviores quam Lucullorum atque Servilii? quas in viris fortissimis non solum exstinxit rei publicae * * dignitasque ipsorum, sed etiam ad ami-

---

Cf. p. 1034, 20. — *Ti.*] *T.* P G — 1. *patria* C: *paterna* O — 2. *P. L.* P; *plebis* O — 5. *contione* P: *concione* O — *redisse* P: *rediisse* O — 5. *quo*] *quod* P[1] — *esset* P[1] — 6. *eodam* P[1] — 7. *saurus* P[1] — *alieni: inimici* Madvigius (l. l. p. 10.): *alini inimici* P[1]; *aliine inimici* P[2] G E; [*aliine inimici*] O. Cf. Klotzium in prooemio ed. Teubn. p. XV. — *ii* C: *hi* O — 8. *sed ei* Halmius: *sed et* C O. Omnes loci, quos attulit Haasius ad Reisigii Scholas de lingua Latina n. 423, in quibus Cicero *sed et* pro *sed etiam* scripsisse fertur, nunc ex melioribus libris correcti sunt. — 10. *domituae* P[1] — 12. *deuintae* P[1] — *Bellum - - confectum* habet Gellius XV, 5, 6. Idem III, 16, 19: «*Adfecta* ea proprie dicebantur, quae non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant. Hoc verbum ad hanc sententiam Cicero in hac fecit, quam dixit de provinciis consularibus.» Cf. § 29. *Bellum adfectum videmus* habet etiam Nonius Marcellus p. 160, 31. — *adfectum* P — *uidemus - - confectum* bis deinceps P — 13. *inchoauit* P[1]: *inchohauit* P[2] — 16. *amicus* * *esse* P — 18. *reprehendet* C: *reprehendat* O — 19. *hominem* P[1] — 20. *An non M.* L — 24. *redit* P[1] — *offitium* P — 27. *redit* P — *eum*] *cum* P G — 30. *illic adsideret* Madvigius (l. l.): *ille desiderat* P G[1] E; *ille desideret* G[2]; *ille viveret* O — *in ciuitate grauiores* C: *graviores in civitate* O — 31. *seruili* P: *Serviliorum* G E O — 32. *extinxit* P G — *rei .p. dignitasque ipsorum* C: *res p. dignitasque ipsorum* O; *rei p. dignitas et ipsorum* L. Fort. *rei p. utilitas dignitasque ipsorum*; cf. § 29. — *amititiam* P.

citiam consuetudinemque traduxit. Quid? Q. Metellus Nepos nonne consul in templo Iovis optimi maximi, permotus cum auctoritate vestra, tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiam? An ego possum huic esse inimicus, cuius litteris, fama, nuntiis celebrantur aures quotidie meae novis nominibus gentium, nationum, locorum? 23. Ardeo, mihi credite, patres conscripti, — id quod vosmet de me existimatis et facitis ipsi — incredibili quodam amore patriae, qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis et rursum, cum omnia tela undique esse intenta in patriam viderem, subire coëgit atque excipere unum pro universis. Hic me meus in rem publicam animus pristinus ac perennis cum C. Caesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Quod volent denique homines existiment: nemini ego possum esse bene merenti de re publica non amicus. X. 24. Etenim si iis, qui haec omnia flamma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum indixi atque intuli, cum partim mihi illorum familiares, partim etiam me defendente capitis iudiciis essent liberati, cur eadem res publica, quae me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non possit? Quod mihi odium cum P. Clodio fuit, nisi quod perniciosum patriae civem fore putabam, qui turpissima libidine incensus duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam, uno scelere violasset? Num est igitur dubium ex iis rebus, quas is egit agitque quotidie, quin ego in illo oppugnando rei publicae plus quam otio meo, non nulli in eodem defendendo suo plus otio quam communi prospexerint? 25. Ego me a C. Caesare in re publica dissensisse fateor et sensisse vobiscum, sed nunc isdem vobis assentior, cum quibus antea sentiebam. Vos enim, ad quos litteras L. Piso de suis rebus non audet mittere, qui Gabinii litteras insigni quadam nota atque ignominia nova condemnastis, C. Caesari supplicationes decrevistis, numero ut nemini uno ex bello, honore ut omnino nemini. Cur igitur exspectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? Reduxit ordo amplissimus et ordo is, qui est publici consilii et meorum omnium consiliorum auctor et princeps. Vos sequor, patres conscripti, vobis obtempero, vobis assentior, qui, quam diu C. Caesaris consilia in re publica non maxime diligebatis, me quoque cum illo minus coniunctum videbatis, posteaquam rebus gestis mentes vestras voluntatesque mutastis, me non solum comitem esse sententiae vestrae, sed etiam laudatorem vidistis.

XI. 26. Sed quid est, quod in hac causa maxime homines admirentur et reprehendant meum consilium, cum ego idem antea multa decreverim, quae magis ad hominis dignitatem quam ad rei publicae

---

1. *nepos * nonne* P — 3. *seruili* P¹ — *apsens* P — 4. *benefitio* P — *redit* P¹ — 5. *cotidiae* P¹, *cotidie* P² G; item v. 22. — 7. *vosmet et de me* L — *factis* P¹ — 8. *amore* P¹ — 10. *subire*] *subre* P¹ — 12. *C.* P¹: *G.* P² — *quid* G E — 13. *merenti de re .p.* C: *de re p. merenti* O — 14. *iis*] *is* P¹ — 17. *iudiis* P¹ — *essent* extra versum P²; post *familiares* excidisse suspicatur Halmius. — 19. *pernitiosum* P — 25. *C.* P¹: *G.* P²; om. G E O — 26. *isdem* P: *iisdem* O — *adsentior* P — 27. *audit* P¹ — *qui A. Gabinii* Orellius. — 28. *atque*] *et* G E — *condempnastis* P G — *C.* P¹: *G.* P² — 29. *supplicationẽ* G E — 31. *is*] *est* P¹ — 32. *publici* P: *et publici* G E O — *consili* P¹ — 33. *optempero* P — *adsentior* P — 34. *C.* P¹: *G.* P² — 38. *hac*] *ac* P¹ — 39. *rep̃hendant* P — 40. *decreuerim* G E: *decre**rim* P; *decrerim* O.

necessitatem pertinerent? Supplicationem quindecim dierum decrevi sententia mea. Rei publicae satis erat tot dierum, quot C. Mario; dis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quae ex maximis bellis: ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus. 27. In quo ego, quo consule referente primum decem dierum est supplicatio decreta Cn. Pompeio Mithridate interfecto et confecto Mithridatico bello, et cuius sententia primum duplicata est supplicatio consularis — mihi enim estis assensi, cum eiusdem Pompeii litteris recitatis, confectis omnibus maritimis terrestribusque bellis, supplicationem dierum duodecim decrevistis —, sum Cn. Pompeii virtutem et animi magnitudinem admiratus, quod, cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, ampliorem honorem alteri tribuebat quam ipse erat consecutus. Ergo in illa supplicatione, quam ego decrevi, res ipsa tributa est dis immortalibus et maiorum institutis et utilitati rei publicae, sed dignitas verborum, honos et novitas et numerus dierum Caesaris ipsius laudi gloriaeque concessus est. 28. Relatum est ad nos nuper de stipendio exercitus: non decrevi solum, sed etiam, ut vos decerneretis, laboravi, multa dissentientibus respondi, scribendo adfui. Tum quoque homini plus tribui quam nescio cui necessitati: illum enim arbitrabar etiam sine hoc subsidio pecuniae retinere exercitum praeda ante parta et bellum conficere posse, sed decus illud et ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia non putavi. Actum est de decem legatis, quos alii omnino non dabant, alii exempla quaerebant, alii tempus differebant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant: in ea quoque re sic sum locutus, ut omnes intelligerent me id, quod rei publicae causa sentirem, facere uberius propter ipsius Caesaris dignitatem.

XII. 29. At ego idem nunc in provinciis decernendis, qui illas omnes res egi silentio, interpellor, cum in superioribus causis hominis ornamenta fuerint, in hac me nihil aliud nisi ratio belli, nisi summa utilitas rei publicae moveat. Nam ipse Caesar quid est cur in provincia commorari velit nisi ut ea, quae per eum affecta sunt, perfecta rei publicae tradat? Amoenitas eum, credo, locorum, urbium pulchritudo, hominum nationumque illarum humanitas et lepos, victoriae cupiditas, finium imperii propagatio retinet. Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius? quid porro tot victoriis praestabilius? quid Oceano longius inveniri potest? An reditus in patriam habet aliquam offensionem? utrum apud populum, a quo missus, an

---

1. *pertinent* G — *decreui** P — 2. *quot*] *quod* P — *C.*] *gaio* G; *G.* E — *dis* P G: *diis* O — 3. *congratulatio* G — 5. *quo*] *quod* P G; om. E — *est* C: om. O — 6. *et confecto* C: *confectoque* O — 7. *est supplicatio est cónsularis* P — 8. *adsensi* P — *pompei* C; item v. 8. — 9. *deorum* P; «sed mendum est; nihil erat novi et honorifici in deorum numero, sed in dierum, nec certo deorum numero supplicatio decernebatur; diversum est lectisternium.» Madvig. — 13. *dis* P G¹: *diis* O — 15. *et*] *ed* P¹ — *gloriaequae* P — *concussus* P — 16. *dicereui* P¹ — 17. *ut et uos* G E — 18. *nestio* P — 21. *parsymonia* P — 22. *querebant* P — 24. *intellegerent* P — 25. *facere* om. G — 27. *omnis* P G — *in* Lambinus: om. C — 30. *Nam ipse -- tradat* habet Gellius XV, 5, 7. et Nonius Marcellus p. 160, 32 sq. Conf. § 19. — *in ea provincia* Gellius et Nonius. — 31. *adfecta* P — 33. *que illarum humanitas* supra versum habet P — 34. *imperii* C: *imperii nostri* O — *propugnatio* G.

apud senatum, a quo ornatus est? an dies auget eius desiderium, an magis oblivionem, ac laurea illa magnis periculis parta amittit longo intervallo viriditatem? Quare si qui hominem non diligunt, nihil est quod eum de provincia devocent. Ad gloriam devocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem senatus, equestris ordinis gratiam, populi caritatem. 30. Sed si ille hac tam eximia fortuna propter utilitatem rei publicae frui non properat, ut omnia illa conficiat, quid ego senator facere debeo, quem, etiam si ille aliud vellet, rei publicae consulere oporteret?

Ego vero sic intelligo, patres conscripti, nos hoc tempore in provinciis decernendis perpetuae pacis habere oportere rationem: nam quis hoc non sentit, omnia alia esse nobis vacua ab omni periculo atque etiam suspicione belli? 31. Iam diu mare videmus illud immensum, cuius fervore non solum maritimi cursus, sed urbes etiam et viae militares iam tenebantur, virtute Cn. Pompeii sic a populo Romano ab Oceano usque ad ultimum Pontum tamquam unum aliquem portum tutum et clausum teneri: nationes eas, quae numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas, ut Asia, quae imperium antea nostrum terminabat, nunc tribus novis provinciis ipsa cingatur. Possum de omni [regione, de omni genere] hostium dicere: nulla gens est, quae non aut ita sublata sit, ut vix exstet, aut ita domita, ut quiescat, aut ita pacata, ut victoria nostra imperioque laetetur. XIII. 32. Bellum Gallicum, patres conscripti, C. Caesare imperatore gestum est, antea tantum modo repulsum. Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello quam lacessendas putaverunt. Ipse ille C. Marius, cuius divina atque eximia virtus magnis populi Romani luctibus funeribusque subvenit, influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eorum urbes sedesque penetravit. Modo ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius, C. Pomptinus, fortissimus vir, ortum repente bellum Allobrogum atque hac scelerata coniuratione excitatum proeliis fregit eosque domuit, qui lacessierant, et ea victoria contentus re publica metu liberata quievit. C. Caesaris longe aliam video fuisse rationem: non enim sibi solum cum iis, quos iam armatos contra populum Romanum videbat, bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram dicionem esse redigendam. 33. Itaque cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum proeliis felicissime decertavit, ceteras

---

1. *eius*] *ei* GE — 2. *magnis*] *magis* GE — 7. *confitiat* P — 10. *intellego* PG — 11. *nam*] *num* P^1 — 12. *alia omnia* GE — 13. *etiam* C: *etiam ab omni* O — *suspitione* P — *belli iam diu. Mare* P — 14. *maritumi* P; *matritumi* E — 15. *pompei* C — 17. *teneri*] litteras tres *eri* in rasura unius habet P — 19. *repraessas* P — 20. *novis*] *nouus* P^1 — 21. *regione de omni* supra versum habet P^2 — *genere hostium* C: *hostium genere* O — *est*] *si* P — 22. *ut* et ante *vix* et ante *quiescat* supra versum habet P — *extet* P^1 — 24. *C.* P^1: *G.* P^2; om. GE — *gestumst* P — 25. *naciones* P — *refutandas*] *t* in rasura habet P — *pocius* P 26. *quam lasputauerunt* P^1 (*quam lacessendas* om. G; post vv. *ipse ille* transposuit E) — 27. *adque* P^1 — 28. *influentis* C — *repraessit* P^1 — 29. *urbaes* P^1 — 30. *sotius* P — *pomtinus* PE; *pontinus* G — 31. *adque* P^1 — 33. *liberata metu* GE — *C.* om. C — 36. *dicionem* P: *ditionem* O — *acerrimis*] *c* in maiore rasura et alteram *r* supra versum habet P.

conterruit, compulit, domuit, imperio populi Romani parere assuefecit et quas regiones quasque gentes nullae nobis antea litterae, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator nosterque exercitus et populi Romani arma peragrarunt. Semitam tantum Galliae tenebamus antea, patres conscripti: ceterae partes a gentibus aut inimicis huic imperio aut infidis aut incognitis aut certe immanibus et barbaris et bellicosis tenebantur: quas nationes nemo umquam fuit quin frangi domarique cuperet: nemo sapienter de re publica nostra cogitavit iam inde a principio huius imperii, quin Galliam maxime timendam huic imperio putaret, sed propter vim ac multitudinem gentium illarum numquam est antea cum omnibus dimicatum: restitimus semper lacessiti. Nunc denique est perfectum, ut imperii nostri terrarumque illarum idem esset extremum. XIV. 34. Alpibus Italiam munierat antea natura non sine aliquo divino numine: nam si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, numquam haec urbs summo imperio domicilium ac sedem praebuisset. Quae iam licet considant! nihil est enim ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod sit Italiae pertimescendum. Sed tamen una atque altera aestas vel metu vel spe vel poena vel praemiis vel armis vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis adstringere: impolitae vero res et † acerbae si erunt relictae, quamquam sunt accisae, tamen efferent se aliquando et ad renovandum bellum revirescent. 35. Quare sit in eius tutela Gallia, cuius fidei, virtuti, felicitati commendata est: qui si Fortunae muneribus amplissimis ornatus saepius eius deae periculum facere nollet, si in patriam, si ad deos penates, si ad eam dignitatem, quam in civitate sibi propositam videt, si ad iucundissimos liberos, si ad clarissimum generum redire properaret, si in Capitolium invehi victor cum illa insigni laude gestiret, si denique timeret casum aliquem, qui illi tantum addere iam non potest quantum auferre, nos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle. Cum vero ille suae gloriae iam pridem, rei publicae nondum satis fecerit et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus pervenire quam non explere susceptum rei publicae munus, nec imperatorem incensum ad rem publicam bene gerendam revocare nec totam Gallici belli rationem prope iam explicatam perturbare atque impedire debemus.

XV. 36. Nam illae sententiae virorum clarissimorum minime probandae sunt, quorum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter

1. *domuit compulit* G E — *adsuefecit* P; *ad suae fecit* G E — 2. *gentis* P G — 3. *faceret* G E — *has*] Fort. *eas.* — 5. *caterae* P¹; *caeterae* P² — 7. *quin*] *qui non* G E; item v. 9. — *domariquae* P¹ — 10. *putaret* P¹: *deputaret* P² G E — 13. *antea* P: *ante* G E O — 14. *multitudineque* P¹ — 16. *prebuisset* P — *licent* P¹ — *ullam* P — 17. *montium*] *monitum* P¹; *munitum* G; *munitium* E — 18. *paena* P — 19. *adstringere* P¹: *astringere* P² — 20. *acerbae*] *asperae* Nipperdey *Philol. Schneidew.* III, p. 141; *crudae* Halmius. — 21. *sunt* om. G E — *efferrent* P — *reuirdescent* P¹ — 22. *fidei uirtuti* G E: *fidei uirtute* P; *virtuti, fidei* O — *fidelicitati* P¹ — 23. *qui* P: *quia* G E; *etenim* O — *ampliissimis* P — 24. *sepius* P G — 25. *penatis* P G — *propositum* G — 26. *libero* G — *genere* P¹ — 27. *laude* C: *laurea* O — 29. *nos* C: *vos* O — *profigata* P¹ — 30. *illae* P — *rei .p. nondum -- susceptum* in margine habet P — 33. *gerendum* G E — 35. *debeamus* C — 36. *minimae* P.

citeriorem. Qui ulteriorem, omnia illa, de quibus disserui paulo ante, perturbat, simul ostendit eam † sentire legem, quam esse legem neget, et, quae pars provinciae sit, cui non possit intercedi, eam se avellere, quae defensorem habeat, non tangere: simul et illud facit, ut, quod illi a populo datum sit, id non violet, quod senatus dederit, id senator properet auferre. Alter belli Gallici rationem habet, fungitur officio boni senatoris: legem quam non putat, eam quoque servat; praefinit enim successori diem. Quo mihi nihil videtur alienius a dignitate disciplinaque maiorum quam ut, qui consul Kalendis Ianuariis habere provinciam debet, is ut eam desponsam, non decretam habere videatur. 37. Fuerit toto in consulatu sine provincia, cui fuerit, antequam designatus est, decreta provincia? Sortietur an non? nam et non sortiri absurdum est et quod sortitus sis non habere. Proficiscetur paludatus? Quo? quo pervenire ante certam diem non licebit. Ianuario, Februario provinciam non habebit: Kalendis ei denique Martiis nascetur repente provincia. Ac tamen his sententiis Piso in provincia permanebit. Quae cum gravia sunt, tum nihil gravius illo, quod multari imperatorem deminutione provinciae contumeliosum est, neque solum summo in viro, sed etiam mediocri in homine ne accidat providendum.

XVI. 38. Ego vos intelligo, patres conscripti, multos decrevisse eximios honores C. Caesari et prope singulares: si, quod ita meritus erat, grati, sin etiam, ut quam coniunctissimus huic ordini esset, sapientes ac divini fuistis. Neminem umquam est hic ordo complexus honoribus et beneficiis suis, qui ullam dignitatem praestabiliorem ea, quam per vos esset adeptus, putarit. Nemo umquam hic potuit esse princeps, qui maluerit esse popularis. Sed homines aut propter indignitatem suam diffisi ipsi sibi aut propter reliquorum obtrectationem ab huius ordinis coniunctione depulsi saepe ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt. Qui si ex illa iactatione cursuque populari bene gesta re publica referunt adspectum in curiam atque huic amplissimae dignitati esse commendati volunt, non modo non repellendi sunt, verum etiam expetendi. 39. Monemur a fortissimo viro atque optimo post ho-

---

1. *paulo* P G: *paullo* O — 2. *eam sentire legem esse* P^1; *eam sentire legem quam esse* P^2; *eam se scire legem quam esse* G E; *eam se sciscere legem, quam esse* O; *eam se tenere legem, quam esse* Madvigius (l. l. p. 11 sq.); *eam se sancire legem, quam esse* Halmius. Fort. *eam se sentire legem esse* [*quam esse*] cet. — 3. *sit*] *sic* P^1 — *posset* P^1 — *eam* nos: *an* P; *hanc* GEO — 6. *offitio* P — 8. *Quo* Manutius: *quae* P^2 G E; om. P^1 in lacuna; *Atqui* L O — *alienius a dignitate d. m. quam* Madvigius: *minus* (prior syllaba est in fine versus et in maiore quam duarum litterarum spatio) *a dignitate disciplinaque maiorum* (*ai* in rasura) *quam* P; *minus a dignitate* ceteris omissis G E; *magis a dignitate disciplinaque m. dissidere quam* L O — 9. *ut* C: om. O — 12. *est* C: *esset* O — *decreta prouincia* C: *provincia decreta* O — *non* post *et* om. G — 13. *proficiscitur* C — 14. *Quo? quo*] *quoque* G E — 15. *Kalendis*] *.K.* P — 16. *ac tamen* P G: *acta mihi* E; *attamen* O — 17. *tum* om. C — 18. *demunitione* P^1 — 19. *ne* om. C — 20. *intellego* P G — *decrevisse*] *claruisse* P — 21. *eximios honores* C: *honores eximios* O — *caesuri* P^1 — *singulares: si quod* Gruterus: *singulari quod* C; *singulares. Quod* O — *quod * ita* P — 22. *gratisinetiam* P^1: *gratisetiam* P^2; *gratis. Sin etiam* G E — 23. *est* supra versum habet P; fort. excidit post *complexus* — *hic*] *huic* P^1; cf. v. 25. — 25. *putari* G E — *hic*] *huic* P; cf. v. 23. — 26. *indignitatem* Schuetzius: *dignitatem* C — 30. *aspectum* P G — *amplissime* P — 31. *esse commendati* P G: *et commendati* E; *commendati esse* O — 32. *expetedidi* P^1 — *adque* P^1.

minum memoriam consule, ut provideamus, ne citerior Gallia nobis invitis alicui ** post eos consules, qui nunc erunt designati, perpetuoque posthac ab iis, qui hunc ordinem oppugnent, populari ac turbulenta ratione teneatur. Quam ego plagam etsi non contemno, patres conscripti, praesertim monitus a sapientissimo consule et diligentissimo custode pacis atque otii, tamen vehementius arbitror pertimescendum, si hominum clarissimorum ac potentissimorum aut honorem minuero aut studium erga hunc ordinem repudiaro. Nam ut C. Iulius omnibus a senatu eximiis aut novis rebus ornatus per manus hanc provinciam tradat ei, cui minime vos velitis, per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicandum nullo modo possum. Postremo quo quisque animo futurus sit, nescio: quid sperem, video. Praestare hoc senator debeo, quantum possum, ne quis vir clarus aut potens huic ordini iure irasci posse videatur. Atque haec, si inimicissimus essem C. Caesari, sentirem tamen rei publicae causa.

XVII. 40. Sed non alienum esse arbitror, quo minus saepe aut interpeller a non nullis aut tacitorum existimatione reprehendar, explicare breviter, quae mihi sit ratio et causa cum Caesare. Ac primum illud tempus familiaritatis et consuetudinis, quae mihi cum illo, quae fratri meo, quae C. Varroni, consobrino nostro, ab omnium nostrum adolescentia fuit, praetermitto. Posteaquam sum penitus in rem publicam ingressus, ita dissensi ab illo, ut in disiunctione sententiae coniuncti tamen amicitia maneremus. 41. Consul ille egit eas res, quarum me participem esse voluit, quibus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi iudicium gratum esse debebat. Me ille, ut quinqueviratum acciperem rogavit, me in tribus sibi coniunctissimis consularibus esse voluit, mihi legationem quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit: quae ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiae repudiavi. Quam sapienter, non disputo; multis enim non probabo: constanter quidem et fortiter certe, qui cum me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire et populares impetus populari praesidio propulsare possem, quamvis excipere fortunam, subire vim atque iniuriam malui quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere aut de meo statu declinare. Sed non is solum gratus debet esse, qui accepit bene-

---

2. *alicui post* C : *alicui decernatur post* O; *alicui obveniat post* Halmius. «Lex populi senatus voluntati contraria intelligitur, *decernere* autem *provinciam* senatus est; populus non *decernit*, sed *iubet* et dat.» Madvig. — *qui** P — 3. *qui*] *que* P¹ — *oppungnent* P¹ — 4. *racione* P — *plagam*] *palam* G E — 5. *presertim* P — *pacis* in margine habet P — 6. *atque* P² G: *adque* P¹; *et* E O — *ocii* P — *ueemencius* P¹; *uehemencius* P²; post hoc verbum in fine paginae est spatium vacuum septem fere litterarum capax. — *pertimescendum*] littera *u* in P sic scripta est, ut sit litterae *a* simillima, unde orta est codicum aliquot lectio *pertimescendam*. — 8. *Nam ut* cet.] Cf. Madvig *de Finn.* p. 32 sq. — *C.* P¹: *G.* P² E — 9. *aut* C : *ac* O — *hunc* P — *prouincium* P¹ — 11. *ei ne libertatem*] *sine libertate* G E — *suspicationem* G E — 12. *futuris* P¹ — *nestio* P — 14. *aut*] *ac* E et Garatonius; cf. v. 7. — *haec* C : *hoc* O — 15. *C.* P¹: *G.* P² — 16. *sepe* P — 17. *reprendar* P — 20. *adulescentia* C — 21. *paenitus* P — 23. *maniremus* P¹; *manaremus* P² — *quarum* bis deinceps P¹ — 24. *adsentiebar* (*r* in rasura) P — 25. *iudicium gratum mihi* G E — *iuditium* P — *vigintiviratum* Ant. Augustinus. Cf. Cic. ad Att. II, 7, 3. 4 et vid. Mommsen in *Die Schriften der röm. Feldmesser* Vol. II. p. 224. — 28. *opstinatione* P — 31. *munere* C; cf. p. 1029, 27. — *popularis* C — 33. *vestris*] *ues* P¹ — *meo*] *me* P¹ — 34. *is*] *id* P¹.

ficium, verum etiam is, cui potestas accipiendi fuit. Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me et convenire iis rebus, quas gesseram, non putabam. Illum quidem amico animo me habere eodem loco, quo principem civium, suum generum, sentiebam. 42. Traduxit ad plebem inimicum meum, sive iratus mihi, quod me secum ne in beneficiis quidem videbat posse coniungi, sive exoratus. Ne haec quidem fuit iniuria: nam postea me, ut sibi essem legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit. Ne id quidem accepi, non quo alienum mea dignitate arbitrarer, sed quod tantum rei publicae sceleris impendere a consulibus proximis non suspicabar. Ergo adhuc magis est mihi verendum, ne mea superbia in illius liberalitate, quam ne illius iniuria in nostra amicitia reprehendatur. XVIII. 43. Ecce illa tempestas, caligo bonorum et subita atque improvisa formido, tenebrae rei publicae, ruina atque incendium civitatis, terror iniectus Caesari de eius actis, metus caedis bonis omnibus, consulum scelus, cupiditas, egestas, audacia! Si non sum adiutus, non debui; si desertus, sibi fortasse providit; si etiam oppugnatus, ut quidam aut putant aut volunt, violata amicitia est, accepi iniuriam, inimicus esse debui, non nego: sed si idem ille tum me salvum esse voluit, cum vos me ut carissimum filium desiderabatis, et si vos iidem pertinere ad causam illam putabatis, voluntatem Caesaris a salute mea non abhorrere, et si illius voluntatis generum eius habeo testem, qui idem Italiam in municipiis, populum [Romanum] in contione, vos mei semper cupidissimos in Capitolio ad meam salutem incitavit, si denique Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Caesaris et sponsor est illi de mea, nonne vobis videor et ultimi temporis recordatione et proximi memoria medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possim evellere, ex animo quidem certe excidere? 44. Ego vero, si mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem atque inimicitias meas rei publicae concessisse, si hoc magni cuiusdam hominis et persapientis videtur, utar hoc, quod non tam ad laudem adipiscendam quam ad vitandam vituperationem valet, hominem me esse gratum et non modo tantis beneficiis, sed etiam mediocri hominum benevolentia commoveri. XIX. A viris fortissimis et de me optime meritis quibusdam peto ut, si ego illos meorum laborum atque incommodorum participes esse nolui, ne illi me suarum inimicitiarum socium velint esse, praesertim cum mihi iidem illi concesserint, ut etiam acta illa Caesaris, quae neque oppugnavi antea neque defendi, meo iam iure possim defendere. 45. Nam summi civitatis viri, quorum ego consilio rem publicam conservavi et quorum auctoritate illam coniunctionem Caesaris defugi, Iulias leges et ceteras illo consule rogatas iure latas negant: iidem illam proscriptio-

---

2. *dicere* P — 4. *generum suum* G E — *senciebam* P — 5. *in* C : om. O — 9. *arbitrarē* P — 11. *ne illius*] *nelius* P[1]; *eius* G E — *in* om. G — 12. *reprendatur* P — 13. *inprouisa* P — 15. *audatia* P — 16. *debui* P[2]: *debuis* P[1]; *debuit* G E O — 17. *accedi* P[1] — 18. *negabo* GE — 19. *idem* P G — 20. *Caesaris* C : *C. Caesaris* O — *salute mea* bis deinceps P — 22. *Romanum*] *.r.* supra versum P — *contione* P : *concione* O — 23. *si*] *se* P[1] — 26. *tempus tristissimum* G E — *deberi* P[1] — *si*] *sisi* P[1] — *possim* P[1] G E : *possum* P[2] O — 27. *evellere* om. G E — 28. *alioquos* P[1] — 29. *si hoc* P G : *Sed hoc* E; *quod* O — 30. *non*] *nun* P — *ad* ante *laudem* om. P — 32. *benefitiis* P — 34. *atque* C : *et* O — *commodorum* P[1] — 35. *sotium* P — 36. *idem* P G; item v. 40. — 40. *ponscriptionem* P[1].

nem capitis mei contra salutem rei publicae, sed salvis auspiciis rogatam esse dicebant. Itaque vir summa auctoritate, summa eloquentia, dixit graviter casum illum meum funus esse rei publicae, sed funus iustum et indictum. Mihi ipsi omnino perhonorificum est discessum meum funus dici rei publicae: reliqua non reprehendo, sed mihi ad id, quod sentio, assumo. Nam si illud iure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de caelo servarat, oblitine erant, tum, cum ille, qui id egerat, plebeius est lege curiata factus, dici de caelo esse servatum? qui si plebeius omnino esse non potuit, qui tribunus pl. potuit esse? et, cuius tribunatus si ratus est, nihil est quod irritum ex actis Caesaris possit esse, eius non solum tribunatus, sed etiam perniciosissimae res auspiciorum religione conservata iure latae videbuntur? 46. Quare aut vobis statuendum est legem Aeliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere, cum lex feratur, de caelo servari, obnuntiari, intercedi licere, censorium iudicium ac notionem et illud morum severissimum magisterium non esse nefariis legibus de civitate sublatum, si patricius tribunus pl. fuerit, contra leges sacratas, si plebeius, contra auspicia fuisse, aut mihi concedant homines oportet in rebus bonis non exquirere ea iura, quae ipsi in perditis non exquirant, praesertim cum ab illis aliquotiens conditio C. Caesari lata sit, ut easdem res alio modo ferret, qua conditione auspicia requirebant, leges comprobabant, in Clodio auspiciorum ratio sit eadem, leges omnes sint eversae ac perditae civitatis.

XX. 47. Extremum illud est. Ego, si essent inimicitiae mihi cum C. Caesare, tamen hoc tempore rei publicae consulere, inimicitias in aliud tempus reservare deberem; possem etiam summorum virorum exemplo inimicitias rei publicae causa deponere: sed cum inimicitiae fuerint numquam, opinio iniuriae beneficio sit exstincta, sententia mea, patres conscripti, si dignitas agitur Caesaris, homini tribuam, si honos quidam, senatus concordiae consulam, si auctoritas decretorum vestrorum, constantiam ordinis in eodem ornando imperatore servabo, si perpetua ratio Gallici belli, rei publicae providebo, si aliquod meum privatum officium, me non ingratum esse praestabo. Atque hoc velim probare omnibus, patres conscripti, sed levissime feram, si forte aut iis minus probaro, qui meum inimicum repugnante vestra auctoritate texerunt, aut iis, si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam vituperabunt, cum ipsi et cum meo et cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

---

1. *auspitiis* P — 2. *summ eloquentia* P¹ — 4. *mihi -- perhonorificumst* Wesenberg (ad or. p. Sestio p. 35): *mihi -- perhonorificum* omissa copula C; *Est mihi -- perhonorificum* O — *omnino*] *homini* C; cf. v. 9. — 5. *rei .P.* ‖ *P. reliqua* P — *reprendo* P G — 6. *adsumo* C — 9. *omnino*] *omnium* C; cf. v. 4. — 10. *P. L.* P; *plebis* O; item v. 18. — 11. *inritum* P — 12. *pernitiosissimae* P — *res*] *leges* Lambinus. — *conseruatae* C — 14. *fusiam* G — 15. *obnunciari* P — 16. *illum morem* G E — 18. *pleius* P; *plebei* E — 19. *oportet in* P¹: *oportet aut in* P² G; *oportet aut* (om. *in*) E — 20. *ea iura* C: *iura ea* O — *exquirant* C: *exquirunt* O — 21. *aliquoties* C O — 22. *auspitia* P — *legis* P¹ G E — *conprobabant* P — 25. *est cum ego* C — *inimicitiae* om. P — 28. *sed*] *et* C — 29. *iniurie benefitio* P — *sententiã meã* G E — 30. *Caesaris* C: *C. Caesaris* O — 37. *si* om. G E — *M. Tulli ciceronis de provintiis conslarib; explicit* P.

M. TULLII CICERONIS

PRO L. CORNELIO BALBO

ORATIO AD IUDICES.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Cod. Parisinus num. 7794 ab Halmio collatus. Cf. p. 830. 859.
G = Cod. Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345, a me collatus.
E = Cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum (vid. supra p. 516.) p. 63 sqq.
C = Codices P G E inter se consentientes.

Cetera sigla vide supra p. 517.

Integram lectionis varietatem exhibuimus ex solis P G.

Madvigii emendationes petitae sunt pleraeque e viri clarissimi Opusculis Academicis alteris p. 13 seqq.

I. 1. Si auctoritates patronorum in iudiciis valent, ab amplissimis viris L. Cornelii causa defensa est; si usus, a peritissimis; si ingenia, ab eloquentissimis; si studia, ab amicissimis et cum beneficiis cum L. Cornelio tum maxima familiaritate coniunctis. Quae sunt igitur meae partes? Auctoritatis tantae, quantam vos in me esse voluistis, usus mediocris, ingenii minime voluntati paris. Nam ceteris, a quibus est defensus, hunc debere plurimum video: ego quantum ei debeam, alio loco: principio orationis hoc pono, me omnibus, qui amici fuerint saluti et dignitati meae, si minus referenda gratia satis facere potuerim, praedicanda et habenda certe satis esse facturum. 2. Quae fuerit hesterno die Cn. Pompeii gravitas in dicendo, iudices, quae facultas, quae copia, non opinione tacita vestrorum animorum, sed perspicua admiratione de-

---

Inscriptio orationis. *Pro Cornelio Balbo* P; *Pro Cornelio Balbo et Pompeio* G E.

1. *valent* Ernestius: *ualerent* C — *ab* supra versum P^{2} — 2. *corneli* P^{1} G^{1} — 4. *tum maxima* extra versum P — 5. *quan* P^{1}; *quantum* G E — 6. *voluntati paris* ed. Iuntina: *uoluntatis parens* C — 7. *alio loco ostendam. Principio* L; *alio loco dicturus principio* Halmius. — 8. *principio orationis* G^{2}: *principio rationis* P^{2} G^{1} E; *principorationis* P^{1} — *pono* Ant. Augustinus: *oppono* C; cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 2 n. — 9. *adferenda* P, *afferenda* G E — *potuerit* G^{1}; *potuerint* E — *praedicanda* C: *at praedicanda* O — 11. *pompei* P G^{1} E — *iud.* P; *uidi* E — 12. *non in opinione* E.

clarari videbatur. Nihil enim umquam audivi, quod mihi de iure subtilius dici videretur, nihil memoria maiore de exemplis, nihil peritius de foederibus, nihil illustriore auctoritate de bellis, nihil de re publica gravius, nihil de ipso modestius, nihil de causa et crimine ornatius: 3. ut mihi iam verum videatur illud esse, quod non nulli litteris ac studiis doctrinae dediti quasi quiddam incredibile dicere putabantur, ei, qui omnes animo virtutes penitus comprehendisset, omnia, quae faceret, recte se dare. Quae enim in L. Crasso potuit, homine nato ad dicendi singularem quandam facultatem, si hanc causam ageret, maior esse ubertas, varietas, copia, quam fuit in eo, qui tantum potuit impertire huic studio temporis, quantum ipse a pueritia usque ad hanc aetatem a continuis bellis et victoriis conquievit? 4. Quo mihi difficilior est hic extremus perorandi locus. Etenim ei succedo orationi, quae non praetervecta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit, ut plus voluptatis ex recordatione illius orationis quam non modo ex mea, sed ex cuiusquam oratione capere possitis. II. Sed mos est gerundus non modo Cornelio, cuius ego voluntati in eius periculis nullo modo deesse possum, sed etiam Cn. Pompeio, qui sui facti, sui iudicii, sui beneficii voluit me esse, ut apud eosdem vos, iudices, nuper in alia causa fuerim, et praedicatorem et auctorem.

Ac mihi quidem hoc dignum re publica videtur, hoc deberi huius excellentis viri praestantissimae gloriae, hoc proprium esse vestri officii, hoc satis esse causae, ut, quod fecisse Cn. Pompeium constet, id omnes ei licuisse concedant. Nam verius nihil est quam quod hesterno die dixit ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, ut nullius in delicti crimen vocaretur. Non enim furatus esse civitatem, non genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censum dicitur: unum obiicitur, natum esse Gadibus, quod negat nemo. Cetera accusator fatetur, hunc in Hispania durissimo bello cum Q. Metello, cum C. Memmio et in classe et in exercitu fuisse; ut Pompeius in Hispaniam venerit Memmiumque habere quaestorem coeperit, numquam a Memmio discessisse; Karthagine esse obsessum; acerrimis

---

1. *uidebantur* P — *umquam* P: *unquam* O; sic ubique. — 2. *memoria* Garatonius: *de memoria* C — *maiore de*] Litteras *aiore d* in rasura habet P, sed a prima manu. — 3. *inlustriore* P — 4. *de se ipso* Garatonius; sed vid. Madvigium *de Finn.* p. 125. — *molestius* P G^1 E — 5. *litteris* P: *literis* O; sic ubique. — 6. *doctrinis* P G^1 — *deditis* P^1 — *ei* C: *eum* O — 7. *qui*] *quoi* P — *paenitus* P — *compreendisset* P^1 — *omnia*, *quae faceret*, *recte se dare* Madvigius: *omnia quae faceret tractare* P G; *omniaque faceret tractare* E; *omnia, quae [facere] vellet, facillime tractare* O — 8. *Quae*] *que* P — 9. *agerent* P^1 — 10. *qui tantum*] *quantum* P^1 — *inpertire* P — 12. *extremus*] *exercitus* P G; *ex* E — 13. *et enim* divise P; sic plerumque. — *rationi* P G^1 E — 14. *penitus omnium* E — 15. *ex uoluptatis* G^1 E — *illis* P^1 — *ex mea sed* G^2: *in mea quam* P G^1 E — 16. *gerundus* P G: *gerendus* E O — 18. *.GN.* P — 19. *fuerit* C — 20. *auctorem* P^1: *actorem* P^2 G E — 21. *re p.* Garatonius: *re* G^2; *rei* P G^1 E O — 22. *excellenti* P — *prestantissimae* P — 23. *quod defecisse* G^1 E; *quod effecisse* G^2 — *confiet* G^1 E — 24. *ei* (in rasura) G: *et* P E — *verius*] *uirtus* P^1 G^1 E — 27. *mendatio* P^2; *mendatione* P^1 — *inrepsisse* P G — 28. *obicitur* P G — 29. *fateatur* G E — *ispania* P^1 — 30. *ut* C: *et ut* O — 31. *memmiumqui* P G^1 E — *questorem* P — 32. *Karthagine* Madvigius: *cartaginem* P G; *Karthaginem* O — *esse opsessum* Madvigius: *esse possessum* P^1; *isse possessum* P^2; *possessum esse* G E; *possessum isse* O. Cf. var. lect. de domo § 42.

illis proeliis et maximis, Sucronensi et Turiensi, interfuisse; cum Pompeio ad extremum belli tempus fuisse. 6. Haec sunt propria Cornelii: talis in rem publicam nostram labor, assiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore, spes pro periculis praemiorum. Praemia quidem ipsa non sunt in eius facto, qui adeptus est, sed in eius, qui dedit. III. Donatus est igitur ob eas causas a Cn. Pompeio civitate. Id accusator non negat, sed reprehendit, ut in Cornelio causa ipsius probetur, poena quaeratur, in Pompeio causa laedatur, poena sit nulla nisi famae: sic innocentissimi hominis fortunas, praestantissimi imperatoris factum condemnari volunt. Ergo in iudicium caput Cornelii, factum Pompeii vocatur. Hunc enim in ea civitate, in qua est natus, honestissimo loco natum esse concedis et ab ineunte aetate relictis rebus suis omnibus in nostris bellis nostris cum imperatoribus esse versatum; nullius laboris, nullius obsessionis, nullius proelii expertem fuisse. Haec sunt omnia cum plena laudis, tum propria Cornelii, nec in iis rebus crimen est ullum. 7. Ubi igitur est crimen? — Quod eum Pompeius civitate donavit. — Huius crimen? Minime, nisi honos ignominia putanda est. Cuius igitur? Re vera nullius: actione accusatoris eius unius, qui donavit. Qui si adductus gratia minus idoneum hominem praemio affecisset, quin etiam si virum bonum, sed non ita meritum; si denique aliquid non contra ac liceret factum diceretur, sed contra atque oporteret, tamen esset omnis eius modi reprehensio a vobis, iudices, repudianda. 8. Nunc vero quid dicitur? quid ait accusator? Fecisse Pompeium, quod ei facere non licuerit: quod gravius est quam si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset; est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si licet; quidquid vero non licet, certe non oportet.

IV. Hic ego nunc cuncter * * * 9. Quid enim abest huic homini,

---

1. *Sucronensi*] Litteras *sucr* in rasura habet P — *Turiensi* Is. Vossius (ad Pomponii Melae II, 6): *duriensi* C — 2. *propria* Klotzius (coll. v. 15): *proelia* C O; *proelia* deleverat Madvigius. — *cornelii talis* P^2: *cornelitas* P^1; *cornelii hic* G E; *Cornelii tantus* Halmius. — 4. *premiorum premia* P — 5. *Donatus est igitur* Orellius (e codicum Lamb. lectione *Donatus est ergo*): *donatus igitur* P^1; *donatus igitur est* P^2 G E O — 7. *repreendit* P^1 — 8. *queratur* P — *ledatur* P — *nulla nisi famae* Orellius: *nulla si famae* P^1; *si* om. P^2; *nulla si famẽ* G; *nulla si famam* E; *nulla. Sic famam* O — 9. *prestantissumi* P — *condempnari* P — 10. *corneli* G^1 — *pompei* P^2 G E; *pompeium* P^1 — 11. *enim in* supra versum habet P — *est* nos: *sit* C O — 12. *et* in rasura habet P^3 — 13. *nostris* ante *cum* om. G E — 14. *opsessionis* P — *plena omnia cum* (*cum* extra versum) P^1 — 15. *corneli* P G^1 — *iis* P G: *his* E O — 16. *est* om. E — *pompei* G E — 17. *Huius -- donavit* om. E — *huius crimen* P^1: *huiusce crimen* P^2 G; *Huiuscene crimen* O — *honor* G^2; *homo* G^1 — 18. *re-uersa a nullius* G — *actione* ed. Iuntina: *actiones* P G — *accusatores* P^1 — 19. *premio adfecisset* P — 20. *quin* Madvigius: *qui* C O; cf. var. lect. ad p. 1046, 25. 1057, 10. — *aliquid* Garatonius: *aliquid quod* C; *aliquid [quod]* O — 21. *factum ab eo diceret* E — *adque* P^1 — 23. *ait*] *agit* G^1 E — 25. *oportuisset sed si enim* P^1 G; *oportuisset si enim* P^2; *potuisset. Sed si enim* E — 26. *quodqui* P^1, sed *quod* in *quicquid* corr. — *uiro* P — 27. Post *cuncter* in P est lacuna quattuor versuum, quam neque plene neque probabiliter sic expleverunt: *sic agere iudices non esse fas dubitari quin quod gn pompeium fecisse constat* (corr. in *constet*) *id non solũ decuisse sed etiam debuisse fateamur* P^2; *sic agere iudices non esse fas dubitari quin quod cn. pompeium fecisse constet id non solum debuisse fateamur. decuisse* (*de cuius se* E) *sed etiam* (qui ordo verborum in G litteris *a b c d* superscriptis sic immutatus est: *fateamur sed etiam decuisse*) G E; *sic agere, iudices, non esse fas dubitare, quin, quod Cn. Pompeium fecisse constet, id non solum licuisse, sed etiam debuisse fateamur?* O. Vide Halmium *Rhein. Mus. N. F.* X, p. 327 sq.

quod si adesset, iure haec ei tribui et concedi putaremus? Ususne rerum? qui pueritiae tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum? cuius plerique aequales minus saepe castra viderunt quam hic triumphavit? qui tot habet triumphos, quot orae sunt partesque terrarum, tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorum? An ingenium? cui etiam ipsi casus eventusque rerum non duces, sed comites consiliorum fuerunt? in quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut omnium iudicio plus homini quam deae tribueretur? An pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia umquam requisita est? quem provinciae nostrae, quem liberi populi, quem reges, quem ultimae gentes castiorem, moderatiorem, sanctiorem non modo viderunt, sed aut sperando umquam aut optando cogitaverunt? 10. Quid dicam de auctoritate? quae tanta est, quanta in his tantis virtutibus ac laudibus esse debet. Cui senatus populusque Romanus amplissimae dignitatis praemia dedit non postulanti, imperia vero etiam recusanti, huius de facto, iudices, ita quaeri, ut id agatur, licueritne ei facere quod fecit, an vero, non dicam non licuerit, sed nefas fuerit — contra foedus enim, id est contra populi Romani religionem et fidem fecisse dicitur —, non turpe populo Romano, nonne vobis? V. 11. Audivi hoc de parente meo puer: cum Q. Metellus, L. F., causam de pecuniis repetundis diceret, ille vir, cui patriae salus dulcior quam conspectus fuit, qui de civitate decedere quam de sententia maluit, — hoc igitur causam dicente, cum ipsius tabulae circumferrentur inspiciendi nominis causa, fuisse iudicem ex illis equitibus Romanis, gravissimis viris, neminem, quin removeret oculos et se totum averteret, ne forte, quod ille in tabulas publicas rettulisset, dubitasse quisquam, verumne an falsum esset, videretur: nos Cn. Pompeii decretum de consilii sententia pronuntiatum recognoscemus? cum legibus conferemus, cum foederibus? omnia acerbissima diligentia perpendemus? 12. Athenis aiunt, cum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice di-

---

1. *abesset* C — *haec* C: *hoc* O — *ei* Lambinus: *et* C — *tribui et*] *tribuet* P^1 — 2. *pue-riciae* P — *extremae* P — *principum* P^1 — *adque* P^1 — 3. *crastra* P^1 — 4. *quod orae* P^1; *quot horae* P^2 — 5. *quot*] *quod* P^1 — 6. *An ingenium*] *adgenium* P^1; *ad ingenium* P^2 G E — *cui - - consiliorum* Madvigius: *inquid* (*inquit* G) - - *eius consiliorum* C; *quum - - eius consiliorum* O — *ipsi* P^1 G E: *ipse* P^2 O — 7. *fuerunt* C: *fuerint* O — 8. *omnio* P^1 — 9. *deae*] *de* P^1 — *An pudor*] *Aput*** P^1 — 10. *quem*] fort. *quo quem*; cf. v. 2. 6. — 11. *ultimae gentes* cod. Car. Stephani et Graevius: *ult**raregentes* P; *ultra regentes* G E; *exterae gentes* ed. Iuntina. — 13. *autoritate* P^1 — *quanta est in* P^1 — *his*] *iis* P G — 14. *populus .Q. R.* P — 15. *dedit non postulanti*, *imperia vero etiam* Manutius: *dedit*, *non postulanti imperia, verum etiam* C O — 16. *queri* P — *licueritne ei* P^2: *licueritnei* P^1; *licueritne id* G E — 17. *non* ante *dicam* in G m. sec. expunctum est.— 18. *fedus* P — 19. *populo R.*] *rei .p.* C— *nonne turpe ẽ* Halmius. — *nonne uobis?* C: *non vobis* O. (In P esse *nonne uobis est* falso tradidit Krarupius.) — *Audi* P^1 G^1 E; *Audii* P^2 G^2 — 21. *dicere* P^1 — *ille* G E: *ille ille* P O — *uir* supra versum P^2 — *patria* G E — 22. *saentencia* P — 23. *decente* P^1 — 24. *causa*] *a* posteriorem in rasura habet P — 25. *quin*] *qui* C; cf. var. lect. p. 1045, 20. — *et* om. C — 26. *publicas* om. E — *rettulisset* P: *retulisset* G E O — *dubitasse* E: *dubitasset* P G — 27. *esse* C — *pompei* P G^1 E — *decretum de* Palatinus nonus Gruteri: *decretum iudicium de* C — *consili* P^1 — *pronunciatum* P — 28. *federibus* P — 29. post v. *diligentia* supra versum *ẽ* habet P^2 — *perpendimus* G E; *pertendimus* P^1; *pertendemus* P^2 — *Athenis* cet.] Cf. Valer. Max. II, 10. Ext. 2. — 30. *testimonium* ed. Iuntina: *et testimonium* C — *plublice* P^1.

xisset et, ut mos Graecorum est, iurandi causa ad aras accederet, una voce omnes iudices, ne is iuraret, reclamasse. Graeci homines spectati viri noluerunt religione videri potius quam veritate fidem esse constrictam: nos etiam in ipsa religione et legum et foederum conservanda qualis fuerit Cn. Pompeius dubitabimus? 13. Utrum enim inscientem vultis contra foedera fecisse an scientem? Si scientem, — o nomen nostri imperii! o populi Romani excellens dignitas! o Cn. Pompeii sic late longeque diffusa laus, ut eius gloriae domicilium communis imperii finibus terminetur! o nationes, urbes, populi, reges, tetrarchae, tyranni testes Cn. Pompeii non solum virtutis in bello, sed etiam religionis in pace! vos denique, mutae regiones, imploro, et sola terrarum ultimarum, vos, maria, portus, insulae, litora! Quae est enim ora, quae sedes, qui locus, in quo non exstent huius cum fortitudinis tum vero humanitatis, cum animi tum consilii impressa vestigia? Hunc quisquam, incredibili quadam atque inaudita gravitate, virtute, constantia praeditum, foedera scientem neglexisse, violasse, rupisse dicere audebit? VI. 14. Gratificatur mihi gestu accusator: inscientem Cn. Pompeium fecisse significat. Quasi vero † levius sit, cum in tanta re publica versere et maximis negotiis praesis, facere aliquid, quod scias non licere, quam omnino non scire, quid liceat. Etenim utrum qui in Hispania bellum acerrimum et maximum gesserat quo iure Gaditana civitas esset nesciebat, an, cum ius illius populi nosset, interpretationem foederis non tenebat? Id igitur quisquam Cn. Pompeium ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo usu, nullo studio praediti militari, quod librarioli denique *se* scire profiteantur? 15. Equidem contra existimo, iudices, cum in omni genere ac varietate artium, etiam illarum, quae sine summo otio non facile discuntur, Cn. Pompeius excellat, singularem quandam laudem eius praestabilem esse scientiam in foederibus, pactionibus, con-

---

1. *grecorum* P G — 2. *voce* om. G E — *Graeci -- noluerunt* Madvigius: *cum graeci* (*greci* P) -- *noluerunt* C; *Quum Graeci -- noluerint* O — Pravam verborum distinctionem *Gr. homines*, *spectati viri*, *nol.*, qua vv. *spectati viri* fiunt epitheton Graecorum hominum, cum sint genitivi num. sing. pendentes a substantivo *fidem*, nos sustulimus. — *spectanti* $P^1 G^1$ — 3. *religionem* P^1 — *ueritate fidem* P^2: *ueritatem fidem* P^1; *fide ueritate* G^1; *fide ueritatem* G^2; *fidem ueritate* E — *constrictam* supra versum habet P^2; potuisse etiam *uinctam* suppleri monuit Halmius l. l. p. 332 coll. or. p. Fonteio § 20. — 4. *legem* P^1 — 5. *enim inscientem* P^2: *enim sicientem* P^1; *enim scientem* G E — 6. *uoltis* P — *an scientem* P: *an inscientem* G E — *nomen*] *num* G^1 — *nostriumperii* P — 7. *pompei* P G^1 E — *late*] litteras *ate* in rasura habet P — 8. *difusa* P — *commonis imperi* P^1 — 9. *o rationes* P^1 G^1 E — 10. *pompei* C — 11. *mutae* P^1: *multae* P^2; *muta* G; *mutas* E — *religiones* P^1 — *inploro* P — 12. *litora*] *littoraque* G — 13. *extent* P G — 14. *cum animi* P G: *tum animi* O. Est duplex antithesis atque respondent sibi *fortitudinis* et *animi*, *humanitatis* et *consilii*. — *consili inpressa* P — 15. *quodamque* P^1; *quodam atque* P^2 — 16. *neglesise* P^1; *neglesisse* P^2 — *audebit*** G — 18. *levius*] *non levius* de Memmii coniectura L; fort. *peius*. Lectionem *levius* ferri non posse luculenter demonstravit Madvigius. — *rei .p.* P — *uersare* $G^1 E^2$ — 19. *quam* Pantagathus: *an* P G^1 E O; *aut* G^2 — 20. *non scire* C: *nescire* O (*scire* in rasura habet P^2) — *quod* P — *qui in* Lambinus (e vetere codice): om. C — *acerrumum* P — 21. *graditana* G E — *esse* G E — *cum ius* Madvigius: *cuius* P O; *cui* G E — 22. *illius populi nosset* C: *linguam populi non nosset* O — *interpraetationem* P^1 — 23. *dicere*] *aliquid dicere* G E — *mediocris* P G^1 — 24. *praediti militari* C: *militari praediti* O — 25. *se* Lambinus: om. C O — 26. *in* om. G E — *uarie* P^1 — *arcium* P — 27. *excelleat* G E — 28. *eius* nos: *et* C; *eius et* cum ed. Hervagiana O — *condicionibus* P.

ditionibus populorum, regum, exterarum nationum, in universo denique belli iure atque pacis: nisi forte ea, quae nos libri docent in umbra atque otio, ea Cn. Pompeium neque, cum requiesceret, litterae, neque, cum rem gereret, regiones ipsae docere potuerunt. Atque, ut ego sentio, iudices, causa dicta est. Temporum magis ego nunc vitiis quam genere iudicii plura dicam: est enim haec saeculi quaedam macula atque labes virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis infringere. 16. Etenim si Pompeius abhinc annos quingentos fuisset, is vir, a quo senatus adolescentulo atque equite Romano saepe communi saluti auxilium expetisset, cuius res gestae omnes gentes cum clarissima victoria terra marique peragrassent, cuius tres triumphi testes essent totum orbem terrarum nostro imperio teneri, quem populus Romanus in*auditis honoribus* singularibusque decorasset, — si nunc apud nos id, quod is fecisset, contra foedus factum diceretur, quis audiret? Nemo profecto. Mors enim cum exstinxisset invidiam, res eius gestae sempiterni nominis gloria niterent. Cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius visa atque perspecta obtrectatorum voce laedatur?

VII. 17. Omittam igitur Pompeium iam oratione mea reliqua, sed vos, iudices, animis ac memoria tenetote. De lege, de foedere, de exemplis, de perpetua consuetudine civitatis nostrae renovabo ea, quae dicta sunt. Nihil enim mihi novi, nihil integri neque M. Crassus, qui totam causam et pro facultate et pro fide sua diligentissime vobis explicavit, neque Cn. Pompeius, cuius oratio omnibus ornamentis abundavit, ad dicendum reliquit. Sed quoniam me recusante placuit ambobus adhiberi hunc a me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem, peto a vobis, ut me officii potius quam dicendi studio hanc suscepisse operam ac munus putetis. 18. Ac prius quam aggrediar ad ius causamque Cornelii, quiddam de communi conditione omnium nostrum deprecandae malevolentiae causa breviter commemorandum videtur. Si, quo

---

1. *exterarum* ed. Iuntina: *et terrarum* C — 2. *atque* C: *ac* O — *ni* GE — *liberi* P^1GE; *librarii* Bakius ad Cic. de Legg. p. 658.— *atque* C: *et* O — 3. *ea* C: om. O — *litterae* P: *literae* O — 4. *regiones* C: *res* O — 5. *est. Temporum magis ego nunc vitiis quam* Madvigius (sed *vitio*): *est. temporum magis ego nunc uitiis* (*ut iis* P; *citius* E) *inquam* C (litteris *in* in G lineola subducta est ab eadem m.); *est temporis magis. Ego non huius, inquam* O. De verborum distinctione cf. pro Archia § 8. — 6. *haec huius saeculi* L. «Sed *seculum* sine pronomine demonstrativo sic dici apud Latinos constat vel e Taciti Germ. c. 19.» Or. — *saeculi* P: *seculi* O — *macula atque* (*adque* P^1) *labes* C: *labes atque macula* O — 7. *uirtute* P^1 — 8. *Pompeius* P: *Cn. Pompeius* GEO. Cf. v. 18. — 9. *adulescentulo* P — *atquae** P^1 — *sepe* P — *communi saluti* P^1GE: *communis salutis* P^2 — 10. *cui* GE — *omnis* P — *omnes gentes* om. GE — 12. *populus* (*populi* E) *.r. in singularibusque decorasset* C; *populus R. singularibus honoribus decorasset* O; *p. R. inauditis* (vel *insignibus*) *singularibusque honoribus decorasset* Madvigius. — 13. *nos* C: *vos* O — 15. *quum* h. l. P — *extinxisset* G; *extinxet* P — *ei* GE — 16. *gloria* supra versum P^2 — *niterent* Nürnberger (Progr. Campod. a. 1832): *niterentur* CO. Cf. Liv. III. 12: *L. Lucretius - - recenti gloria nitens.* — *cui* GE — *dubitationis* GE — 17. *huius uisa atque* Halmius: *huius atque* PG^1E; *huius nota atque* G^2; *huius praesens, experta atque* O — *perfecta* C — *optrectatorum* P — 18. *oratione mea* (*orationem ea* P) *relinquam* C. (*Omittam igitur Pompeium: iam oratione mea relinquam* Klotzius.) — 19. *dexemplis* P^1; om. E — 20. *pertua* P^1 — 21. *enim* supra versum P^2 — *crassus*** qui* P; etiam littera *s* finalis in rasura est. — 22. *nobis* E — 23. *cui* GE — 24. *quoniam*] *quam* P^1 — 25. *perpolendi* P^1 — 27. *Ac*] *at* P — *adgrediar* P — *adus* P^1 — 38. *corneli* PG^1 — *deprecande* P — 39. *maliuolentiae* PG.

quisque loco nostrum est, iudices, natus aut si, in qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc vitae statum usque ad senectutem obtinere deberet et si omnes, quos aut fortuna extulit aut ipsorum illustravit labor et industria, poena essent afficiendi, non gravior L. Cornelio quam multis viris bonis atque fortibus constitui lex vitae et condicio videretur: sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere et fortunae gradu non modo amicitias et rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem, non intelligo, cur potius invidia violatura virtutem L. Cornelii quam aequitas vestra pudorem eius adiutura videatur. 19. Itaque, quod maxime petendum est, a vobis idcirco non peto, iudices, ne de vestra sapientia atque de vestra humanitate dubitare videar: est autem petendum ne oderitis ingenium, ne inimici sitis industriae, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem poeniendam putetis: illud peto, ut, si causam ipsam per se firmam esse et stabilem videritis, hominis ipsius ornamenta adiumento causae potius quam impedimento esse malitis.

VIII. Nascitur, iudices, causa Cornelii ex ea lege, quam L. Gellius Cn. Cornelius ex senatus sententia tulerunt: qua lege videmus satis esse sanctum, ut cives Romani sint ii, quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim civitate donaverit. Donatum esse L. Cornelium praesens Pompeius dicit, indicant publicae tabulae, accusator fatetur, sed negat ex foederato populo quemquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc civitatem venire. 20. O praeclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostrae civitatis! qui hanc poenam foederibus adscribat, ut omnium praemiorum beneficiorumque nostrorum expertes faciat foederatos! Quid enim potuit dici imperitius quam foederatos populos fieri fundos oportere? Nam id non magis est proprium foederatorum quam omnium liberorum. Sed totum hoc, iudices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut, cum iussisset populus Romanus aliquid, si id adscivissent socii populi ac Latini et si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tamquam in fundo resedisset, ut tum lege eadem is populus teneretur, non ut de nostro iure aliquid deminueretur, sed ut illi populi aut iure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo aut beneficio uterentur. 21. Tulit apud maiores nostros legem C. Furius

---

2. *optine* P^1; *optinere* P^2 — 3. *deberet* P G^2 E: *debere* G^1; *debet* cum ed. Iuntina O — *quos aut*] litteras *ut* in rasura habet P — *inlustrauit* P — 4. *poena essent* Halmius: *poenae sunt* P; *pene sunt* G^1 E; *pena sunt* G^2; *poena sunt* O — *adficiendi* P — 6. *uideretur* C: *videtur* cum ed. Iuntina O — 9. *intellego* P G — *uiolatur a uirtute* P; *uiolatur uirtute* G E. Vera lectio, quam P. Manutio tribuit Garatonius, legitur iam in ed. Ascensiana prima. — 10. *adiutora* P^1 — 11. *iud.* P — 14. *poeniendam* Orellius: *poenitendam* P E; *penitendam* G^1; *puniendam* G^2 O — 16. *causae totius* P; *totius causae* G E — 17. *corneli* P — 18. *uideamus* C — *satis* offendit Pantagathum, Schuetzium, Madvigium. — 19. *sancti* C — *ut* C: *uti* O — *ii*] *hi* P G — *pompei* G^1 E — *consili* P; *consiliis* G — 20. *donauerit* C: *donarit* O — 23. *venire*] litteras *re* in rasura habent P G; *ueni* E — 25. *adscribat* P^1: *ascribat* P^2 G^2; *asscribat* G^1 — 26. *beneficioque* P G^1 E — *expertis* C — 28. *foeratorum* P^1 — 29. *fuit in ea* G E — *adque* P — 30. *p. R.* ed. Hervagiana: *praetor* P^2 G E; *praeto* P^1 — *adsciuissent* P^1 E: *asciuissent* P^2; *assciuissent* G — *populi socii* G E — 32. *resedisse* P^1 — *tum*] *cum* G E — *adem* P^1 — 33. *diminueretur* G.

de testamentis, tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus; innumerabiles aliae leges de civili iure sunt latae: quas Latini voluerunt, adsciverunt: ipsa denique Iulia, qua lege civitas est sociis et Latinis data, qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent. In quo magna contentio Heracliensium et Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis civitatibus foederis sui libertatem civitati anteferret. Postremo haec vis est istius et iuris et verbi, ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. 22. Cum aliquid populus Romanus iussit, id si est eius modi, ut quibusdam populis sive foederatis sive liberis permittendum esse videatur, ut statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus, quo iure uti velint, tum, utrum fundi facti sint an non, quaerendum esse videtur: de nostra vero re publica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute fundos populos fieri noluerunt. IX. Atqui, si imperatoribus nostris, si senatui, si populo Romano non licebit propositis praemiis elicere ex civitatibus sociorum atque amicorum fortissimum atque optimum quemque ad subeunda pro salute nostra pericula, summa utilitate ac maximo saepe praesidio periculosis atque asperis temporibus carendum nobis erit. 23. Sed, per deos immortales! quae est ista societas, quae amicitia, quod foedus, ut aut nostra civitas careat in suis periculis Massiliensi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino, aut, si quis ex iis populis sit exortus, qui nostros duces auxilio laboris, commeatus periculo suo iuverit, qui cum hoste nostro comminus in acie saepe pugnarit, qui se saepe telis hostium, qui dimicationi capitis, qui morti obiecerit, nulla conditione huius civitatis praemiis affici possit? 24. Etenim in populum Romanum grave est, non posse uti sociis excellenti virtute praeditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare: in socios vero ipsos et in eos, de quibus agimus, foederatos iniuriosum et contumeliosum est, iis praemiis et iis honoribus exclusos esse fidelissimos et coniunctissimos socios, quae pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant saepe servis. Nam stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis multos civitate donatos videmus et, qui hostes ad nostros imperatores perfugissent et magno usui rei publicae nostrae fuissent, scimus civitate esse donatos, servos denique, quorum ius, fortuna, conditio infima est, bene de re publica meritos persaepe libertate, id est civitate publice donari videbamus.

---

1. *tulitque quintus uoconius* G; *tulit quoconius* E — 2. *asciuerunt* G — 5. *heraclensium* C; cf. p. 788, 14. 24. 27. — *iis*] *his* P G — 6. *libertate* P² — *ciuitate** P; *ciuitate* G¹ — 9. *populi* G¹ E — 11. *videtur* Rumpfius (*Progr. Giss.* a. 1814) et var. lect. Naugeriana: *videatur* C O. Cf. var. lect. p. 1038, 35. 1049, 18. 1055, 13. — 13. *at quis imperatoribus* P¹ E — 14. *populoque .R. non* P — 15. *proemiis* P — 17. *periculosis* Madvigius: *periculis* C; *in periculis* O — 18. *immortales* om. G E — 21. *iis* nos: *his* P; *illis* G E O — *auxilio, labore, commeatu* Lambinus. — 22. *comminus* P G: *cominus* O — 23. *pugnaret* G¹ E — *sepe se* G E — 24. *morte* P G¹ E — *adfici* P — 25. *Et enim - - graue est* (*esse* E) C: *Est enim - - grave* O — 26. *sua*] *suis* C — 27. *incuriosum* G¹ E — 28. *iis praemiis et iis* P G: *his praemiis et his* E O — 29. *coniunctis* P; *coniunctos* G E — *stipendariis - - stipendarios* G E — 30. *nam* P: *nam et* G E O — *ex*] *de* G E — 31. *prouintiis* P — 32. *usu* P G¹ E — 33. *ciuitates* P¹ — *donatos esse* G E — 34. *fortunae* P¹ G E — *infirma* G E — 35. *libertate** P; *libertatem* G¹ E — *id est*] *idem* (per compendium) G; *hisdem* E — *ciuitatem* G¹ — *publice donari* P² E: *publicae donari* P¹; *donari publice donari* G¹; *donari publice* G² — *uidebamus* C: *videmus* cum duobus codd. Oxonn. et Manutio O.

X. 25. Hanc tu igitur, patrone foederum ac foederatorum, conditionem statuis Gaditanis, tuis civibus, ut, quod iis, quos magnis adiutoribus † tuis armis subegimus atque in ditionem nostram redegimus, liceat, si populus Romanus permiserit, ut ab senatu, ab imperatoribus nostris, civitate donentur, id ne liceat ipsis? Qui si suis decretis legibusve sanxissent, ne quis suorum civium castra imperatorum populi Romani iniret, ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis atque in vitae discrimen inferret, Gaditanorum auxiliis, cum vellemus, uti nobis liceret, privatus vero ne quis vir et animo et virtute praecellens pro nostro imperio periculo suo dimicaret, graviter id iure ferremus, minui auxilia populi Romani, debilitari animos fortissimorum virorum, alienigenarum nos hominum studiis atque paterna virtute privari. 26. Atqui nihil interest, iudices, utrum haec foederati iura constituant, ut ne cui liceat ex iis civitatibus ad nostrorum bellorum pericula accedere, an, quae nos eorum civibus virtutis causa tribuerimus, ea rata esse non possint. Nihil enim magis uteremur iis adiutoribus sublatis virtutis praemiis quam si omnino iis versari in nostris bellis non liceret. Etenim cum pro sua patria pauci post genus hominum natum reperti sint qui nullis praemiis propositis vitam suam hostium telis obiecerint, pro aliena re publica quemquam fore putatis qui se opponat periculis non modo nullo proposito praemio, sed etiam interdicto?

XI. 27. Sed cum est illud imperitissime dictum de populis fundis, quia commune liberorum est populorum, non proprium foederatorum: ex quo intelligi necesse est aut neminem ex sociis civem fieri posse aut etiam posse ex foederatis: tum vero ius omne noster iste magister mutandae civitatis ignorat, quod est, iudices, non solum in legibus publicis positum, sed etiam in privatorum voluntate. Iure enim nostro neque mutare civitatem quisquam invitus potest neque, si velit, mutare non potest, modo adsciscatur ab ea civitate, cuius esse se civitatis velit: ut si Gaditani sciverint nominatim de aliquo cive Romano, ut sit is civis

---

2. *graditanis* G — *quos*] *quod* P[1] — *magnis adiutoribus tuis* C : *Gaditanis adiutoribus* O; *magnis adiutoribus illis usi* Halmius; *adiutoribus maioribus tuis* Klotzius. «Scriptura codicum ipsa quidem vera esse nullo modo potest nec hoc significare: *magna ex parte tuis civibus iuvantibus*; nam neque *magno adiutore* sic dicitur neque hic *tui* simpliciter Gaditani appellari possunt, in hac praesertim contrariorum relatione (*quod iis, quos — id ipsis*). In *tuis* latere opinor *illis.*» Madvig. — 3. *ditionem*] *conditionem* G E — 4. *licet* G E — *ab imp. nostris*] *etiam per imperatoribus nostris* P; *etiam per imperatores nostros* G E; *ut etiam ab imp. n.* Halmius. — 7. *imperio nostro* G E — 8. *auxilio* G E — 9. *liceret* Madvigius: *non liceret* C O — *priuatus* P G: *priuatim* E O — 10. *feremus minimi* P[1] — 12. *hominum* om. G E — *paterna* P G: *patria* E; *privata* Halmius coll. v. 9; *externa* cum ed. Iuntina O. «Cum praecedat *alienigenarum hominum*, quis est qui sibi persuadeat Ciceronem tautologiae tam manifestae reum esse, ut *externa virtute* scripserit? *paterna* autem non ad Romanorum, sed ad Gaditanorum vel cuiuscumque populi foederati maiores trahendum est.» Rumpf. — *Atque* G[1] E — 14. *liceant* P — 16. *iis* P[2] G: *is* P[1]; *his* E O — *uirtutis praemiis* C: *praemiis virtutis* O — 17. *quam si*] *quasi* P — *iis* P G: *his* E O — 19. *aliena pro re p.* G; *.R. p. pro aliena* E — 20. *fore*] *esse* G E — *putasti* C — 22. *est* om. G E — *inperitissime* P — *populis* ed. Iuntina: *populi* C — 23. *quia* Halmius: *quod* P[2] (in rasura) G E O — *commune*] *cum omne* P G[1]; *cum omnem* E; *commune est* G[2] O — *liberorum est populorum* Halmius: *liberorum et populorum* C; *liberorum populorum* O — 24. *intellegi* P — 25. *noster iste*] *nostris te* G[1]E — 29. *asciscatur* P[2] — *se civem velit* post Lambinum Cobet (Mnemos. III, p. 231); sed vide p. 1052, 4.

Gaditanus, magna potestas sit nostro civi mutandae civitatis nec foedere impediatur, quo minus ex cive Romano civis Gaditanus possit esse. 28. Duarum civitatum civis noster esse iure civili nemo potest: non esse huius civitatis, qui se alii civitati dicarit, potest: neque solum dicatione, quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, C. Laenati, Q. Philippo Nuceriae, C. Catoni Tarracone, Q. Caepioni, P. Rutilio Zmyrnae videmus accidisse, ut earum civitatum fierent cives — *nam* hanc ante amittere non potuissent quam hoc solum civitatis mutatione vertissent —, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio. Neque enim sine causa de Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quem apud maiores legati nostri in Graeciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum est, ut is Publicius, si domum revenisset et inde Romam redisset, ne minus civis esset. Multi etiam superiore memoria cives Romani sua voluntate, indemnati et incolumes, suis rebus relictis alias se in civitates contulerunt.

XII. 29. Quod si civi Romano licet esse Gaditanum sive exsilio sive postliminio sive reiectione huius civitatis — ut iam ad foedus veniam, quod ad causam nihil pertinet: de civitatis enim iure, non de foederibus disceptamus —, quid est quam ob rem civi Gaditano in hanc civitatem venire non liceat? Equidem longe secus sentio. Nam cum ex omnibus civitatibus via sit in nostram cumque nostris civibus pateat ad ceteras iter civitates, tum vero, ut quaeque nobiscum maxime societate, amicitia, sponsione, pactione, foedere est coniuncta, ita mihi maxime communione beneficiorum, praemiorum, civitatis contineri videtur. Atqui ceterae civitates omnes non dubitarent nostros homines recipere in suas civitates, si idem nos iuris haberemus, quod ceteri. Sed nos non possumus et huius esse civitatis et cuiusvis praeterea, ceteris concessum est. 30. Itaque in Graecis civitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedaemonios, ceteros undique adscribi, multarumque esse eosdem homines civitatum. Quo errore ductos vidi egomet non nullos imperitos homines, nostros cives, Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum certa tribu, certo numero, cum ignorarent, si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio reciperassent. Peritus vero nostri moris ac iuris nemo umquam, qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam se civitatem dicavit.

---

1. *graditanus* G — 3. *noster esse* P E: *noster ** esse* G; *esse nostro* O — 4. *ciuitatis* C: *civitatis civis* O. Cf. v. 27. p. 947,5. 1053, 9. 1060, 12. — *nequae* P^1 — 5. *Q.*] *q*** P — *lenati* P G — 6. *zmirnae* C; *Smyrnae* O — *videmus* Madvigius: *uidimus* C O — 7. *nam* Halmius: *cum* Madvigius; om. C O — *mittere* P G^1 E — 8. *hoc* C (in P litterae *oc* sunt in rasura paulo maiore; in G E *hoc* scriptum est per compendium): *huius* O — *mutationem* G^1 E — 9. *nequae* P^1 — 10. *nemenandre* G — *homine libertino* G; *homine liberrimo* E — *legationostri* P — 12. *latum est ut* G^2 (ut voluerat Orellius): *latum ut* P G^1 E O — *redisset* C: *rediisset* O — 14. *suis* Halmius: *iis* P G; *his* E O; cf. p. 1045, 12. — 16. *Gaditanum*] de accusativo v. Madv. — *exilio* C — 17. *r**tione* P (in rasura *a* habet P^2) — 20. *ex* om. E — 21. *ad ceteras iter* C: *iter ad ceteras* O — 23. *est coniuncta* C: *coniuncta est* O — *communione -- contineri* Weiskius: *communionem -- continere* C O — 25. *ciuitate* P^1 — *homines* Gulielmius: *omnes* P; om. G E — 26. *nos* om. G^1 — 27. *cuiusvis*] *cuius* P G; *cui* E; *alius* Halmius. — 28. *lacedemonios* P — 29. *adscribi* P^1 E: *ascribi* P^2; *asscribi* G — 31. *ciuis* P — *ariopagitarum* G E — 32. *si*] *se* P^1 — *adempti* P — 33. *reciperassent* P: *recuperassent* G E O — 34. *moris ac iuris* P: *iuris ac moris* G E O — 35. *se ciuitatem* C: *civitatem se* O.

XIII. Sed hic totus locus disputationis atque orationis meae, iudices, pertinet ad commune ius mutandarum civitatum: nihil habet quod sit proprium religionis ac foederum. Defendo enim rem universam, nullam esse gentem ex omni regione terrarum neque tam dissidentem a populo Romano odio quodam atque discidio neque tam fide benevolentiaque coniunctam, ex qua nobis interdictum sit, ne quem adsciscere civem aut civitate donare possimus. 31. O iura praeclara atque divinitus iam inde a principio Romani nominis a maioribus nostris comparata! ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit: dissimilitudo enim civitatum varietatem * * * neve in civitate maneat invitus. Haec sunt enim fundamenta firmissima nostrae libertatis, sui quemque iuris et retinendi et dimittendi esse dominum. Illud vero sine ulla dubitatione maxime nostrum fundavit imperium et populi Romani nomen auxit, quod princeps ille creator huius urbis, Romulus, foedere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere: cuius auctoritate et exemplo numquam est intermissa a maioribus nostris largitio et communicatio civitatis. Itaque et ex Latio multi, ut Tusculani, ut Lanuvini, et ex ceteris regionibus gentes universae in civitatem sunt receptae, ut Sabinorum, Vulscorum, Hernicorum: quibus ex civitatibus nec coacti essent civitate mutari, si qui noluissent, nec, si qui essent civitatem nostram beneficio populi Romani consecuti, violatum foedus eorum videretur.

XIV. 32. Etenim quaedam foedera exstant, ut Cenomanorum, Insubrium, Helvetiorum, Iapydum, non nullorum item ex Gallia barbarorum, quorum in foederibus exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. Quod si exceptio facit, ne liceat, ubi *non est exceptum*, *ibi* necesse est licere. Ubi est igitur *exceptum* foedere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate? Nusquam. Ac sicubi esset, lex id Gellia et Cornelia, quae definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat, sustulisset. Exceptum, inquit, est foedus, si quidem sacrosanctum est. Ignosco tibi, si neque Poenorum iura calles — reliqueras enim civitatem tuam — neque nostras potuisti leges inspicere: ipsae enim te a cognitione sua iudicio publico reppulerunt. 33. Quid fuit in rogatione ea, quae de Pompeio a Gellio et a Lentulo consulibus

---

1. *ornationis* P — 3. *foederis* E — 4. *populi romani* P — 5. *beniuolentiaque* P G — 6. *ne quem* G^2: *neque* P G^1; *ut ne quem* E O — *asscissere* G — 8. *nostris* om. E — 10. *uarietatem neve* P^1: *uarietatem iuris habeat necesse est. ne quis invitus civitate mutetur neue* P^2 (*iuris* - - *mutetur* supra versum) G E O; vide Halmium l. l. p. 332 sq. — 17. *ut* - *ut* P^1: *et* - *et* P^2 G E O — *anuuini* P^1 — 18. *regionibus* Rumpfius: *generibus* C O. Cf. v. 4. — *sunt* G^2: *sui* P G^1; *suam* E — 19. *uuiscorum* C; *Volscorum* O — 20. *ciuitatem mutare* G^2 — 21. *consecuti* ed. Aldina: *secuti* C — 23. *Et enim* C: *At enim* cum ed. Naugeriana O — *Cenomanorum* Madvigius: *genumanhorum* P^1 G E; *germanorum* P^2 O — *insalubrium* G E — 24. *iapidum* C O; primam litteram in rasura habet P — 26. *ubi non sit exceptum, ibi necesse est licere* Madvigius; *ubi necesse est licere* C; *ibi necesse est licere, ubi non est exceptum* cum ed. Naug. O — 27. *exceptum* om. C; legitur iam in ed. Ascensiana prima. — 28. *civitate* om. E — 29. *id*] *i* in rasura habet P^2 — *agellia* C (*ia* in rasura habet P^2) — *definitae* P^2; *diffinite* G^2; *definita est* P^1 E; *diffinita est* G^1 — 30. *derat* P^1 — *inquit est* C (sed P^1 G *inquid*): *est*, *inquit* O — 33. *te agnitione* P^1 — *reppulerunt* P G: *repulerunt* E O — 34. *cos.* P G; *consule* E.

lata est, in quo aliquid [sacrosanctum] exceptum videretur? Primum enim sacrosanctum esse nihil potest nisi quod populus plebesve sanxit; deinde sanctiones sacrandae sunt † aut genere ipso aut obtestatione et consecratione legis aut poenae, cum caput eius, qui contra fecerit, consecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano foedere eius modi? Utrum capitis consecratione an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? Nihil omnino umquam de isto foedere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico. De quibus igitur, etiam si latum esset [neque legem neque poenam gratam esse] ne quem civem reciperemus, tamen id esset, quod postea populus iussisset, ratum nec quidquam illis verbis SI QVID SACROSANCTVM EST esse exceptum videretur, de iis cum populus Romanus nihil umquam iusserit, quidquam audes dicere sacrosanctum fuisse? XV. 34. Nec vero oratio mea ad infirmandum foedus Gaditanorum, iudices, pertinet. Neque enim est meum contra ius optime meritae civitatis, contra opinionem vetustatis, contra auctoritatem senatus dicere. Duris enim quondam temporibus rei publicae nostrae, cum praepotens terra marique Karthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret, et cum duo fulmina nostri imperii subito in Hispania, Cn. et P. Scipiones, exstincti occidissent, L. Marcius, primi pili centurio, cum Gaditanis foedus icisse dicitur. Quod cum magis fide illius populi, iustitia nostra, vetustate denique ipsa quam aliquo publico vinculo religionis teneretur, sapientes homines et publici iuris periti, Gaditani, M. Lepido Q. Catulo consulibus a senatu de foedere postulaverunt. Tum est cum Gaditanis foedus vel renovatum vel ictum: de quo foedere populus Romanus sententiam non tulit, qui iniussu suo nullo pacto potest religione obligari. 35. Ita Gaditana civitas, quod beneficiis suis erga rem publicam nostram consequi potuit, quod imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. Catuli, summi viri, auctoritate, quod iudicio senatus, quod foedere, consecuta est: quod publica religione sanciri potuit, id abest; populus enim se nusquam obligavit. Neque ideo est

---

1. *in quo aliquid* Pantagathus: *in qua aliquid* G²; *in qua aliqua aliquid* P G¹ E — *sacrosanctum* delevit Madvigius. «Hoc quaerit Cicero: *Quid fuit in rogatione ea, quo aliquid* (eius modi, quale tu vis, velut foedus Gaditanum,) *exceptum videretur*? Excipit enim tantum sacrosancta; istud autem sacrosanctum non est. *Primum enim cet.*» — *nihil esse* G E — 2. *plebesuae* P¹ — *sanxit* Madvigius: *sanxisset* C O. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 4. — 3. *sunt aut genere -- aut poenae* C: *sunt* [*aut*] *genere ipso* [*aut obtestatione*] *legis aut poena* O; *sunt aut genere ipso atque obtestatione legis aut poena* Madvigius; *sunt genere ipso aut obtestatione legis aut consecratione personae* Nipperdey (*Philol. Schneidew.* III, p. 141 sqq.) — 4. *eius*] *ei* G — *qui*] *quem* P² (supra versum) G E; om. P¹ — *fecit* C — 6. *capitis* Ant. Augustinus: *a capitis* C O — 8. *esse dico de quibus etiam igitur si latum esset neque legem neque poenam* (*paenam* G) *gratam esse ne quem* (*que* G) *ciuem* C (in G *igitur* expunctum est); *esse dico:* [*neque legem, neque poenam latam esse.*] *De quibus igitur, etiam si latum esset, ne quem civem* O — 10. *postea populus* C: *populus postea* O — *nec* P: *neque* G E O — *quicquam* P, item v. 12. — *illius* G E — 11. *est* Aldus nepos: *esset* C O — *iis* P G: *his* E O — 13. *oratio* P: *haec oratio* G E O — *firmandum* G E — 14. *meum* om. G — *optimae* P¹ — 15. *citatis* P¹ — 17. *carthago* P G — 18. *et* ante *cum* supra versum habet P — 19. *extincti* P G — *marius* C — *primi pili* P G: *primipili* O — 20. *icisse* Nic. Angelius: *iecisse* G E; *fecisse* (*f* fortasse m. sec.) P — *fide illius*] *fidelius* P¹ — 23. *cos.* P — *foere* P¹ — 25. *potes religione obligarit* P¹ — 27. *publicam* (i. e. *p.*) om. C — 28. *catulo* G¹; *catulo** P — 30. *populus senus enim quam* P¹.

Gaditanorum causa deterior; gravissimis enim et plurimis rebus est fulta. Sed isti disputationi *hic* certe nihil est loci. Sacrosanctum enim nihil potest esse nisi quod per populum plebemve sanctum est. XVI. Quod si hoc foedus, quod populus Romanus auctore senatu, commendatione et iudicio vetustatis, voluntate et sententiis suis comprobat, idem suffragiis comprobasset, quid erat cur ex ipso foedere Gaditanum in civitatem nostram recipi non liceret? nihil est enim aliud in foedere nisi ut PIA ET AETERNA PAX sit. Quid id ad civitatem? Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus foederibus: MAIESTATEM POPVLI ROMANI COMITER CONSERVANTO. Id habet hanc vim, ut sit ille in foedere inferior? 36. Primum verbi genus hoc CONSERVANTO, quo magis in legibus quam in foederibus uti solemus, imperantis est, non precantis. Deinde cum alterius populi maiestas conservari iubetur, de altero siletur, certe ille populus in superiore conditione causaque ponitur, cuius maiestas foederis sanctione defenditur. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, *comiter* esse *communiter*: quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. *Comes* benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur; *qui erranti comiter monstrat viam*, benigne, non gravate; *communiter* quidem certe non convenit. 37. Et simul absurda res est caveri foedere, ut maiestatem populi Romani communiter conservent, id est, ut populus Romanus suam maiestatem esse salvam velit. Quod si iam ita esset, ut esse non potest, tamen de nostra maiestate, nihil de illorum caveretur. Potestne igitur nostra maiestas a Gaditanis benigne conservari, si ad eam retinendam Gaditanos praemiis elicere non possumus? potest esse ulla denique maiestas, si impedimur, quo minus per populum Romanum beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus?

XVII. 38. Sed quid ego disputo, quae mihi tum, si Gaditani contra me dicerent, vere posse dici viderentur? Illis enim repetentibus L. Cornelium responderem, legem populum Romanum iussisse de civitate tribuenda; huic generi legum fundos populos fieri non solere; Cn. Pompeium de consilii sententia civitatem huic dedisse; nullum populi nostri iussum Gaditanos habere, itaque nihil esse sacrosanctum, quod lege exceptum videretur; si esset, tamen in foedere nihil esse cautum praeter pacem; additum esse etiam illud, ut maiestatem illi nostram conservare

---

1. *pluris* C — 2. *sed est iste* C — *disputationi hic certe* Cobet (Mnemos. III, p. 233): *disputationis certe* C; *disputationi certe* O — *enim* om. P — 3. *plebemue* in margine habet G; *ue* om. P E — *sanctum* C: *sancitum* O. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 4. — 7. *ut pia* in rasura habet P^2 — 8. *quid id* E: *quod id* P G — *adiunctam* C — 10. *conservanto* Lambinus: *conseruant* C; *conservato* cum Ernestio O — *illi* P^1 — Signum interrogandi post verbum *inferior* posui Madvigio auctore. — 11. *genus*] *g* ex correctura habet P — *conservanto* Lambinus: *conseruanti* P^1; *conseruandi* P^2G; *est seruandi* E; *conservato* cum Weiskio O — 12. *praecantis* P — 13. *sileatur* C — 14. *superiore* P: *superiori* G E O. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 8. — 15. *interpraetatio* P — *indigna*] *dignain* C — 17. *pricum* P^1 — *interpraetaretur* P^1 — 18. *eranti* P^1 — *com* (erasa lineola supra litt. *m*) *monstrant* G; *comiti monstrat* E — 21. *Romanus* (i. e. *R.*) om. P (initio paginae) G E — *suam*] *sum* P^1 — 22. *esse saluam uelit* P: *velit esse salvam* G E O — *potest*] *posset* C — 24. *a* ed. Naugeriana: om. C — 25. *eligere* C — *maiestas*] *potestas* G E — 28. *tum*] *m* in rasura habet P^2 — 29. *dicerent* G^2: *dicere* P G^1 E — *referentibus* G E — 35. *additũs* P; *Aditum* G^1 — *esse etiam* C: *etiam esse* O — *seruare* C; «recte tamen

deberent, quae certe minueretur, si aut adiutoribus illorum civibus uti in bellis nobis non liceret aut praemii tribuendi potestatem nullam haberemus. 39. Nunc vero quid ego contra Gaditanos loquar, cum id, quod defendo, voluntate eorum, auctoritate, legatione ipsa comprobetur? qui a principio sui generis [aut studio rei publicae ii] ab omni studio sensuque Poenorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt; qui, cum maxima bella nobis inferrentur, ** moenibus excluserunt, classibus insecuti sunt, corporibus, opibus, copiis depulerunt; qui et veterem illam speciem foederis Marciani semper omni sanctiorem arce duxerunt et hoc foedere Catuli senatusque auctoritate se nobiscum coniunctissimos esse arbitrati sunt; quorum moenia, delubra, agros, ut Hercules ipse itinerum ac laborum suorum, sic maiores nostri imperii ac nominis populi Romani terminos esse voluerunt. 40. Testantur et mortuos nostros imperatores, quorum vivit immortalis memoria et gloria, Scipiones, Brutos, Horatios, Cassios, Metellos et hunc praesentem Cn. Pompeium, quem procul ab illorum moenibus acre et magnum bellum gerentem commeatu pecuniaque iuverunt, et hoc tempore ipsum populum Romanum, quem in caritate annonae, ut saepe ante fecerant, frumento suppeditato levarunt, se hoc ius esse velle, ut sibi et liberis, si qui eximia virtute fuerit, sit in nostris castris, sit in imperatorum praetoriis, sit denique inter signa atque in acie locus, sit his gradibus adscensus etiam ad civitatem. XVIII. 41. Quod si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris stipendioque multatis, virtute adipisci licet civitatem, Gaditanis autem, officiis, vetustate, fide, periculis, foedere coniunctis, hoc idem non licebit, non foedus sibi nobiscum sed iniquissimas leges impositas a nobis esse arbitrabuntur. Atque hanc, iudices, non a me fingi orationem, sed me dicere, quae Gaditani iudicarint, res ipsa declarat. Hospitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publice dico. Proferam tesseram; legatos excito; laudatores ad hoc iudicium, summos homines ac nobilissimos, deprecatores huius periculi missos videtis: re denique multo ante Gadibus inaudita,

---

alii codices (Oxx.) verbum compositum, quod in hac formula proprium erat, tenere videntur; nam supra quoque p. 1053, 21 in C pro *consecuti* scriptum est prave *secuti.*» Madvig. — 1. *uti*] *ut* P^1 — 2. *proemii* P — *habere* G^1; *haberent* G^2 — 3. *loquor* E — 5. *qui a*] *quia* P — *generis aut studio rei .P. ii* (posterior *i* in rasura) *ab* P: *generis studio rei .p. iis ab* G; *generis studio rei p. his ab* E; *generis ac studio reip. ab* ed. Ascensiana prima; *generis ac rei publicae ab* cum ed. Iuntina O — 6. *sensumque* P^1 — 7. *qui* C: *quos* O — *inferrentur* ed. Ascensiana prima: *ferentur* P^1; *ferrentur* P^2 G E; *inferrent* O. Excidisse vocem, quae hostes significaret, vidit Madvigius. — 8. *opibus copiis* C: *copiis, opibus* O — 9. *spetiem* P — *martiani* G — *sanctiore marce* P; *sanctiorem ara* Lambinus. Cf. var. lect. p. Plancio § 95. — 12. *hercules ipse* P: *ipse Hercules* O; *ipse* om. G E — *itinerum*] *inrum* P^1; *uirium* P^2 — *ip***erii* P^1 — 14. *mortuos*] litteras *tuos* in rasura habet P — *inmortalis memoria egloria* P; *immortalis memoria et gloria* G E O — 15. *Horatios*] *Flaccos* Garatonius. — *Cassios*] *Crassos* Manutius. Cf. var. lect. p. 1060, 20. — 16. *illorum* C: *eorum* O — 17. *ipsum* G^2: *ipso* P G^1 O — 19. *subpeditato* P G — 20. *fuerit* P: *fuerint* G E O — *sint in* bis P G^1 E — 21. *sint denique* P G^1 E — *ascensus* P G; *assensus* E — 24. *autem*] *hoc* G (per compendium) E — 26. *inpositas* P — 27. *sed a me* P^1 — 28. *hospitum* P^1 — 29. *tesseram; legatos excito; laudatores ad* Madvigius: *testesseram* (*testeseram* P^1) *legatos excito laudatores ad* C; *testes, proferam legatos: excitabo laudatores, quos ad* O.

fore ut huic ab illo periculum crearetur, *** gravissima autem in istum civem suum Gaditani senatus consulta fecerunt. 42. Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, quoniam hoc magno opere delectare verbo, si tum fit fundus, cum scita ac iussa nostra sua sententia comprobat, quam cum hospitium fecit, ut et civitate illum mutatum esse fateretur et huius civitatis honore dignissimum iudicaret? potuit certius interponere indicium voluntatis suae quam cum etiam accusatorem huius multa et poena notavit? potuit magis de re iudicare quam cum ad vestrum iudicium cives amplissimos legavit, testes huius iuris, vitae laudatores, periculi deprecatores? 43. Etenim quis est tam demens, quin sentiat ius hoc Gaditanis esse retinendum, ne saeptum sit iis iter perpetuo ad hoc amplissimum praemium civitatis, et magno opere iis esse laetandum, huius L. Cornelii benevolentiam erga suos remanere Gadibus, gratiam et facultatem commendandi in hac civitate versari? Quis est enim nostrum, cui non illa civitas sit huius studio, cura, diligentia commendatior? XIX. Omitto, quantis ornamentis populum istum C. Caesar, cum esset in Hispania praetor, affecerit, controversias sedarit, iura ipsorum permissu statuerit, inveteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus disciplinaque delerit, summa in eam civitatem huius rogatu studia et beneficia contulerit. Multa praetereo, quae quotidie labore huius et studio aut omnino aut certe facilius consequantur. Itaque et adsunt principes civitatis et defendunt: amore ut suum civem, testimonio ut nostrum, officio ut ex nobilissimo civi sanctissimum hospitem, studio ut diligentissimum defensorem commodorum suorum. 44. Ac ne ipsi Gaditani arbitrentur, quamquam nullo incommodo afficiantur, si liceat eorum cives virtutis causa in nostram civitatem venire, tamen hoc ipso inferius esse suum foedus quam ceterorum, consolabor et hos praesentes, viros optimos, et illam fidelissimam atque amicissimam nobis civitatem; simul et vos, non ignorantes, iudices, admonebo, quo de iure hoc iudicium constitutum est, de eo numquam omnino esse dubitatum.

45. Quos igitur prudentissimos interpretes foederum, quos peritissi-

---

1. *f. ut huic ab* L: *f. huic ab* C; *f. huic ut ab* O — Ante *gravissima* deesse quaedam de Balbo vidit Halmius. — *autem* P G²: *hoc* G¹ (per compendium) E; *tum* O — 2. *consulta* margo ed. Ascensianae primae: *conuita* P¹; *conuitia* P² G; *conuicia* E — 3. *magnopere* C — 4. *fit*] *sit* G¹ E — 6. *huius* Lambinus: *ius* C — *honorem* C — 7. *indicium* Madvigius: *iudicium* C O. Locutionem *iudicium interponere* Ciceroni vindicavit Klotzius coll. de divin. II. § 150. ad Att. VIII, 3, 7. Adde huius ipsius orationis § 53. Sed vereor ne *iudicium voluntatis* h. l. parum aptum sit. — 8. *poena notavit* nos: *poenatauit* P¹; *poena dignum putauit* Halmius l. l. p. 333; *poena multavit* O — *uestram* P¹ — 9. *ciuis* P G — *legauit testis* P² G E; *legautestis* P¹ — 10. *quis*] *qui* C — *quin*] *qui* C; cf. var. lect. p. 1045, 20. — 11. *septum* C: *intersaeptum* O — *iis*] *is* P¹; item v. 12. — *perpetuo* ed. Hervagiana: *perpetuum* C — 12. *proemium* P — *magnopere* C — *esse* om. E — 13. *corneli* P¹ — *beniuolentiam* P G — *suos*] *uos* G E — 14. *quis est enim nostrum cui* C: *Quis enim nostrum est, cui* O — 15. *diligentior* C — 16. *C.*] *.G.* P — 17. *adfecerit* P; *affecerit, ut* Ravius *Varr. Lectt.* II, p. 80. — 18. *permissa* G E — *quandam* Aldus nepos: *quondam* C — 19. *dederit* G E — *summam* P — *rogatus* G — 20. *cotidie* P G — 21. *studio aut aut* P¹ — *et adsunt principes adsunt ciuitates* P; *et adsunt ciuitates* G E — 22. *et defendunt et amore* P — 23. *officio ut*] *officium* P¹; *officio* P² G E — *ciue* E — 24. *Gaditani* om. E — 25. *adficiantur* P — *horum* C — 26. *uirtutes causam* P¹ — 27. *consolabor et* G²: *consolaberet* P; *consolabere* G¹ E — *praesentis* P — 29. *ignorantis* P G — *quod de* P — 30. *est* Halmius: *sit* C O — *dubitauit* G — 31. *quos*] *quodsi* P¹ — *prudentissumos* P — *interpraetes* P¹ — *peritissumos* P.

mos bellici iuris, quos diligentissimos in exquirendis conditionibus civitatum atque causis esse arbitramur? Eos profecto, qui iam imperia ac bella gesserunt. XX. Etenim si Q. Scaevola ille augur, cum de iure praediatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos non numquam ad Furium et Cascellium praediatores reiiciebat, si nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius quam C. Aquilium consulebamus, quod assiduus usus uni rei deditus et ingenium et artem saepe vincit, quis dubitet de foederibus et de toto iure pacis et belli hominibus iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? 46. Possumusne igitur tibi probare auctorem exempli atque facti illius, quod a te reprehenditur, C. Marium? quaeris aliquem graviorem, constantiorem, praestantiorem virtute, prudentia, religione? Is igitur Iguvinatem M. Annium Appium, fortissimum virum, *summa* virtute praeditum, civitate donavit; *idem cohortes duas universas Camertium civitate donavit*, cum Camertinum foederum sanctissimum atque aequissimum sciret esse. Potest igitur, iudices, L. Cornelius condemnari, ut non C. Marii factum condemnetur? 47. Exsistat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest, ut conspiciatis eum mentibus, quoniam oculis non potestis: dicat se non imperitum foederis, non rudem exemplorum, non ignarum bellici *iuris* fuisse; se P. Africani discipulum ac militem, se stipendiis, se legationibus bellicis eruditum, se, si tanta bella legisset, quanta gessit et confecit, si tot consulibus meruisset, quotiens ipse consul fuit, omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisse; sibi non fuisse dubium, quin nullo foedere a re publica bene gerenda impediretur; a se ex coniunctissima atque amicissima civitate fortissimum quemque esse delectum; neque Iguvinatium neque Camertium foedere esse exceptum, quo minus eorum civibus a populo Romano praemia virtutis tribuerentur. XXI. 48. Itaque cum paucis annis post hanc civitatis donationem acerrima de civitate quaestio Licinia et Mucia lege venisset, num quis eorum, qui de foederatis civitatibus esset civitate donatus, in iudicium est vocatus? Nam Spoletinus T. Matrinius unus ex iis, quos C. Marius civitate donasset, dixit causam ex colonia Latina in primis firma et illustri.

---

1. *condicionibus* P — 2. *esse* om. E — *arbitrabamur* E — *qui iam*] *quiam* P^1 — 3. *Q. Scaevola -- reiiciebat*] conf. Valerium Max. VIII, 12, 1. — *de iuri* P; om. G E — 4. *consuleritur* P^1 — 5. *cascellum* C — *reiciebat* P G — 6. *tuscolana* P^1 — *m̃.* in rasura habet P — *aquilium* P: *a quibus* G E; *Aquillium* O — 7. *adsiduus* P — *usus enim uni rei deditus et ingenium et artem saepe vincit* Iulius Victor p. 262, 4 sq. — *arte* P — 8. *uicit* P^1 — *belli*] *iure* C — *hominibus* vetus liber F. Ursini: *omnibus* C O; cf. v. 4. — 10. *reprenditur* P — 11. *praesentiorem* G E — 12. *religione? Is igitur Iguvinatem* Halmius: *religionis igitur aequitate* (*equitate* P) C; *religione, aequitate. Is igitur* cum ed. Iuntina O — 13. *apium* G E — *fortissimus* P^1 — *summa* Gryphius: om. C — 14. *idem -- donavit* Madvig (cf. v. 26 et p. 1059, 21): om. C O — 15. *foederum* P G^1 E: *foedus* G^2 O — *sanctissimus* P^1 — 16. *condempnari* P — *mari* P G^1 — 17. *existat* P — 18. *non re* G E — *quoniam oc.* P G: *quem oc.* E O — 20. *non aeque ignarum* G E — *bellici iuris* Halmius: *belli*** P; *belli* G E O; cf. v. 1. — 21. *legisset* ed. Aldina: *egisset* C — 22. *et* om. C — *quotiens* P G: *quoties* O — 23. *fuit* Abramius: *fuisset* C O. Cf. Madvig ad h. l. et Wesenberg ad or. p. Sestio p. 4. — *perdicere* P — 24. *nullo* ed. Iuntina: *non nullo* C — *foedere .r. p.* (*.r.* in rasura plus unius litterae) P; *foedere Res p.* G E — 26. *iguinatium* P^1 G E; *ignatiũ** P^2; *Fulginatium* L — *camercium* P — 27. *proemia* P — 28. *acerruma* P; *si acerrima* E — 29. *num quis eorum, qui de f. c. esset c. donatus*] v. Madvig *de Finn.* p. 213 sq. — 31. *poletinus* P G^1 E — *iis*] *his* G — 32. *donasset et dixit* P^1 — *inlustri* P.

Quem cum disertus homo L. Antistius accusaret, non dixit, fundum Spoletinum populum non esse factum — videbat enim populos de suo iure, non de nostro fundos fieri solere —, sed cum lege Apuleia coloniae non essent deductae, qua lege Saturninus C. Mario tulerat, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset, negabat hoc beneficium re ipsa sublata valere debere. 49. Nihil habet similitudinis ista accusatio, sed tamen tanta auctoritas in C. Mario fuit, ut non per L. Crassum, affinem suum, hominem incredibili eloquentia, sed paucis ipse verbis causam illam gravitate sua defenderit et probarit. Quis enim esset, iudices, qui imperatoribus nostris in bello, in acie, in exercitu delectum virtutis, qui sociis, qui foederatis in defendenda re publica nostra spem praemiorum eripi vellet? Quod si vultus C. Marii, si vox, si ille imperatorius ardor oculorum, si recentes triumphi, si praesens valuit adspectus, valeat auctoritas, valeant res gestae, valeat memoria, valeat fortissimi et clarissimi viri nomen aeternum. Sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortes, ut illi vivi fruantur opibus suis, horum etiam mortuorum, si quisquam huius imperii defensor mori potest, vivat auctoritas immortalis. XXII. 50. Quid? Cn. Pompeius pater rebus Italico bello maximis gestis P. Caesium, equitem Romanum, virum bonum, qui vivit, Ravennatem foederato ex populo nonne civitate donavit? quid? cohortes duas universas Camertium *C. Marius*? quid? Heracliensem Alexam P. Crassus, vir amplissimus, ex ea civitate, quacum prope singulare foedus Pyrrhi temporibus C. Fabricio consule ictum putatur? quid? Massiliensem Aristonem L. Sulla? quid? quoniam de Gaditanis agimus, idem † erosnovem Gaditanum? quid? vir sanctissimus et summa religione ac modestia, Q. Metellus Pius, Q. Fabium Saguntinum? quid? hic, qui adest, a quo haec, quae ego nunc percurro, subtilissime sunt omnia perpolita, M. Crassus, non † auennensem foederatum civitate donavit, homo cum gravitate et prudentia praestans, tum vel nimium parcus in largienda civitate? 51. Hic tu Cn. Pompeii beneficium vel potius iudicium et factum infirmare conaris, qui fecit quod C. Marium fecisse audierat, fecit quod P. Crassum, quod L. Sullam, quod Q. Me-

---

1. *L.*] *P.* Abramius coll. Brut. § 182. 226. — *non* Lallemandus: *spolitinus* P; *spoletinũ* G; om. E — 2. *spoletinum populum* C: *populum Spoletinum* O — 3. *apuleia* C: *Appuleia* O — 5. *potuisset* G E — 6. *Ni* P¹ — 8. *adfinem* P — 10. *delictum* P¹; *delectu* G — 12. *quo si* P¹ — *mari* P G¹ — *ille* om. G — 13. *aspectus* P — 15. *et clarissimi* om. G E — *uiri* in rasura habet P — 16. *ciuis* P G — *fortis* P — 18. *immor* P¹; *inmortalis* G — 19. *cesium* G — *aequitem* P; *aequitatem* E — *bonum qui uiuit* P: *bonum qui uiuum* G E; *bonum, † qui vivit* O — 20. *ciuitatem* P¹ — 21. *cohortis* P G — *camercium* P; *cameratium* G E — *C. Marius* Ludov. Langeus (ap. Lattmannum de auctore orationis p. Archia p. 20. n. 19): om. C O. Cf. Plutarchum in Mario c. 28 et Valerium Max. V, 2, 8. Totum hoc comma *quid? cohortes duas universas Camertium?* hoc loco expellendum censuerunt Garatonius et Madvigius. — *quid? Heracliensem Alexam* Lambinus: *quid heraclesimalexam* P; *quid era de sema lexat* G; *qui de racle se malex. at* E — 23. *pyrrini* G¹; *pyrrinis* G² — *C.*] *G.* G — *ictus* P¹ — 24. *masiliensen* G — *L.* nos: om. C O; cf. v. 32. — *sulla* corr. in *sylla* G, item v. 32. — *quid quod egaditanis* G; *quicquid e gaditanis* E — 25. *erosnouem* P¹: *heros novem* P² G E O; *Hannonem* Garatonius; *EROSIVM* Halmius (ex *EROS. VIIII*). — *Gaditanum* Garatonius: *gaditanos* C O — 26. *Q.*] *q**** P — *piusque fabius* C (sed P *fabiu*) — *Saguntinum*] *agunt? Num* G E — 27. *abest* C — *a* om. P¹ E — *suptilissime* P — 28. *auennensem* C: *Aletrinensem* O — 30. *pompei* P G¹ E — 32. Excidisse videntur vel ante vel post *quod Q. Metellum* vv. *quod M. Crassum*. Cf. v. 28. p. 1064, 19.

tellum, quod denique domesticum auctorem, patrem suum, facere viderat? Neque vero id in uno Cornelio fecit. Nam et Gaditanum Asdrubalem ex bello illo Africano et Mamertinos Ovios et quosdam Uticenses et Saguntinos Fabios civitate donavit. Etenim cum ceteris praemiis digni sunt qui suo labore et periculo nostram rem publicam defendunt, tum certe dignissimi sunt qui civitate ea donentur, pro qua pericula ac tela subierunt. Atque utinam, qui ubique sunt propugnatores huius imperii, possent in hanc civitatem venire et contra oppugnatores rei publicae de civitate exterminari! Neque enim ille summus poëta noster Hannibalis illam magis cohortationem quam communem imperatoriam voluit esse, Hostem qui feriet, erit, inquit, mihi Karthaginiensis, Quisquis erit. Cuius civitatis sit, id habent hodie leve et semper habuerunt. Itaque et cives undique fortes viros adsciverunt et hominum ignobilium virtutem persaepe nobilitatis inertiae praetulerunt.

XXIII. 52. Habetis imperatorum summorum et sapientissimorum hominum, clarissimorum virorum, interpretationem iuris ac foederum: dabo etiam iudicum, qui huic quaestioni praefuerunt, dabo universi populi Romani, dabo sanctissimum et sapientissimum iudicium etiam senatus. Iudices cum prae se ferrent palamque loquerentur, quid essent lege Papia de M. Cassio Mamertinis repetentibus iudicaturi, Mamertini publice suscepta causa destiterunt. Multi in civitatem recepti ex liberis foederatisque populis [liberati] sunt: nemo umquam est de civitate accusatus, quod aut populus fundus factus non esset aut quod foedere civitatis mutandae ius impediretur. Audebo etiam hoc contendere, numquam esse condemnatum quem constaret ab imperatore nostro civitate donatum. 53. Cognoscite nunc populi Romani iudicium multis rebus interpositum atque in maximis causis re ipsa atque usu comprobatum. Cum Latinis omnibus foedus esse ictum Sp. Cassio Postumo Cominio consulibus quis ignorat? quod quidem nuper in columna ahenea meminimus post rostra incisum et perscriptum fuisse. Quo modo igitur L. Cossinius Tiburs, pater huius equitis Romani, optimi atque ornatissimi viri, damnato T. Coelio, quo modo ex eadem civitate T. Coponius, civis item summa virtute et dignitate — nepotes T. et C. Coponios nostis —,

---

2. *id in uno cornelio* C: *in uno Cornelio id* O — *gadita* P¹; *gaditani's* P²; *gaditanos* G E — *asdrubalem* P G¹ E: *Hasdrubalem* G² O — 3. *Ovios* Buchananius: *obuios* C; † *obvios* O — *uticenes* P — 4. *donavit* om. C — 5. *tum*] *tam* P¹ — 7. *ubiquae* P¹ — 8. *pugnatores* P¹ — 11. *feriet*] litteras *e* priorem et *t* in rasura habet P — *erit inquit mihi* C: *inquit, mihi erit* O — *carthaginiensis* P; *cartaginiensis* G — 12. *Cuius c. sit* (sc. fortis propugnator) nos: *cuiatissiet* P; *ciuitatis siet* G E; *cuiati' siet'* (ut sint Ennii verba) O; *Cuius enim quisque civitatis sit* Halmius. — *hodie* Halmius: *hoc* C; *omnes* O — *itaque*] *idquae* P¹ — 13. *ciuis-fortis* P G — *asciuerunt* G — *ignouilium* P¹ — 14. *inertia* P¹ — 15. *habitis* P¹ — *imperatorem* G E — 16. *foerum* P¹ — 18. *etiam* C: om. O — 19. *cum se praeferrent* P¹ G E; *cum saepe praeferrent* P² — *palamquae loquaerentur* P¹ — 20. *cassio* P G: *Crasso* (E) O — *iudicatur* P — *Mamertini publice suscepta*] *i publice s* in rasura habet P — 21. *ciuitate* C — *recepti*] *repeti* P¹ — 22. *liberati sunt* C: *sunt liberati* O; utramque vocem om. codd. Oxonn. et edd. ante Gruterum. — 23. *fundus* om. G E — *non* om. G — 24. *mutanda ei.* (i. e. *eius*) G; *mutanda ei* E — 26. *rebus* in rasura habet P² — 28. *esse ictum* Madvigius: *esset cum* P G; *esse cum* E; *ictum* O — 29. *ahenea* P¹: *athenea* G E; *aenea* P² O — 31. *Tiburs* ed. Naugeriana: *tibur* C — *optiaquae* P¹ — 32. *coelio* C: *Caelio* O — *eodem* P¹ — 33. *coponius* C — *nostis* in rasura habet P².

damnato C. Masone civis Romanus est factus? 54. An lingua et ingenio patefieri aditus ad civitatem potuit, manu et virtute non potuit? anne de nobis trahere spolia foederatis licebat, de hostibus non licebat? an, quod adipisci poterant dicendo, id eis pugnando assequi non licebat? an accusatori maiores nostri maiora praemia quam bellatori esse voluerunt? XXIV. Quod si acerbissima lege Servilia principes viri et gravissimi [et sapientissimi] cives hanc Latinis, id est foederatis, viam ad civitatem populi iussu patere passi sunt, neque ius est hoc reprehensum Licinia et Mucia lege, cum praesertim genus ipsum accusationis et nomen et eius modi praemium, quod nemo assequi posset nisi ex senatoris calamitate, neque senatori neque bono cuiquam nimis iucundum esse posset, dubitandum fuit quin, quo in genere iudicum praemia rata essent, in eodem iudicia imperatorum valerent? Num fundos igitur factos populos Latinos arbitramur aut Serviliae legi aut ceteris, quibus Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re praemium civitatis? 55. Cognoscite nunc iudicium senatus, quod semper iudicio est populi comprobatum. Sacra Cereris, iudices, summa maiores nostri religione confici caerimoniaque voluerunt: quae cum essent assumpta de Graecia, et per Graecas curata sunt semper sacerdotes et Graeca omnia nominata. Sed cum illam, quae Graecum illud sacrum monstraret et faceret, ex Graecia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales scientia peregrina et externa, mente domestica et civili precaretur. Has sacerdotes video fere aut Neapolitanas aut Velienses fuisse, foederatarum sine dubio civitatum. Mitto vetera: proxime dico ante civitatem Veliensibus datam de senatus sententia C. Valerium Flaccum, praetorem urbanum, nominatim ad populum de Calliphana Veliense, ut ea civis Romana esset, tulisse. Num igitur aut fundos factos Velienses aut sacerdotem illam civem Romanam factam non esse aut foedus et a senatu et a populo Romano violatum arbitramur?

XXV. 56. Intelligo, iudices, in causa aperta minimeque dubia multo et plura et a pluribus peritissimis esse dicta, quam res postularet. Sed

---

1. *masone* P: *Massone* G E O — 2. *non potuit* C: *non poterit* de sua coniectura O — 3. *hostibus*] litteras *ibus* in rasura habet P — *non licebat* C: *non licebit* O — 4. *pugnando assequi* (*ads.* P) C: *assequi pugnando* O — *licebat* C: *licebit* O — 5. *accusatore* P^1; *accusatores* E — *bellatorum* G E — 6. *aceruissima* P — *et gravissimi* Halmius: *agrauissimi* P^1; *grauissimi* G E; *ac grauissimi* P^2 O — 7. *et sapientissimi* supra versum habet P^2 — *ad*] *ac* G E — 8. *ius* Madvigius: *his* C; † *in his* O — 9. *mucia* E: *mutia* P G — *genus*] *hoc genus* E — 10. *et* Ernestius: om. C O — *praemi***um* P — *adsequi* P — *posset* Ernestius: *possit* C — 11. *senatore* C — *iocundum* P — 13. *iuditia* G^2; *iustitia* G^1 — *imperator* P^1 — 14. *Serviliae legi* Valesius: *seruilia lege* C. Cf. p. 1055, 31. — 16. *iudicio est* C: *est iudicio* O — 17. *sacraceris* P^1; *sacrareris* G^1; *sacra celeris* E — *confici cerimoniaque* P (*ce* in rasura); *conficere moniaque* G^1; *conficere meniaque* E; *conficere scĩmoniaque* (i. e. *sanctimoniaque*) G^2 — 18. *adsumpta* P — *de* in rasura habet P; fort. *ex* — 19. *curata sunt semper* C: *semper curata sunt* O — 20. *ex*] *et* P G^1 E — 21. *diligerent* P^1 G^1 E — 22. *inmortales* P — *mentem* P^1 — *praecaretur* P — 23. *neapolitanis* P — *uellenses* P G^1 E — 24. *ciuitatem* P^1 — *proxime dico ante* P G^1 (ut coniecerat Weiskius): *proxima dico: ante* G^2 E O — 25. *uelliensibus* P G^1; *uellensibus* E — *sententiam* P; *sententia M.* G E — 26. *.P. R. urbi* P; *PR. urbis* G^1; *PR. uerbis* G^2. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 19. n. — *callipphiana* P; *calipphiana* G^1 E; *caliphiana* G^2 — *uellense* P^1; *uelliense* G P^2 E — 27. *uellienses* C — 29. *arbitramur* cod. Barberinus: *arbitrabamur* P^1 G^1 E; *arbitrabimur* P^2 G^2 O. Cf. v. 14 et p. 1058, 2. — 30. *intellego* P — *minimeque* corr. in *minimaque* G — *dubia* om. G E — 31. *peritissimis* malim abesse.

id factum est, non ut vobis rem tam perspicuam dicendo probaremus, verum ut omnium malevolorum, iniquorum, invidiosorum animos frangeremus: quos ut accusator incenderet, ut aliqui sermones hominum alienis bonis maerentium etiam ad vestras aures permanarent et in iudicio ipso redundarent, idcirco illa in omni parte orationis summa arte adspergi videbatis: tum pecuniam L. Cornelii, quae neque invidiosa est et, quantacumque est, eius modi est, ut conservata magis quam correpta esse videatur; tum luxuriam, quae non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur; tum Tusculanum, quod Q. Metelli fuisse meminerat et L. Crassi, Crassum emisse de libertino homine, Soterico Marcio, ad Metellum pervenisse de Vennonii Vindicii bonis non tenebat; simul illud nesciebat, praediorum nullam esse gentem, emptionibus ea solere saepe ad alienos homines, saepe ad infimos, non legibus tamquam tutelas pervenire. 57. Obiectum est etiam, quod in tribum Clustuminam pervenerit: quod hic assecutus est legis de ambitu praemio, minus invidioso quam qui legum praemiis praetoriam sententiam et praetextam togam consequuntur. Et adoptatio Theophani agitata est, per quam Cornelius nihil est praeterquam propinquorum suorum hereditates assecutus.

XXVI. Quamquam istorum animos, qui ipsi Cornelio invident, non est difficillimum mitigare. More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant: non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt. 58. Qui amicis L. Cornelii aut inimici sunt aut invident, ii sunt huic multo vehementius pertimescendi. Nam huic quidem ipsi quis est umquam inventus inimicus aut quis iure esse potuit? Quem bonum non coluit? cuius fortunae dignitatique non concessit? Versatus in intima familiaritate hominis potentissimi in maximis nostris malis atque discordiis neminem umquam alterius rationis ac partis non re, non verbo, non vultu denique offendit. Fuit hoc sive meum sive rei publicae fatum, ut in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. 59. Non modo non exsultavit in ruinis vestris nostrisque [discordiis] Cornelius, sed omni officio, lacrimis, opera, consolatione omnes me absente meos sublevavit: quorum ego testimonio ac precibus munus

---

2. *maliuolorum* G (non P) — *inuidiosorum* P: *inuidorum* GEO — 4. *etiam* supra versum habet P — *permanerent* P^{1}E — *in* om. GE — 5. *orationi* P^{1} — *summa* cod. Oxon. S: *sua* PG; *suae* EO — 6. *aspergi* PG — *pecunia* C — *corneli* PG^{1}E — 7. *quantacumque est* G^{2}: *quantacum est* PE; *quantacum* (om. *est*) G^{1} — *corrupta* G — 8. *luxoriam* P^{1} — 10. *Soterico*] *soceri* GE — *de Venonii Vindicii* ed. Naugeriana: *debent noni indici* P; *debent non indici* GE. E vestigiis codicum nomini duplicem *n* dedimus. — 13. *ad* ante *alienos* om. P — 14. *perueniri* P^{1} — *clustuminam* C: *Crustuminam* O; cf. pro Plancio § 38. — 15. *pervenit* Madvigius. — 15. 19. *adsecutus* P — *leges* GE — 16. *pretoriam* P^{2}; *uetoriam* P^{1}; *senatoriam* Halmius. — 17. *consecuntur* P; *conseqnntur* G — *adoptatio* P: *adoptio* GEO. Cf. p. 882, 31. Tuscul. Disp. I, § 31. — 22. *in circulis*] *in circulis idcirco* PG^{1}E; *in circulis in circo* G^{2} — *male dente* PG; *maledentes* E; *maligno dente* Madvigius. — 23. *amici* PG; *amro* E — *corneli* PG^{1}; *cornelia* E — *inimici*] *amici* GE — *ii* nos: *hi* CO — 26. *non cessit* GE — *infima* GE — 27. *malis nostris* GE — 28. *umquam*] *um* P^{1} — 29. posterius *siue* supra versum habet P^{2} — *factum* G^{1}E — 30. *omnis*] *hominis* P — *incumbere* G^{1}E — 31. *non* om. G — *exultauit* PG — *in ruinis uestris nostrisque discordiis* C: *in ruinis nostris* [*vestrisque discordiis*] O; *in ruinis nostris lacrimisque* (deleta voce *lacrimis* in proximo versu) Madvigius. — 32. *lacrumis* P — *omnis* GE — 33. *praecibus* P^{1}.

hoc meritum huic et, ut a principio dixi, iustam et debitam gratiam refero speroque, iudices, ut eos, qui principes fuerunt conservandae salutis aut dignitatis meae, diligitis et caros habetis, sic, quae ab hoc pro facultate huius, pro loco facta sunt, et grata esse vobis et probata. Non igitur a suis, quos nullos habet, sed a suorum, qui et multi et potentes sunt, urguetur inimicis: quos quidem hesterno die Cn. Pompeius copiosa oratione et gravi secum, si vellent, contendere iubebat, ab hoc impari certamine atque iniusta contentione avocabat. XXVII. 60. Et erat aequa lex et nobis, iudices, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utilis, ut nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus. Ac si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cum me praesertim rerum varietate atque usu ipso iam perdoctum viderent, etiam ab illis eos maioribus discordiis avocarem. Etenim contendere de re publica, cum id defendas, quod esse optimum sentias, et fortium virorum et magnorum hominum semper putavi, neque huic umquam labori, officio, muneri defui. Sed contentio tam diu sapiens est, quam diu aut proficit aliquid aut, si non proficit, non obest civitati. 61. Voluimus quaedam, contendimus, experti sumus: obtenta non sunt. Dolorem alii, nos luctum maeroremque suscepimus. Cur ea, quae mutare non possumus, convellere malumus quam tueri? C. Caesarem senatus et genere supplicationum amplissimo ornavit et numero dierum novo. Idem in angustiis aerarii victorem exercitum stipendio affecit, imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia succedendum non censuit. Harum ego sententiarum et princeps et auctor fui, neque me dissensioni meae pristinae putavi potius assentiri quam praesentibus rei publicae temporibus et concordiae convenire. Non idem aliis videtur; sunt fortasse in sententia firmiores. Reprehendo neminem, sed assentior non omnibus, neque esse inconstantis puto sententiam tamquam aliquod navigium atque cursum ex rei publicae tempestate moderari. 62. Sed si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quos semel susceptum est, quos video esse non nullos, cum ducibus ipsis, non cum comitatu assectatoribusque confligant. Illam enim fortasse pertinaciam non nulli, virtutem alii putabunt: hanc vero iniquitatem omnes cum aliqua crudelitate coniunctam. Sed si certorum hominum mentes nulla ratione, iudices, placare possumus, vestros quidem

---

1. *et ut a*] *et ut et* P; *ut et* G; *et* E — *dixit* P^1 — 3. *diligentis* P — *sic quae*] *si que* P^1 — 4. *pro* om. GE — *huius*] *eius* L; delendum censuit Garatonius. — 5. *nullus* P — 6. *urguetur* P^1: *urgetur* P^2GEO — *quidam* P — ***hesterno* G — *pompei* G^1E — 7. *grauis* P^1 — 8. *impari* GE: *imperi* P^1; *imperito* P^2 — *uocabat* P — 9. *uobis* C — 10. *inplicantur* P — 13. *usui* G^1E — *ipsi* E^2 — 14. *etenim contendere de rep., cum id* Abramius: *id enim contenderē de re .P. cum id* C; *Ita enim contendere de re publica, ut id* O. Cf. Madvigium p. 8 sq. — 16. *potaui* P^1 — 17. *defui set* P corr. ex *defuisset* — *camdiu* P^1 — *proficitur* P^1 (bis) — 18. *uolumus* GE — 19. *optenta* P — *alii*] *alit* G; *aut* E — 20. *meroremque* P^2; *memoremque* P^1 — 21. *supplicatium* P^1 — 22. *amplissimo* om. GE — *ornavit* om. G — *novo* P. Manutius: *nouem* P; *VIIII* G. Halmio *novem* glossema videtur; cf. p. 1082, 18. — *aerari* P — 23. *adfecit* P — 24. *ego*] *eto* P^1 — 25. *me*] *meae* P^1 — 26. *adsentiri* P — 27. *alis* P^1 — 28. *reprendo* P — *adsentior* P — 29. *puto*] *puto in* C — *sententiam* C: *sententiam* [*aliquam*] O — 31. *quo semel* P — *suspectum* C — *est* nos: *sit* CO — *nonnullus* P^1 — 32. *adspectatoribusque* P^1; *aspectatoribusque* P^2GE — *confligunt* C — 33. *pertinatiam* P — 35. *placere* P^1.

animos certe confidimus non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos.

XXVIII. 63. Quid enim est cur non potius ad summam laudem huic quam ad minimam fraudem Caesaris familiaritas valere debeat? Cognovit adolescens; placuit homini prudentissimo; in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adaequatus. In praetura, in consulatu praefectum fabrum detulit; consilium hominis probavit, fidem est complexus, officia observantiamque dilexit. Fuit hic multorum illi laborum socius aliquando: est fortasse nunc non nullorum particeps commodorum. Quae quidem si huic obfuerint apud vos, non intelligo, quod bonum cuiquam sit apud tales viros profuturum. 64. Sed quoniam C. Caesar abest longissime atque in iis est nunc locis, quae regione orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Romani definiunt, nolite, per deos immortales! iudices, hunc illi acerbum nuntium velle perferri, ut suum praefectum fabrum, ut hominem sibi carissimum non ob ipsius aliquod delictum, sed ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. Miseremini eius, qui non de suo peccato, sed de huius summi et clarissimi viri facto, non de aliquo crimine, sed periculo suo de publico iure disceptat; quod ius si Cn. Pompeius ignoravit, si M. Crassus, si Q. Metellus, si Cn. Pompeius pater, si L. Sulla, si P. Crassus, si C. Marius, si senatus, si populus Romanus, si qui de re simili iudicarunt, si foederati populi, si socii, si illi antiqui Latini, videte ne utilius vobis et honestius sit illis ducibus errare quam hoc magistro erudiri. Sed si de certo, de perspicuo, de utili, de probato, de iudicato vobis iure esse constituendum videtis, nolite committere ut in re tam inveterata quidquam novi sentiatis. 65. Simul et illa, iudices, omnia ante oculos vestros proponite: primum esse omnes etiam post mortem reos clarissimos illos viros, qui foederatos civitate donarunt; deinde senatum, qui hoc iudicavit; populum, qui iussit; iudices, qui approbarunt. Tum etiam illud cogitate, sic vivere ac vixisse Cornelium, ut, cum omnium peccatorum quaestiones sint, non de vitiorum suorum poena, sed de virtutis praemio in iudicium vocetur. Accedat etiam illud, ut statuatis hoc iudicio, utrum posthac amicitias clarorum virorum calamitati hominibus an ornamento esse malitis. Postremo illud, iudices, fixum in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Cornelii, sed de beneficio Cn. Pompeii iudicaturos.

---

4. *debebat* P¹ — 5. *adulescens* P — 6. *adaequitatus* P¹ — 7. *praefecturam* Pantagathus; sed cf. Epp. p. 470, 21 sq. — *fabrum* om. E — *conplexus* P — 9. *non* om. G — 10. *offuerint* C — *intellego* P — 11. *quiquam* P — *talis* P — 12. *adque* P¹ — *regione* Manutius: *regiones* C — 14. *inmortales* P — 15. *carissimum* P: *carissimum et familiarissimum* GEO — *nonnobis ipsius* P¹ — 16. *ob* om. P — 17. *sed de huius* P. Manutius: *sed huius* C; cf. Fleckeisen *Philol. Schneidew.* IV. p. 309 sq. — 19. *M.* C: *P.* O — 20. *L.* om. GE — *sylla* C — *P.* Madvigius: *D.* P; *.d.* GE; *M.* O — 21. *senatus siue populus .R.* P — 26. *quicquam* P — *niui* P¹ — 28. *qui* G²: *qui se* PG¹E; *qui saepe* Klotzius; *qui persaepe* O — 29. *populumque iussit* G¹E — *adprobarunt* P — 30. *cogitate* P: *cogitatote* GEO — *omnium*] *omnes* L — 32. *proemio* P — 34. *fixum iudices* GE — 35. *corneli* G¹; *cornelio* P¹ — 36. *pompei* PG¹E — *M. Tulli* (*Tullii* P²) *Ciceronis pro L. Cornelio Balbo explicit* P; *Explicit pro Cornelio* G; subscriptione caret E.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CALPURNIUM PISONEM

ORATIO HABITA IN SENATU.

RECENSUIT

CAROLUS HALMIUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

A = lemmata Q. Asconii Pediani.

T = fragmenta palimpsesti Taurinensis a Peyronio collati.

V = codex tabularii basilicae Vaticanae, cuius fasciculus secundus saec. VIII scriptus (v. codicis descriptionem in notarum explicatione ad orr. Philippicas), partem orationis §§ 32—74 continet. Codicem post Faërnum iterum contulit Garatoni.

E = codex Erfurtensis ab Ed. Wundero collatus. Aliquot locis, in quibus in collatione Wunderi quaedam praetermissa videbantur, codicem M. Hertzius iterum inspexit.

F = codex Frisingensis saec. XV num. 520, nunc Monacensis.

G = codex Erlangensis saec. XV, de quo v. supra p. 830.

M = codex Monacensis bibliothecae electoralis saec. XV num. 68.

P = lectiones codicis Pithoeani, de quibus v. supra p. 601, a me iterum exscriptae.

S = codex Salisburgensis aulicus, nunc Monacensis cod. Lat. n. 15734. Hunc et F G M ipse excussi.

C = E F G M P S sive codd. vulgares, qui quam corrupti sint in hac oratione, ex illis eius partibus, quae in T V servatae sunt, satis apparet.

In commentarium criticum recepimus integram lectionum discrepantiam ex A T V et ex E F S; nam M foedissime scriptus fere conspirat cum S; E G P eiusdem familiae sunt, ut plerisque locis sufficere visum sit unum eius testem citasse; F autem, qui ut M S in Italia scriptus est, medium fere locum inter familiam E G P et M S obtinet. De compluribus orationis locis accurate disputaverunt Ed. Wunderus in Praefatione ad *Varias Lectiones librorum aliquot Cic. ex cod. Erfurtensi enotatas* p. XL — LXI et Ioh. Bakius in *Scholicorum Hypomnematum* Vol. IV, p. 298 — 314.

FRAGMENTA.

I. Pro di immortales! qui hic illuxit dies!

II. Quod minimum specimen in te ingenii? ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi; qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.

III. Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet; neque enim hoc mea natura fert nec municipii, praesertim de me optime meriti, dignitas patitur.

IV. Insuber quidam fuit, idem mercator et praeco: is cum Romam cum filia venisset, adolescentem nobilem Caesoninum, hominis furacissimi filium, ausus est appellare; filiam collocavit.

V. Homini levi et subito filiam collocavit.

VI. Quae te beluam ex utero, non hominem fudit.

VII. Hic cum ad om........... Placentiae forte consedit et paucis *post annis* in eam civitatem — nam tum erat *civitas* — adscendit. Prius enim Gallus, dein Gallic*anus*, extremo S*emi*placentinus haberi ...... *coeptus* est.

VIII. Maiorem sibi Insuber ille avus adoptavit.

IX. Lautiorem .... pater tuus socerum, quam C. Piso ...... in illo luctu ... non ei filiam meam collocavi, quem ego .... potestas tum omnium fuisset, unum potissimum delegissem.

X. Cum tibi tota cognatio serraco advehatur.

XI. Proximus Pompeium sedebam.

I. Quintilianus IX, 4, § 76: *Itaque et versus toti fere excidunt, quos Brutus ipso componendi ductus studio saepissime facit, non raro Asinius, sed etiam Cicero non numquam, ut in principio statim orationis in Lucium Pisonem*: «Pro dii immortales quis (qui *cod. Flor. Turic. Guelf.*) hic illuxit dies!» — Eundem locum habet Diomedes p. 464 dicens Tullium a trimetro orationem in L. Pisonem incepisse. Locus in cod. Monac. vetustissimo sic scriptus est: *pro dii inmortales qui hic inluxit dies.* Item citat Claudius Sacerdos p. 25 ed. Endl. «*pro dii immortales qui hic illuxit dies.*» Idem orationis initium Theod. Oehlerus in excerptis illis Tullianis, de quibus ad Fonteianam p. 465 diximus, se invenisse dicit, ubi locus plenius sic exstare fertur (v. Schneidew. Philol. IV, p. 374): *Proh dii immortales qui hic illuxit dies mihi quidem p. c. peroptatus.* Cum grammatici locum a trimetro incepisse dicant, Spaldingius coniecit fortasse legendum esse: *pro dii* (immo *di*) *immortales qui hic nunc illuxit dies.* — II. Asconius circa versum a primo ** (p. 2 ed. Bait.) — 2. *speciem enim in te* Laur. — 3. *qui ore* cod. Riccardianus; *qui color? ore* ed. princ. (*ac liberi qui color? Ore ipso* coni. Rau). — III. Asconius circa vers. LXXX. (p. 3.) — 6. *hoc* Ricc. Ambr.: *haec* ed. pr. — IV. Asconius p. 5. — 8. *intuber* Ricc. Laur. Goth. — *fuit id est mercator* Goth. — 9. *cum filio* codd. — *caesoniani* Ricc. Ambr. Laur.; *caesoniam* Goth. et ed. princ.; *Caesonium* O — *ferocissimi* Baiterus; *fortissimi* Manutius. — V. Arusianus Messius p. 221 Lind. «*Conlocat illi. idem in Pisonem*: homini levi et subito filiam collocavit.» Videtur fragmentum ex eodem loco esse, quem modo ex Asconio attulimus. — VI. Servius ad Verg. Aen. VIII, 139. «*Fudit autem non iniuriose dictum est, ut in Pisonem:* Quae te beluam ex utero, non hominem fudit, *sed celeritatem parientis ostendit.*» — 12. *beluam* om. Guelf. I; *belua* V, Guelf. II et Basil. — VII. Asconius paulo post (fragm. III.) — 13. *foret* codd. — *consedisset paucis* O — 15. *dein gallica* Ricc. Ambr. Laur.; *deinde gallica* Goth. — *extremus placentinus* codd. — VIII. Arusianus p. 250 L. «*Et sic etiam sibi adoptavit. Cic. in Pisonem*: maiorem sibi insuper ille avus adoptavit.» — IX. Asconius circa vers. a primo ** — 18. Spatium vacuum post *lautiorem* non habet Ambr. — *Gaius* Laur. — 19. *ei*] *enim* Ricc. Laur. — *colloca* codd. cum spatio vacuo in Ricc. et Goth. — *potestas quum omnium* O — X. Quintilianus VIII, 3, 21: «*Nec augenda semper oratio sed summittenda non numquam est. Vim rebus aliquando verborum*

I. 1. * * Iamne vides, belua, iamne sentis, quae sit hominum querella frontis tuae? Nemo queritur Syrum nescio quem de grege noviciorum factum esse consulem. Non enim nos color iste servilis, non pilosae genae, non dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit; hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit. Pauci ista tua lutulenta vitia noramus; pauci tarditatem ingenii, stuporem debilitatemque linguae. Numquam erat audita vox in foro, numquam periculum factum consilii; nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factum aut militiae aut domi. Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil praeter colorem. 2. Is mihi etiam gloriatur se omnes magistratus sine repulsa assecutum? Mihi ista licet de me vera cum gloria praedicare; omnes enim honores populus Romanus mihi ipsi [homini] detulit. Nam tu cum quaestor es factus, etiam qui te numquam viderant, tamen illum honorem nomini mandabant tuo. Aedilis es factus: Piso est a populo Romano factus, non iste Piso. Praetura item maioribus delata est tuis: noti erant illi mortui; te vivum nondum noverat quisquam. Me cum quaestorem in primis, aedilem priorem, praetorem primum cunctis suffragiis populus Romanus faciebat, homini ille honorem, non generi, moribus, non maioribus meis, virtuti perspectae, non auditae nobilitati deferebat. 3. Nam quid ego de consulatu loquar? parto vis anne gesto? Miserum me! cum hac me nunc peste atque labe confero? Sed nihil comparandi causa loquar, ac tamen ea, quae sunt longissime disiuncta, comprehendam. Tu consul es renuntiatus — nihil dicam gravius, quam quod omnes fatentur — impeditis rei publicae temporibus, dissidentibus consulibus [Caesare et Bibulo], cum hoc non recusares iis, a quibus dicebare consul, quin te luce dignum non putarent, nisi nequior quam Gabinius exstitisses. Me cuncta Italia, me omnes

---

ipsa humilitas affert. An cum dicit in Pisonem Cicero «cum tibi tota cognatio serraco advehatur», *incidisse videtur in sordidum nomen, non eo contemptum hominis, quem destructum volebat, auxisse. Et alibi*: «caput opponis cum eo cornificans» [*sic Bonnellus ex lect.* conificans]. — *serraco* Bamb. et codd. optimi: *sarraco* O. Incertum est, num alter quoque locus a Quint. allatus ex Pisoniana sit. — XI. Diomedes p. 405: «*Prope: prope me, ut dicit Cicero. In Pisonem dixit idem*: proximus Pompeium sedebam.» Fort.: *ut dicit Cic. in Pisonem: dixit idem: proximus* cet. — Denique affert P. Pithoeus in exemplo quod possederat ed. Lambinianae hanc glossam nescio unde desumptam: «τέλμα audentia in Pisonem.»

1. *Iamne* S: *iam* E F (*iam inde bellua* mendose codd. Arusiani Mess. p. 257, qui verba usque ad *frontis tuae* affert.) — *bellua* O — *hominum querela* F S et Arusianus: *querela hominum* E — 4. *putidi* G P S — 5. *vultus - - induxit* habet Gellius N. A. XIII, 25 (24), § 23. — 6. *eras ignotus* coni. Lallemandus et iterum Bake p. 298. — 7. *noramus* E G S: *noraramus* F; *noveramus* O — 9. *inlustre* E — 11. *famosarum* S — 12. *nichil habes praeter colores* G — *gloriatur* ed. 1472: *gloriabatur* C; *gloriabitur* ed. Crat. et O — *omnis* E F — 13. *adsecutum* E F — 14. *homini* C: *homini novo* O cum ed. Hervag.; *non nomini* codex (?) Ursini, quod commendant Wunderus p. XLIII et Bakius p. 298; nobis *homini* potius glossema videtur ex v. 20. — 15. *tu cum* ed. Aldina: *tum cum* C — 18. *noti*] *non* S — *illi* E — 21. *perspectae* ed. Crat.: *perfectae* C; cf. var. lect. ad or. p. Balbo § 16. — 23. *nunc me peste ac labe* F— 24. *ac tamen* E: *attamen* F G S O. Cf. Madv. ad *Cic. de Finn.* p. 289. 429. 872. — *ea* om. G — 25. *compendam* (pro *comprendam*) G P — 27. *Caesare et Bibulo* glossema esse Manutius vidit; cf. inpr. Wund. p. LIII. — 28. *iis a quibus - - quin te* C (sed E *his*, F om. *iis*): *quin ii a quibus - - te* O — *non* om. F.

ordines, me universa civitas non prius tabella quam voce priorem consulem declaravit. II. Sed omitto, ut sit factus uterque nostrum; — sit sane Fors domina campi: magnificentius est dicere, quem ad modum gesserimus consulatum, quam quem ad modum ceperimus.

4. Ego Kalendis Ianuariis senatum et bonos omnes legis agrariae maximarumque largitionum metu liberavi. Ego agrum Campanum, si dividi non oportuit, conservavi; si oportuit, melioribus auctoribus reservavi. Ego in C. Rabirio, perduellionis reo, XL annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi. Ego adolescentes bonos et fortes, sed usos ea conditione fortunae, ut, si essent magistratus adepti, rei publicae statum convulsuri viderentur, meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi. 5. Ego Antonium collegam, cupidum provinciae, multa in re publica molientem, patientia atque obsequio meo mitigavi. Ego provinciam Galliam senatus auctoritate exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio commutavi, quod ita existimabam tempora rei publicae ferre, in contione deposui reclamante populo Romano. Ego L. Catilinam, caedem senatus, interitum urbis non obscure, sed palam molientem, egredi ex urbe iussi, ut, a quo legibus non poteramus, moenibus tuti esse possemus. Ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis civitatis de coniuratorum nefariis manibus extorsi. Ego faces iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, exstinxi. III. 6. Me Q. Catulus, princeps huius ordinis et auctor publici consilii, frequentissimo senatu parentem patriae nominavit. Mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, L. Gellius, his audientibus civicam coronam deberi a re publica dixit. Mihi togato senatus, non ut multis bene gesta, sed ut nemini conservata re publica singulari genere supplicationis deorum immortalium templa patefecit. Ego cum in contione abiens magistratu dicere a tribuno pl. prohiberer quae constitueram, cumque is mihi

---

1. *priore* F — 4. *consulatum -- ceperimus* om. F. Alludit ad locum Flavius Vopiscus in v. Taciti c. 13. — 5. *ego* F G S: *ergo* E P — *omnis* G — 8. *in grabirio* G, *in grabririo* E — *XI annis* F — 11. *esse convulsuri* E solus. — 13. *collegam* om. F — *multaque* codd. Faerni. Tenendum est Faernum praeter V non habuisse nisi codices deterioris notae. — 14. *meo* om. F — 16. *commutavi* Hotomanus: *communicavi* C O. Cf. E. Hagen *Catilina, eine histor. Untersuchung* (Königsb. 1854) p. 194 sq. Commendat ille quidem necessariam correctionem *commutavi*, sed sine causa verba sic transponenda censet: *Ego Antonium -- mitigavi provinciamque senatus auctor. ex. et pec. instructam et ornatam cum Antonio* (vel *cum eo*) *commutavi. Ego provinciam, quod -- ferre, in contione deposui.* — 20. *mense decembri* E — 21. *iugulis* om. F in lacuna. — 23. *meque catulus* E — 25. *propter* FS, Arusianus p. 255 (cf. etiam Schol. Lucani I, v. 358): *iuxta* E. Glossa veram lectionem expulit, ut invectum est § 20 *crotala (crotalia)* pro *cymbala*, § 52 *procedere* pro *progredi*, § 61 *vehiculis* pro *ferculis*, § 62 *ademit* pro *praeripuit*, § 68 *fugit* pro *fastidivit*. — *sedit* S — *civicam* FS: *de quercu civi eam* E — 26. *a re p.* E S: *a p. R.* F et unus Oxon. Conf. Aul. Gell. V, 6, 15: *Hac corona civica L. Gellius, vir censorius, in senatu Ciceronem consulem donari a re publica censuit, quod* cet. — *bene gesta -- conservata re p.* Garatoni: *bene gestae -- conservatae rei p.* C O. Cf. or. in Cat. III, § 15 et IV, § 20, ubi item codd. dett. ablativos habent, ep. ad Fam. XV, 4, 11. (*conservatae rei p. testimonium dedit et singulari* Lamb. in marg. ed. 1581 e vet. cod., ut ait.) — 28. *inmortalium* E — *Ego cum -- esse salvam* habet A — 29. *a trib. pl. dicere prohiberer ea quae* A, quae lectio haud scio an vulgatae praeferenda sit. — *cumque* C: *cum* A prob. Bakio p. 299: «Alterum *quum* subiicitur prioribus, ut explicatio, non ut novum quid dicatur.»

tantum modo ut iurarem permitteret, sine ulla dubitatione iuravi rem publicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam. 7. Mihi populus Romanus universus illa in contione non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit, cum meum ius iurandum tale atque tantum iuratus ipse una voce et consensu approbavit. Quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus, ut nemo, nisi qui mecum esset, civium esse in numero videretur. Atque ita est a me consulatus peractus, ut nihil sine consilio senatus, nihil non approbante populo Romano egerim; ut semper in rostris curiam, in senatu populum defenderim; ut multitudinem cum principibus, equestrem ordinem cum senatu coniunxerim. Exposui breviter consulatum meum.

IV. 8. Aude nunc, o furia, de tuo dicere! cuius fuit initium ludi compitalicii tum primum facti post L. Iulium et C. Marcium consules contra auctoritatem huius ordinis: quos Q. Metellus — facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec civitas tulit, cum hac importuna belua conferam —, sed ille designatus consul, cum quidam tribunus pl. suo auxilio magistros ludos contra senatus consultum facere iussisset, privatus fieri vetuit atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cum in Kalendas Ianuarias compitaliorum dies incidisset, Sex. Clodium, qui numquam antea praetextatus fuisset, ludos facere et praetextatum volitare passus es, hominem impurum ac non modo facie, sed etiam oculo tuo dignissimum. 9. Ergo his fundamentis positis consulatus tui triduo post inspectante et tacente te a fatali portento prodigioque rei publicae lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii; collegia non ea solum, quae senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam nova ex omni faece urbis ac servitio concitata. Ab eodem homine in stupris inauditis nefariisque versato vetus illa magistra pudoris et modestiae, censura sublata est, cum tu interim, bustum rei publicae, qui te consulem tum Romae dicis fuisse, verbo numquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis. V. 10. Nondum, quae feceris, sed

---

1. *ut iurarem* C: *iurare* A. Cf. ep. ad Fam. V, 2, 7: *nam cum ille mihi nihil nisi ut iurarem permitteret*, *magna voce iuravi* cet. — 3. *in illa c.* F — 4. *immortalitatem* F — 5. *tale* F S: *tacite* E — 8. *peractus - - senatus* om. F — 9. fort. *ut semper in rostris senatum, in curia populum defenderim.* — 13. *L. Iulium et C. Marcium* Orelli in adnot. (secundum Asconium, cuius codd. in interpretatione ad verba *facio iniuriam* cet. sic habent: *L. Iulio C. Mario coss.*): *L. Luscellum et G. marcium* G; *.L. luscellum et .C.* (*.G.* E) *marium* E P S; *luceslum L. et C. marium* F; *L. Metellum et Q. Marcium* O cum P. Manutio. Cf. Mommsenium *de collegiis et sodaliciis Rom.* p. 74. — *consulibus* E — 14. *quos quae metellus* E: *quos Q. Metellus - - vetuit* et deinde *Tu cum - - passus es* habet A in lemmate. — 15. *illius* F — *cui* cod. Ambr. et Goth. Asconii. — 16. *bellua* O — *designatos consules* E — 17. *magistros* E F G: *magnos* S et codd. Asconii. — 18. *vetuit* om. F — 19. *optinuit* E — *tum cum* A — *in* om. A — 20. *incidissel* A: *incidissent* C — *sextum* E — *cloelium* P — 22. *ac* E: *atque* F S O — *Ergo - - sublata est* habet A — 23. *post triduo* E — *inspectante te et tacente* A — 24. *a fatali* A F S: *clodio a fatali* E; *a P. Clodio fatali* O contra codd., ut videtur. — *leges Aelia et F. eversae* coni. Pighius; at v. § 10. p. 835, 5. 990, 18 cet. — *versa* E — 26. *nova* om. A — 27. *face* E — *atque* G — *concitata* A et mei: *constituta* aliquot edd. vett. et Lamb., quod item Garatoni flagitat. — 29. *censura* A S: *severitas* E F G M P; *severitas censoria* O; cf. Wund. p. XLV. Bakio tam *censura* quam *sever. censoria* glossema videtur. — *cum tu* om. F.

quae fieri passus sis, dico. Neque vero multum interest, praesertim in consule, utrum ipse perniciosis legibus, improbis contionibus rem publicam vexet, an alios vexare patiatur. An potest ulla esse excusatio non dicam male sentienti, sed sedenti, cunctanti, dormienti in maximo rei publicae motu consuli? Centum prope annos legem Aeliam et Fufiam tenueramus, quadringentos iudicium notionemque censoriam, quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo convellere, quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoque anno iudicaretur, nemo tam effuse petulans conatus est. 11. Haec sunt, o carnifex! in gremio sepulta consulatus tui. Persequere continentes his funeribus dies. Pro Aurelio tribunali ne conivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis quam solitus eras intuente, dilectus servorum habebatur ab eo, qui nihil sibi umquam nec facere nec pati turpe esse duxit. Arma in templo Castoris, o proditor templorum omnium! vidente te constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit te consule arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium ac religionum. Erat non solum domus mea, sed totum Palatium senatu, equitibus Romanis, civitate omni, Italia cuncta refertum, cum tu non modo ad eum — mitto enim domestica, quae negari possunt; haec commemoro, quae sunt palam —, non modo, inquam, ad eum, cui primam comitiis tuis dederas tabulam praerogativae, quem in senatu sententiam rogabas tertium, numquam adspirasti, sed omnibus consiliis, quae ad me opprimendum parabantur, non interfuisti solum, verum etiam crudelissime praefuisti. VI. 12. Mihi vero ipsi coram genero meo, propinquo tuo, quae dicere ausus es? Egere, foris esse Gabinium, sine provincia stare non posse; spem habere a tribuno pl., si sua consilia cum illo coniunxisset, a senatu quidem desperasse: huius te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in collega meo; nihil esse quod praesidium consulum implorarem; sibi quemque consulere oportere. Atque haec dicere vix audeo: vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis involutam integumentis nondum cernat; dicam tamen: ipse certe agno-

---

1. *sis* om. S; *sit* G — 6. *renueramus* S — *notionemque* Manutius: *rationemque* C; *notationemque* malebat Lamb. At *notio censoria* est p. Sest. § 55. de Prov. cons. § 46, contra *notatio* p. Cluent. § 128 et de Rep. IV, 10 ex Augustino. Verba *quadringentos -- censoriam* Schuetz et Bake post *nemo convellere* ponenda esse censent. — 7. *ausus esse* F S — *nemo* post *quidem* om. S — 8. *quoquo* F — 9. *nemo quantumvis effuse* Lambinus; *nemo tamen eff.* Bake; at v. or. Verr. V, § 34. de Orat. I, § 226. Verg. Aen. I, v. 539. — 10. *prosequere* G; *persequere -- turpe duxit* habet A — *continentes* A: *conexus* E; *connexos* F S O. Cf. p. 483, 22. — 11. *ne connivente* F S O; *ne conveniente* E; *nec annuente* codd. Asconii; *non modo ne connivente* coni. Lamb.; at v. Handii Turs. IV, 67. — 13. *delectus* O — *ab eo* A S: *ab eo clodio* E; *ab eo P. Clo. s.* (i. e. *P. Clodio scil.*) F — 14. *esse duxit* F S: *esse dixit* E; *esse* om. A O — 16. *arxs* G; *ares* E — 18. *mea* om. F — *Palatium totum* ed. Faërni. — 19. *omnium* E (*omni* G) — 20. *ad eum* Wunderus p. LIII: *ad eum Ciceronem* C O — 21. fort. *quae sunt palam facta*; cf. tamen Handii Turs. IV, p. 385. — 22. *dederas* F S: *desideras* E — 26. *foris esse* corruptum videbatur Manutio; at v. Drumanni *hist. Rom.* II, p. 522, not. 26. — 27. *te spem habere* Lamb.; at apparet haec omnia usque ad *desperasse* de Gabinio dici. — *trib. pl.* S: *trib. pl. clodio antonio* E F — *si sua consilia cum illo coniunxisset* scripsi: *si sua* (sic E F G M P, *tua* S) *cum illo coniunxeris sed* C; *si tua cons. cum illo coniunxisses* O — 30. *inplorarem* E — 32. *integimentis* G — *certe ipse* S.

scet et cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. 13. Meministine, caenum, cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? et, cum isto ore foetido taeterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cum accepissemus — quid enim facere poteramus? — paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo: unde tu nos cum improbissime respondendo, tum turpissime ructando eiecisti. 14. Idem illo fere biduo productus in contionem ab eo, cui † sic aequatum praebebas consulatum tuum, cum esses interrogatus, quid sentires de consulatu meo, gravis auctor, Calatinus credo aliquis aut Africanus aut Maximus, et non Caesoninus Semiplacentinus Calventius, respondes, altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, crudelitatem tibi non placere. VII. Hic te ille homo, dignissimus tuis laudibus, collaudavit. Crudelitatis tu, furcifer, senatum consul in contione condemnas? non enim me, qui senatui parui: nam relatio illa salutaris et diligens fuerat consulis, animadversio quidem et iudicium senatus. Quae cum reprehendis, ostendis, qualis tu, si ita forte accidisset, fueris illo tempore consul futurus. Stipendio me hercule et frumento Catilinam esse putasses iuvandum. 15. Quid enim interfuit inter Catilinam et eum, cui tu senatus auctoritatem, salutem civitatis, totam rem publicam provinciae praemio vendidisti? Quae enim L. Catilinam conantem consul prohibui, ea P. Clodium facientem consules adiuverunt. Voluit ille senatum interficere; vos sustulistis: leges incendere; vos abrogastis: interimere patriam; vos adiuvistis. Quid est vobis consulibus gestum sine armis? Incendere illa coniuratorum manus voluit urbem: vos eius domum, quem propter urbs incensa non est. Ac ne illi quidem, si habuissent vestri similem consulem, de urbis incendio cogitassent; non enim se tectis privare voluerunt, sed his stantibus nullum domicilium sceleri suo fore putaverunt. Caedem illi civium, vos servitutem expetistis. Hic vos etiam crudeliores: huic enim populo ita fuerat ante vos consules libertas insita, ut ei mori potius quam servire praestaret. 16. Illud vero geminum consiliis Catilinae et Lentuli, quod me domo mea expulistis, Cn. Pompeium domum suam compulistis. Neque enim me stante et manente in urbis vigilia neque resistente Cn. Pompeio,

---

1. *Meministine -- soleatum* affert Arusianus Messius p. 245 Lind. — 2. *coenum* O — *hora .V.* om. *fere* Arusianus. — 3. *quo te e gurgustio* idem. — 4. *inhiasses* S — 5. *quum diceres* Bake. — 7. *nidore* F G S: *nitore* E — 8. *responderes* S — *ructando* Lambinus: *eructando* C O — 10. *sic adaequatum* homo doctus apud Lamb.; *sic aequum* Lallemandus; *sic addictum* Orelli coll. § 56, quod ita placet, ut scribas *quasi addictum*; nam *sic* hic ineptum est. — 11. *sentires eis de* E F — 12. *cesonius* E F S, *censoninus* M — 14. *ille* om. S — 17. *consulis* S: *bona consulis* E F — 18. *si ita* F S: *iusticia* E — 19. *consul* om. F — 23. *conantem* om. F — 25. *interimere* Iuntina: *interire* E F S O; *vi terrere* G, ut coniecit Zumptius ad *Verr.* p. 38; *interimere* requirebat etiam Ursinus et iterum commendavit Doederlein *Vermischte Schriften* II, p. 305. Hac lectione recepta iam non offensionem movebit *adiuvistis*, quod Ernestio et Garatonio suspectum Schuetzius in *afflixistis* mutare voluit. — *consules* E — 27. *propter quem* G et ed. 1472. — 28. *consules* E — 30. *vobis servitutem expetissetis* F — 31. *hic* C: *his* Manutius; *hoc* susp. Orelli; fort. *sic*, sed illud quoque in loco suspectum, quod verbum non adest. — 32. *ei mori* nos: *emori* C O — 33. *Illud -- expulistis* affert Arusianus p. 233 L.

omnium gentium victore, umquam se illi rem publicam delere posse duxerunt. A me quidem etiam poenas expetistis, quibus coniuratorum manes [mortuorum] expiaretis: omne odium, inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis. Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinae busto vobis ducibus mactatus essem. Quod autem maius indicium exspectatis, nihil inter vos et Catilinam interfuisse, quam quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinae reliquiis concitastis? quod omnes undique perditos collegistis? quod in me carcerem effudistis? quod coniuratos armastis? quod eorum ferro ac furori meum corpus atque omnium bonorum vitam obiicere voluistis? VIII. 17. Sed iam redeo ad praeclaram illam contionem tuam. Tu es ille, cui crudelitas displicet? qui, cum senatus luctum ac dolorem suum vestis mutatione declarandum censuisset, cum videres maerere rem publicam amplissimi ordinis luctu, o noster misericors! quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus. Omitto enim illud, consulem edicere ut senatus consulto ne obtemperetur, quo foedius nec fieri nec cogitari quidquam potest: ad misericordiam redeo eius, cui nimis videtur senatus in conservanda patria fuisse crudelis. 18. Edicere est ausus cum illo suo pari, quem tamen omnibus vitiis superare cupiebat, ut senatus contra quam ipse censuisset ad vestitum rediret. Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non sineret? Maerorem relinquis; maeroris aufers insignia: eripis lacrimas, non consolando, sed minando. Quod si vestem non publico consilio patres conscripti, sed privato officio aut misericordia mutavissent, tamen id his non licere per interdicta potestatis tuae crudelitatis erat non ferendae: cum vero id senatus frequens censuisset et omnes ordines reliqui iam ante fecissent, tu, ex tenebricosa popina consul extractus, cum illa saltatrice tonsa senatum populi Romani occasum atque interitum rei publicae lugere vetuisti.

IX. Atque quaerebat etiam paulo ante de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio; cur non meis inimicis, meis copiis restitissem. Quasi vero non modo ego, qui multis saepe auxilio fuerim, sed quisquam tam inops fuerit umquam, qui isto non modo propugnatore tutiorem se,

---

1. *ille* E — 3. *manes* S: *mentes* E F — *mortuorum* glossema videbatur Abramio. — fort. *inclusum in nefariis* — *nefariis mentibus* cod. Victorianus. — 5. *Quod -- interfuisse* habet Arusianus p. 238 L. — *iudicium* F G — 7. *concitatis* E solus. — 9. *ac furori* E G P: om. F S. Caute tamen dicit Garatoni: satis erat *ferro* (praesertim cum supra sit *quorum ego furori*), ut *armis* p. Mil. 14, § 36. — 11. *qui* ed. Veneta 1472: *cui* C — 12. *suum* om. G — 14. *tyrannus quisquam* P — 15. ..*to enim -- aut te* p. 1074, 15 habet T — *enim* om. F — *illud*[m] T — *ut senatus consulto ne obtemperetur* T E F (sed E F *obtemperet*): *ut senatus senatusconsulto ne obtemperet* S O — 17. *fuisse* om. F — 18. *et dicere* E — 20. *fecit* T, ut videtur: *facit* C — 21. *relinquis* T S: *non relinquis* E F — 24. *his* T E: *hiis* F, *iis* S O. *his* bene se habet; nam dicit Cic. in senatu. — *potestatis tuae crudelitatis* T E P: *crudelitatis tuae potestatis* F G S O — 25. *erat non ferendae* om. S — 26. *et omnes* T: om. codd. rell. et O — *tenebrosa* F G — 27. *pop. R. occasum* om. F; Bakio *populi R.* delendum videtur. — 28. *rei p.* om. M — 29. *Atque quaerebat* nos: *ADQ.* [D] *AREBAT* T; *At quaerebat* C O — 31. *fuerim* T: *fuissem* codd. rell. et O. «In simplicissima forma sententia sic enuncianda erat: fui saepe auxilio aliis, igitur non putabam te propugnatore tutiorem me fore: ideoque dicendum *quasi ego, qui - fuerim*. Contra mox § 20 est *qui gubernassem* propter antecedens *fui*.» Bake.

sed advocato aut adstipulatore paratiorem fore putaret. 19. Ego istius pecudis ac putidae carnis consilio scilicet aut praesidio volebam niti? ab hoc eiecto cadavere quidquam mihi aut opis aut ornamenti expetebam? Consulem ego tum quaerebam, consulem, inquam, non illum quidem, quem in hoc maiali invenire non possem, qui tantam rei publicae causam gravitate et consilio suo tueretur, sed qui tamquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus. Cum enim esset omnis causa illa mea consularis et senatoria, auxilio mihi opus fuerat et consulis et senatus: quorum alterum etiam ad perniciem meam erat a vobis consulibus conversum, alterum rei publicae penitus ereptum. Ac tamen, si consilium exquiris meum, neque ego cessissem et me ipsa suo complexu patria tenuisset, si mihi cum illo bustuario gladiatore et tecum et cum collega tuo decertandum fuisset. 20. Alia enim causa praestantissimi viri, Q. Metelli, fuit, quem ego civem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo: qui C. illi Mario, fortissimo viro et consuli et sextum consuli, et eius invictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum esse duxit. Quod mihi igitur certamen esset huius modi? cum C. Mario scilicet aut cum aliquo pari, an cum altero, barbaro Epicureo, cum altero, Catilinae lanternario consule? Neque hercule ego supercilium tuum neque collegae tui cymbala fugi; neque tam fui timidus, ut, qui in maximis turbinibus ac fluctibus rei publicae navem gubernassem salvamque in portu collocassem, frontis tuae nubeculam aut collegae tui contaminatum spiritum pertimescerem. 21. Alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas, aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed [his] unum me pro omnium salute obtuli. Itaque discessu tum meo omnes illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderunt, cum quidem tu, o vaecors et amens, cum omnes boni abditi inclusique maererent, templa gemerent, tecta ipsa urbis lugerent, complexus es funestum illud animal ex nefariis stupris,

---

1. *aut* om. F — *astipulatore* G; *adstipulatorem* E; *stipulatore* S. Cf. Gaium III, § 110 p. 254 ed. Lachm. — 2. *putidae* T G S: *putridae* E F — *canis* coni. P. Faber in Semestrium lib. I, c. 11. — *volebam niti* T: *niti volebam* C O. Cobetus maluit *uti*, quod utique praeferendum foret, nisi adesset *aut praesidio* — *expetebam* mei praeter M, qui cum 4 Oxonn. habet *expectabam* — 4. *quaerebam* T: *requirebam* C O. «*Requirere consulem* est eum quaerere qui ante fuerit quemque propterea sibi deberi quis putet; sed talem nondum in Pisone invenerat Cicero. *Quaerebam consulem*, i. e. opus mihi erat consule. Cf. Verr. III, 62, 146.» Bake. Firmat *quaerebam* etiam Isidorus Origg. II, 30, 4, qui ex hoc loco affert: *Consulem, inquam*, *quaerebam* (sic 3 codd. Monac. vetustissimi; *quaerebam inquit* ed. Otton.), *quem in isto maiali invenire non poteram.* — 5. *maiali* T et Isidorus: *animali* codd. rell. — 9. *consulum* E — 11. *ac tamen* T E F G S: *attamen* O — 13. *cum illo* T S: *cum clodio illo* E F — *bustorio* E — *cum gabinio collega* T — 14. *Q.* F S: *quae* T E — 15. *qui* om. E — 17. *dixit* E, ut § 11. — 19. *an* T F S: *aut* E — *barbato* P, ut videtur. — *epicureo* T (ut videtur) E P S; *epicurio* F G; *Epicuro* M O (cf. § 37) — *lanternario* T C: *laternario* O. Cf. Klotz. in *Annal. nov. philol.* Vol. XL, p. 65. — *consule* T: *quos* F S (ex compendio *cos.*); *quod* E — 20. *cymbala* T F S (sed T *cinbala*): *crotalia* E G M P; *cymbala ac crotala* edd. Cf. Wund. p. XLVII. — 21. *fugaeque tam* E — *ut qui -- pertimescerem* affert Martianus Capella lib. V, § 512 p. 441 ed. Kopp. — *in* om. F S — *maximis tempestatibus* Capella. — 22. *navim* idem. — 23. *aut* T, ut coni. Schuetzius: *tum* E F S; *et* Capella. — 24. *perspexi* S — *anliis inpendentibus* T — 25. *sed sic his* E; *his* delet Wunderus p. LIV; *bis* Mommsenius. — 27. *o* om. E — *uiaecors* T; *vecors* O — 28. *templa gemerent* om. E solus. — *ipsa urbis* T, ut videtur: *urbis ipsa* C et ed. 1472. — 29. *funestum illud* T: *illud fun.* C O.

ex civili cruore, ex omnium scelerum importunitate conceptum, atque eodem in templo, eodem loci vestigio et temporis, arbitria non mei solum, sed patriae funeris abstulisti.

X. 22. Quid ego illorum dierum epulas, quid laetitiam et gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes praedicem? Quis te illis diebus sobrium, quis agentem aliquid, quod esset libero dignum, quis denique in publico vidit? cum collegae tui domus cantu et cymbalis personaret cumque ipse nudus in convivio saltaret, in quo cum illum saltatorium versaret orbem, ne tum quidem fortunae rotam pertimescebat. Hic autem non tam concinnus helluo nec tam musicus iacebat in suorum Graecorum foetore atque vino. Quod quidem istius in illis rei publicae luctibus quasi aliquod Lapitharum aut Centaurorum convivium ferebatur: in quo nemo potest dicere utrum iste plus biberit [an vomuerit] an effuderit. 23. Tune etiam mentionem facies consulatus aut te fuisse Romae consulem dicere audebis? Quid? tu in lictoribus et praetexta esse consulatum putas? quae ornamenta etiam in Sex. Clodio te consule esse voluisti. His tu, Clodiane canis, insignibus consulatum declarari putas? Animo consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus omni officio tuendo, maximeque, id quod vis nominis ipsa praescribit, rei publicae consulendo. An ego consulem esse putem, qui senatum esse in re publica non putavit? et sine eo consilio consulem numerem, sine quo Romae ne reges quidem esse potuerunt? Etenim illa iam omitto: cum servorum dilectus haberetur in foro, arma in templum Castoris luce palam comportarentur, id autem templum sublato aditu revulsis gradibus a coniuratorum reliquiis atque a Catilinae praevaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur; cum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur, senatui non solum iuvare rem publicam, sed ne lugere quidem liceret; cum civis is,

---

1. *ex omni* T — *inportunitate* T: *importunitate et flagitiorum* E G; *importunitate et flagitiorum impunitate* F S O (debebat saltem esse *impuritate*) — *conceptum* T: *concretum* codd. rell. et O — 2. *eodem loci* T: *eodem et loci* C O; at tum exspectares: *eodem vestigio et loci et temporis* — 4. *dierum*] *dicam* S — 5. *intemperatissimas* F; *intemperantissimis* E — 7. *publice* E — 8. *cum quidem ipse* T; *cumque idem ipse* Mommsen. — 9. *in quo cum suum illum saltatorium versaret orbem, ne tum quidem* T: *in quo ne tum quidem, cum illum* (*suum illum* E F G P) *saltatorium versaret orbem* codd. rell. et O — 11. *helluo* T C: *heluo* O — *suorum* T, ut coniecit Ursinus: *suo* C O — 13. *ac* (immo *atque*) *Centaurorum* coni. Garat.; Wundero p. LII verba *aut Cent.* insiticia videntur. — 14. *aut vomuerit* E F; ego cum Wundero p. LI sq. inclusi. Cf. etiam Handii Tursell. I, p. 308. — *aut effuderit* F — *tune* T: *tum* E S, *tamen* F — 15. *consulatus* T: *consulatus tui* C O — *cons. Romae* F — 16. *et praetexta* Wunderus p. LII, ut etiam Garatoni voluit: *in toga et praetexta* C; *in toga praetexta* Turnebus; *et in toga praet.* O cum Garatonio. — 17. *sexto* E — *Clodio* om. F; *cloelio* P — *his* Lambinus: *huius* C — *Clodiane* S L: *clodiani* E F G; *Clodianae* edd. vett. et Klotzius, qui habet: *huius tu Clodianae*, ut Garat. aliquando legere voluerat. — 19. *esset* E — 20. *tuendo - - consulendo* om. F S; primus addidit Gruterus ex Erf. et Palat. sec. (habent etiam G P) — 21. *rei p. consulendo* affert Arusianus p. 219 Lind. — *an ego* G: *.K. an ego* E P (*K.* = *Kaput*; v. ad p. 646, 29); *ego* S; om. F — 23. *nec* G, *non* F — 24. *iam* om. S — *delectus* S O — 25. *in templum* E F G: *in templo* S — *luce palam* Oxon. H: *luce et palam* codd. rell. noti. Cf. p. Sest. § 83. de Offic. III, § 93. Antiq. Rom. Monum. leg. ed. Haub. p. 76 *palam luci*; add. *noctu clam* Verr. I, § 46. — *id autem - - pelleretur* habet A — 26. *adito* F G P S — *reliquis* codd. Asc. — 28. *religarentur* E F — *e* om. G.

quem hic ordo assentiente Italia cunctisque gentibus conservatorem patriae iudicarat, nullo iudicio, nulla lege, nullo more servitio atque armis pelleretur, non dicam auxilio vestro, quod vere licet dicere, sed certe silentio: tum Romae fuisse consules quisquam existimabit? 24. Qui latrones igitur, si quidem vos consules? qui praedones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? XI. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis: non capiunt angustiae pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi; non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam gravem, tam severam. Seplasia me hercule, ut dici audiebam, te ut primum adspexit, Campanum consulem repudiavit. Audierat Decios Magios et de Taurea illo Vibellio aliquid acceperat: in quibus si moderatio illa, quae in nostris solet esse consulibus, non fuit, at fuit pompa, fuit species, fuit incessus saltem Seplasia dignus et Capua. 25. Gabinium denique si vidissent duumvirum vestri illi unguentarii, citius agnovissent. Erant illi compti capilli et madentes cincinnorum fimbriae et fluentes † pulsataeque buccae, dignae Capua, sed illa vetere. Nam haec quidem, quae nunc est, splendidissimorum hominum, fortissimorum virorum, optimorum civium mihique amicissimorum multitudine redundat; quorum Capuae te praetextatum nemo adspexit, qui non gemeret desiderio mei, cuius consilio cum universam rem publicam, tum illam ipsam urbem meminerant esse servatam. Me inaurata statua donarant, me patronum unum adsciverant, a me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur; me et praesentem contra latrocinium tuum suis decretis legatisque defenderant, et absentem principe Cn. Pompeio referente et de corpore rei publicae tuorum scelerum tela revellente revocarant. 26. An tum eras consul, cum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis instigante te? Ecquod in hac urbe maius umquam incendium fuit, cui non consul subvenerit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope a meis aedibus, cuius domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas non exstinctor, sed auctor incendii, et ardentes faces furiis Clodianis paene ipse consul ministrabas. XII. An vero reliquo tempore consulem te quisquam duxit? quis-

---

3. *certo* S — 9. *rerum sclarium* E — 10. *Seplasia -- repudiavit* habet A et Festus p. 340 Muell., sed codex Festi partim in lac. — *mehercle* O — *dixi* E — 11. *aspexit* Festus et mei. — *Decios*, *Magios* O, sed vitium distinctionis corr. in Onomast. Tull. p. 372. — 12. *taureia* E — *Vibellio* G: *in bello* E; *uibullio* M; *Iubellio* F S O. *Vibellius* habet cod. Puteanus Livii XXIII, 8 et 46, XXVI, 15, Nazarianus in Periochis Livii lib. 12; *uibellus* Bernensis Valerii Maximi III, 2, Ext. 1. Cf. impr. Inscr. Neap. ed. Momms. n. 3428, ubi est nomen in titulo Campano et n. 855. Etiam supra p. 636, 14 *Vibellios* scribendum erat. — 13. *at fuit* om. E solus. — 16. *fibrae cincinnorum madentes* Servius citat ad Verg. Georg. I, 120. — 17. *pulsataeque* codd., ut videtur, omnes et edd. vett.: *cerussataeque* ed. Iuntina et O; fort. *purpurissataeque*, ut est in Plauti Truc. II, 2, 35: *buccas purpurissatas* — 18. *hominum* om. E solus. — 21. *mei desiderio* F — 22. *meminerint* F G P — *donarunt* E G S et Arusianus, qui affert p. 222 *me -- donarunt*, et deinde p. 233: *a me -- arbitrabantur* — 23. *se* om. Arus. — 24. *suis*] *si his* E — 25. *defenderunt* M — *principes* Garat., *principe civium* Orelli, uterque male. — 26. *revocarant* Lambinus: *revocarunt* C O — 27. *tum* C: *tu* O — 28. *etquod* C et codd. Asconii, qui habet *Ecquod -- sedebas* — 29. *incendium unquam* cod. Ambr. Asconii. — *ipso* om. G — 30. *tuum* F — *prope a m. aedibus* om. A — *ad meam* A: *ad meam domum* C — 32. *ardentis* F G P S — 33. *duxit* ed. Ven. 1472: *dixit* C.

quam tibi paruit? quisquam in curiam venienti assurrexit? quisquam consulenti respondendum putavit? Numerandus est ille annus denique in re publica, cum obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, maererent boni, vis latrocinii vestri tota urbe volitaret, neque civis unus ex civitate, sed ipsa civitas tuo et Gabinii sceleri furorique cessisset?

27. Ac ne tum quidem emersisti, lutulente Caesonine, ex miserrimis naturae tuae sordibus, cum experrecta tandem virtus clarissimi viri celeriter et verum amicum et optime meritum civem et suum pristinum morem requisivit: neque est ille vir passus in ea re publica, quam ipse decorarat atque auxerat, diutius vestrorum scelerum pestem morari: cum tamen ille, qualiscumque est, qui est ab uno te improbitate victus, [Gabinius,] collegit ipse se vix, sed collegit tamen, et contra suum Clodium primum simulate, deinde non libenter, ad extremum tamen pro Cn. Pompeio vere vehementerque pugnavit. Quo quidem in spectaculo mira populi Romani aequitas erat. Uter eorum perisset, tamquam lanista, in eius modi pari lucrum fieri putabat, immortalem vero quaestum, si uterque cecidisset. 28. Sed ille tamen agebat aliquid; tuebatur auctoritatem summi viri: erat ipse sceleratus, erat gladiator; cum scelerato tamen et cum pari gladiatore pugnabat. Tu, scilicet homo religiosus et sanctus, foedus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti. Caverat enim sibi ille sororius adulter, ut, si tibi provinciam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex rei publicae visceribus dedisset, omnium suorum scelerum socium te adiutoremque praeberes. Itaque in illo tumultu fracti fasces, ictus ipse, quotidie tela, lapides, fugae; deprehensus denique cum ferro ad senatum is, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. XIII. 29. Ecquis audivit non modo actionem aliquam aut relationem, sed vocem omnino aut querellam tuam? Consulem tune te fuisse putas, cuius in imperio, qui rem publicam senatus auctoritate servarat, † idemque in Italia, qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat, is se in publico tuto statuit esse non posse? An tum eratis consules, cum, quacumque de re verbum facere coeperatis [aut referre ad senatum], cunctus ordo reclamabat ostendebatque nihil esse vos acturos, nisi prius de me rettulissetis? cum vos, quamquam foedere obstricti tenebamini, tamen cupere vos diceretis, sed lege im-

---

1. *tibi paruit* ed. 1472: *disparuit* C — *in curia* S L — 2. *respondendum consulenti* F — 3. *ommutuisset* P — *constitissent* F — 5. *gabini* F — *cessissent* E solus. — 6. *Ac* A E G: *at* F S O (*Ac -- requisivit* habet A) — *tunc* G — *Caesonine* P. Manutius: *ceso* E F S et codd. Asconii; *quaeso* Klotzius ex sua, ut videtur, coni.; *Caesoni* ed. Iunt., quod commendat Wunderus p. LVII. — *ex* C: *e* A — 7. *experrecta* A: *experta* C. Cf. or. p. Sestio § 67. — *clarissimi viri* om. codd. Asc. — 12. *Gabinius* glossema esse vidit Muretus. — 13. *suum* om. F — 14. *vero* S — 15. *pop. R.* E F G: *rei p.* M S — 16. *linista* E — 20. *in pactione provinciarum* pro glossemate habet Bake IV, p. 302. — 21. *icceras* G; *ieceras* E F M P S. Cf. Madvigii Opusc. acad. II, p. 35 not. — 23. *suorum* M S: *ut* (ex *tu*?) *suorum* E F — 24. *tumultu* M S: om. E F — 25. *ipsa* E — 26. *conlocatum* P — 27. *Et quis* C — 28. *tune* Wunderus p. LVII: *tum* E F G P S; *tu* M et 4 Oxonn., quod praefert Nipperdeius in Philologi III, p. 143. — 30. *idemque in Italia* C: *is se in It.* amicus Ursini; *idem se in Italia* Mommsenius. — *omnis o. g. partis* S — 31 et 34. *esse* om. G — 33. *aut referre ad senatum* glossema esse vidit Wunderus p. LIII. — 35. *vos* om. F.

pediri? 30. Quae lex privatis hominibus esse lex non videbatur, inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium, sublato senatu, pulsis e foro bonis omnibus, capta re publica, contra omnes leges nullo scripta more: hanc qui se metuere dicerent, hos consules non dicam animi hominum, sed fasti ulli ferre possunt? Nam si illam legem non putabatis, quae erat contra omnes leges indemnati civis atque integri capitis bonorumque tribunicia proscriptio, ac tamen obstricti pactione tenebamini: quis vos non modo consules, sed liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa praemio, lingua adstricta mercede? Sin illam vos soli legem putabatis, quisquam vos consules tunc fuisse aut nunc esse consulares putet, qui eius civitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non mores, non iura noritis? 31. An cum proficiscebamini paludati in provincias vel emptas vel ereptas, consules vos quisquam putavit? Itaque, credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando, at ominibus saltem bonis ut consules, non tristissimis ut hostes ac proditores prosequebantur.

XIV. Tunc etiam, immanissimum ac foedissimum monstrum, ausus es meum discessum illum, testem sceleris et crudelitatis tuae, in maledicti et contumeliae loco ponere? Quo quidem tempore cepi, patres conscripti, fructum immortalem vestri in me et amoris et iudicii; qui non admurmuratione, sed voce et clamore abiecti hominis ac semivivi furorem petulantiamque fregistis. 32. Tu luctum senatus, tu desiderium equestris ordinis, tu squalorem Italiae, tu curiae taciturnitatem annuam, tu silentium perpetuum iudiciorum ac fori, tu cetera illa in maledicti loco pones, quae meus discessus rei publicae vulnera inflixit? Qui si calamitosissimus fuisset, tamen misericordia dignior quam contumelia et cum gloria potius esse coniunctus quam cum probro putaretur, atque ille dolor meus dum taxat, vestrum quidem scelus ac dedecus haberetur. Cum vero — forsitan hoc, quod dicturus sum, mirabile auditu esse videatur, sed certe id dicam quod sentio —, cum tantis a vobis, patres conscripti, beneficiis affectus sim tantisque honoribus, non modo illam calamitatem esse non duco, sed, si quid mihi potest a re publica esse

---

1. *Quae -- videbatur* affert Quintilianus IX, 3, 67. — *privatis hominibus*] cf. p. Sest. § 69. — *iusta* M; cf. ad p. 1081, 18 et ad p. 891, 24. — 3. comma ante *contra* abest ab ed. Or. et Klotziana. — 4. *hos* E P: om. F G M S; fort. *eos* — 6. *putabam his quae* E solus. — 7. *ac tamen* Wunderus: *hac tamen* C O — 8. *esse* G — 9. *oppressa fuerit* G; *oppressa* om. F — *astricta* F G S, *asstricta* E — 11. *consularis* C — 12. *non iura non mores* G (*non morem* coni. Bake) — 15. *at* F S: *atque* E — *ominibus* S: *hominibus* F; *omnibus* E — 16. *ac* scripsi: *aut* C O; *ut* Nipperdeius l. c. Cf. var. lect. 29 et p. 1084, 9. Non minus perversum foret infra § 41 *non laudi aut gloriae* cet. Cf. etiam § 78 extr. — *persequebantur* F G M S — 18. *tunc etiam* F G — *atque* G — 19. *istum* G — *in maledicti* nos: *in* om. C O; cf. infra § 32. p. Cluent. § 62. in Verr. V, § 125. — 22. *ab murmuratione* E — *ac* E: *et* F S — 25. *in* om. Lamb. — 26. *inflixerit* coni. Bake. «Non ipse Cicero praedicabat se vulnera inflixisse rei publicae: erat hoc in Pisonis maledictis.» — *qui si* S: *si* omittit F; *quasi* E — 27. *tamen -- ratione hoc* p. 1092, 21 habet V — 29. *aut dedecus* E solus. — 30. *cum vero* V E G P: *tum vero* M S, *tu vero* F — *videatur esse* F — 31. *tantum* E F — 32. *tantisque* V: *tantis* C — 33. *non dico* V et E pr. m. «Vitio haesit infinitivus *esse*, qui nonnisi in vitiosa cod. Vat. lectione *dico* defendi poterat: rursus ubi subiicitur, *optandam duco mihi fuisse -- fortunam*, legendum est *dico*: hoc enim ipsum

seiunctum, quod vix potest, privatim ad meum nomen augendum optandam duco mihi fuisse illam expetendamque fortunam. 33. Atque ut tuum laetissimum diem cum tristissimo meo conferam, utrum tandem bono viro et sapienti optabilius putas, sic exire e patria, ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit, an quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes exsecrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam et perpetuam esse vellent? Mihi, me dius fidius, in tanto omnium mortalium odio, iusto praesertim et debito, quaevis fuga quam ulla provincia esset optatior.

XV. Sed perge porro. Nam si illud meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo praestat, quid conferam reliqua, quae in te dedecoris plena fuerunt, in me dignitatis? 34. Me Kalendis Ianuariis, qui dies post obitum occasumque vestrum rei publicae primus illuxit, frequentissimus senatus, concursu Italiae, referente clarissimo ac fortissimo viro, P. Lentulo, consentiente atque una voce revocavit. Me idem senatus exteris nationibus, me legatis magistratibusque nostris auctoritate sua consularibusque litteris, non, ut tu Insuber dicere ausus es, orbatum patria, sed ut senatus illo ipso tempore appellavit, civem servatoremque rei publicae commendavit. Ad meam unius hominis salutem senatus auxilium omnium civium cuncta ex Italia, qui rem publicam salvam esse vellent, consulis voce et litteris implorandum putavit. Mei capitis conservandi causa Romam uno tempore quasi signo dato Italia tota convenit. De mea salute P. Lentuli, praestantissimi viri atque optimi consulis, Cn. Pompei, clarissimi atque invictissimi civis, ceterorumque principum civitatis celeberrimae et gratissimae contiones fuerunt. 35. De me senatus ita decrevit Cn. Pompeio auctore et eius sententiae principe, ut, si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur; eisque verbis ea de me senatus auctoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius quam mihi salus restitutioque perscripta. De me cum omnes magistratus promulgassent praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei,

---

erat quod *dicturus erat*: et fieri potest ut huc pertineat varietas illa cod. Vat.» Bake. At nominatim ait Garatoni in V esse *non dico* — 1. *privatum* E — 4. *viro* om. F — *e* V: *a* C — *omnes ei sui* Lamb. in marg. — 6. post *tibi* in V ad marg. sec. manu adscriptum est *in provinciam*, qua glossa caret etiam Arusianus p. 228 L., qui affert *an quod -- evenit — ..rentur male precarentur -- esse visam* p. 1079, 6 habet T — *mala precarentur*, ut sit antithesis ad illud *incolumitatem precentur*, Wunderus p. LVI, coll. § 43; add. p. Sest. § 71. — 9. *quaevis* T V S: *eius* E F — *fuga* T V: *fuga potius* C O — 10. *tempus* T: *tempus profectionis* codd. rell. et O. Cf. Wund. p. XLVII et Bakium p. 304. — 13. *uestrum* T E F P (scil. senatus): om. G; *nostrum* V (?) S O. Alii *vestrum* ad Pisonem et Gabinium referunt. — 14. *concursus* E solus. — *ac* T V C: *atque* O — 15. *P. Lentulo* Bake pro glossemate habet. — *consentiente atque* T V: *consentiente populo Ro. atque* C — 17. *consularibusque* V: *consularibus* T, ut videtur, C O. Cf. p. Sest. §§ 50. 128. p. Planc. § 78. — *non ut -- patria* habet Arusianus p. 250. — *Insuber* Turnebus: *insuper* T C et codd. Arusiani; *semper* V — 18. *servatoremque* V: *servatorem* T; *conservatoremque* G; *conservatorem* E F S — 19. *unius hominis* T V: *hominis* om. C O prob. Garat., qui contulit § 6. p. Sest. § 128. in Vat. § 8. p. Red. in Sen. § 24. — 20. *civium* om. V — 22. *conservandi* T: *servandi* V C O — 28. *reputaretur* V — *eisque* V: *iisque* E G S O, *usque* F, *hisque* T — *eadem senatus* V — 30. *De me -- Lent. consul* habet A, *praeter unum -- tribunos* Arusianus p. 253.

praeterque duos de lapide emptos tribunos, legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegae Q. Metelli sententia, quem mecum eadem res publica, quae in tribunatu eius diiunxerat, in consulatu virtute optimi atque iustissimi viri sapientiaque coniunxit. 36. Quae lex quem ad modum accepta sit, quid me attinet dicere? Ex vobis audio nemini civi ullam quo minus adesset satis iustam excusationem esse visam; nullis comitiis umquam neque multitudinem hominum tantam neque splendidiorem fuisse: hoc certe video, quod indicant tabulae publicae, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum; et quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis vel aetatis excusatione vel honoris, id in salute mea nullo rogante vos vestra sponte fecistis.

XVI. 37. Confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam cum mea. Obtinuisti provinciam consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui pepigerat. Nam lege Caesaris iustissima atque optima populi liberi plane et vere liberi, lege autem ea, quam nemo legem praeter te et collegam tuum putavit, omnis erat tibi Achaia, Thessalia, Athenae, cuncta Graecia addicta: habebas exercitum tantum, quantum tibi non senatus aut populus Romanus dederat, sed quantum tua libido conscripserat; aerarium exhauseras. 38. Quas res gessisti imperio, exercitu, provincia consulari? Quas res gesserit, quaero. Qui, ut venit, statim * *

* * nondum commemoro rapinas, non exactas pecunias, non captas, non imperatas, non neces sociorum, non caedes hospitum, non perfidiam, non immanitatem, non scelera praedico: mox, si videbitur, ut cum fure, ut cum sacrilego, ut cum sicario disputabo; nunc meam

---

1. *praeterquam duos* F et codd. Arusiani (*duo* G P) — *tribunos* A T C et Arusianus: *tribunos pl.* V (?); O *plebis* inclusit. In marg. codicis V exstat hoc antiquum scholion: *Omnes tribuni pl. pro Cicerone senserunt praeter Ligurem et Serranum, qui se adversariis Ciceronis publice vendiderunt: nam viliora mancipia supra lapidem stantia vendebantur, ut emptorem oblata oculis omnium invenirent.* — *comitis* F — 3. *diluxerat* T; *disiunxerat* C O (de V non constat); *diduxerat* Wund. p. LIX; at apparet *DILVXERAT* ex *DIIV̄XERAT* ortum esse. — 4. *optumi* V — *atque* nos: *ac* codd. et O. In or. p. Rosc. Am. § 85 ex cod. Medic. 48, 26 item corrigendum est *atque* (pro *ac*) *iudicem*, in Val. Max. VII, 3, 6 ex Paridis epitoma *ab* (edd. *a*) *iuvene*. — 5. *recepta* T — 6. *civi*] *cui* E — *adeset* T — 7. *neque* V: *nec* C — *tantum* F G P — 8. *splendorem* S pr. m. et 2 Oxx., ut coni. Faërnus prob. Wund. p. LX. — 9. *diribitores* V: *distributores* C. Ad voc. in V manu antiqua hoc scholion adscriptum est: *descriptores, divisores tabularum et numeratores suffragiorum* — *tabellarum* codd. Lallemandi: *tabularum* V C — 13. *confer te* V — *ex hara -- schola* affert Nonius p. 120 Merc. (*ex ara* E) — *ex cola* E, *ex* om. Nonius. — 14. *confer -- mea* habet Arusianus p. 221. — *optinuisti* G — 17. *liberi atque plane* G — *vere liberi* V: *vere erant liberi* C O — 18. *erat ibi* E; *erit tibi* G — 19. *addicta. Habebas* O — 21. *imperio* V: *in imperio* C O. Cf. p. 1080, 30. — 23. «Post *statim* multa de Pisonis in primo suo in Macedoniam adventu facinoribus desiderari demonstratum ivit Lagomarsinius in Calogerà *Raccolta* T. 10 vel *Friedemann et Seebode Misc. Crit.* I, 2 p. 337. Multa tamen deesse non possunt, cum orator excipiat scelera et flagitia, relinquat forsitan ignave quaedam et perverse gesta in re militari.» Orelli. Lacunam hic esse negat Ravius II, p. 36. — 24. *non exactas* V E F G: *nondum* M S O. Cf. in Cat. I, § 1: *nihilne - nihil - nihil*, infra § 77 et p. Sulla § 7: *nonne - non - non*, et sic saepissime. Apparet ex tali loco Romanos *non dum* diiuncte scripsisse. — 25. *caedes* V M: *caedem* E F S — 26. *ut* post *sacril.* om. S.

spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris —: quis umquam provinciam cum exercitu obtinuit, qui nullas ad senatum litteras miserit? tantam vero provinciam cum tanto exercitu, Macedoniam praesertim, quam tantae barbarorum gentes attingunt, ut semper Macedonicis imperatoribus îdem fines provinciae fuerint qui gladiorum atque pilorum; ex qua aliquot praetorio imperio, consulari quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, quin triumpharit. Est hoc novum: multo illud magis. Appellatus est hic vulturius illius provinciae, si dis placet, imperator. XVII. 39. Ne tum quidem, Paule noster, tabellas cum laurea Romam mittere audebas? Misi, inquit. Quis umquam recitavit? quis ut recitarentur postulavit? Nihil enim mea iam refert, utrum tu conscientia oppressus scelerum tuorum nihil umquam ausus sis scribere ad eum ordinem, quem despexeras, quem afflixeras, quem deleveras, an amici tui tabellas abdiderint îdemque silentio suo temeritatem atque audaciam tuam condemnarint. Atque haud scio an malim te videri nullo pudore fuisse in litteris mittendis, an amicos tuos plus habuisse pudoris et consilii, quam aut te videri pudentiorem fuisse, quam soles, aut tuum factum non esse condemnatum iudicio amicorum. 40. Quod si non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis in perpetuum tibi curiam praeclusisses, quid tandem erat actum aut gestum in tua provincia, de quo ad senatum cum gratulatione aliqua scribi abs te oporteret? vexatio Macedoniae? an oppidorum turpis amissio? an sociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio Thessalonicae? an obsessio militaris viae? an exercitus nostri interitus ferro, fame, frigore, pestilentia? Tu vero, qui ad senatum nihil scripseris, ut in urbe nequior inventus es quam Gabinius, sic in provincia paulo tamen quam ille demissior. 41. Nam ille gurges atque helluo, natus abdomini suo, non laudi et gloriae, cum equites Romanos in provincia, cum publicanos nobiscum et voluntate et dignitate coniunctos omnes fortunis, multos fama vitaque privasset, cum egisset aliud nihil illo exercitu nisi ut urbes depopularetur, agros vastaret, exhauriret domos, ausus est — quid enim ille non audeat? — a senatu supplicationem per litteras postulare. XVIII. O di immortales! tune etiam atque adeo vos, geminae voragines scopulique rei publicae, vos meam fortunam deprimitis? vestram extollitis? cum de me ea senatus consulta absente facta sint, eae contiones habitae,

---

2. *optinuit* E — *miserit litteras* S — 4. *quam tantae b. gentes attingunt* V: *quae tantis b. gentibus attingitur* C O — *Macedonibus* M S — 5. *idem* F G: *iidem* O — *gladiatorum* E M; cf. var. lect. ad p. 62, 2. — *ac pilorum* S — 6. *consularis* M S — 7. *redit* V M — *qui* C: *quin* V — *quin* V: *qui non* C — 8. *Appellatus -- audebas* habet A — *uultorius* V (corruptum ex *uolturius*); *veteris* F et codd. Asc.; *vulturius illius prov.* affert Charisius I, § 236. — *dis* A: *diis* O — 9. *tum*] *uim* E solus. — *tabellas cum laurea Romam* A: *tabulas Romam cum laurea* V C — 11. *mea iam* V: *iam mea* C — 14. *tabellas* V: *tabulas* C — *idemque* F G: *iidemque* O — *suo* om. G — 15. *audaciam* om. F — *haut* E — 16. *an* ante *amicos* del. Graevius, *et amicos* coni. Lambinus. Si quid mutandum sit, potius corrigendum foret *aut amicos*; at Garat. ita recte tuetur vulgatam, ut ad *an* repetat *malim videri* — 17. *pudoris* V: *et pudoris* C O — 18. *non cond. esse* S — 19. *si non tu non tuis* E — *imperpetuum* E — 20. *tua* V: *illa* C O — 21. *aliqua* om. F — 22. *amisso* E — 25. *es inventus* E solus. — 27. *heluo* O — *abdominio* E (non G) — *et* V: *atque* C O — 29. *omnis* G — 30. *illo* V: *in illo* C; cf. p. 1079, 21. — 31. *ille non audeat* V: *ille non auderet* M; *non ille auderet* E F G P S — 33. *tunc etiam* C — 35. *facta sunt* E S — *eae* V F S: *hec* G, *hae* E.

is motus fuerit municipiorum et coloniarum omnium, ea decreta publicanorum, ea collegiorum, ea denique generum ordinumque omnium, quae non modo ego optare numquam auderem, sed cogitare non possem, vos autem sempiternas foedissimae turpitudinis notas subieritis? 42. An ego, si te et Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer laetitia ex corporis vestri laceratione, quam afficior ex famae? Nullum est supplicium putandum, quo affici casu aliquo etiam boni viri fortesque possunt. Atque hoc quidem etiam isti tui dicunt voluptarii Graeci: quos utinam ita audires, ut erant audiendi: numquam te in tot flagitia ingurgitasses. Verum audis in praesepibus, audis in stupris, audis in cibo et vino. Sed dicunt isti ipsi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, sapientem, etiam si in Phalaridis tauro inclusus succensis ignibus torreatur, dicturum tamen suave illud esse seque ne tantulum quidem commoveri. Tantam virtutis vim esse voluerunt, ut non posset esse umquam vir bonus non beatus. 43. Quae est igitur poena? quod supplicium? id mea sententia, quod accidere nemini potest nisi nocenti, suscepta fraus, impedita et oppressa mens, bonorum odium, nota inusta senatus, amissio dignitatis. XIX. Nec mihi ille M. Regulus, quem Karthaginienses resectis palpebris illigatum in machina vigilando necaverunt, supplicio videtur affectus, nec C. Marius, quem Italia servata ab illo demersum in Minturnensium paludibus, Africa devicta ab eodem expulsum et naufragum vidit. Fortunae enim ista tela sunt, non culpae; supplicium autem est poena peccati. Neque vero ego, si umquam vobis mala precarer, quod saepe feci, — in quo di immortales meas preces audiverunt —, morbum aut mortem aut cruciatum precarer. Thyestea est ista exsecratio poëtae vulgi animos, non sapientium moventis: ut tu «naufragio expulsus uspiam»

«saxis fixus asperis, evisceratus
latere penderes», ut ait ille, «saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro.»

---

1. *atque col.* G — 3. *non modo ego* V E F: *ego non modo* S O — 6. *ex famae* V: *ex fama* E F; *ex infamia* S — 7. *aliquo quo etiam* E F — 9. *numquam -- ingurgitasses* affert Eutych. p. 167 Lind. — 11. *et vino* V F G M: *et in vino* E S — *Sed dicunt -- dicturum* affert Charisius I, 21, 98. — 12. *inclusus* om. Charisius et habet *dicturum* post *sapientem* — 13. *seque* V: *seseque* C — 14. *vim esse* V: *esse vim* C — 15. *esse umquam* V: *umquam esse* C — 16. *nemini*] *non* G — 17. *suspecta* E — *mens* V: *mens conscientia* C O; *mens scelerum conscientia* coni. Bake coll. §§ 39. 44. — *bonorum* V: *bonorum omnium* C O — 18. *nota inusta* Faërnus: *nota iusta* V O; *non iussu* E; *nota iusti* F S — *a senatu* Faërnus. — Cod. V in marg. hoc vetus scholion habet: *Regulus dux Romanus trecenta milia captivorum Carthaginiensium cepit et ipse captus est a Lacedaemoniis, qui auxilium Carthaginiensibus ferebant. Regulum iurare coegerunt ut Romam proficisceretur et de reddendis captivis ageret. Iuravit se reversurum; ivit et ne redderentur suasit. Reversus hoc cruciatu affectus est talisque fuit in cruce Punica, qualis fuit in curia Romana.* — 19. *carthaginienses* V; *Karthaginenses* G; *carthaginenses* F S; *cartaginenses* E — *inligatum* E — 22. *naufragium* E (non G) — 23. *poena* Bake ad *Cic. de Legg.* p. 544 inducendum putat. — 25. *cruciatum precabar* Bake. — 26. *est ista exsecratio* V: *ista exs. est* C O — *sapientium* V E F G S: *sapientum* M O — *moventes* E solus. — 27. *ut tu -- uspiam*] «haec verba Ciceroni rescripsit Bentleius, Enniana poesi in brevius, ut videtur, ab illo contracta» Ribbeck *Tragic. Lat. Rel.* p. 49. Cf. Cic. Tusc. I, § 107: *exsecratur . . apud Ennium Thyestes ut naufragio pereat Atreus.* Recte ait Garatoni vv. *naufr. expulsus uspiam* poetica videri et in Ennii Thyeste superiore aliquo versu legi potuisse. Quo accedit quod vetus ille scholiastes haud indoctus in cod. Vat. ante ipsa illa adscripsit: *versus Ennii.* — 29. *penderes* Cicero, verba poetae orationi suae accommodans: *pendens* Ennius, v. Tusc. l. c. — *et* V: om. C.

44. Non ferrem omnino moleste, si ita accidisset, sed id tamen esset humanum. M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem in gloria et laude vivit. In fortuna quadam est illa mors, non in poena putanda. Quae est igitur poena? quod supplicium? quae saxa? quae cruces? Esse duo duces in provinciis populi Romani, habere exercitus, appellari imperatores; horum alterum sic fuisse infrenatum conscientia scelerum et fraudium suarum, ut ex ea provincia, quae fuerit omnibus una maxime triumphalis, nullam sit ad senatum litteram mittere ausus. Ex qua provincia modo vir omni dignitate ornatissimus, L. Torquatus, magnis rebus gestis me referente ab senatu imperator est appellatus, unde his paucis annis Cn. Dolabellae, C. Curionis, M. Luculli iustissimos triumphos vidimus, ex ea te imperatore nuntius ad senatum allatus est nullus. 45. Ab altero allatae litterae, recitatae, relatum ad senatum. Di immortales! idne ego optarem, ut inimicus meus ea, qua nemo umquam, ignominia notaretur? ut senatus is, qui in eam iam benignitatis consuetudinem venit, ut eos, qui bene rem publicam gesserint, novis honoribus afficiat et numero dierum et genere verborum, huius unius litteris nuntiantibus non crederet, postulantibus denegaret? XX. His ego rebus pascor, his delector, his perfruor: quod de vobis hic ordo opinatur non secus ac de acerrimis hostibus; quod vos equites Romani, quod ceteri ordines, quod cuncta civitas odit; quod nemo bonus, nemo denique civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa consulatus vestri perhorrescat. 46. Haec ego semper de vobis expetivi, haec optavi, haec precatus sum. Plura etiam acciderunt quam vellem. Nam ut amitteretis exercitum, numquam hercule optavi: illud etiam accidit praeter optatum meum, sed valde ex voluntate. Mihi enim numquam veniret in mentem furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis. Atqui fuit optandum. Me tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios et consceleratos poenas certissimas. Nolite enim ita

---

2. *Marcellus -- vivit* habet A — *virtute* om. codd. Asconii. — 3. *perit* E F et codd. Asc. — *in gloria et laude* V: *gloria et laude* A; *glorie laude* C. Cf. Wund. p. LX. — 4. *illa* om. S — *non poena* F S — 5. *esse duos* V; *ecce duo* E F; *ecce duos* S. Faërnus nominatim ille quidem dicit in V legi *esse duos* (v. ed. Garat. p. 338), sed ex Garatoni adnot. p. 342 tamen contrarium coniicias. — 7. *infrenatum* V: *infirmatum* C. Cf. Garat. ad h. l. — *fraudium* E G S: *fraudum* V (?) F M O. Illam formam, quam codd. optimi de Off. III, § 75 habent, propterea praetulimus, quod incertum videtur num *fraudum* in V exstet. — 8. *ut ea ex* E F — *omnibus* (sc. *ducibus*) V: *ex omnibus* C O — 9. *nullam -- litteram* V: *nullas -- litteras* C; cf. ep. ad Fam. II, 17, 6. — 11. *ab senatu* Manutius: *absens* codd. noti; *abiens* coni. Bowyerus in *dissert. de or. Sullana* p. 42 (Lond. 1746.) — *est* V: om. E; *sit* F S — *iis* S — 13. *et ex ea* E — 14. *relatae ad* E solus. — 15. *idne ego optaram?* coni. Garatoni. — *ut* om. S — 16. *iam* om. V — 17. *gesserunt* G — 20. *pro vobis* F — 21. *ac de acerrimis* V: *ac deterrimis* E G M; *ac de deterrimis* F S; *ac de teterrimis* O. Cf. § 84. — 24. *recordatione d. ipsa* V M S: *recordationem d. ipsam* E F G, quod praefert Bake, cui ablativus improprie (?) dictus videtur. — 27. *hercule* V: *mehercule* C O — 29. *numquam* V: om. E F M P S; *n* (pro *ñ*?) G — *venerat* S, ut Garatonio legendum videtur; probabilius est quod Bakius ad Cic. de Legg. p. 545 coniecit: *numquam venit* cet. — 30. *Nec me tamen* coni. Bake. — 31. *certissimas* V: *certissimas constitutas* C O. Glossema solus Faërnus abiecit, quamquam apparet in lectione vulg. *ab dis constitutas* dicendum fuisse, ut est p. 919, 6. — *ita* V: om. C O.

putare, patres conscripti, ut in scaena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terreri furialibus taedis ardentibus: sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat: hae sunt impiorum furiae, hae flammae, hae faces. 47. Ego te non vaecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste aut Athamante dementiorem putem, qui sis ausus primum facere — nam id est caput —, deinde paulo ante, Torquato, gravissimo et sanctissimo viro, premente, confiteri te provinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportasses, sine ullo milite reliquisse? Mitto de amissa maxima parte exercitus: sit hoc infelicitatis tuae. Dimittendi vero exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti? quam legem? quod senatus consultum? quod ius? quod exemplum? Quid est aliud furere? non cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, non civitatem? Cruentare corpus suum leve est: maior haec est vitae, famae, salutis suae vulneratio. 48. Si familiam tuam dimisisses, quod ad neminem nisi ad ipsum te pertineret, amici te constringendum putarent: praesidium tu rei publicae, custodiam provinciae iniussu populi Romani senatusque dimisisses, si tuae mentis compos fuisses? XXI. Ecce tibi alter effusa iam maxima praeda, quam ex fortunis publicanorum, quam ex agris urbibusque sociorum exhauserat, cum partim eius praedae profundae libidines devorassent, partim nova quaedam et inaudita luxuries, partim etiam in illis locis, ubi omnia diripuit, emptiones [partim permutationes] ad hunc Tusculani montem exstruendum; cum iam egeret, cum illa eius intermissa intolerabilis aedificatio constitisset: se ipsum, fasces suos, exercitum populi Romani, numen interdictumque deorum immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem senatus, iussa populi Romani, nomen ac dignitatem imperii regi Aegyptio vendidit. 49. Cum fines provinciae tantos haberet, quantos voluerat, quantos optarat, quantos pretio mei capitis emerat, iis se

---

1. *scena* O — 2. *inpulsu* G — *furialibus* V: *Furiarum* C O — 4. *eae* ter M; *hee* ter G; *hec* primo loco F — 5. *vecordem* O — 8. ..*am in quam* -- *ille si non* p. 1084, 12 habet T — *tantam* T — 9. *sine illo* E (non G) — 13. *furere non* T V E F G P: *furere quam non* S; *furere nisi non* M — 14. *leve est* V solus: om. T C. Madvigius locum ita corrigendum putat ad Cic. de Finn. p. 668: *Quid est aliud furere? non cognoscere homines?* [*Gravius est*] *non cogn. leges*, *non senatum*, *non civitatem. Cruentare corpus suum? Maior haec est vitae . . . vulneratio.* Alii verbis *leve est* omissis scribunt: *Cruentare corpus suum?*, ut inde nova interrogatio incipiat. Equidem verba sic explico: Quid est aliud furere nisi hoc quod tu fecisti? ignoratio hominum, legum, senatus? nonne hoc certissimum furoris indicium est? Nam corpus suum vulnerare, quod vulgo pro summo furore habetur, illud quidem leve est; maior haec est vitae suae vulneratio. Cf. etiam Hand. Turs. IV, p. 250. — *est haec vitae fama* E solus. — 16. *te* T V: *te tui* C — 17. *tu* om. G — *rei p.* V: *populi Ro.* T(?) E F G S; *populi* P — 18. *Romani* T V: om. C — 19. *iam* om. G — 20. *quam ex agris* T: *quam* om. codd. rell. noti. — 21. *partem* V — *praedae* T V: *praedam* C — 22. *omnes* E, sed *es* in ras. — 23. *partim permut.* om. T; *partim mutationes* V. Partem praedae, ait Cic., libidines, partem luxuries, partem emptiones devorarant, in qua re absonum videtur, si tertiae parti subdivisio adiecto *partim* adiungatur, cuius loco exspectares: *emptiones et permutationes.* — *Tusculani montem* T V (sed V cum lacuna ante *montem*): *tusculam in monte* (*montem* E) *montem* E F G; *tusculanum in monte montem* P; *tusculanum montem* M S; *Tusculani in monte montem* O — 24. *cum iam egeret* V et T, ut videtur: om. C — *et cum* Bake; *cui* V — *intermissa* T V: *inmissa* E F S; *inmensa* M — 25. *fascis* F G S — 27. *Romani* T: om. V C O — 28. *finis* V C — 29. *oluerat* T — *optarat* T: *optaverat* V C — *pretio mei capitis* V T (sed incertum est num a T absit *pe-*

tenere non potuit: exercitum eduxit ex Syria. Qui licuit extra provinciam? Praebuit se mercennarium comitem regi Alexandrino. Quid hoc turpius? In Aegyptum venit; signa contulit cum Alexandrinis. Quando hoc bellum aut hic ordo aut populus susceperat? Cepit Alexandriam. Quid aliud exspectamus a furore eius, nisi ut ad senatum tantis de rebus gestis litteras mittat? 50. Hic si mentis esset suae, nisi poenas patriae disque immortalibus eas, quae gravissimae sunt, furore atque insania penderet, ausus esset — mitto exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi Romani aut senatus accedere, quae cum plurimae leges veteres, tum lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecuniis repetundis planissime vetat; sed haec omitto —: ille si non acerrime fureret, auderet, quam provinciam P. Lentulus amicissimus huic ordini, cum et auctoritate senatus et sorte haberet, interposita religione sine ulla dubitatione deposuisset, eam sibi adsciscere, cum, etiam si religio non impediret, mos maiorum tamen et exempla et gravissimae legum poenae vetarent?

XXII. 51. Et quoniam fortunarum contentionem facere coepimus, de reditu Gabinii omittamus; quem etsi sibi ipse praecidit, ego tamen, os ut videam hominis, exspecto. Tuum, si placet, reditum cum meo conferamus. Ac meus quidem is fuit, ut a Brundisio usque Romam agmen perpetuum totius Italiae viderit. Neque enim regio ulla fuit nec municipium neque praefectura aut colonia, ex qua non ad me publice venerint gratulatum. Quid dicam adventus meos? quid effusiones hominum ex oppidis? quid concursus ex agris patrum familias cum coniugibus ac liberis? quid eos dies, qui quasi deorum immortalium festi atque sollemnes apud omnes sunt adventu meo redituque celebrati? 52. Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, cum in patriam redii, cum senatum egressum vidi populumque universum, cum mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum progredi visa est. Quae me ita accepit, ut non modo omnium generum, aetatum, ordinum omnes viri ac mulieres, omnis fortunae ac loci, sed etiam moenia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa laetari. Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules, patres conscripti col-

---

riculoque): *mei capitis pretio periculoque* C — *is* T; *his* C — 2. *praebuit se* T et Faërnus: *praebuisse* V; *tribuit se* C — 2. *mercennarium* V E S (et haud dubie T): *mercenarium* F G O — *alexandro* C, sed in S corr. *Alexandrino* — 4. *populos* E — 9. *Romani* T: om. V C O — *aut* T C: *ac* V O — 10. *cum lex* S — *maiestatis Cornelia* T solus; *C. maiestas* E F — 11. fort. *tum Iulia* — *repetendis* E (non G) — *vetat* T V: *vetant* C O — 13. *cum ex auctoritate* V — 15. *sibi tum adsciscere* edd. vett. contra codd. — 16. *poenae* om. E solus; *et grav. - - vetarent* habet Arusianus p. 255 L. — 17. *Et* V: *sed* C O — 19. *gabini* F — 20. *a* C: *e* V — *Brundusio* F G S — 21. *viderit* (scil. reditus) V: *viderem* C O; *viderim* coni. Garatoni. — *ulla fuit* V: *fuit ulla* C O — *nec* V: *neque* C — 22. *ad me publice* V: *publ. ad me* C O — 24. *concursus* V: *concursum* E F G S; *occursum* M — 26. *apud omnes* E F: *apud homines* V; om. S M — 27. *fuit cum* V: *fuit quo* C O — 28. *populumque* V: *populumque Romanum* C O — *ipsa mihi* F — 29. *conuisa* E; fort. *convulsa ex sedibus suis*, ut est in Verr. V, § 186. — 30. *progredi* V: *procedere* C. Cf. Bake IV, p. 306. — 31. *et mul.* F — 33. *me - - censuerunt* habet A — *quam expilaras* om. codd. Asc. — 34. *p. conscripti* V C: *pret.* codd. Asc., sed Laur. *patres* (ex confusione compendiorum *pr.* et *p. c.*) — *conlocaverunt* E; *collocarunt* A.

locaverunt mihique, quod ante me nemini, pecunia publica aedificandam domum censuerunt.

53. Habes reditum meum. Confer nunc vicissim tuum, quando quidem amisso exercitu nihil incolume domum praeter os illud tuum pristinum rettulisti: qui primum qua veneris cum laureatis tuis lictoribus, quis scit? Quos tu Maeandros, dum omnes solitudines persequeris, quae deverticula flexionesque quaesisti? quod te municipium vidit? quis amicus invitavit? quis hospes adspexit? Nonne tibi nox erat pro die, solitudo pro frequentia, caupona pro oppido? non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur. XXIII. Romam vero ipsam, o familiae non dicam Calpurniae, sed Calventiae, neque huius urbis, sed Placentini municipii, neque paterni generis, sed bracatae cognationis dedecus, quem ad modum ingressus es? quis tibi non dicam horum aut civium ceterorum, sed tuorum legatorum obviam venit? 54. Mecum enim L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus atque iis consiliis, quibus mecum in consulatu meo coniunctus fuit ad conservandam rem publicam, dignior, mecum fuit tum, cum te quidam non longe a porta cum lictoribus errantem visum esse narraret. Scio item virum fortem in primis, belli ac rei militaris peritum, familiarem meum Q. Marcium, quorum tu legatorum opera in proelio imperator appellatus eras, cum longe afuisses, adventu isto tuo domi fuisse otiosum. 55. Sed quid ego numero, qui tibi obviam non venerint? quin dico venisse paene neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum, cum vulgo essent et illo ipso et multis ante diebus admoniti et rogati. Togulae lictoribus ad portam praesto fuerunt; quibus illi acceptis sagula reiecerunt, catervam imperatori suo novam praebuerunt. Sic iste a tanto exercitu tantae provinciae triennio post Macedonicus imperator in urbem se intulit, ut nullius negotiatoris

---

1. *antea nemini* A — *pecuniam publicam ad aedif.* M et codd. Asc. — 3. *tuum. Qui quidem* Bake. — 4. *tuum prist.* V: *prist. tuum* E S O (*tuum retulisti prist.* F) — 5. *rettulisti* M: *retulisti* O — 6. *qui scit* E S — *omnis* V — 7. *quae* om. V. Poterat Bake, qui vv. *quae dev. flexionesque* pro glossemate habet, hac omissione ad opinionem suam confirmandam uti. — 7. *diverticula* C — 8. *qui hospes* O errore operarum. — *aspexit* F G S — 9. *solitudo* V: *non solitudo* C — 10. *infamis* V C: *in funus* cod. Ursini prob. Garatonio. — *efferri* S — 11. *Romam vero ipsam, o familiae -- quem ad modum ingressus est* (sic) Arusianus (s. v. *ingressus loca* p. 239 L.): *Romam vero ipsam foedavit adventus tuus. O familiae -- quemadmodum venisti* codd. Tulliani et O, nisi quod *foedavit* a V abest. «Patet tria vv. *foedavit adventus tui* temere aliquem adiecisse, qui mancam sententiam crederet, cum propter interposita longius protrahatur. Hac adiectione recepta iam consequens illud fuit, ut *ingressus es* tolleretur, quod absolute positum facile omnes offenderet; atque ita *venisti* suppositum fuit.» Garatoni. — *Calpurniae et huius urbis sed Placentini municipii et bracatae cognationis* ceteris om. Arusianus. Sic Ciceronem ipsum scripsisse statuit Wunderus p. XLIX sq.; cf. etiam Garat. adnot. — 13. *bracatae* C (et haud dubie V, ut idem habet in or. p. Font. p. 472, 15 *bragatorum*): *braccatae* O — 15. *enim* V: *enim tum* C — 17. *servandam* G — 19. *narraret* V: *narrabat* C — 20. *legatorum opera in proelio* V: *legatorum proelio* C O — 21. *cum longe adfuisses* (?) V; *cum non longe affuisses* C; *cum longe abfuisses* O — 22. *numero* V: *enumero* C O — 23. *quin dico* Ieepius (coll. Somn. Scip. § 15 et Liv. VIII, 32, 6): *cui dico* V (cf. var. lect. ad p. 1090, 5); *qui dico* C; [*cui*] *dico* O ex sententia Ern. et Garat. — 26. *catervam* V: *et catervam* C O — 27. *a* V: om. C O — *tantae provinciae* V: *tanta provincia* C O — 28. *macedoniis* E — *ut ne ullius* V.

obscurissimi reditus umquam fuerit desertior. In quo me tamen, qui esset paratus ad se defendendum, reprehendit. Cum ego eum Caelimontana introisse dixissem, sponsione me, ni Esquilina introisset, homo promptus lacessivit: quasi vero id aut ego scire debuerim aut vestrum quisquam audierit aut ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali, quae porta Macedonicis semper consulibus ante te patuit. Tu inventus es, qui consulari imperio praeditus ex Macedonia non triumphares.

XXIV. 56. At audistis, patres conscripti, philosophi vocem: negavit se triumphi cupidum umquam fuisse. O scelus, o pestis, o labes! Cum exstinguebus senatum, vendebas auctoritatem huius ordinis, addicebas tribuno pl. consulatum tuum, rem publicam evertebas, prodebas caput et salutem meam mercede provinciae: si triumphum non cupiebas, cuius tandem te rei cupiditate arsisse defendes? Saepe enim vidi, qui et mihi et ceteris cupidiores provinciae viderentur, triumphi nomine tegere atque celare cupiditatem suam. Hoc D. Silanus consul in hoc ordine, hoc meus etiam collega dicebat. Neque enim quisquam potest exercitum cupere aperteque petere, ut non praetexat cupiditatem triumphi. 57. Quod si te senatus populusque Romanus aut non appetentem aut etiam recusantem bellum suscipere, exercitum ducere coëgisset, tamen erat angusti animi atque demissi iusti triumphi honorem dignitatemque contemnere. Nam ut levitatis est inanem aucupari rumorem et omnes umbras etiam falsae gloriae consectari, sic est animi lucem splendoremque fugientis iustam gloriam, qui est fructus verae virtutis honestissimus, repudiare. Cum vero non modo non postulante atque cogente, sed invito atque oppresso senatu, non modo nullo populi Romani studio, sed nullo ferente suffragium libero provincia tibi ista manupretium fuerit non eversae per te, sed perditae civitatis, cumque omnium tuorum scelerum haec pactio exstiterit, ut, si tu totam rem publicam nefariis latronibus tradidisses, Macedonia tibi ob eam rem quibus tu velles finibus traderetur; cum exhauriebas aerarium, cum orbabas Italiam iuventute, cum mare vastissimum hieme transibas: si

---

2. *eum* om. C (*Quem ego cum* Bake) — *celi montana porta* C — 3. *sponsione me ni* V: *responsione* (*responsio* F) *me menia* E F G P; *responsione me via* S — *introisse* E — 4. *promptus* V: *promptissimus* C — 5. *quisquam* V: *quispiam* C — *aut quidquam ad rem* Lamb. in marg. — 6. *Quae porta -- patuit, ea tu inventus es, qui -- non introires* coni. Bake. — *consulibus* V C: *proconsulibus* O; cf. Garat. ad h. l. — *tu unus inventus* coni. Orelli. — 13. *mercede* V pr. m.: *una mercede* V sup. lin., C O — 14. *te rei* V: *rei te* C O (sed om. G *te*) — 16. *celare* V: *velare* C O — *hoc dicebat Silanus* V; *hoc modo dicimus silanus* E; *hoc modo D. syllanus* S; *hoc non decimus sylanus* F; *hoc modo D. Silanus* O. «Ex Silani praenomine *D.* verbum *dicebat* exortum puto vocemque *modo* libenter deleo; quae tum glossam sapit, quasi *hoc modo* pro *ita* positum fuerit, tum ad tempus relata, uti debet, neque necessaria est neque opportuna, cum Silanus anno iam DCXCI consulatum gessisset.» Garatoni. — 19. *senatus P. R.* V, unde Faërnus: *senatus, si pop. Ro.* — 21. *dimissi* C — *iusti* V: *iussi* E G P; om. F S — *dignitatemque* V: *atque dignitatem* C — 23. *et* V: *ut* C — *omnis* V C — *sic est animi* Lambinus: *sic est levis animis* V; *sic levis est animi* C O cum commate post *animi*; cf. Wund. p. LIV. — 28. *sed* C: *et* V, unde probabiliter Faërnus: *fuerit eversae per te et perditae* — *proditae* Turnebus. — 31. *velles finibus* V: *finibus velles* C O — *traderetur* Faërnus: *utraderetur* V; *ut traderetur* V corr.; *redderetur* C O — 32. *transiebas* V; *transmeabas* coni. Lamb.; Garat., si quid

triumphum contemnebas, quae te, praedo amentissime, nisi praedae ac rapinarum cupiditas tam caeca rapiebat? 58. Non est integrum Cn. Pompeio consilio iam uti tuo; erravit enim. Non gustarat istam tuam philosophiam: ter iam homo stultus triumphavit. Crasse, pudet me tui. Quid est quod confecto per te formidolosissimo bello coronam illam lauream tibi tanto opere decerni volueris a senatu? P. Servili, Q. Metelle, C. Curio, L. Afrani, cur hunc non audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quam in istum errorem induceremini? C. ipsi Pomptino, necessario meo, iam non est integrum; religionibus enim susceptis impeditur. O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! amentem Paulum, rusticum Marium, nullius consilii patres horum amborum consulum, qui triumpharint!

XXV. 59. Sed quoniam praeterita mutare non possumus, quid cessat hic homullus, ex argilla et luto fictus Epicurus, dare haec praeclara praecepta sapientiae clarissimo et summo imperatori, genero suo? Fertur ille vir, mihi crede, gloria; flagrat, ardet cupiditate iusti et magni triumphi. Non didicit eadem ista quae tu. Mitte ad eum libellum; et si iam ipse coram congredi poteris, meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas. Valebis apud hominem volitantem gloriae cupiditate vir moderatus et constans, apud indoctum eruditus, apud generum socer. Dices enim, ut es homo factus ad persuadendum, concinnus, perfectus, politus ex schola: «Quid est, Caesar, quod te supplicationes totiens iam decretae, tot dierum tanto opere delectent? in quibus homines errore ducuntur, quas di negligunt, qui, ut noster divinus ille dixit Epicurus, neque propitii cuiquam esse solent neque irati.» Non facies fidem scilicet, cum haec disputabis: tibi enim et esse et fuisse videbit iratos. 60. Vertes te ad alteram scholam; disseres de triumpho: «Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis et tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta paene puerorum, captare plausus, vehi per urbem, conspici velle: quibus ex

---

lateat in illo *transiebas*, potius mavult *traiiciebas* (immo *transiciebas*); sed confert ipse Corn. Nep. Ham. c. 4. *posteaquam mare transiit.* — 1. *praeda* C — 5. *tui quidem quod* V — *per te* om. F S — 6. *auream* V — *tanto opere* habet V hic et v. 24. — 7. *quinte* E G — *luci afrane* V; *P. Africane* C — *hunc non* V: *non hunc* C O — 9. *C.*] *cum* E — *Pomptino* V: *Pontino* C — 10. *O stultos -- triumpharint* habet A — *Furios* codd. Asc. — 11. *amentem* V et cod. Riccardianus Asconii: *camertem* E; *vomentem* F; *o amentem* S O (rell. codd. Asc. *ornamentum* vel *soornamentum*) — 12. *istorum* M et edd. vett. — *triumpharint* V: *triumpharunt* A C — 15. *homillus* V pr. m.; *homulus* M; *homullus -- fictus* affert Prisc. III, 6, § 34. — *factus* V — *Epicurus* V: *Epicureus* C — *praeclara* V: *paratae clara* E F G P; *parate* S — 16. *et clarissimo* F — 17. *fervet ille* coni. Lamb. — 19. *et si iam* V: *Sed iam, si* C O; *Etiam, si* Bake. — 20. *restringas* G — 22. *factus* A. Augustinus: *facetus* codd. — 23. *perfectus* delendum censet Dobree in *Advers.* II, p. 376. — *ex scola* V M; *e schola* vel *e scola* (sic E G) rell. et O — *Quid -- delectant* (sic) affert rhetor incertus in *Anecdotis Paris.* p. 3. — 24. *toties* O — *iam* V: om. C et Anecd. Par. — 25. *delectent* V: *delectant* vel *delectantur* C — 26. *divinus ille* V: *ille div.* C O (sed G *ille noster div.*) — 28. *videbit iratos* V: *deos videbis iratos* C — 30. *simulachra* E — 33. *per orbem* G.

rebus nihil est quod solidum tenere, nihil quod referre ad voluptatem corporis possis. 61. Quin tu me vides, qui, ex qua provincia T. Flamininus, L. Paulus, Q. Metellus, T. Didius, innumerabiles alii levitate et cupiditate commoti triumpharunt, ex ea sic redii, ut ad portam Esquilinam Macedonicam lauream conculcarim, ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam Caelimontanam sitiens pervenerim: quo in loco mihi libertus praeclaro imperatori domum ex hac die biduo ante conduxerat; quae vacua si non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem. Nummus interea mihi, Caesar, neglectis ferculis triumphalibus domi manet et manebit. Rationes ad aerarium continuo, sicut lex tua iubebat, detuli, neque alia ulla in re legi tuae parui. Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus quam mihi litteras profuisse. Ita enim sunt perscriptae scite et litterate, ut scriba, ad aerarium qui eas rettulit, perscriptis rationibus secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit:

ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.»

Hac tu oratione non dubito quin illum iam escendentem in currum revocare possis. XXVI. 62. O tenebrae, lutum, sordes, o paterni generis oblite, materni vix memor! Ita nescio quid istuc fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi praecone, avo tuo, dignum esse videatur. L. Crassus, homo sapientissimus nostrae civitatis, spiculis prope scrutatus est Alpes, ut, ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quaereret: eadem cupiditate vir summo ingenio praeditus, C. Cotta, nullo certo hoste flagravit. Eorum neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors praeripuit. Irrisa est abs te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi, a qua te longe dixisti abhorrere: qui etiam si minus magnum bellum gesserat, ut abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum non putavit. Tu eruditior quam Piso, prudentior quam Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia quam Crassus; ea contemnis, quae illi idiotae, ut tu appellas, praeclara duxerunt. 63. Quod si reprehendis, quod cupidi coronae laureae fuerint, cum bella aut parva aut nulla gessissent, tu

---

2. *flaminius* codd. plerique. — 3. *levitate et* V: *levi* C O — 5. *conculcari* G P; *conculcarit* E — 6. *a male* V, fort. ex *ac male* — 9. *...terea -- vides quo...* p. 1089, 5 habet T — *mi Caesar* T — *ferculis* T V: *vehiculis* C — 10. *ad aer. continuo sicut lex tua iubebat detuli* V: *ad aer. retuli continuo, sicut tua lex iubebat* codd. rell. (etiam T, ut videtur) et O. Cf. ep. ad Fam. V, 20, 2: *Itaque huic loco primum respondeo, me, quamquam iustis de causis rationes deferre properarim, tamen te exspectaturum fuisse, nisi* cet. — 11. *ulla* om. T — 13. *scitae et litteratae* E P (non G) — 14. vv. *perscriptis rationibus* delenda censuerunt Schuetzius et Dobree in Advers. II, p. 376. — 16. *hercule* V — *argentum oechete* V S; *argutum et doctum te thecae (thece)* E G P; *argentum et doctum* cum lac. F — 17. *escendentem* T: *ascendentem* V, ut videtur, C O; cf. p. 835, 15 et ad p. 534, 8. — 18. *possis revocare* C — *o tenebrae lutum sordes* T; *o tenebrae o lutum o sordes* codd. rell. et O, prob. Seyfferto (*epist. crit. ad Halmium* p. 47), qui confert § 56: *o scelus, o pestis, o labes!* Nec tamen noster locus plane geminus est, cum alia forma exclamatio continuetur. — 19. *istud* V M — 22. *speculis* G, *peculiis* V — *alpis* V — *erat tibi* O errore operarum. — 23. *eadem -- quam Piso* habet A — 25. *praeripuit* T: *peremit* V; *ademit* A C — 26. *inrisa* T — *aps te* T; *a te* A — 28. *ut abs te dictum est* om. A — *omittendum* vel *emittendum* codd. Asc. — 29. *pudentior* Bake; *doctior* M — 30. *ea* om. Faernus (ex V?) — 31. *dixerunt* E — *quos si repr.* susp. Garatoni. — 32. *coronae laureae* V C (ut est § 58): *laureae* O cum T, si fides est Peyronii silentio. Receptam lectionem multis exemplis Garat. firmavit. — *fuerunt* V G.

tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, praemia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti. Neque vero contemsisti, sis licet Themista sapientior, sed os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti.

Iam vides, quoniam quidem ita mihimet fui inimicus, ut me tecum compararem, et digressum meum et absentiam et reditum ita longe tuo praestitisse, ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint. 64. Num etiam in hac quotidiana assidua urbanaque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriam nobis aut, ut verius dicam, cuiquam es infimo ac despicatissimo antelaturus? XXVII. Age, senatus odit te, quod eum tu facere iure concedis, afflictorem ac perditorem non modo dignitatis et auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui: videre equites Romani non possunt, quo ex ordine vir praestantissimus et ornatissimus, L. Aelius, est te consule relegatus: plebs Romana perditum cupit, in cuius tu infamiam ea, quae per latrones et per servos de me egeras, contulisti: Italia cuncta exsecratur, cuius idem tu superbissime decreta et preces repudiasti. 65. Fac huius odii tanti ac tam universi periculum, si audes. Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi, quales non modo numquam fuerunt, sed ne quo modo fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari. Da te populo, committe ludis. Sibilum metuis? ubi sunt vestrae scholae? Ne acclametur times? ne id quidem est curare philosophi. Manus tibi ne afferantur? dolor enim est malum, ut tu disputas: existimatio, dedecus, infamia, turpitudo verba atque ineptiae. Sed de hoc non dubito: non audebit accedere ad ludos. 66. Convivium publicum non dignitatis causa inibit — nisi forte, ut cum patribus conscriptis, hoc est, cum amatoribus suis cenet —, sed plane animi sui causa: ludos nobis idiotis relinquet; solet enim in disputationibus suis oculorum et aurium delectationi abdominis voluptates anteferre. Nam quod vobis iste tantum modo improbus, crudelis, olim furunculus, nunc vero etiam rapax, quod sordidus, quod contumax, quod superbus, quod fallax, quod perfidiosus, quod impu-

---

3. *sis* T V S: om. E F G M — *sed* T V S: *si* E F G M P — 4. *verberare* S — 5. *quandoquidem* S M — *ita met mihi* V, unde probabiliter Garatoni: *ita egomet mihi* — 6. *digressum* V C: *degressum* O cum Lamb. — 8. *Num etiam -- nolite* p. 1090, 2 habet T — *num* T V: *nunc* C — 9. *assiduaque* E S — *et urbana* S — super *domesticam* legitur in T *modestiam* — 10. *forense* T — 11. *ut* om. C — *es* hic om. V et habet *sis* ante *antelaturus* — *infimo* T V: *infirmissimo* C — *despicatissimo* Lambinus (cf. Verr. III, § 98. p. Sest. § 36): *desperatissimo* codd. et O — 13. *ac* V E G: *et* T (?) F M S — *proditorem* M — 14. *et nominis* G — *romani nolunt non possunt* V — 15. *et ornatissimus* om. M et edd. vett. — 16. *religatus* E F — 17. *et* om. V — 18. *item* V, ut etiam Ernesti voluit. — 19. *tam* om. M — 20. *instant -- suspicari* habet A — *paratissimi* C — 21. *unquam* aliquot codices Asconiani. — *quo* omittunt codd. Asc. — *quidem fieri* duo codd. Asc. et ed. princ. Asc. — 22. *possunt* E (non G) — *committe te* coni. Ernesti. — 23. *times* V: om. codd. rell. et O, qui habent *times* post *afferantur*; omnino delevit Klotzius. — 24. *currae* T — 25. *ut tu* T (sed sup. lin.): *ut* codd. rell. et O — 26. *verba* T V: *verba sunt* C — *atque* T sup. lin. habet. — *sed haec non dubito. nam non audebit* V, quod foret, ut recte Garat. explicuit: sed haec metui a Pisone non dubito; *nam* cet. — *audebis* M — 27. *causa* T C: *gratia* V (?) edd. vett. — 28. *amatoribus* V: *maioribus* T C — 29. *coenet* O — 30. *enim* T V: om. C — *abdomini* S — 32. *olim -- rapax* affert Prisc. III, 6, § 34

dens, quod audax esse videatur, nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil protervius, nihil nequius. 67. Luxuriem autem nolite in isto hanc cogitare: est enim quaedam, quamquam omnis est vitiosa atque turpis, tamen ingenuo ac libero dignior. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum — laudabo inimicum —; quin ne magno opere quidem quidquam praeter libidines sumptuosum. Toreuma nullum, maximi calices, et ii, ne contemnere suos videatur, Placentini; exstructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida. Servi sordidati ministrant, nonnulli etiam senes; idem coquus, idem atriensis; pistor domi nullus, nulla cella; panis et vinum a propola atque de cupa; Graeci stipati, quini in lectis, saepe plures; ipse solus: bibitur usque eo, dum de † solio ministretur. Ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat: mensam tolli iubet.

XXVIII. 68. Dicet aliquis: unde haec tibi nota sunt? Non me hercules contumeliae causa describam quemquam, praesertim ingeniosum hominem atque eruditum, cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, possum. Est quidam Graecus, qui cum isto vivit, homo, ut vere dicam — sic enim cognovi — humanus, sed tam diu, quam diu cum aliis est aut ipse secum. Is cum istum adolescentem iam tum hac dis irata fronte vidisset, non fastidivit eius amicitiam, cum esset praesertim appetitus: dedit se in consuetudinem, sic ut prorsus una viveret nec fere umquam ab eo discederet. Non apud indoctos, sed, ut ego arbitror, in hominum eruditissimorum et humanissimorum coetu loquor. Audistis profecto dici philosophos Epicureos omnes res, quae sint homini expetendae, voluptate metiri. Rectene an secus, nihil ad nos, aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus: sed tamen lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti est saepe praeceps. 69. Itaque admissarius iste, simul atque audivit voluptatem a philosopho tanto opere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinnivit, ut non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur. Graecus primo distinguere et dividere illa, quem ad modum dicerentur: iste claudus,

---

1. *videtur* Madvigius ad Cic. de Finn. p. 51, at v. ad p. 831, 16. — 1. *proterbius* V; *posterius* C et T, ut videtur, ut codd. habent de Prov. cons. § 8. Cf. Garat. ad h. l. — *luxuriem* T: *luxuriam* codd. rell. et O; cf. ad p. 1008, 8. — *in isto nolite* C — 5. *quin ne* scripsi: *cui ne* V; *ne* C O — 7. *maxumi* P — *et ii* Klotzius: *et hi* codices et O — 8. *conchiliis* E — 10. *propola* Manutius: *propula* V; *propala* C — 11. *lectis* V: *lectulis* C. Cf. Hor. Sat. I, 4, 86. — 12. *bibitur usque eo dum* V: *bibiturus que eodem* C — *de solio* codd.: *de dolio* coni. A. Augustinus, speciosius T. Baden (*Archiv für Philologie u. Päd.* II, p. 352): *de dolio imo* — *ministrentur* C — 14. *haec tibi* C: *tibi haec* V(?) O — *me hercules* V: *mehercle* E S; *mehercule* F G O — 16. *esse ego* V E: *ego esse* F G M S — 17. *possim* coni. Garatoni; at v. or. Verr. IV, § 14. 20. 88. 115 cet. et cf. Heinrich ad Cic. de Rep. p. 166. — *Est -- secum* habet A — *ut vere* V: *vere ut* A C O. Utrumque Cic. dixit; v. supra § 64. de Prov. cons. § 19 cet. — 18. *sed tam diu aut cum* codd. Asc. — 19. *tum* V: *tum cum* C O — *hac distracta fronte* V — 20. *fastidivit* V: *fugit* C — 22. *umquam ab eo* V: *ab isto umquam* C O — 23. *humanissimo* E — 24. *omnis* V S — *sint* Faërnus (ex V?): *sunt* C O — 25. *rectene an* Garatoni: *recteneant* V; *recte nam* E; *recte an* F S O — 26. *tamen* om. G — 27. *intellegenti est* V: *est* om. C O — 28. *vol. a phil.* V E G: *a phil. vol.* F S — 29. *omnis* G S — 30. *sic ab illis* E solus. — *adhinniit* C — 32. *et* V: *atque* C O — *claudos quemadmodum aiunt pilam* Ursini. — *quem ad modum* V: *quo modo* C. Cf. in Verr. V, § 53. Lael. § 19.

quem ad modum aiunt, pilam: retinere quod acceperat, testificari, tabellas obsignare velle, Epicurum desertum dicere; etenim dicit, ut opinor, se nullum bonum intelligere posse demptis corporis voluptatibus. 70. Quid multa? Graecus facilis et valde venustus nimis pugnax contra imperatorem populi Romani esse noluit. XXIX. Est autem hic, de quo loquor, non philosophia solum, sed etiam ceteris studiis, quae fere [ceteros] Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poëma porro facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. In quo reprehendat eum licet si qui volet, modo leviter, non ut improbum, non ut audacem, non ut impurum, sed ut Graeculum, ut assentatorem, ut poëtam. Devenit autem seu potius incidit in istum eodem deceptus supercilio Graecus atque advena, quo tot sapientes et tanta civitas. Revocare se non poterat familiaritate implicatus, et simul inconstantiae famam verebatur. Rogatus, invitatus, coactus ita multa ad istum de isto quoque scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, omnia cenarum conviviorumque genera, adulteria denique eius delicatissimis versibus expresserit. 71. In quibus si qui velit possit istius tamquam in speculo vitam intueri: ex quibus multa a multis lecta et audita recitarem, ni vererer ne hoc ipsum genus orationis, quo nunc utor, ab huius loci more abhorreret: et simul de ipso, qui scripsit, detrahi nihil volo. Qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior et gravior esse potuisset: sed eum casus in hanc consuetudinem scribendi induxit, philosopho valde indignam: si quidem philosophia, ut fertur, virtutis continet et officii et bene vivendi disciplinam: quam qui profitetur, gravissimam sustinere mihi personam videtur. 72. Sed idem casus illum ignarum quid profiteretur, cum se philosophum esse diceret, istius impurissimae atque intemperantissimae pecudis caeno et sordibus inquinavit.

Qui modo cum res gestas consulatus mei collaudasset, quae quidem collaudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat paene turpis, «non illa tibi», inquit, «invidia nocuit, sed versus tui.» Nimis magna poena te consule constituta est sive malo poëtae sive libero. «Scripsisti enim:

---

2. *tabellas* V C: *tabulas* edd. vett. — *epicureum* V M — *desertum dicere; etenim* Madvigius (ad Cic. de Finn. p. 148): *disertum dicere. est tamen* V O; *disertum* (*diserte* E G P) *decernere* C. «Piso Ep. desertum clamabat ab iis, qui dogma de corporis voluptate tenerent.» Pro *etenim* possis etiam *ita enim* scribere. (*desertum* Ieepius quoque emendatione Madvigii non cognita coniecit, sed pergit deinde: *Est tamen; dicit, ut opinor* cet.) — 5. *imperatorem* V: *senatorem* C — 6. *etiam ceteris studiis quae* V: *etiam litteris quod* C O — 7. *ceteros* auctore Orellio inclusimus. — 9. *volet modo* C: *modo vult* V; *vult, modo* Faërnus. — 10. *non ut impurum* in C O est post *leviter* — 11. *autem seu potius* V: *aut potius* C O — 12. *tot sapientes* V: *tam* (E *tamen*) *sapiens* C O — 13. *se revocare* F M — *famil. implicatus* habet Prisc. IX, 7, 37. — 15. *de isto ad istum* G — *quoque* V: om. G — *omnes* V: *omnes hominis* C O — *omnia stupra* V: om. C — 16. *coenarum* O — *conv. genera* V: *genera conv.* C O — *denique* V: om. C — 17. *si qui* V C: *si quis* edd. vett. — 19. *ni vererer* V: *nisi vererer* C O. Illud est in eadem formula in or. Verr. IV, § 55 et in ep. ad Fam. VI, 6, 4, quos locos Garat. comparavit. — *quo non ut ora huius* E (non G) — 20. *nihil volo* V: *nolo* F M S; *volo* E G P — 25. *confitetur* V — *mihi sustinere* C — 26. *gnarum* P. Victorius, *non ignarum* Lambinus; at v. Garat. ad h. l. — *qui se* Bake IV, p. 309. — 27. *intemperatissime* F — 28. *coeno* O — 29. *cum* om. F S — 30. *conlaudatio* V: *laudatio* C O — 31. *illa* V F: *ulla* E G M S — 32. *enim* V: *enim versus* C.

cedant arma togae.» Quid tum? «Haec res tibi fluctus illos excitavit.» At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod te consule in sepulcro rei publicae incisum est: «velitis iubeatis, ut, quod M. Cicero versum fecerit», sed «quod vindicarit.»

XXX. 73. Verum tamen, quoniam te non Aristarchum, sed Phalarin grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poëtam armis persequare, scire cupio, quid tandem in isto versu reprehendas «cedant arma togae.» — «Tuae dicis» inquit «togae summum imperatorem esse cessurum.» Quid nunc te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed fustibus. Non dixi hanc togam, qua sum amictus, nec arma scutum aut gladium unius imperatoris, sed, quia pacis est insigne et otii toga, contra autem arma tumultus atque belli, poëtarum more locutus hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio concessurum. 74. Quaere ex familiari tuo, Graeco illo poëta: probabit genus ipsum et agnoscet, neque te nihil sapere mirabitur. «At in altero illo» inquit «haeres: concedat laurea laudi.» Immo me hercule habeo tibi gratiam; haererem enim, nisi tu me expedisses. Nam cum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abiecisti, indicasti non modo amplissimae, sed etiam minimae laudi lauream concessisse. Atque ista oratione hoc tamen intelligi, scelerate, vis, Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum: ut, si versus mihi nocuerit, ab eo, quem is versus offenderit, videatur mihi pernicies esse quaesita. 75. Omitto nihil istum versum pertinuisse ad illum; non fuisse meum, quem quantum potuissem multis saepe orationibus scriptisque decorassem, hunc uno violare versu. Sed sit offensus. Primo nonne compensabit cum uno versiculo tot mea volumina laudum suarum? Quod si est commotus, ad perniciemne non dicam amicissimi, non ita de sua laude meriti, non ita de re publica, non consularis, non senatoris, non civis, non liberi: — in hominis caput ille tam crudelis propter versum fuisset? XXXI. Tu quid, tu apud quos, tu de quo dicas, intelligis? Complecti vis amplissimos viros ad tuum et Gabinii scelus, neque id

---

1. *quid tu* S — *res* om. E solus. — 2. *in eo elogio* - - *incisum est* affert Arusianus p. 242 L. — 3. *ut quod* V: *ut non quod* C — 4. vv. *sed quod vindicarit* Ernestio et Garat. adiecticia videntur. — 5. *Phalarin* Faërnus ex V, ut videtur: *Phalarim* C — 7. *in isto* V G M: *isto in* E F S O — *reprehendis* F — 11. *arma, scutum* prave O — *aut* V: *et* C O — *quia* V: *quae* E G; *quod* F S O — 13. *more poetarum* C — *conlocutus* V, unde Lambinus *tum locutus*; fort. *cum locutus sum* — 14. *cessurum* G — 15. *probabis* - - *agnosces* E G — 16. *illo altero* C — «*laudi* recte hic se habere, recte de Offic. I, 22, 77 *linguae* mihi persuasum est: nam observante Beiero l. l. p. 181 voc. nimis invidiosum postea permutare cum modestiore poterat.» Orelli. At in loco quoque de Off. libri meliores *laudi* habent; sed *linguae* est in codd. Quintil. XI, 1, 24, etiam in Bamb. — 17. *tu me*] *me*, quod habet etiam V, delendum censuit Faërnus. — 19. *e* V: om. C — *indicasti* V F: *iudicasti* E S, quod praefert Bake explicans: illo facto tuo demonstrasti sic te iudicare et sentire. — 20. *etiam* om. G — 21. *oratione* V E G: *ratione* F S O — *hoc*] hic deficit praestantissimus V — *intelligis* C — 22. *mihi non nocuerit* E — 24. *meum* F S: *eum* E G P — 26. *violarem* E F G P. Ex hac lectione et superiore *eum* suspiceris: *non fuisse me eum, qui quem* - - *decorassem, hoc uno violarem versu.* — *primum* malim. — 27. *quo si est commotus* Bake; *quod si esset commotus* Schuetzius probabilius. — 28. *ad perniciem* unus codex Faërni. — 30. *sed in hominis* susp. Hotomanus. — 31. *tu quid* E et Lambinus: *tu quidem* mei rell. — *tu de quo* E: *de quo* F S — 32. *complecti vis* E: *complecteris* F S O.

occulte. Nam paulo ante dixisti me cum iis confligere, quos despicerem, non attingere eos, qui plus possent, quibus iratus esse deberem. Quorum quidem — quis enim non intelligit, quos dicas? — quamquam non est causa una omnium, tamen est omnium mihi probata. 76. Me Cn. Pompeius, multis obsistentibus eius erga me studio atque amori, semper dilexit, semper sua coniunctione dignissimum iudicavit, semper non modo incolumem, sed etiam amplissimum atque ornatissimum voluit esse. Vestrae fraudes, vestrum scelus, vestrae criminationes insidiarum mearum, illius periculorum, nefarie fictae, simul eorum, qui familiaritatis licentia suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius impulsu vestro collocarant, ut ego excluderer, omnesque, qui me, qui illius gloriam, qui rem publicam salvam esse cupiebant, sermone atque aditu prohiberentur: — quibus rebus est perfectum, ut illi plane stare suo iudicio non liceret, cum certi homines non studium eius a me alienassent, sed auxilium retardassent. 77. Nonne ad te L. Lentulus, qui tum erat praetor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum multique mortales oratum in Albanum obsecratumque venerant, ut ne meas fortunas desereret cum rei publicae salute coniunctas. Quos ille ad te et ad tuum collegam remisit, ut causam publicam susciperetis, ut ad senatum referretis: se contra armatum tribunum pl. sine publico consilio decertare nolle, sed consulibus ex senatus consulto rem publicam defendentibus se arma sumpturum. 78. Ecquid, infelix, recordaris, quid responderis? in quo illi omnes quidem, sed Torquatus praeter ceteros furebat contumacia responsi tui, te non esse tam fortem, quam ipse Torquatus in consulatu fuisset aut ego: nihil opus esse armis, nihil contentione; me posse rem publicam iterum servare, si cessissem; infinitam caedem fore, si restitissem: deinde ad extremum, neque se neque generum neque collegam suum tribuno pl. defuturum. Hic tu, hostis ac proditor, aliis me inimiciorem quam tibi debere esse dicis? XXXII. 79. Ego C. Caesarem non eadem de re publica sensisse quae me scio: sed tamen, quod iam de eo his audientibus saepe dixi, me ille sui totius consulatus eorumque honorum, quos cum proximis communicavit, socium esse voluit, detulit, invitavit, rogavit. Non sum propter nimiam fortasse constantiae cupiditatem adductus ad causam; non postulabam, ut

---

1. *me cum iis* S: *me is* F; *mecum hos* E — *despicere* S — 3. *quorum -- ego C.* v. 30 habet T — 4. *causa una* T: *una causa* C O — 5. *erga me eius* T — 8. *insid. mearum* om. F S; post *mearum* additum est in E F G M S (non item in T): *vestrae cupiditates provinciarum effecerunt* — 11. *colocarant* (ex *cōlocarant*) T (ut coni. Lambinus): *collocaverunt* C: *collocarant*, *vestrae cupiditates provinciarum effecerunt* edd. Incertum est num post *collocarant* verbum interciderit, an sit anacoluthos oratio sic instituta: *vestrae fraudes perfecerunt*, *ut illi stare suo iudicio non liceret.* — *qui mecum illius gloriam* coni. Bake. — 14. *stare in suo* T; *suo stare* C O — 18. *ut ne* T: *ne* C — 19. *salutem* E — 20. *remisit* om. E (habet G) — *sed contra* E — 21. *pl. sine*] *PL. INC* T — *publ. consilio* T: *cons. publ.* C O — *sed* Klotzius: *se* T; om. C O — 23. *suscepturum* aliquot edd. vett. — *haecquid* E; *et quid* F G S — *quid his responderis* E — 26. *esset armis nihil contione* T — 27. *rem p. iterum* T: *iterum rem p.* C O — *fore caedem* E solus. — 28. *neque te -- neque collegam tuum* susp. Garatoni, quamquam ipse vulgatam defendit. — 29. *tribunum pl.* T — *nòn defecturum* F S (*trib. non pl. defuturum* G) — 33. *honorum* om. F — 34. *..vit non -- montes rese..* p. 1094, 30 habet T, quod est extremum eius fragmentum. — *sum* T: *sum ego* C O.

ei carissimus essem, cuius ego ne beneficiis quidem sententiam meam tradidissem. Adducta res in certamen te consule putabatur, utrum quae superiore anno ille gessisset manerent an rescinderentur. Quid loquar plura? si tantum ille in me esse uno roboris et virtutis putavit, ut quae ipse gesserat conciderent, si ego restitissem, cur ego non ignoscam, si anteposuit suam salutem meae? 80. Sed praeterita mitto. Me ut Cn. Pompeius omnibus studiis suis, laboribus, vitae periculis complexus est, cum municipia pro me adiret, Italiae fidem imploraret, P. Lentulo consuli, auctori salutis meae, frequens assideret, senatus sententiam praestaret, in contionibus non modo se defensorem salutis meae, sed etiam supplicem pro me profiteretur: huius voluntatis eum, quem multum posse intelligebat, mihi non inimicum esse cognorat, socium sibi et adiutorem C. Caesarem adiunxit. Iam vides me tibi non inimicum, sed hostem, illis, quos describis, non modo non iratum, sed etiam amicum esse debere: quorum alter, id quod meminero, semper aeque mihi amicus fuit ac sibi, alter, id quod obliviscar, sibi aliquando amicior quam mihi. 81. Deinde hoc ita fit, ut viri fortes, etiam si ferro inter se comminus decertarint, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque deponant. Neque me ille odisse potuit umquam, ne tum quidem, cum dissidebamus. Habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem nosti, ut viros fortes species eius et pulchritudo etiam in hoste posita delectet. XXXIII. Equidem dicam ex animo, patres conscripti, quod sentio et quod vobis audientibus saepe iam dixi. Si mihi numquam amicus C. Caesar fuisset, si semper iratus; si semper aspernaretur amicitiam meam seque mihi implacabilem inexpiabilemque praeberet, tamen ei, cum tantas res gessisset gereretque quotidie, non amicus esse non possem. Cuius ego imperium, non Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem Germanorum immanissimis gentibus obiicio et oppono; perfecit ille, ut, si montes resedissent, amnes exaruissent, non naturae praesidio, sed victoria sua rebusque gestis Italiam munitam haberemus. 82. Sed cum me expetat, diligat, omni laude dignum putet, tu me a tuis inimicitiis ad simultatem revo-

1. *ne* om. E F G M P (*ne quidem sententiam meam beneficiis* S) — 2. *tradissem* T — 3. *an* om. G — 5. *quae* T: *ea quae* C O — *gessit* F — *cur ego* T et unus Oxon.: *ego* om. codd. rell. — 6. *mitto* T: *omitto* C — 7. *studiis suis* T: *suis studiis* C O — 9. *auctoris* T — *senatus* T: *senatui* C O; cf. Madvigii Opusc. I, p. 151 not. — 13. *C. Caesarem* glossema videtur Bakio p. 299. — *iamne vides -- debere?* Lamb.; at cf. § 63. — 14. *et hostem* E — 15. *meminero semper, aeque* edd.; verborum distinctionem correxit Bake p. 310. — 16. *amicus fuit* T E F G: *favit* S; *fuit* M; *fuit amicus* O — *sibi aliquando* T: *aliquando* om. F; *aliquando sibi* E S et O, qui comma ante *sibi* habet. — 18. *cominus* O — 19. *deponant* T: *ponant* C O — *neque* T E: *atque* F S — *potuit umquam* T: *umquam pot.* E O: *numquam pot.* F S — 20. *hoc habet* E solus. — 22. *deposita* F — 24. *fuisset si* T E: *fuisset sed* F S — 25. *si semper aspern.* T: *semper* om. C O — *seque* T: *seseque* C O — 27. *imperium* T et Oxon. H, ut iam Lamb. voluit: *imperio* T corr. C O; v. Bake p. 311 et cf. Eumenii Paneg. Const. Aug. c. 11, § 1: *neque enim Rheni iam gurgitibus, sed nominis tui terrore munimur.* — 28. *ascensum* T C — 29. *reni* E — 30. *resedissent* T F S: *residissent* E G; cf. Wesenberg ad Sestianam p. 63. — 31. *amnes*] *atque omnes* S — 32. *expetat* G S: *expectat* E F M — 33. *omne* E — *ad simultatem C. Caesaris* coni. Lamb.; aegre sane adiectio, ut *illius* vel *cum illo*, desideratur.

cabis? sic tuis sceleribus rei publicae praeterita fata refricabis? Quod quidem tu, qui bene nosses coniunctionem meam et Caesaris, eludebas, cum a me trementibus omnino labris, sed tamen, cur tibi nomen non deferrem, requirebas. Quamquam quod ad me attinet

numquam istam imminuam curam infitiando tibi,

tamen est mihi considerandum, quantum illi tantis rei publicae negotiis tantoque bello impedito ego homo amicissimus sollicitudinis atque oneris imponam. Nec despero tamen, quamquam languet iuventus nec perinde atque debebat in laudis et gloriae cupiditate versatur, futuros aliquos, qui abiectum hoc cadaver consularibus spoliis nudare non nolint, praesertim tam afflicto, tam inopi, tam infirmo, tam enervato reo: qui te ita gesseris, ut timeres ne indignus beneficio videreris, nisi eius, a quo missus eras, simillimus exstitisses.

XXXIV. 83. An vero tu parum putas investigatas esse a nobis labes imperii tui stragesque provinciae? quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis et cubilibus persecuti sumus. Notata a nobis sunt et prima illa scelera in adventu, cum, accepta pecunia a Dyrrachinis ob necem hospitis tui Platoris, eius ipsius domum evertisti, cuius sanguinem addixeras, eumque, servis symphoniacis et aliis muneribus acceptis, timentem multumque dubitantem confirmasti et Thessalonicam fide tua venire iussisti. Quem ne maiorum quidem more supplicio affecisti, cum miser ille securibus hospitis sui cervices subiicere gestiret, sed ei medico, quem tecum tum eduxeras, imperasti ut venas hominis incideret: cum quidem tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris Pleuratus eius comes, quem necasti verberibus summa senectute confectum. 84. Idemque tu Rabocentum, Bessicae gentis principem, cum te trecentis talentis regi Cotyi vendidisses, securi percussisti, cum ille ad te legatus in castra venisset et tibi magna praesidia et auxilia a Bessis peditum equitumque polliceretur; neque eum solum, sed etiam ceteros legatos, qui simul venerant: quorum omnium capita regi Cotyi vendidisti. Denseletis, quae natio semper oboediens huic imperio etiam in illa omnium barbarorum defectione Macedoniam C. Sentio praetore tutata est, nefarium bellum et crudele intulisti, eisque cum fidelissimis sociis uti posses, hostibus uti acerrimis maluisti. Ita perpetuos defensores Macedoniae, vexatores ac

---

1. *facta* aliquot edd. vett. (*tuis sceleribus praesentibus praeterita facta* susp. Lamb.) — 2. *tu*] *cum* E G P; fort. *tum* — *eludebas* vereor ut sanum sit. — 3. *cur ibi* E — 4. *quamquam* - - *tibi* habet A — 5. *inminuam* G — *inficiando* G — 8. *inventus* E — *proinde* Lamb. — 9. *atque* om. G — *debebat* E F G P: *debeat* M S — 10. *nolit* S — 11. *tam inopi* nos: *tam opimo* codices; om. ed. Ven. 1472 et O — *infirmo* ed. Iunt.: *infimo* C — 12. fort. *viderere* — 14. *an tu vero* G — *parum tu* F — 17. *notata* ed. Crat.: *notanda* C. De *et* quod sequitur v. Madvig Exc. ad Cic. de Finn. p. 802. — 18. *Dyrrhachinis* O — 20. *acceptisti trementem* E G P; *dubitans timens* coniuncta sunt p. 902, 12. — 23. *tum* scripsi: *tu* codd. (etiam E) et edd. vett.; om. *tum* (vel *tu*) O — 24. *cum equidem* C — 25. *eius*] *est* E solus. — 27 et 31. *Cotyi* coni. Garatoni (quam dativi formam habet Tac. Ann. II, 64): *coddo* C (sed infra *cottho* E P, *cotho* F, *coddo* G, *coccho* S); *Cotto* O — 29. *et* om. E G; vide ne *praesidia* ex glossa ad *auxilia* adiectum sit. — 31. *densiletis* F — 32. *obediens* C O — 33. *Macedoniam* Garatoni: *macedonica* C — *C. sentio .p. R.* E G P; *C. sencio p. r.* F; *C. cestium pretorem* S; *C. sextio praetore* M — *et crudele bellum* F.

praedatores effecisti. Vectigalia nostra perturbarunt, urbes ceperunt, vastarunt agros, socios nostros in servitutum abduxerunt, familias abripuerunt, pecus abegerunt, Thessalonicenses, cum oppido desperassent, munire arcem coëgerunt. XXXV. 85. A te Iovis Urii fanum antiquissimum barbarorum sanctissimumque direptum est: tua scelera di immortales in nostros milites expiaverunt: qui cum uno genere morbi affligerentur neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset, dubitabat nemo quin violati hospites, legati necati, pacati atque socii nefario bello lacessiti, fana vexata hanc tantam efficerent vastitatem. Cognoscis ex particula parva scelerum et crudelitatis tuae genus universum.

86. Quid avaritiae, quae criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? Generatim ea, quae maxime nota sunt, dicam. Nonne sestertium centiens et octogiens, quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex aerario tibi attributum Romae in quaestu reliquisti? Nonne cum c talenta tibi Apolloniatae Romae dedissent, ne pecunias creditas solverent, ultro Fufidium, equitem Romanum, hominem ornatissimum, creditorem debitoribus suis addixisti? Nonne, hiberna cum legato praefectoque tuo tradidisses, evertisti miseras funditus civitates? quae non solum bonis sunt exhaustae, sed etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierunt. Qui modus tibi fuit frumenti aestimandi? qui honorarii? si quidem potest vi et metu extortum honorarium nominari. Quod cum peraeque omnes, tum acerbissime Boeotii et Byzantii, Cherronesus et Thessalonica sensit. Unus tu dominus, unus aestimator, unus venditor tota in provincia per triennium frumenti omnis fuisti. XXXVI. 87. Quid ego rerum capitalium quaestiones, reorum pactiones, redemptiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? tantum locum aliquem cum mihi notum esse senseris, tecum ipse licebit, quot in eo genere et quanta sint crimina, recordere. Quid? illam armorum officinam ecquid recordaris, cum, omni totius provinciae pecore compulso pellium nomine, omnem quaestum illum domesticum paternumque renovasti? Videras enim grandis iam puer bello Italico repleri quaestu vestram domum, cum pater armis faciendis tuus praefuisset. Quid? vectigalem provinciam, singulis rebus, quaecumque venirent, certo por-

1. *praedatores* E: *preditores* G; *perditores* F S O — 2. *adduxerunt* M S — *abripuerunt* Hotomanus: *arripuerunt* C. Eadem depravatio est in Tac. Ann. XII, 6. — 4. *Urii* Turnebus: *uelsuri* aut *uel suri* C. Cf. interpr. ad Verr. IV, § 128 et O. Iahn. in *Zeitschr. f. d. Allerthumswiss.* 1841, p. 958. — 6. *expetiverunt* coni. Ernesti. — 7. *qui semel* M S: *semel qui* F; *qui simul* E G P (ex *semul*? v. Ritschelii *Prolegg. ad Plaut.* p. XCVII.) — 10. *parva* C: *perparva* O. Cf. Garat. adnot. eruditionis plenam. — 12. *Quid - - explicem* affert Priscianus IX, 7, 37. — *implicata* C: *implicita* Prisc. — 15. *ascripseras* vel *assc.* C — *adtributum* G — 16. *C* E G P: *CC* F M S O — *apollinate* F M S (vel *app*); *appoliniate* G — 17. *fusidium* G — 19. *tuo* om. F S — 24. *boetii* C — *bizantii* S, *buzancii* F — *Cherronesus et* scripsi: *Cherronenses* C O; *Cherronesenses* Lamb. in ed. 1566, postea idem *Cherronesii* Sed sic quoque talis oratio «*Boeotii et Byzantii, Cherronesii, Thessalonica sensit*» vitiosa foret. — 25. *extimator* S; *existimator* G — 27. *rerum pactiones* E (non G) — 29. *esse* ed. 1472: *est* E F S; om. G — 30. *recordere* ed. Crat.: *recordare* C — *illam marmorum* C (sed E *illam in armorum*) — 31. *et quid* F G S — 33. *iam grandis* (om. *puer*) F.

torio imposito, servis tuis [publicanis] a te factam esse meministi? 88. quid? centuriatus palam venditos? quid? per tuum servulum ordines assignatos? quid? stipendium militibus per omnes annos a civitatibus mensis palam propositis esse numeratum? Quid illa in Pontum profectio et conatus tuus? quid debilitatio atque abiectio animi tui Macedonia praetoria nuntiata, cum tu non solum, quod tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur, exsanguis et mortuus concidisti? Quid quaestor aedilicius reiectus? praepositus * * ? legatorum tuorum optimus abs te quisque violatus? tribuni militares non recepti? M. Baebius, vir fortis, interfectus iussu tuo? 89. Quid? quod tu totiens diffidens ac desperans rebus tuis in sordibus, lamentis luctuque iacuisti? quod populari illi sacerdoti sescentos ad bestias socios stipendiariosque misisti? quod, cum sustentare vix posses maerorem tuum doloremque decessionis, Samothraciam te primum, post inde Thasum cum tuis teneris saltatoribus et cum Autobulo, Athamante, Timocle, formosis fratribus, contulisti? quod inde te recipiens in villa Euchadiae, quae fuit uxor Execesti, iacuisti maerens aliquot dies, atque inde obsoletus Thessalonicam omnibus inscientibus noctuque venisti? quod cum concursum plorantium ac tempestatem querellarum ferre non posses, in oppidum devium Beroeam profugisti? quo in oppido cum tibi spe falsa, quod Q. Ancharium non esse successurum putares, animos rumor inflasset, quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti? XXXVII. 90. Mitto aurum coronarium, quod te diutissime torsit, cum modo velles, modo nolles. Lex enim generi tui et decerni et [te] accipere vetabat nisi decreto triumpho. In quo tu, accepta tamen et devorata pecunia, ut in Achaeorum centum talentis, evomere non poteras: vocabula tantum pecuniarum et genera mutabas. Mitto diplomata tota in provincia passim data, mitto numerum navium summamque praedae, mitto rationem exacti imperatique frumenti, mitto ereptam libertatem populis ac singulis, qui erant affecti praemiis nomi-

---

1. *publicanis* glossema esse vidit Bake p. 312; *publicis* coni. Hotomanus. — *facta* E; *facium* G S — 2. *centurionatus* Abrami; at v. p. 528, 28. — 4. *esse* suspectum Ernestio et Garatonio. — 8. *praepositus* codd.: *turpissimus homo praepositus* Lamb. 1566, sed in marg. repetitarum: *praepos. homo turpissimus* — 9. *militum* M — 11. *quod -- misisti* habet A — *sescentos* G: *sexcentos* O — 12. *socios stipendiariosque* (sed 3 codd. *stipendiarios quoque*) A: *amicos sociosque* C; *amicos socios stipendiariosque* O. «Mirum nisi totum hoc membrum loco suo motum fuerit subiungendumque sit illis: *interfectus iussu tuo? Quid? quod populari -- misisti? Quid quod tu toties* cet. Orelli. — *quod* Garatoni: *quid* E F G P: *quid quod* S M O, sed O [*quid*] — 13. *dolorem tuum meroremque* S — *decensionis* E; *descensionis* F P S; *defensionis* G — 14. *post* om. S — *Thasum* Turnebus: *tharsum* vel *tarsum* C — *saltatoribus* M S: om. F; *psaltatoribus* E G P — *antobulo* M S — *Athamante* Madvigius (ad Cic. de Finn. p. 878): *Athamante et* C O — 15. *timode* E G P S; *thimode* F M — *quod* Garatoni: *qui cum* G P; *quid cum* F M S, *quid quod cum* E — *inde te*] *mente* F — 16. *euhadiae* E: fort. *Euadnae* — *Execesti* Garatoni: *exegesti* C (*in villa Leucadia, quae fuit uxoris Aegisthi* Turnebus). Cf. Lud. Ross in *Kunstblatt* 1840, p. 66. — 18. *quod cum* Lambinus: *qui cum* C; *ubi cum* Ernesti. — *et temp.* G — *querellarum* G: *querelarum* O — 19. *beream* M; *beroam* E F G S — *perfugisti* F M S — 20. *quod Q.* F S: *quodque* E G — 24. *et te accipere* C: *te* om. codex Faërni et O. Cf. Madv. ad Cic. de Finn. p. 179 et 868. — *tu* om. G — 25. *acceptam et devoratam pecuniam* coni. Abrami; *et devorata* delendum censet Lambinus in marg. — 27. *tota provincia* Hotomanus malebat oblitus gemini loci p. 1096, 25. Conf. Reisigii *scholas de ling. Lat.* pag. 708. — 29. *et singulis* G.

natim, quorum nihil est, quod non sit lege Iulia [ne fieri liceat] sancitum diligenter. 91. Aetoliam, quae procul a barbaris disiuncta gentibus in sinu pacis posita medio fere Graeciae gremio continetur, o Poena et Furia sociorum! decedens miseram perdidisti. Arsinoën, Stratum, Naupactum, ut modo tute indicasti, nobiles urbes atque plenas, fateris ab hostibus esse captas. Quibus autem hostibus? Nempe iis, quos tu, Ambraciae sedens, primo tuo adventu ex oppidis Agrianum atque Dolopum demigrare et aras et focos relinquere coëgisti. Hoc tu in exitu, praeclare imperator, cum tibi ad pristinas clades accessio fuisset Aetoliae repentinus interitus, exercitum dimisisti, neque ullam poenam, quae tanto facinori deberetur, non maluisti subire quam numerum tuorum militum reliquiasque cognoscere.

XXXVIII. 92. Atque ut duorum Epicureorum similitudinem in re militari imperioque videatis, Albucius, cum in Sardinia triumphasset, Romae damnatus est: hic cum similem exitum exspectaret, in Macedonia tropaea posuit; eaque, quae bellicae laudis victoriaeque omnes gentes insignia et monumenta esse voluerunt, noster hic praeposterus imperator amissorum oppidorum, caesarum legionum, provinciae praesidio et reliquis militibus orbatae ad sempiternum dedecus sui generis et nominis funesta indicia constituit: idemque, ut esset quod in basi tropaeorum inscribi incidique posset, Dyrrachium ut venit decedens, obsessus est ab iis ipsis militibus, quos paulo ante Torquato respondit beneficii causa a se esse dimissos. 93. Quibus cum iuratus affirmasset se quae deberentur postero die persoluturum, domum se abdidit; inde nocte intempesta crepidatus veste servili navem conscendit Brundisiumque vitavit et ultimas Hadriani maris oras petivit: cum interim Dyrrachii milites domum, in qua istum esse arbitrarentur, obsidere coeperunt, et, cum latere hominem putarent, ignes circumdederunt. Quo metu commoti Dyrrachini profugisse noctu crepidatum imperatorem indicaverunt. Illi autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suavissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Sic odium, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ac simulacrum profuderunt. 94. Quae cum ita sint — non enim dubito quin, cum haec, quae excellunt, me nosse videas, non existimes mediam illam partem et turbam flagitiorum tuorum mihi esse inauditam —, nihil est quod me hortere, nihil [est]

---

1. *liceat* E F G: *possit* M S; vv. *ne fieri liceat (possit)* glossema videntur; nam est *sancitum* h. l. nostrum «*verpönt*»; cf. de Offic. III, § 69. — 2. *sancitum* Diomedes p. 368: *sanctum* C — *disiuncta* ed. Ven. 1472: *disiuncta est* C, quod si probes, copula post *gentibus* addenda est. — 4. *et Furia* E F P S: *o Furia* G M O — *Arsinoën, Stratum* Turnebus: *arsinoan* (*arsinoam* F) *thracum* C — 5. *neopactum* M S — 7. *Agrianum* Turnebus: *aggrinarum* C — 11. *illam* G — 12. *reliquisse cogn.* E (non G) — *recognoscere* malim. — 13. *epicuriorum* F — 14. *ablutius* E (non G) — 15. *exspectaret* 1 cod. Faërni et 2 Oxonn. (C H): *spectaret* C (sed G: *similem cudi in re spectaret*) — 16. *tropea* P; *trophea* E F M S et sic infra. — *eaque quae* ed. Crat.: *eaque* vel *ea quae* C — *victoriae quae* E P — 17. *monimenta* G — 20. *funesta* E F G P: om. M S — *imbasi* E — 21. *incidi inscribique* M — 22. *ab ipsis hys* G — 23. *a se* E G P S: *aut se* F; *ab se* M O — 25. *Brundusiumque* F G M S — 26. *Hadriani* E P S: *adriani* F G M — 27. *arbitrarentur* S: *arbitrantur* E F G M; *arbitrabantur* edd. — 29. *conmoti* G — *noctu profugisse* G — 31. *in* om. E G — 34. *excellent* C; cf. var. lect. p. 1047, 27. — 35. *et*] *ut* G — 36. *nihil est quod invites* E F G S: *est* om. 4 Oxx. M O.

quod invites: admoneri me satis est. Admonebit autem nemo alius nisi rei publicae tempus, quod mihi quidem magis videtur, quam tu umquam arbitratus es, appropinquare. XXXIX. Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata quos posthac iudices simus habituri? Neque legetur quisquis voluerit, nec quisquis noluerit non legetur. Nulli coniicientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad simultatem † coniicietur. Iudices iudicabunt ii, quos lex ipsa, non quos hominum libido delegerit. Quod cum ita sit, mihi crede, neminem invitum invitabis: res ipsa et rei publicae tempus aut me ipsum, quod nolim, aut alium quempiam aut invitabit aut dehortabitur.

95. Equidem, ut paulo ante dixi, non eadem supplicia esse in hominibus existimo, quae fortasse plerique, damnationes, expulsiones, neces; denique nullam mihi poenam videtur habere id, quod accidere innocenti, quod forti, quod sapienti, quod bono viro et civi potest. Damnatio ista, quae in te flagitatur, obtigit P. Rutilio, quod specimen habuit hic civis innocentiae. Maior mihi iudicum et rei publicae poena illa visa est quam Rutilii. L. Opimius eiectus est e patria, is qui et post praeturam et consul maximis rem publicam periculis liberarat. Non in eo, cui facta est iniuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris et conscientiae poena remansit. At contra bis Catilina absolutus est; emissus etiam ille auctor tuus provinciae, cum stuprum Bonae deae pulvinaribus intulisset. Quis fuit in tanta civitate, qui illum incesto liberatum, non eos, qui ita iudicarint, pari scelere obstrictos arbitraretur. XL. 96. An ego exspectem, dum de te quinque et septuaginta tabellae diribeantur, de quo iam pridem omnes mortales omnium generum, aetatum, ordinum iudicaverunt? Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet? Omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen a re publica detestantur. Legati, qui una fuere, alienati, tribuni militares inimici, centuriones et si qui ex tanto exercitu reliqui milites exstant, non dimissi abs te, sed dissipati, te oderunt, tibi pestem exoptant, te exsecrantur.

---

2. *mihi quidem* M S: *quidem* om. G; *quidem mihi* E F — 3. *ecquid* (ante *vides*) E: *et quid* rell. — *ecquid sentis* om. G; *et quid s.* rell. (*Ecquid -- habituri* habet A) — 4. *post haec* E G — *sumus* F et codd. Asc. praeter Laur. — *neque* Madvigius (Opusc. II, p. 245 not. 1): *non aeque (eque)* C O; *non enim* Lamb. — 5. *nec quisquis noluerit* om. G — 6. *coitientur* E P (in E *n* sup. *co*); *cõtinentur* G — 7. *ad simultatem* Lambinus: *ad simulationem* C O — *conietur* (n sup.) G; *conicientur* E F; *coniicientur* S; *coiicientur* M; *connitetur* Faërnus; *conferetur* Lamb. — *hii quos* G, *in quos* E — 9. *invitum* Hotomanus: *invitus* C O — 10. *aut* ante *invitabit* Garatonio suspectum. — 16. *Rutilo* E (non G) — 17. *hic ciuis* E F P: *hic cuius* G M S et 5 Oxonn.; *haec civitas* edd., quam lectionem iam in ed. Ven. 1472 inveni, sed in Ascens. 1511 est *hic cuius* — 18. *L. Opimius -- remansit* habet A — *opinius* E — *e* E G: *a* F M S; *eiectus patria est* codd. Asc. — *qui et post praeturam* A: *qui praetor* C O — 19. *periculis rem p.* A — 20. *in eum* codd. Asc. — *iniuria est* A — *et* A E F: *ac* M S (*sceleris conscientia* Bake) — 21. *poena* om. F — *remansit* A M S: *permansit* E F G P — *absolutus est* Orelli: *est* om. C O — 22. *cum ad stuprum* F M — 23. *incestũ* F — 24. *iudicarunt* M — *astrictos* M S, ut est p. Sull. § 82. Phil. IV, § 9. — 26. *diribeantur* Ant. Augustinus: *diripiantur* C; *dirimantur* O. Cf. Wunderi Praef. p. CXLVI. — 27. *te* om. G — *auditu* M S — 30. *fuerint* M, unde malim *fuerunt* — *militares* Orelli: *mil.* (sic) E F G M S; *militum* O. Cf. §§ 88. 98. — 31. *exstant* E F G: *existunt* M S.

Achaia exhausta, Thessalia vexata, laceratae Athenae, Dyrrachium et Apollonia exinanita, Ambracia direpta, Parthini et Bulienses illusi, Epirus excisa, Locri, Phocii, Boeotii exusti, Acarnania, Amphilochia, Perraebia Athamanumque gens vendita; Macedonia condonata barbaris, Aetolia amissa, Dolopes finitimique montani oppidis atque agris exterminati: cives Romani, qui in iis locis negotiantur, te unum solum suum depeculatorem, vexatorem, praedonem, hostem venisse senserunt. 97. Ad horum omnium iudicia tot atque tanta domesticum iudicium accessit [sententiae damnationis tuae]: occultus adventus, furtivum iter per Italiam, introitus in urbem desertus ab amicis, nullae ad senatum e provincia litterae, nulla ex trinis aestivis gratulatio, nulla triumphi mentio: non modo quid gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte et seminario triumphorum cum arida folia laureae rettulisses, cum ea abiecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te fecisse videri pronuntiavisti. Qui si nihil gesseras dignum honore, ubi exercitus? ubi sumptus? ubi imperium? ubi illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia? sin autem aliquid sperare volueras, si cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati fasces, quod illa tropaea plena dedecoris et risus te commentatum esse declarant, quis te miserior, quis te damnatior, qui neque scribere ad senatum, a te bene rem publicam esse gestam, neque praesens dicere ausus es? XLI. 98. An tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit, non eventis, sed factis cuiusque fortunam ponderari, neque in tabellis paucorum iudicum, sed in sententiis omnium civium famam nostram fortunamque pendere, [te] indemnatum videri putas, quem socii, quem foederati, quem liberi populi, quem stipendiarii, quem negotiatores, quem publicani, quem universa civitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui morbum effugerunt, omni cruciatu dignissimum putent? cui non apud senatum, non apud ullum ordinem, [non apud equites Romanos,] non in urbe, non in Italia maximorum scelerum venia ulla [ad ignoscendum] dari possit? qui se ipse oderit, qui metuat omnes, qui suam causam nemini committere audeat, qui se ipse con-

---

1. *lacerate* G, *lacerati* E — 2. *appollonia* G — *parthenii* C; cf. Fasti triumph. p. CLXI ed. Bait. *C. Asinius Cn. f. Pollio pro Cos. ex Parthineis* — *Bulienses* G: *Bullienses* E F M S O; *Bullidenses* Ursini ex Caes. de b. civ. III, 12, ubi codd. lectio *billidenses* in *Bulidenses* corrigenda videtur; *cum Bulensibus* est apud Plin. Nat. hist. IV, 3, § 8. — 3. *excissa* Lamb. — *boetii* C — *acarnia* F G S — 4. *perrhebia* E F G M; *perthebia* S; *Perrhaebia* O — *Athamanumque* M: *achamanumque* E F G S — 6. *in his (hiis)* E G M S — *suum* om. F — 8. *sententiae* F M S: *sententiae et* E G P, prob. Wesenb. qui ad Sestianam p. 67 explicat: «proprium illud iudicium, quod inest in tua ipsius de te quasi damnatoria sententia, quam pronunciavisti, cum occulte advenisti.» *sententiae* delendum censet Ernesti; *et sententia damn.* coni. Orelli; ego *sententiae damn. tuae* cum Bakio p. 313 ut glossema ad verb. *accessit* adiectum inclusi. — 13. *laurea* E — 15. *pronuntiavisti* E M: *prouincia uisti* F et G (sed hic *prouincia fecisse uisti*); *pronuntiasti* S O — 16. *triumphis* F — 17. *aliquod* F M S — *speraveras si* Bake admodum probabiliter. — *si* om. C — 21. *ausus sis* malim. — 23. *ponderari* Faërnus et Manutius: *ponderari dicere audes* codd. — *e tabellis* - - *e sententiis* Lamb. — *iudicium* G S — 24. *te* glossema esse vidit Garatoni. — 28. *morbum* E G: *mortem* F M S — *effugierunt* E G — 29. *putent* Garatoni: *putant* C O — *non apud u. ordinem* post *non a. eq. Ro.* ponendum censet Garatoni; at est hoc colon potius glossema, ut sequens *ad ignoscendum* — *ipse* P, ut voluit Ernesti: *ip* cum linea G; *ipsum* rell. et O — 32. *ipse* E G P: *ipsum* F M S.

demnet? 99. Numquam ego sanguinem expetivi tuum, numquam illud extremum, quod potest esse improbis et probis commune, supplicium legis atque iudicii: sed abiectum, contemptum, despectum a ceteris, a te ipso desperatum et relictum, circumspectantem omnia, quidquid increpuisset pertimescentem, diffidentem tuis rebus, sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie consulari, horrentem, trementem, adulantem omnes videre te volui: vidi. Qua re si tibi evenerit, quod metuis ne accidat, equidem non moleste feram: sin id tardius forte fiet, fruar tamen tua indignitate, nec minus libenter metuentem videbo ne reus fias, quam reum, nec minus laetabor, cum te semper sordidum quam si paulisper sordidatum viderem.

---

1. *ego* om. M — *expetivi* M S: *expectavi* E F G P — 2. *potest* Bake p. 314: *posset* C O; cf. p. 1055, 22. — 3. *atque* nos: *ac* C O — *iudicium* M — *despecto a ceteris a se ipso desperato* (sic) Arusianus p. 221 Lind. — 7. *adulantem omnes* idem p. 216 et Pompeius in Comm. art. Don. p. 310 Lind. — *omnis* M P S; *omnibus* ed. Ven. 1472. — 9. *fiat* G — 11. *paullisper* O.

Ad pag. 1066.

Ex Pisoniana etiam locus petitus videtur quem affert Arusianus Messius p. 211 ed. Lind.: *Adsidere illum Cic.*

Neque adsidere Gabinium aut alloqui in curia quisquam audebat.

Cum vix alia oratio Tulliana exstet, cuius codices cum alii, tum Erfurtensis eiusque familiae hac magis glossematis foedati sint, operae pretium videtur omnes huc pertinentes locos sub unum conspectum vocare. Atque certissima quidem eaque maximam partem aliorum codicum testimonio convicta haec sunt: § 5 *mense decembri,* § 6 *de quercu civicam,* § 9 *Clodio a fatali portento,* § 11 *ab eo Clodio qui* (cod. F: *ab eo P. Clodio scil. qui),* § 11 *non modo ad eum Ciceronem,* § 12 *a tribuno pl. Clodio Antonio,* § 14 *relatio -- diligens fuerat bona consulis,* § 19 *cum Clodio illo*, ib. *cum Gabinio collega,* § 21 *scelerum inportunitate et flagitiorum* (al. *et flagitiorum impunitate),* § 23 *consulatus tui,* ib. *in lictoribus in toga et praetexta,* § 26 *ad meam domum*, § 33 *quaevis fuga potius -- optatior*, ib. *tempus profectionis*, § 34 *consentiente populo Rom. atque una voce,* § 43 *impedita et oppressa mens conscientia, bonorum omnium odium,* § 44 *ex omnibus, poenas certissimas constitutas,* § 48 *emptiones, partim permutationes*, § 49 *mei capitis pretio periculoque,* § 53 *Romam vero ipsam foedavit adventus tuus,* § 55 *celimontana porta,* § 56 *hoc modo D. Silanus,* § 57 *sic levis est animi,* § 59 *fuisse deos videbit iratos,* § 64 *Romani nolunt non possunt,* § 65 *verba sunt atque ineptiae,* § 72 *scripsisti enim versus,* ib. *ut non quod,* § 76 *insidiarum mearum vestrae cupiditates provinciarum effecerunt,* § 78 *tribuno pl. non defuturum,* § 98 *ponderari dicere audes.* Non minus certa additamenta videntur § 2 *omnes enim honores populus Ro. mihi ipsi homini detulit,* § 3 *dissidentibus consulibus Caesare et Bibulo,* § 16 *coniuratorum manes mortuorum,* § 21 *sed his unum me,* § 27 *victus Gabinius collegit se*, § 29 *quacumque de re verbum facere coeperatis aut referre ad senatum,* § 70 *quae fere ceteros Epicureos negligere dicunt,* § 87 *servis tuis publicanis,* § 97 *domesticum iudicium accessit sententiae* (al. *sententiae et) damnationis tuae,* § 98 *te* ante *indemnatum*, ib. *cui non -- maximorum scelerum venia ulla ad ignoscendum dari possit.* In tanta glossematum copia de aliis quoque nonnullis locis dubitare licebit, quales hi sunt: § 9 *vetus illa magistra pudoris et modestiae censura sublata est*, § 22 *Lapitharum aut Centaurorum convivium*, ib. *utrum iste plus biberit an (aut) vomuerit an effuderit.* § 72 *sed quod vindicarit.* § 80 *socium sibi et adiutorem C. Caesarem adiunxit,* § 84 *magna praesidia et* (*et* om. al.) *auxilia - peditum equitumque*, § 90 *quorum nihil est quod non sit lege Iulia, ne fieri liceat* (al. *possit), sancitum diligenter.* § 98 *cui non apud senatum, non apud ullum ordinem, non apud equites Romanos, non in urbe, non in Italia maximorum scelerum venia ulla -- dari possit.*

M. TULLII CICERONIS

PRO CN. PLANCIO

ORATIO AD IUDICES.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

V = Scholiastae Bobiensis pars Vaticana. Vide M. Tullii Ciceronis Scholiastarum P. II. p. 252 sqq.
A = Scholiastae Bobiensis pars Ambrosiana.
T = cod. olim Tegernseensis, nunc Monacensis (Cod. Lat. 18787), Saec. XI, quem ipse contuli, dum meus erat. Conf. p. 753.
E = cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum (vide supra p. 516) p. 94 sqq. et Freundium p. 43 sq.
O = ed. Orelliana a. 1826.

I. 1. Cum propter egregiam et singularem Cn. Plancii, iudices, in mea salute custodienda fidem tam multos et bonos viros eius honori viderem esse fautores, capiebam animo non mediocrem voluptatem, quod, cuius officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporum memoriam suffragari videbam: cum autem audirem meos partim inimicos, partim invidos huic accusationi esse fautores eandemque rem adversariam esse in iudicio Cn. Plancio, quae in petitione fuisset adiutrix, dolebam, iudices, et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia praesidio custodiaque texisset. 2. Nunc autem vester, iudices, conspectus et consessus iste reficit et recreat mentem meam, cum intueor et contemplor unum quemque vestrum. Video enim hoc in numero neminem, cui mea salus non cara fuerit, cuius non exstet in me summum meritum, cui non sim

---

Inscriptio Orationis. *Incipit pro .Cñ. planco* E; inscriptione caret T.

1. ⊖ T; *Quõ* E; utraque nota significat *quoniam* — *Cn.*] *geñ* T — *planci* TE — 2. *custodiendam* E — 3. *fauctores* T — 4. *michi* T (ubique) — *suffragare* T E — 7. *plantio* T — *peticione* T — *dolebam* -- *texisset* habent A. Gellius N. A. IX, 12, 5 et Nonius Marcellus p. 129, 13. — 9. *beniuolentia* T et Gellius. — 13. *non cara* T E: *cara non* O — *extet* T E, et sic ubique deest *s* post *x* ante *p* et *t*.

obstrictus memoria beneficii sempiterna. Itaque non extimesco ne Cn. Plancio custodia meae salutis apud eos obsit, qui me ipsi maxime salvum videre voluerunt, saepiusque, iudices, mihi venit in mentem, admirandum esse M. Laterensem, hominem studiosissimum et dignitatis et salutis meae, reum sibi hunc potissimum delegisse, quam metuendum ne vobis id ille magna ratione fecisse videatur. 3. Quamquam mihi non sumo tantum neque arrogo, iudices, ut Cn. Plancium suis erga me meritis impunitatem consecutum putem. Nisi eius integerrimam vitam, modestissimos mores, summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero, nihil de poena recusabo: sin omnia praestitero, quae sunt a bonis viris exspectanda, petam, iudices, a vobis ut, cuius misericordia salus mea custodita sit, ei vos vestram misericordiam me deprecante tribuatis. Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio quam in ceteris, etiam hanc molestiam assumo, quod mihi non solum pro Cn. Plancio dicendum est, cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo, sed etiam pro me ipso, de quo accusatores plura paene quam de re reoque dixerunt. II. 4. Quamquam, iudices, si quid est in me ipso ita reprehensum, ut id ab hoc seiunctum sit, non me id magno opere conturbat; non enim timeo ne, quia perraro grati homines reperiantur, idcirco, cum me nimium gratum illi esse dicant, id mihi criminosum esse possit. Quae vero ita sunt agitata ab illis, ut aut merita Cn. Plancii erga me minora esse dicerent, quam a me ipso praedicarentur, aut, si essent summa, negarent ea tamen ita magni, ut ego putarem, ponderis apud vos esse debere, haec mihi sunt tractanda, iudices, et modice, ne quid ipse offendam, et tum denique, cum respondero criminibus, ne non tam innocentia reus sua quam recordatione meorum temporum defensus esse videatur.

5. Sed mihi in causa facili atque explicata perdifficilis, iudices, et lubrica defensionis ratio proponitur. Nam si tantum modo mihi necesse esset contra Laterensem dicere, tamen id ipsum esset in tanto usu nostro tantaque amicitia molestum; vetus est enim lex illa iustae veraeque amicitiae, quae mihi cum illo iam diu est, ut idem amici semper velint, neque est ullum amicitiae certius vinculum quam consensus et societas consiliorum et voluntatum: mihi autem non id est in hac re molestissimum, contra illum dicere, sed multo illud magis, quod in ea causa contra dicendum est, in qua quaedam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio. 6. Quaerit enim Laterensis atque hoc uno maxime urget, qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit. Ita, si cedo illius ornamentis, quae multa et magna sunt, non solum huius dignitatis

---

1. *obtrictus* T — 2. *meae*] *me* T — *obstet* E — 3. *Sepiusque* T — 5. *delegisse* corr. ead. m. ex *elegisse* T — 6. *nobis* T — 7. *neque arrogo* (*adr.* T) *iud.* T E: *iudices, neque arrogo* O — *plantium* T — 8. *consecutum* T E: *consecuturum* O — *modestissimos* corr. ex *modestimos* E — 10. *nichil* (ubique) T — 11. *iud. a uobis* T E: *a vobis, iudices* O — 12. *me* om. T — *dep̃cante* T — 13. *maioris suspicio* TE — 14. *adsumo* T — 16. *ipso. sed de* (voce *sed* ead. m. expuncta) T — 17. *poene* T — 18. *rep̃hensum* T — 19. *magnopere* T E — *ne*] *ñ* T — 20. *repperiantur* T — 22. *planci* T E — 26. *criminibus*] *omnibus* E — *tam ininnocentia* T — 31. *est enim* T E: *enim est* O — 33. *amicitiae certius* T E: *certius amicitiae* O — *societas. sociorum consiliorum* (voce *sociorum* expuncta) T.

iactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda suspicio est: sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio et dicendum est id, quod ille me flagitat, Laterensem a Plancio dignitate esse superatum. Ita aut amicissimi hominis existimatio offendenda est, si illam accusationis conditionem sequar, aut optime de me meriti salus deserenda. III. Sed ego, Laterensis, caecum me et praecipitem ferri confitear in causa, si te aut a Plancio aut ab ullo dignitate potuisse superari dixero. Itaque discedam ab ea contentione, ad quam tu me vocas, et veniam ad illam, ad quam me causa ipsa deducit. 7. Quid? tu † magni dignitatis iudicem putas esse populum? Fortasse non numquam est. Utinam vero semper esset! sed est perraro et, si quando est, in iis magistratibus est mandandis, quibus salutem suam committi putat: his levioribus comitiis diligentia et gratia petitorum honos paritur, non iis ornamentis, quae esse in te videmus. Nam quod ad populum pertinet, semper dignitatis iniquus iudex est, qui aut invidet aut favet: quamquam nihil potes in te, Laterensis, constituere, quod sit proprium laudis tuae, quin id tibi sit commune cum Plancio. 8. Sed hoc totum agetur alio loco: nunc tantum disputo de iure populi, qui et potest et solet non numquam dignos praeterire, nec si a populo praeteritus est quem non oportuit, a iudicibus condemnandus est qui praeteritus non est. Nam si ita esset, quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum, id haberent iudices, vel quod multo etiam minus esset ferendum. Tum enim magistratum non gerebat is, qui ceperat, si patres auctores non erant facti: nunc postulatur a vobis, ut eius exsilio, qui creatus sit, iudicium populi Romani reprehendatis. Itaque quamquam qua nolui ianua sum ingressus in causam, sperare videor tantum afuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuae, te ut potius obiurgem, quod iniquum in discrimen adducas dignitatem tuam, quam ut eam ego ulla contumelia coner attingere. IV. 9. Tu continentiam, tu industriam, tu animum in rem publicam, tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, quod aedilis non sis factus, fractos esse et abiectos et repudiatos putas? Vide tandem, Laterensis, quantum ego a te dissentiam. Si, me dius fidius, decem soli essent in civitate viri boni, sapientes, iusti, graves, qui te indignum aedilitate

---

1. *iactura* corr. ex *natura* E — alterum *est* delevit Manutius. — 4. *aut* in rasura habet E — 5. *meritis* TE — *deserenda* TE: *deserenda est* O — 6. *conferri* T — 7. *aut* ante *a* om. T — *ulla* E — *potuisse* om. T — 9. *ipsa* om. T — *Quid tu magni dignitatis* T: *Quid tum? An dignitatis* E; *Quid, tune dignitatis* ex duobus codd. Wunderus; *Quid? tune aequum dignitatis* Lambinus; *Quid? tu verum dignitatis* Ravius Var. Lectt. II. p. 189 sq.: *Quid, tune acrem dignitatis* Klotzius in ed. Teubn., qui tamen (Prooem. p. XXII.) scripsisse se dicit *Quid tu? numne dignitatis* cet.; *Quid? tu, Marce, dignitatis* Halmius. — 10. *Utinam*] *ut iram* T — 11. *est*] *esse* T — 13. *patitur* T; *paratur* E — 14. *te*] *se* T — 15. *potest* TE — 16. *quin*] *quid* T — 20. *condempnandus* T — *est* ante *qui* om. T — *non* om. TE — *si* om. T — 21. *maioris* T — *rep̃hensores* T (et sic saepissime *p̃* etiam pro *pre*) — 23. *esset* E: *essent* T; *est* O — *caeperat* T — 24. *eius* om. T — 25. *exilio* TE (sic ubique) — *populi Romani*] *p. R.* E; *.pr.* T — 26. *quamquam*] *iam q̃m* T; *iam quõ* E. Cf. p. 1102, 1. — *qua* supra versum habet E — *uolui* TE — 27. *afuturam* T: *affuturam* E; *abfuturam* O — *messe* (litt. *m* expuncta) T — 28. *inicum* T; *inimicum* E — 29. *eam ego* TE: *ego eam* O — 30. *continuam* T — *in re .p.* E; *in rep.* T — 33. *decem*] *dec͠e* T

iudicavissent, gravius de te iudicatum putarem, quam est hoc, quod tu metuis, ne a populo iudicatum esse videatur. Non enim comitiis iudicat semper populus, sed movetur plerumque gratia, cedit precibus; facit eos, a quibus est maxime ambitus; denique, etiam si iudicat, non dilectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu non numquam et quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, semperque sapientes ea, quae populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt. Quare cum te aedilem fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris accusas. 10. Ut fueris dignior quam Plancius: — de quo ipso tecum ita contendam paulo post, ut conservem dignitatem tuam: — sed ut fueris dignior, non competitor, a quo es victus, sed populus, a quo es praeteritus, in culpa est. In quo illud primum debes putare, comitiis, praesertim aediliciis, studium esse populi, non iudicium; eblandita illa, non enucleata esse suffragia; eos, qui suffragium ferant, quid cuique ipsi debeant, considerare saepius quam, quid cuique a re publica debeatur: sin autem mavis esse iudicium, non tibi id rescindendum est, sed ferendum. 11. «Male iudicavit populus.» At iudicavit. «Non debuit.» At potuit. «Non fero.» At multi clarissimi et sapientissimi cives tulerunt. Est enim haec conditio liberorum populorum praecipueque huius principis populi et omnium gentium domini atque victoris, posse suffragiis vel dare vel detrahere quod velit cuique: nostrum est autem, nostrum, qui in hac tempestate populi iactemur et fluctibus, ferre modice populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas; honores si magni non putemus, non servire populo: sin eos expetamus, non defetigari supplicando.

V. 12. Venio iam ad ipsius populi partes, ut illius contra te oratione potius quam mea disputem. Qui si tecum congrediatur et si una loqui voce possit, haec dicat: «Ego tibi, Laterensis, Plancium non anteposui, sed cum essetis aeque boni viri, meum beneficium ad eum potius detuli, qui a me contenderat, quam ad eum, qui mihi non nimis submisse supplicarat. Respondebis, credo, te splendore et vetustate familiae fretum non valde ambiendum putasse. At vero te ille ad sua instituta suorumque maiorum exempla revocabit: semper se dicet rogari voluisse, semper sibi supplicari; se M. Seium, qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate iudicii retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni praetulisse; praeposuisse se Q. Catulo, summa in familia nato, sapientissimo et sanctis-

---

3. *caedit* T — 4. *etiam* T E: om. O — *dilectu* T E: *delectu* O — 6. *etiam* om. T — 8. *dixerunt* T E — *Quare*] *Qua* T — 9. *aedili* T; *aedilm* (sic) E — *dicit* T E — *conpetitores* T — 10. *ipse* T — *tecum ita* T E: *ita tecum* O — 11. *paulo* T E (ubique): *paullo* O — 12. *conpetitor* T — 13. *illud primum* T: *primum illud* E O — 14. *aedilitiis* T — *eblandita*] *et blandita* E — 15. *enudata* T — *quid*] *qui* T — 16. *sepius* T — 17. *mavis illud esse* E — 18. *at - at - at*] *ad - ad - ad* T — 23. *potestate* T — *et* T E: *ac* O — 24. *adlicere* T; *atlicere* E — 25. *expectamus* T — *defetigari* T: *defatigari* E O. Cf. p. 959, 18. — 27. *partis* T — 29. *loqui uoce* T E: *voce loqui* O — *haec*] *ac* T — 30. *uiri boni* T; cf. p. 1106, 29. — 31. *non nimis*] *nominis* T — 32. *summisse* T E — 33. *Ad uero* T — *illae* T — 34. *semper*] *et semper* E — *se* T E: om. O — 36. *incolum̃* T — 37. *p̃oposuisse* (sic) T.

simo viro, non dico C. Serranum, stultissimum hominem — fuit enim tamen nobilis —, non C. Fimbriam, novum hominem — fuit enim et animi satis magni et consilii —, sed Cn. Manlium, non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta ac sordida. 13. Desiderarunt te, inquit, oculi mei, cum tu esses Cyrenis; me enim quam socios tua frui virtute malebam, et, quo plus intererat, eo plus aberas a me: mecum te non videbam. Deinde sitientem me virtutis tuae deseruisti ac reliquisti. Coeperas enim petere tribunatum pl. temporibus iis, quae istam eloquentiam et virtutem requirebant: quam petitionem cum reliquisses, si hoc indicasti, tanta in tempestate te gubernare non posse, de virtute tua dubitavi, si nolle, de voluntate. Sin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reservasti, ego quoque, inquiet populus Romanus, ad ea te tempora revocavi, ad quae tu te ipse servaras. Pete igitur eum magistratum, in quo mihi magnae utilitati esse possis: aediles quicumque erunt, iidem mihi sunt ludi parati; tribuni plebis permagni interest qui sint. Quare aut redde mihi quod ostenderas, aut si, quod mea minus interest, id te magis forte delectat, reddam tibi istam aedilitatem etiam negligenter petenti: sed amplissimos honores ut pro dignitate tua consequare, condiscas censeo mihi paulo diligentius supplicare.»

VI. 14. Haec populi oratio est, mea vero, Laterensis, haec: quare victus sis, non debere iudicem quaerere, modo ne largitione sis victus. Nam si, quotienscumque praeteritus erit is, qui non debuerit praeteriri, totiens oportebit eum, qui factus erit, condemnari, nihil iam est quod populo supplicetur, nihil quod diribitio, nihil quod [supplicatio magistratuum,] renuntiatio [suffragiorum] exspectetur; simul ut, qui sint professi, videro, dicam: Hic familia consulari est, ille praetoria; reliquos video esse ex equestri loco: sunt omnes sine macula, sunt omnes aeque boni viri atque integri, sed servari necesse est gradus: cedat consulari generi praetorium; ne contendat cum praetorio nomine equester locus. 15. Sublata sunt studia, exstinctae suffragationes, nullae contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla exspectatio suffragiorum: nihil, ut plerumque evenit, praeter opinionem accidet; nulla erit posthac varietas comitiorum. Sin hoc persaepe accidit, ut et factos aliquos et non factos

---

1. *Serranum* Orellius: *seranum* T E — 3. *manlium* T E: *Mallium* O — 4. *verum*] *uirum* T — 5. *Desiderant* T — 6. *quo plus*] *populus* T (*quo plus* E, sed litt. *lu* in rasura) — 7. *aberat* T E — *a me; mecum te* Fritzschius in censura ed. Wunderianae (*Schulztg.* 1831. N. 139 sqq.): *a me cum te* T E; *a me: certe* O — *sitientem me virtutis tuae* habet Arusianus Messius p. 263 ed. Lindem. — *sicientem* T; *sitientẽs* (sic) E — 8. *reliquisti* T E: *dereliquisti* O — *Ceperas* T — *tribunatum*] *.ter.* T; *.tr.* E — *pl.* T E: *plebis* O — 9. *iis* om. T — 10. *iudicasti* T E — 12. *intello* T — *quoque*] *autem* T — *inquiet*] *inquam et* E — 13. *te* om. T — *ad quae*] *adq.* T — 14. *magistratum*] *macc.* E; *.cc.* T — 15. *aedilis* E — *idem* T E — *ludi* Ernestius: *iudi* T; *iudices* E — *parat* T — *.tr. pl.* T; *tribunatum plebis* O — 18. *edilitatem* T — *neglegenter* T — 22. *querere* T — 23. *quotiens cumque* T, *quocienscumque* E: *quotiescunque* O — 24. *totiens* T E: *toties* O — *eum*] *cum* T — *condempnari* T — *est iam* E — *quod a populo* T E — 25. *supplicatio magistratuum* spuria esse primus vidit Manutius. — *suffragiorum* Garatonio auctore uncis inclusit O — 26. *simul ut et qui* E; fort. *simul atque qui*; cf. Madvigium ad Cic. de Finn. p. 203. — 27. *consiliari* T — *illae* E — 28. *sunt omnes eque* T: *sunt aeque* E O — 30. *ne* T E: *nec* O — 31. *suffragiones* T — 34. *persepe* T.

esse miremur, si campus atque illae undae comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant, tamen nos in impetu studiorum et motu temeritatis modum aliquem et consilium et rationem requiremus? 16. Quare noli me ad contentionem vestrum vocare, Laterensis. Etenim si populo grata est tabella, quae frontes aperit hominum, mentes tegit datque eam libertatem, ut quod velint faciant, promittant autem quod rogentur, cur tu, id in iudicio ut fiat, exprimis, quod non fit in campo? «Hic quam ille dignior» perquam grave est dictu. Quo modo igitur est aequius? Sic credo: quod agitur, quod satis est iudici: «hic factus est.» Cur iste potius quam ego? Vel nescio vel non dico vel denique, quod mihi gravissimum esset, si dicerem, sed impune tamen deberem dicere: non recte. Num quid assequerere, si illa extrema defensione uterer, populum quod voluisset fecisse, non quod debuisset?

VII. 17. Quid? si populi quoque factum defendo, Laterensis, et doceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit hominibus ortis hoc nostro equestri loco, possumne eripere orationi tuae contentionem vestrum, quae tractari sine contumelia non potest, et te ad causam aliquando crimenque deducere? Si, quod equitis Romani filius est, inferior esse debuit, omnes tecum equitum Romanorum filii petiverunt: nihil dico amplius: hoc tamen miror, cur huic potissimum irascare, qui longissime a te afuit. Equidem, si quando, ut fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor, sed eum, qui in me ipsum incurrit atque incidit. Tu neque Q. Pedio, forti viro, suscenses neque huic A. Plotio, ornatissimo homini, familiari meo, et ab eo, qui hos dimovit, potius quam ab iis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. 18. Sed tamen haec tibi est prima cum Plancio generis vestri familiaeque contentio, qua abs te vincitur. Cur enim non confitear quod necesse est? Sed non hic magis quam ego a meis competitoribus et alias et in consulatus petitione vincebar. Sed vide ne haec ipsa, quae despicis, huic suffragata sint. Sic enim conferamus. Est tuum nomen utraque familia consulare: num dubitas igitur quin omnes, qui favent nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus, qui nominibus vestris ducuntur, te aedilem fecerint? Equidem non dubito. Sed si parum multi sunt, qui nobilitatem ament, num ista est nostra culpa? Etenim ad caput et ad fontem generis utriusque veniamus. VIII. 19. Tu

---

1. *ille* T — *undae* om. T — 2. *inmensum* T E — *eferuescunt* E — 3. *tamen nos in impetu* nos: *tamen nos impetu* T E; *tanto nos impetu* undecim codd. Wunderi; *in tanto nos impetu* O — 4. *consiliorum* T — 5. *contentio uestrum* habet Gellius N. A. XX, 6, 11. — *uostrum* T — 9. fort. *ille ẽ dignior* — 13. *Num quid* Orellius: *nunc quid* T E (cf. var. lect. § 53); *Nam quid* O — *assequerere* Gruterus: *assequerer* T E — 15. *factum* om. T — 16. *obrepisse* T — 17. *aequestri* T — 18. *uostrum* T; *uestram* E. Cf. v. 5. — 20. *aequitis .r.* T — *equitum r fili repetiuerunt* T — 21. *cur* T E: *cur tu* O — 22. *afuit* T: *abfuit* E O — *Equidem qui in me ipsum incumbat* habet Arusianus M. s. v. *Incumbo in illam rem* p. 235 ed. Lindem. Cf. v. 27. — 25. *suscenses* E: *suscensus* T; *succenses* O. Cf. p. 386, 9. — 26. *plocio* T — 27. *demouit* E — *iis*] *his* T — *dicubuerunt* T — 28. *prima conplantio* T — 30. *conpetitoribus* T — 31. *peticione* T — 32. *sint. sint sic* T — 34. *putantes esse* T — 36. *est* om. T — 37. *generis utriusque* T E: *utriusque generis* O.

es e municipio antiquissimo Tusculano, ex quo sunt plurimae familiae consulares, in quibus est etiam Iuventia: tot ex reliquis municipiis omnibus non sunt: hic est e praefectura Atinati, non tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana. Quantum interesse vis ad rationem petendi? Primum utrum magis favere putas Atinates an Tusculanos suis? Alteri — scire enim hoc propter vicinitatem facile possum — cum huius ornatissimi atque optimi viri, Cn. Saturnini, patrem aedilem, cum praetorem viderunt, quod primus ille non modo in eam familiam, sed etiam in praefecturam illam sellam curulem attulisset, mirandum in modum laetati sunt: alteros — credo, quia refertum est municipium consularibus, nam malevolos non esse certo scio — numquam intellexi vehementius suorum municipum honore laetari. 20. Habemus hoc nos: habent nostra municipia. Quid ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri ipsi prope dicam montesque favebant. Num quando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de Ti. Coruncanio municipe suo, num de tot Fulviis gloriari? verbum nemo facit. At in quemcumque Arpinatem incideris, etiam si nolis, erit tamen tibi fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de C. Mario audiendum. Primum igitur hic habuit studia suorum ardentia, tu tanta, quanta in hominibus iam saturatis honoribus esse potuerunt. 21. Deinde tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur: huius praefectura plena virorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit: quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore et luctu supplicem vobis. Hi tot equites Romani, tot tribuni aerarii — nam plebem a iudicio dimisimus, quae cuncta comitiis adfuit, — quid roboris, quid dignitatis huius petitioni attulerunt? Non enim tribum Teretinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum coniectum, sed solidam et robustam et assiduam frequentiam praebuerunt: nostra municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer moventur. IX. 22. Omnia, quae dico de Plancio, dico expertus in nobis: sumus enim finitimi Atinatibus. Laudanda est vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuscata malevolentia, non assueta mendaciis, non fucosa, non fallax, non erudita artificio simulationis vel suburbano vel etiam urbano. Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo

---

1. *e* T E: *ex* O — *sunt plurimae familiae* T: *plurimae sunt familiae* E; *plurimae familiae sunt* O — 2. *est* om. T — *iuuenticia* T — *ex* T E: *e* O — 3. *est ea praefectura pro .n. atinati* E — 5. *atinatis* T E — 7. *obtimi* E — 10. *quia*] *qua* T — 11. *nam -- scio* habet V — *malevolus* V; *maliuolos* T E — 12. *suorum municipum* E: *suorum municipium* T; [*municipum*] *suorum* O — *honore* om. T — 13. *quorum -- favebant* habet V — *horibus* V — 14. *ipsi prope dicam* V T E: *prope dicam ipsi* O — *montesquae* V; *mentesque* E — *favebant* V: *faverunt* T E O — 15. *dem. catone* T — 16. *fuluis* E; *fluluis* T — 17. *At -- audiendum* habet V — *At* V: *ad* T E — *in quemcumque*] *si in aliquem* V — *incideris* V: *inciderit* T E — *etiam si nolis* om. V — *nolis*] *nobis* T — 18. *tamen* om. V — *aliquid, sed certe* V T E: *aliquid, aliquid certe* O — 21. *tui municipes -- tamen pauci* habet V — 23. *fort. est* Mommsenius. — *quam quidem -- supplicem vobis* habet V — 25. *aerari* E; *erari* T — 26. *affuit* E — 27. *peticioni* T — *teretinam* E: *tiretinam* T; *Terentinam* O — 29. *nostra* T E: *Iam nostra* O — 32. *illum* (sic) *offici ĩñtẽ* (vel *m̃tẽ*) T; *illam officii rationem* Wunderus. — 33. *maliuolentia* T E — *adsueta* T — *non fucosa* habet V — 35. *sopanus* T E.

Casinas, nemo Aquinas. Tractus ille celeberrimus, Venafranus, Allifanus, tota denique ea nostra ita aspera et montuosa et fidelis et simplex et fautrix suorum regio se huius honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur, isdemque nunc ex municipiis adsunt equites Romani publice cum legatione et testimonio, nec minore nunc sunt sollicitudine quam tum erant studio: etenim est gravius spoliari fortunis quam non augeri dignitate. 23. Ergo ut alia in te erant illustriora, Laterensis, quae tibi maiores tui reliquerant, sic te Plancius hoc non solum municipii, verum etiam vicinitatis genere vincebat: nisi forte te Labicana aut Gabina aut Bovillana vicinitas adiuvabat, quibus e municipiis vix iam qui carnem Latinis petant reperiuntur. Adiungamus, si vis, id, quod tu huic obesse etiam putas, patrem publicanum: qui ordo quanto adiumento sit in honore quis nescit? flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum rei publicae publicanorum ordine continetur. 24. Quis est igitur qui neget ordinis eius studium fuisse in honore Plancii singulare? Neque iniuria, vel quod erat pater is, qui est princeps iam diu publicanorum, vel quod ab sociis unice diligebatur, vel quod diligentissime rogabat, vel quia pro filio supplicabat, vel quod huius ipsius in illum ordinem summa officia quaesturae tribunatusque constabant, vel quod illi in hoc ornando ordinem se ornare et consulere liberis suis arbitrabantur.

X. Aliquid praeterea — timide dico, sed tamen dicendum est: non enim opibus, non invidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficii, sed misericordia, sed precibus aliquid attulimus etiam nos. Appellavi populum tributim, submisi me et supplicavi: ultro me hercule se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi. 25. Valuit causa rogandi, non gratia, nec, si vir amplissimus, cui nihil est quod roganti concedi non iure possit, de aliquo, ut dicis, non impetravit, ego sum arrogans, quod me valuisse dico. Nam ut omittam illud, quod ego pro eo laborabam, qui valebat ipse per sese, rogatio ipsa semper est gratiosissima, quae est officio necessitudinis coniuncta maxime. Neque enim ego sic rogabam, ut petere viderer, quia familiaris esset meus, quia vicinus, quia huius parente semper plurimum essem usus, sed ut quasi parenti et custodi salutis meae. Non potentia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa. Nemo mea restitutione laetatus est, nemo iniuria

---

1. *cassinas* T — *tractus ille* T E: *Totus ille tractus* O — *allisanus* T E — 2. *denique ea nostra ita* nos: *denique anostra ita* T E; *d. nostra illa* O — 3. *se*] *sed* E — 4. *isdemque* T E: *iisdemque* O — *ex* T E: *a* O — *pluplicae* T — 5. *et* om. T E — *sunt* om. E — *quam tum*] *quantum* T — 7. *Ergo*] *etenim* T — 9. *aut gabina aut bouillana aut gabinis uicinitas* T E — 10. *quibus - - repperiuntur* (sic) habet A — *qui* om. A — 11. *Adiungamus - - publicanum* habet A — *Adiungamus* A: *adiungam* T E O — *abesse* A; sed cf. p. 1111, 32. — 14. *rei publicae*] *rep.* T — *ordinē* T — 15. *ęius ordinis* E — *planci* T — 16. *quod erat - - publicanorum*] *quod fuerit publicanus* A — 17. *vel quod ab - - supplicabat* habet A — *quod ab* A: *quod iis ab* T; *quod is ab* E O — 18. *uel quod huius* E: *ut quod huius* T; *vel quia huius* O — 19. *tribunatus quae* T — 20. *ordine* T E — 22. *Aliquid - - dicendum est* habet A — *timede* T — *dicam* A — 23. *commeratione* T — 24. *aliquid adtulimus etiam nos* habet A — 25. *summisi* T E — *ultro - - rogavi* habet A — 26. *mercule* A; *mehercules* T — *offerentis - - pollicentis* T E — *ualuit* corr. ex *uoluit* T — 27. *nec si vir - - non impetravit* habet A — 29. *adrogans* T — *ut* om. T — 30. *rogatio haec semper est gratiosissima* habet A — *est* om. T — 31. *gratiossissima* T — 34. *petentia* T — 35. *fuit* om. T — *restitucione* Ţ.

doluit, cui non huius in me misericordia grata fuerit. 26. Etenim si ante reditum meum Cn. Plancio se vulgo viri boni, cum hic tribunatum peteret, ultro offerebant, cui nomen meum absentis honori fuisset, ei meas praesentis preces non putas profuisse? An Minturnenses coloni, quod C. Marium e civili ferro atque ex impiis manibus eripuerunt, quod tecto receperunt, quod fessum inedia fluctibusque recrearunt, quod viaticum congesserunt, quod navigium dederunt, quod eum linquentem terram eam, quam servarat, votis omnibus lacrimisque prosecuti sunt, aeterna in laude versantur: Plancio, quod me vel vi pulsum vel ratione cedentem receperit, iuverit, custodierit, his et senatui populoque Romano, ut haberent quem reducerent, conservarit, honori hanc fidem, misericordiam, virtutem fuisse miraris?

XI. 27. Vitia me hercule Cn. Plancii res eae, de quibus dixi, tegere potuerunt, ne tu in ea vita, de qua iam dicam, tot et tanta adiumenta huic honori fuisse mirere. Hic est enim, qui adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam sic ab illo gravissimo et sanctissimo atque omni laude et honore dignissimo viro dilectus est, ut et contubernii necessitudo et adolescentis modestissimi pudor postulabat: quod, si adesset, non minus ille declararet quam hic illius frater patruelis et socer T. Torquatus, omni illi et virtute et laude par, qui est quidem cum illo maximis vinclis et propinquitatis et affinitatis coniunctus, sed ita magnis amoris, ut illae necessitudinis causae leves esse videantur. Fuit in Creta postea contubernalis Saturnini, propinqui sui, miles huius Q. Metelli: cui cum fuerit probatissimus hodieque sit, omnibus esse se probatum debet sperare. In ea provincia legatus fuit C. Sacerdos: qua virtute, qua constantia vir! L. Flaccus: qui homo! qui civis! qualem hunc putent, assiduitate testimonioque declarant. 28. In Macedonia tribunus militum fuit, in eadem provincia postea quaestor. Primum Macedonia sic eum diligit, ut indicant hi principes civitatum suarum: qui cum missi sint ob aliam causam, tamen huius repentino periculo commoti huic assident, pro hoc laborant; huic si praesto fuerint, gratius se civitatibus suis facturos putant quam si legationem suam et mandata confecerint. L. vero Apuleius hunc tanti facit, ut morem illum maiorum, qui praescribit in parentum loco quaestoribus suis praetores esse oportere, officiis benevolentiaque superarit. Tribunus pl. fuit, non fortasse tam

---

1. *cui* om. T — 3. *meum nomen* E — 4. *praesentes* E — *An -- eripuerunt* habet A — ***Minturnensem*** A — 5. *e* A: om. T E — *ferro* A: *errore* T E — 6. *inaedia* T E — 8. *seruarat* T E: *servaverat* O — *uotisomnibus lacrimisque* T E: *lacrimis, votis ominibusque* L O; *votis ominibusque et lacrimis* Madvigius Emendatt. in Cic. libros philos. I p. 40. — 9. *eterna* T — *quod me -- cedentem* habet A — 10. *et*] *ut* E — 13. *Vicia* E — *planci* T — *dixit aegere* T; *dixit agere* E — 15. *Hic -- dilectus est* habet A — *est* om. T — *adulescentulus* A T — *A.*] *Aulo* A — 16. *affricam* T — *grauissimo uiro et* E — *et sanctissimo -- dignissimo* om. A — 17. *delectus* T — *contuberni* T — 18. *adulescentis* T, *adolescentis* E: *adolescentuli* O — *si* om. T — 19. *illius frater*] *illustrator* E — 20. *T.*] *tuus* E — *omni illi* T E: *illi omni* O — 21. *uinclis* T E: *vinculis* O — *et appropinquitatis* T — *conuictus* T — 22. *magnis* Pantagathus: *magni* T E — *uideamur* T — *Fuit -- Metelli* habet A — 24. *cui* e tribus codd. Wunderus: *qui* T E; *quibus* O — *hodie quae* T — 25. *prouintia* T, item v. 28. — 27. *tribunus*] *.tr.* T — 28. *miles* T E — 29. *hi*] *.ii.* T — 33. *apuleius* E: *apulegius* T; *Appuleius* O — *huc* T — 35. *beniuolentiaque* T E — *Tribunus -- tribunus* habet A — *pl.* A T: *plebis* E O.

vehemens quam isti, quos tu iure laudas, sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset tribunus. XII. 29. Omitto illa, quae si minus in scaena sunt, at certe, cum sunt prolata, laudantur, ut vivat cum suis, primum cum parente — nam meo iudicio pietas fundamentum est omnium virtutum —, quem veretur ut deum — neque enim multo secus est parens liberis —, amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut aequalem. Quid dicam cum patruo, cum affinibus, cum propinquis, cum hoc Cn. Saturnino, ornatissimo viro? cuius quantam honoris huius cupiditatem fuisse creditis, cum videtis luctus societatem? Quid de me dicam, qui mihi in huius periculo reus esse videor? quid de his tot viris talibus, quos videtis veste mutata? Atque haec sunt indicia, iudices, solida et expressa, haec signa probitatis, non fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis veritatis. Facilis est illa occursatio et blanditia popularis: adspicitur, non attrectatur; procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. 30. Omnibus igitur rebus ornatum hominem, tam externis quam domesticis, non nullis rebus inferiorem quam te, genere dico et nomine, superiorem aliis, municipum, vicinorum, societatum studio, meorum temporum memoria, parem virtute, integritate, modestia aedilem factum esse miraris?

Hunc tu vitae splendorem maculis adspergis istis? Iacis adulteria, quae nemo non modo nomine, sed ne suspicione quidem possit agnoscere. Bimaritum appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina. Ductum esse ab eo in provinciam aliquem dicis libidinis causa, quod non crimen est, sed impunitum in maledicto mendacium; raptam esse mimulam, quod dicitur Atinae factum a iuventute vetere quodam in scaenicos iure maximeque oppidano. 31. O adolescentiam traductam eleganter! cui quidem cum quod licuerit obiiciatur, tamen id ipsum falsum reperiatur. «Emissus aliqui e carcere.» Et quidem emissus per imprudentiam, emissus, ut cognostis, necessarii hominis optimique adolescentis rogatu: idem postea praemandatis requisitus. Atque haec nec ulla alia sunt coniecta maledicta in eius vitam, de cuius vos pudore, religione, integritate dubitetis. XIII. Pater vero, inquit, etiam obesse filio debet. O vocem duram atque indignam tua probitate, Laterensis! Pater ut in iudicio capitis, pater ut in dimicatione fortunarum, pater ut apud tales viros obesse filio debeat? qui si esset turpissimus, si sordidissimus, ta-

1. *veaemens* A — 3. *scaena* T: *scena* E O — 5. *pietas*] *putas* T — 6. *multos* T — 8. *Gñ.* E — *videatis* codd. praeter T E omnes. — 11. *talibus*] *ac talibus* Lamb.; cf. p. 1023, 12. «Si sanum est *de his tot viris talibus*, asyndeton nullum est, duobusque verbis *viris talibus* quasi uni cuidam notioni *tot* adiectum est.» Wesenberg Emendatt. Tuscul. II. p. 44. — *Atque* E, *Adque* T: *Atqui* O — 12. *iudices solida* T E: *solida, iudices* O — 13. *fucata*] *fugat a* T E — 14. *blandicia* E — *aspicitur ñ adtrectatur* T — 16. *tam - quam* E: *quã - quã* T; *qua - qua* O — 17. *quam te*] *quanti* E — *genere dico et nomine* Garatonius: *generis dico et nominis* T E O. Qui ablativum suppleverunt *dignitate* vel *splendore* vel *decore* non cogitaverunt, ad vv. *non nullis rebus* saltem duo substantiva apponenda fuisse. — *municipiorum* T — 18. *societatu* T — *meorum temporum* T E: *temporum meorum* O — 20. *aspergis* T E — 23. *prouintiam* T — *dicas* TE — 24. *inpunitum* T — 25. *atine* T — 26. *scenicos* T E O; sed cf. v. 3. — *adulescentiam* T — 27. *cui*] *qui* T E — *obiciatur* T — 28. *aliqui* T: *aliquis* E — *e*] fort. *ẽ e* — *inprudentiam* T — 29. *ut cognostis* om. T — *necessari* T — *optime adulescentis* T — 30. *p̃mandatus* T — 31. *coniecta*] *conuincta* vel *coniuncta* T — 34. *talis* T.

men ipso nomine patrio valeret apud clementes iudices et misericordes, valeret, inquam, communi sensu omnium et dulcissima commendatione naturae. 32. Sed cum sit Cn. Plancius is eques Romanus, ea primum vetustate equestris nominis, ut pater, ut avus, ut maiores eius omnes equites Romani fuerint, summum in praefectura florentissima gradum tenuerint et dignitatis et gratiae; deinde ut ipse in legionibus P. Crassi imperatoris inter ornatissimos homines, equites Romanos, summo splendore fuerit, ut postea princeps inter suos plurimarum rerum sanctissimus et iustissimus iudex, maximarum societatum auctor, plurimarum magister: si non modo in eo nihil umquam reprehensum, sed laudata sunt omnia, tamen is oberit honestissimo filio pater, qui vel minus honestum et alienum tueri vel auctoritate sua vel gratia possit? 33. Asperius, inquit, locutus est aliquid aliquando. Immo fortasse liberius. At id ipsum, inquit, non est ferendum. Ergo ii ferendi sunt, qui hoc queruntur, libertatem equitis Romani se ferre non posse? Ubinam ille mos, ubi illa aequitas iuris, ubi illa antiqua libertas, quae malis oppressa civilibus extollere iam caput et aliquando recreata se erigere debebat? Equitum ego Romanorum in homines nobilissimos maledicta, publicanorum in Q. Scaevolam, virum omnibus ingenio, iustitia, integritate praestantem, aspere et ferociter et libere dicta commemorem? XIV. Consuli P. Nasicae praeco Granius, medio in foro, cum ille edicto iustitio domum decedens rogasset Granium, quid tristis esset? an quod reiectae auctiones essent? immo vero, inquit, quod legationes. Idem tribuno pl., potentissimo homini, M. Druso, sed multa in re publica molienti, cum ille eum salutasset et, ut fit, dixisset «Quid agis, Grani?», respondit «Immo vero tu, Druse, quid agis?» Ille L. Crassi, ille M. Antonii voluntatem asperioribus facetiis saepe perstrinxit impune. Nunc usque eo est oppressa vestra arrogantia civitas, ut, quae fuit olim praeconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorando non sit concessa libertas. 34. Quae enim umquam Plancii vox fuit contumeliae potius quam doloris? quid est autem umquam questus, nisi cum a sociis et a se iniuriam propulsaret? Cum senatus impediretur, quo minus, id quod hostibus semper erat tributum, responsum equitibus Romanis redderetur, omnibus illa iniuria dolori fuit publicanis, sed eum ipsum dolorem hic

---

1. *elementis* T — 3. *aeques .r.* T — 4. *aequestris* T — *nominis* om. E — 13. *At*] *ad* T — 14. *ii* T: *hi* E O — *hoc* T E: om. O — 16. *equitas* T — *oppsa* T — 17. *se*] *si* E — *debeat* T — 18. *ego* corr. ex *ergo* E — *in* T E: [*etiam*] *in* O — *Ego publicanorum* - - *quod legationes* habet A — *in*] *neque* A — 19. *sccuolam* T; *sceuolam* E — *omni* T — 20. *asperae et fortiter* T — *et libere* om. A — 21. *in medio f.* A. Cf. Stuerenburg ad or. p. Archia ed. II. p. 32. — *edicio iusticio* T; *editicio iustitio* E; *dictustitio* A — 22. *essem* T; *isset* E — 23. *inquid* T — *legationes* A E: *legiones* T — *Idem* - - *Druso* habet A — *tribuno*] *.tr.* T — *pl.* T: *plebi* A; *plebis* E O — 24. *homini* om. A — *sed*] *et* Kiehl (Mnemos. III, p. 231). — *re .p.* E; *rep.* T — 25. *salutasset et, ut fit, dixisset* nos: *salutasset ut fit dixisset* T E; *salutasset, ut fit, dixissetque* O — *Grani, quid agis?* habet A in scholio. — *agit* T — 26. *immo tu Druse quid agis* habet A in scholio — *L.*] *luci* T E — *crasse* E — *antoni* T E — *volubilitatem* Orellius. — 27. *sepe* T — *inpune* T — *Nunc* - - *libertas* habet A — 28. *est oppressa* - - *ciuitas* A T E: *oppressa* - - *civitas est* O — *nostra* A T E — *adrogantia* A T — 29. *equiti R.* A; *aequiti .r.* T — 30. *plancio vox fuit* T; *fuit planci vox* E — 31. *quaestus* T — 34. *fuit publicanis* T E: *publicanis fuit* O — *eum*] *cum* T — *ipsum*] *illum* T; om. E.

tulit paulo apertius. Communis ille sensus in aliis fortasse latuit: hic, quod cum ceteris animo sentiebat, id magis quam ceteri et vultu promptum habuit et lingua. 35. Quamquam, iudices, — agnosco enim ex me — permulta in Plancium, quae ab eo numquam dicta sunt, conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando, non studio adductus, sed aut contentione dicendi aut lacessitus, et quia, ut fit in multis, exit aliquando aliquid, si non perfacetum, at tamen fortasse non rusticum, quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. Ego autem, si quid est quod mihi scitum esse videatur et homine ingenuo dignum atque docto, non aspernor: stomachor, cum aliorum non me digna in me conferuntur. Nam quod primus scivit legem de publicanis tum, cum vir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset: si in eo crimen est, quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si, quia primus scivit, utrum id sortis esse vis an eius, qui illam legem ferebat? Si sortis, nullum crimen est in casu: si consulis, splendor etiam Plancii, hunc a summo viro principem esse ordinis iudicatum.

XV. 36. Sed aliquando veniamus ad causam, in qua tu nomine legis Liciniae, quae est de sodaliciis, omnes ambitus leges complexus es. Neque enim quidquam aliud in hac lege nisi editicios iudices es secutus: quod genus iudiciorum si est aequum ulla in re nisi in hac tribuaria, non intelligo, quam ob rem senatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accusatore neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas, de ipso denique ambitu reiectionem fieri voluerit iudicum alternorum, cumque nullum genus acerbitatis praetermitteret, hoc tamen unum praetereundum putarit. 37. Quid? huiusce rei tandem obscura causa est, an et agitata tum, cum ista in senatu res agebatur, et disputata hesterno die copiosissime a Q. Hortensio, cui tum est senatus assensus? Hoc igitur sensimus: cuiuscumque tribus largitor esset per hanc consensionem, quae magis honeste quam vere sodalitas nominaretur, quam quisque tribum turpi largitione corrumperet, eum maxime iis hominibus, qui eius tribus essent, esse notum. Ita putavit senatus, cum reo tribus ederentur eae, quas is largitione devinctas haberet, eosdem fore testes et iudices. Acerbum omnino genus iudicii, sed tamen, si vel sua vel ea, quae maxime esset cuique coniuncta, tribus ederetur, vix recusandum. XVI. 38. Tu autem, Laterensis, quas tribus edidisti? Teretinam, credo. Fuit certe id aequum et certe exspectatum est et fuit dignum constantia tua. Cuius tu tribus venditorem et corruptorem et sequestrem Plancium fuisse clamitas, eam tribum profecto, severissimorum praesertim homi-

---

2. *promtum* T — 5. *Ego quia -- dixisse dicunt* habet A — 8. *id me* E — *si quod* T E — 9. *hominem* E — 10. *stomachor* T E: *stomachor vero* O — *Nam quod -- dedisset* habet A — 11. *scivi* A — *id* om. A — 14. *esse vis*] *esse eius* E — 15. *casũ* T E — 16. *planci* T — 18. *sodaliciis* E: *solatiis* T; *sodalitiis* O — *omnis* T — *legis* T E — 19. *Nec* (*Neque* Servius) *enim -- secutus es* habent A et omisso *es* Servius ad Vergil. Ecl. 3, 50. — *quicquam* A T (ubique) — *aluit* pro *aliut* A — *aedicitios* T — *es secutus* codd. plerique: *esse secutus* T E; *secutus es* (A) O; *assecutus es* Cobet (Mnemos. III p. 231). — 20. *aecum* T — 21. *intellego* T — 22. *aeditionem* T — 23. *uoluerit* corr. ex *uoluit* E — 25. *huius caerei* T — 27. *adsensus* T — 28. *esset et per* prava geminatione T E; cf. p. 1114, 1. — 29. *magis*] *magna* T — 30. *eum*] *cum* T — *iis*] *his* T — 32. *is*] *his* T — *testis* T — 35. *teretinam* T E: *Terentinam* O — 36. *aecuum* T — *et certe*] *est certe* T E.

num et gravissimorum, edere debuisti. At Voltiniam: lubet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari: hanc igitur ipsam cur non edidisti? Quid Plancio cum Lemonia? quid cum Oufentina? quid cum Clustumina? nam Maeciam, non quae iudicaret, sed quae reiiceretur, esse voluisti. 39. Dubitatis igitur, iudices, quin vos M. Laterensis suo iudicio non ad sententiam legis, sed ad suam spem aliquam de civitate delegerit? dubitatis quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, cum ille non ediderit, iudicarit officiis ab hoc observatas, non largitione corruptas? Quid enim potest dicere, cur ista editio non summam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo secuti sumus? 40. Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos aut inimicos meos aut denique eos, quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes? tu me ignaro, nec opinante, inscio notes et tuos et tuorum amicorum necessarios, vel iniquos vel meos vel etiam defensorum meorum, eodemque adiungas, quos natura putes asperos atque omnibus iniquos? deinde effundas repente, ut ante consessum meorum iudicum videam, quam potuerim qui essent futuri suspicari, apud eosque me ne quinque quidem reiectis, quod in proximo reo de consilii sententia constitutum est, cogas causam de fortunis omnibus dicere? 41. Non enim, si aut Plancius ita vixit, ut offenderet sciens neminem, aut tu ita errasti, ut eos ederes imprudens, ut nos invito te tamen ad iudices, non ad carnifices veniremus, idcirco ista editio per se non acerba est. XVII. An vero nuper clarissimi cives nomen editicii iudicis non tulerunt, cum ex CXXV iudicibus, principibus equestris ordinis, quinque et LXX reus reiiceret, quinquaginta referret, omniaque potius permiscuerunt, quam ei legi conditionique parerent: nos neque ex delectis iudicibus, sed ex omni populo, neque editos ad reiiciendum, sed ab accusatore constitutos iudices ita feremus, ut neminem reiiciamus? 42. Neque ego nunc legis iniquitatem queror, sed factum tuum a sententia legis doceo discrepare, et illud acerbum iudicium, si, quem ad modum senatus censuit populusque iussit, ita fecisses, ut huic et suam et ab hoc observatas tribus ederes, non modo non quererer, sed hunc iis iudicibus editis, qui iidem testes esse possent, absolutum putarem, neque nunc multo secus existimo. Cum enim has tribus edidisti, ignotis te iudicibus uti malle quam notis indicavisti: fugisti sententiam legis, aequitatem omnem reiecisti, in tenebris quam in luce causam versari maluisti. 43. Voltinia tribus ab hoc corrupta: Teretinam habuerat venalem. Quid diceret apud

---

1. *uultiniam* T — *lubet* T: *libet* E O — *enim*] *et enim* T; cf. pag. 1113, 28. — 3. *Oufentina* nos: *Ufentina* C O — 4. *clustumina* T E: *Crustumina* O. Cf. p. 1062, 14. — *Maeciam* E: *etiam* T — *reiceretur* T — 9. *aeditio* T — 11. *diligas* T — 12. *inexorabilis* T — *crudelis* T — 13. *inscio*] *insieco* T; *in sicco* E — 14. *amicorum* T E: om. O — *uel iniquos* T E: *vel* omittit O — 17. *aput* (sic) -- *dicere* habet A — *eosque*] *eos qui* T E — 19. *de fortunis omnibus* om. A — *Non enim* -- *acerba est* habet A — 21. *aederes* T; *ederens* A — *inprudens* A E — 22. *aedicio* T — 23. *An vero* -- *tulerunt* habet A — *aeditici* T; *editici* E; *editicium* A — 24. *aequestris* T — 25. *reos* E — *reiceret* T — *quinquaginta* T E: *L* O — *Omnia quae* T — 26. *condicionique* T — *delictis* T — 27. *aeditos* T — *resciendum* T E — 28. *resciamus* T E — 29. *deceo* T — 32. *aederes* T — *querer* T — *iis* T: *his* E — *aeditis* T — 33. *idem testes* T E: *testes iidem* O — 35. *iudicauisti* T E — 37. *teretinam* T E: *Terentinam* O — *apud ucltiniensis aut apud uoltiniensis tribulis* T.

Voltinienses aut apud tribules suos iudices? Immo vero tu quid diceres? quem iudicem ex illis aut tacitum testem haberes aut vero etiam excitares? Etenim, si reus tribus ederet, Voltiniam fortasse Plancius propter necessitudinem ac vicinitatem, suam vero certe edidisset. Et, si quaesitor huic edendus fuisset, quem tandem potius quam hunc C. Alfium, quem habet, cui notissimus esse debet, vicinum, tribulem, gravissimum hominem iustissimumque, edidisset? cuius quidem aequitas et ea voluntas erga Cn. Plancii salutem, quam ille sine ulla cupiditatis suspicione prae se fert, facile declarat non fuisse fugiendos tribules huic iudices, cui quaesitorem tribulem exoptandum fuisse videatis.

XVIII. 44. Neque ego nunc consilium reprehendo tuum, quod eas tribus, quibus erat hic maxime notus, non edideris, sed a te doceo consilium non servatum senatus. Etenim quis te tum audiret illorum aut quid diceres? Sequestremne Plancium? Respuerent aures, nemo agnosceret, repudiarent. An gratiosum? Illi libenter audirent: nos non timide confiteremur. Noli enim putare, Laterensis, legibus istis, quas senatus de ambitu sanciri voluerit, id esse actum, ut suffragatio, ut observantia, ut gratia tolleretur: semper fuerunt viri boni, qui apud tribules suos gratiosi esse vellent. 45. Neque vero tam durus in plebem noster ordo fuit, ut eam coli nostra modica liberalitate noluerit, neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne observent tribules suos, ne diligant, ne conficere necessariis suis suam tribum possint, ne par ab iis munus in sua petitione respectent: haec enim plena sunt officii, plena observantiae, plena etiam antiquitatis. Isto in genere et fuimus ipsi, cum ambitionis nostrae tempora postulabant, et clarissimos viros esse vidimus et hodie esse volumus quam plurimos gratiosos. Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione devincta severitatem senatus et bonorum omnium vim ac dolorem excitarunt. Haec doce, haec profer, huc incumbe, Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronuntiasse, divisisse: tum mirabor te iis armis uti, quae tibi lex dabat, noluisse. Tribulibus enim iudicibus non modo severitatem illorum, si ista vera sunt, sed ne vultus quidem ferre possemus. 46. Hanc tu rationem cum fugeris cumque eos iudices habere nolueris, quorum in huius delicto cum scientia certissima, tum dolor gravissimus esse debuerit, quid apud hos dices, qui abs te taciti requirunt, cur sibi hoc oneris imposueris, cur se potissimum delegeris, cur denique se divinare malueris quam eos, qui scirent, iudicare? XIX. Ego Plancium,

---

2. *quem*] *quum* Ravius Var. Lectt. II. p. 84 sq. — *habere se aut* T — 3. *aederet* T — 4. *ac* E: *aut* T; *et* O — *aedidisset* T — *Et*] *ut* T E — 5. *quesitor* T E — 7. *aedidisset* T — *equitas* T — 8. *planci* T — 9. *tribulis* T E — 10. *quaestorem* T — 11. *eas* T E: *non eas* O — 12. *non* cum codicibus aliquot Wunderus: om. T E O — 14. *diceret* T — *respuerint* T E — 15. *timede* T — 17. *sanciri* Manutius: *sancire* T E O — *ualuerit* T — *suffragio* T — 18. *toleretur* T — *uiri boni* T E: *boni viri* O — *tribulis* T — 19. *gratios* T — *vero* om. T — 20. *libertate* T — *meque* T — 21. *tribulis* T — 23. *peticione* T — 24. *fugimus* T — 26. *et ae hodie* T — *uolumus* T E: *videmus* O — *Decuratio* T — *tribulum* T E — 28. *vim*] *iram* Cobet (Mnemos. III. p. 231). — *excitarent* T — 30. *pronunciasse* E — *te iis*] *telis* T E — *uti, quae*] *utique* T E — 32. *uultis* T — 33. *hanc iurationem* T E — *fugetis* T — *cumque*] *tu* vel *cu* T — *eos*] *hos* T E — 34. *cum*] *tum* E — *conscientia* Cobet l. l. — *dolorum* T — 35. *sibi hoc* T E: *hoc sibi* O — 36. *inposueris* T.

Laterensis, et ipsum gratiosum esse dico et habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos, quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso: sin, quia gratiosi sint, accusandos putas, noli mirari te id, quod tua dignitas postularit, repudiandis gratiosorum amicitiis non esse assecutum. 47. Nam ut ego doceo gratiosum esse in sua tribu Plancium, quod multis benigne fecerit, pro multis spoponderit, in operas plurimos patris auctoritate et gratia miserit, quod denique omnibus officiis per se, per patrem, per maiores suos totam Atinatem praefecturam comprehenderit, sic tu doce sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribules decuriavisse. Quod si non potes, noli tollere ex ordine nostro liberalitatem, noli maleficium putare esse gratiam, noli observantiam sancire poena.

Itaque haesitantem te in hoc sodaliciorum tribuario crimine ad communem ambitus causam contulisti, in qua desinamus aliquando, si videtur, vulgari et pervagata declamatione contendere. Sic enim tecum ago. 48. Quam tibi commodum est tribum unam delige: tu doce id, quod debes, per quem sequestrem, quo divisore corrupta sit: ego, si id facere non potueris, quod, ut opinio mea fert, ne incipies quidem, per quem tulerit, docebo. Estne haec vera contentio? placetne sic agi? num possum magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere? Quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? etiam atque etiam insto atque urgeo, insector, posco atque adeo flagito crimen: quamcumque tribum, inquam, delegeris, quam tulerit Plancius, tu ostendito, si poteris, vitium: ego, qua ratione tulerit, docebo. Neque erit haec alia ratio Plancio ac tibi, Laterensis. Nam ut, quas tribus tu tulisti, si iam ex te requiram, possis, quorum studio tuleris, explicare, sic ego hoc contendo, me tibi ipsi adversario, cuiuscumque tribus rationem poposceris, redditurum.

XX. 49. Sed cur sic ago? quasi non comitiis iam superioribus sit Plancius designatus aedilis: quae comitia primum habere coepit consul, cum omnibus in rebus summa auctoritate, tum harum ipsarum legum ambitus auctor; deinde habere coepit subito praeter opinionem omnium, ut ne si cogitasset quidem largiri quispiam, daretur spatium comparandi. Vocatae tribus, latum suffragium, diribitae *tabellae*, renuntiatae. Longe plurimum valuit Plancius: nulla largitionis nec fuit nec esse potuit suspicio. Ain tandem? una centuria praerogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo umquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit aut iis

---

1. *petitionẽ* T — 2. *sodalis* T — 3. *sint* T E: *sunt* O — 5. *adsecutum* T — *Nam* T E: *Iam* O — *graciosum* T — 6. *plantium* T — *promultos* T — 8. *per* ante *patrem* om. T — *totam per annatem* T — 9. *doces equestrem* E; *doces aequestrem* T — 10. *tribulis* T — 12. *noli observantiam sancire poena* habet Arusianus M. s. v. *Sancio peccatum supplicio* p. 263 ed. Lindem. — 13. *hesiante te* T — *sodaliciorum* T: *sodalitiorum* E O — 16. *est*] *sit* (superscr. *est*) E — *tribum unam* T E: *unam tribum* O — *delige: tu doce* Wunderus: *delige tu: doce* O — 17. *Ergo* T — 19. *placetne*] *Placet si ẽ* E — 20. *pedem ferre* T — *aut*] *ut* T — 22. *insertor* T; *insequor* E — *ideo* T — 23. *potueris* E — 24. *uicium* T E — *Neque* T E: *nec* O — 25. *ut tu, quas tribus tulisti* Halmius. — *si iam*] *suam* T — 27. *cuiusque* T E — 29. *cur* T E: *cur ego* O — *comitiis*] *commotus* T — *sit*] *si* T E — 32. *opiniopinionem ut ne* T — 33. *largiri quispiam* T E: *quispiam largiri* O — *spacium* T E — *conparandi uocate* T — 24. *diribitae* T E: *descriptae* O — *tabellae* Wunderus: om. T E O — *renuntiate* T — 36. *Ain* T E: *An* O — 37. *iis* T: *his* E.

ipsis comitiis consul aut certe in illum annum: aedilem tu Plancium factum esse miraris, in quo non exigua pars populi, sed universus populus voluntatem suam declararit, cuius in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint praerogativa? 50. Quo quidem tempore, Laterensis, si id facere voluisses aut si gravitatis esse putasses tuae, quod multi nobiles saepe fecerunt, ut, cum minus valuissent suffragiis quam putassent, postea prolatis comitiis prosternerent se et populo Romano fracto animo atque humili supplicarent, non dubito quin omnis ad te conversura fuerit multitudo. Numquam enim fere nobilitas, integra praesertim atque innocens, a populo Romano supplex repudiata est. Sed si tibi gravitas tua et magnitudo animi pluris fuit, sicuti esse debuit, quam aedilitas, noli, cum habeas id, quod malueris, desiderare id, quod minoris putaris. Equidem primum ut honore dignus essem, maxime semper laboravi, secundo ut existimarer: tertium mihi fuit illud, quod plerisque primum est, ipse honos, qui iis denique debet esse iucundus, quorum dignitati populus Romanus testimonium, non beneficium ambitioni dedit.

XXI. 51. Quaeris etiam, Laterensis, quid imaginibus tuis, quid ornatissimo atque optimo viro, patri tuo, respondeas mortuo. Noli ista meditari atque illud cave potius, ne tua ista querella dolorque nimius ab illis sapientissimis viris reprehendatur. Vidit enim pater tuus Appium Claudium, nobilissimum hominem, vivo patre suo, potentissimo et clarissimo civi, C. Claudio, aedilem non esse factum et eundem sine repulsa factum esse consulem; vidit hominem sibi maxime coniunctum, egregium virum, L. Volcatium, vidit M. Pisonem ista in aedilitate offensiuncula accepta summos a populo Romano esse honores adeptos. Avus vero tuus et P. Nasicae tibi aediliciam praedicaret repulsam, quo cive neminem ego statuo in hac re publica fortiorem, et C. Marii, qui duabus aedilitatis acceptis repulsis septiens consul est factus, et L. Caesaris, Cn. Octavii, M. Tullii, quos omnes scimus aedilitate praeteritos consules esse factos. 52. Sed quid ego aedilicias repulsas colligo? quae saepe eius modi habitae sunt, ut iis, qui praeteriti essent, benigne a populo factum videretur. Tribunus militum L. Philippus, summa nobilitate et eloquentia, quaestor C. Caelius, clarissimus ac fortissimus adolescens, tribuni pl. P. Rutilius Rufus, C. Fimbria, C. Cassius, Cn. Orestes facti non sunt, quos tamen omnes consules factos scimus esse: quae tibi

---

2. *esse* T E: om. O — 3. *tsuam* (sic) T — 4. *sed* om. T — *comitia*] *comitio* T — *fuerit* T E — 5. *laterensis si id* T E: *si id, Laterensis* O — 7. *populo R.*] *.pr.* T — 8. *non dubito quin omnis conversura fuerit multitudo* habet Arusianus M. s. v. *Conversurus ad te pro convertendus* p. 221 ed. Lindem. — *non dubito*] *nunc habito* T — 9. *Numquam -- supplex* habet V — *fere* om. V — 10. *integer* T — *Romano* om. V — 11. *est* E: *sunt* T; *fuit* O. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 45 n. — *sit ibi* T — 15. *iis*] *is* T — *iocundus* E — 16. *pupul. .r.* T — 20. *quaerela* T; *querela* E O — 21. *Vicit* T — 23. *ciui* T E: *cive* O — 25. *uolcacium* T E — *ista -- accepta* habet Priscianus III, 6, 34. — *ista in* T E et Priscianus: *in ista* O — *edilitate* T — 26. *hominesnores* (expunctis litteris *mines*) T — *Avus -- repulsam* habet V — 27. *Nasica ibi* V — 28. *fortitorem* T — *mari* T — 29. *aedilitatis aceptis* (sic) *repulsis* T: *aedilitatibus repulsus* E (solus) O — *septies* T E O — 30. *octaui* T — *tulli* T — 31. *sepe* T — 32. *benigni* T — 33. *philyppus* T — 34. *quaesitor* T — *C.*] *Q.* T E — *adulescens* T — 35. *tribuni*] *tr̄.* T — *pl.* T: *plebis* E O — 36. *quos -- esse* habet V — *omnis* V — *scimus factos* E.

ultro pater et maiores tui non consolandi tui gratia dicent, neque vero quo te liberent aliqua culpa, quam tu vereris ne a te suscepta videatur, sed ut te ad istum cursum tenendum, quem a prima aetate suscepisti, cohortentur. Nihil est enim, mihi crede, Laterensis, de te detractum: detractum dico? si me hercule vere, quod accidit, interpretari velis, est aliquid etiam de virtute significatum tua. XXII. Noli enim existimare non magnum quendam motum fuisse illius petitionis tuae, de qua ne aliquid iurares destitisti. Denuntiasti homo adolescens, quid de summa re publica sentires, fortius tu quidem quam non nulli defuncti honoribus, sed apertius quam vel ambitionis vel aetatis tuae ratio postulabat. 53. Quam ob rem in dissentiente populo noli putare nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet, qui te incautum fortasse nunc tuo loco demovere potuerunt, providentem autem et praecaventem numquam certe movebunt.

An te illa argumenta duxerunt? Dubitatis, inquit, quin coitio facta sit, cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius? An una fieri potuerunt, si una tribus non tulissent? At non nullas punctis paene totidem. Quippe, cum iam facti prope superioribus comitiis declaratique venissent: quamquam ne id quidem suspicionem coitionis habuerit; neque enim umquam maiores nostri sortitionem constituissent aediliciam, nisi viderent accidere posse, ut competitores pares suffragiis essent. 54. Et ais prioribus comitiis Aniensem a Plotio Pedio, Teretinam a Plancio tibi esse concessam: nunc ab utroque eas avulsas, ne in angustum venirent. Quam convenit nondum cognita populi voluntate hos, quos iam tum coniunctos fuisse dicis, iacturam suarum tribuum, quo vos adiuvaremini, fecisse: eosdem, cum iam essent experti, quid valerent, restrictos et tenaces fuisse? Etenim verebantur, credo, angustias: quasi res in contentionem aut in discrimen aliquod posset venire. Sed tamen tu A. Plotium, virum ornatissimum, in idem crimen vocando indicas eum te arripuisse, a quo non sis rogatus. Nam quod questus es plures te testes habere de Voltinia quam quot in ea tribu puncta tuleris, indicas aut eos testes te producere, qui, quia nummos acceperint, te praeterierint, aut te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse. XXIII. 55. Illud vero crimen de nummis, quos in circo Flaminio deprehensos esse dixisti, caluit re recenti, nunc in causa refrixit: neque enim, qui illi nummi fuerint, nec quae tribus, nec qui divisor, ostendis. Atque is quidem eductus ad consules, qui tum in crimen vocabatur, se inique a tuis iactatum graviter querebatur: qui si erat divisor, praeser-

---

1. *maioris* T E — 3. *istum cursum* T E: *cursum istum* O — 4. *detractum* semel exhibent T E — 5. *dico sisne hercule* T — 6. *Noli -- destitisti* habet V — 7. *peticionis* T — 8. *adulescens* T — 9. *rep.* T — 13. *prouidentiam* T — *autem* T E: *ante* O — 14. *numquam*] *nunc quam* T E; cf. var. lect. p. 1107, 13. — *certe demovebunt* Ernestius. — 15. *An te -- Plancius* habet V — *dubitabitis* V — *inquin* V — 17. *At*] *an* T E — *poene* T — 18. *factis* T E — 19. *coicionis* T; *comitiis* E — 20. *sortionem* T — 22. *plocio* T — *teretinam* T E: *Terentinam* O — *a* om. T E — 25. *iam*] *tam* T — 26. *fuisse* T — 27. *tenacis* T — 28. *possent* E — 29. *tu a plotium* E; *tu amplocium* T — *iudicas* T E — 30. *quaestus* T — 31. *pluris testes* (om. *te*) T — *quot*] *quod* T E — 32. *iudicas* T E — *testis* T — 35. *re* om. T — 36. *ostendis* T E: *ostenderis* O — 38. *iacturam* T.

tim eius, quem tu habebas reum, cur abs te reus non est factus? cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium praeiudicii comparasti? Sed neque tu haec habes neque eis confidis: alia te ratio, alia cogitatio ad spem huius opprimendi excitavit. Magnae sunt in te opes; late patet gratia; multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuae: multi huic invident; multis etiam pater, optimus vir, nimium retinens equestris iuris et libertatis videtur; multi etiam communes inimici reorum omnium, qui ita semper testimonium de ambitu dicunt, quasi aut moveant animos iudicum suis testimoniis, aut gratum populo Romano sit, aut ab eo facilius ob eam causam dignitatem quam volunt consequantur. 56. Quibuscum me, iudices, pugnantem more meo pristino non videbitis: non quo mihi fas sit quidquam defugere, quod salus Plancii postulet, sed quia neque necesse est me id persequi voce, quod vos mente videatis, et quod ita de me meriti sunt illi ipsi, quos ego testes video paratos, ut eorum reprehensionem vos vestrae prudentiae assumere, meae modestiae remittere debeatis. Illud unum vos magno opere oro atque obsecro, iudices, cum huius, quem defendo, tum communis periculi causa, ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoque sermoni fortunas innocentium subiiciendas putetis. 57. Multi amici accusatoris, non nulli etiam nostri iniqui, multi communes obtrectatores atque omnium invidi multa finxerunt. Nihil est autem tam volucre quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius dissipatur. Neque ego, si fontem maledicti reperietis, ut negligatis aut dissimuletis umquam postulabo: sed si quid sine capite manabit aut quid erit eius modi, ut non exstet auctor, qui audierit aut ita negligens vobis esse videbitur, ut unde audierit oblitus sit, aut ita levem habebit auctorem, ut memoria dignum non putarit, huius illa vox vulgaris a u d i v i ne quid innocenti reo noceat, oramus.

XXIV. 58. Sed venio iam ad L. Cassium, familiarem meum, cuius ex oratione ne illum quidem Iuventium tecum expostulavi, quem ille omni et humanitate et virtute ornatus adolescens primum de plebe aedilem curulem factum esse dixit. In quo, Cassi, si ita tibi respondeam, nescisse id populum Romanum, neque fuisse qui id nobis narraret, praesertim mortuo Congo, non, ut opinor, admirere, cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis me hic id ex te primum audisse confi-

1. *cur non -- comparasti* habet V — 2. *non* om. T — *damnationi* V; *dampnatione* T — *ab hoc* T — 3. *haec habes* T E: *habes haec* O — 7. *rerum* E; *reum* T — 10. *aut* + *ab eo* O — 11. *quibuscum -- postulet* habet V — *me*] *ne* T — *more meo* V T E: *meo more* O — 12. *quicquam* V T — *defugere* V: *effugere* T E — *planci* T — 14. *sint* T E — *testi* T — 15. *adsumere* T — 16. *molestiae* T — *magnopere* T E — 18. *audicionibus* T — *sermone* T E — 19. *subiciendas* T — *accusatores* T E — 22. *latius* T E: *nihil latius* O — 23. *repperietis* T — *ut* T E: *ut* [*aut*] O — *neglegatis* T — *aimquam* (sic) T — 24. *aut* T E: *aut si* O — *quod* T E — 25. fort. *qui autem audierit* — *neglegens* T — *vox* om. T — 27. *innocenti reo* T E: *reo innocenti* O — 29. *iam* om. T — 30. *expostulabo* Pantagathus; sed vide Ravium *Var. Lectt.* II. p. 202. — 31. *et humanitate* (*humilitate* T) *et uirtute* T E: *et virtute et humanitate* O — *adulescens* T — 32. *In quo -- Conco* habet V — *tibi ita* V; *eta tibi* T — 33. *Romanum*] *R.* V — *neque fuisse quid nobis* V; *neque id fuisse qui nobis* T — 34. *Congo* K. L. Roth (*Rh. Mus. N. F.* VIII. p. 615): *Conco* (et in lemmate et in scholio) V; *long.* (sic) T; *longe* E; *Longino* O — 35. *audisse primum* T — *confiteor* E.

tear. Et, quoniam tua fuit perelegans et persubtilis oratio, digna equitis Romani vel studio vel pudore, quoniamque sic ab his es auditus, ut magnus honos et ingenio et humanitati tuae tribueretur, respondebo ad ea, quae dixisti, quae pleraque de ipso me fuerunt: in quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. 59. Quaesisti, utrum mihi putarem, equitis Romani filio, faciliorem fuisse ad adipiscendos honores viam an futuram esse filio meo, quia esset familia consulari. Ego vero, quamquam illi omnia malo quam mihi, tamen honorum aditus numquam illi faciliores optavi, quam mihi fuerunt. Quin etiam, ne forte ille sibi me potius peperisse iam honores quam iter demonstrasse adipiscendorum putet, haec illi soleo praecipere — quamquam ad praecepta aetas non est gravis —, quae ille a Iove ortus suis praecipit filiis:

«Vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis.»

Nostis cetera: nonne?

«Id quod multi invideant:»

quae scripsit gravis et ingeniosus poëta, scripsit non ut illos regios pueros, qui iam nusquam erant, sed ut nos et nostros liberos ad laborem et ad laudem excitaret. 60. Quaeris, quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn. Scipionis fuisset filius. Magis aedilis fieri non potuisset, sed hoc praestaret, quod ei minus invideretur: etenim honorum gradus summis hominibus et infimis sunt pares, gloriae dispares. XXV. Quis nostrum se dicit M'. Curio, quis C. Fabricio, quis C. Duellio parem? quis Atilio Calatino? quis Cn. et P. Scipionibus? quis Africano, Marcello, Maximo? tamen eosdem sumus honorum gradus quos illi assecuti. Etenim in virtute multi sunt adscensus, ut is maxime gloria excellat, qui virtute plurimum praestet: honorum populi finis est consulatus, quem magistratum iam octingenti fere consecuti sunt: horum, si diligenter quaeres, vix decimam partem reperies gloria dignam. Sed nemo umquam sic egit, ut tu: «Cur iste fit consul? quid potuit amplius, si L. Brutus esset, qui civitatem dominatu regio liberavit?» Honore nihil amplius, laude multum. Sic igitur Plancius nihilo minus quaestor est factus et tribunus pl. et aedilis, quam si esset summo loco natus, sed haec pari loco orti sunt innumerabiles alii consecuti. 61. Profers triumphos

1. *et* TE: *ac* O — 3. *hono* T — 4. *quae plerique de ipsos me* T — *ipsa* T — 6. *Quesisti* T — *aequitis .r.* T — 8. *quia* TE: *qui* O — *esset e familia* E — 9. *tamen* TE: *tamen illi* O — *auditus* T — *illi* TE: om. O — *facilioris* TE — 12. *gnarus* E; [*gravis*] O — *quae*] *quare* TE — 13. *praecepit* E — 14. *iugulandum* T — *bonis. Nostis* ed. Aldina: *bonis nostris* TE; *bonis. Nosti* O — 15. *caetera* T — 16. *multi uideant* T — 17. *graius* T — *et* TE: *ille et* O — *poeta scripsit non* TE: *poëta, non* O — 20. *fuisset filius et filius magis* T — 22. *dissipares* T — 23. *M'*. Lambinus: *.m.* TE — *C.* (ante *D.*) Ernestius: *P.* E; om. T — *duellio* TE: *Duilio* cum Garatonio O — 24. *atillio* E — *calatine* E — *affricano* T — 25. *sumus*] *summos* E — *adseculi* T — 26. *adsensus* T; *ascensus* E — *maxime gloria* TE: *gloria maxime* O — 27. *Est consulatus finis honorum populi* Schol. Lucani V, 383. — 29. *quaeres* T: *queres* E; *quaeris* O — *reperies* ed. Iuntina: *repperis* T, *reperis* E. Cf. Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 86 n. — 30. *fit*] *sit* TE — 32. *Sit igitur Plancius nihilo minus quaestor factus -- natus: hacc pari* Ravius *Var. Lectt.* I, p. 163. — 33. *tribunus*] *.tr.* T — *pl.* T: *plebis* EO — *edilis* T.

T. Didii et C. Marii et quaeris, quid simile in Plancio: quasi vero isti, quos commemoras, propterea magistratus ceperint, quod triumpharant, et non, quia commissi sunt iis magistratus, re bene gesta triumpharint. Rogas, quae castra viderit: qui et miles in Creta hoc imperatore et tribunus in Macedonia militum fuerit et quaestor tantum ex re militari detraxerit temporis, quantum in me custodiendum transferre maluerit. 62. Quaeris, num disertus sit? Immo, id quod secundum est, ne sibi quidem videtur. Num iuris consultus? quasi quisquam sit qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat. Omnes enim istius modi artes in iis reprehenduntur, qui, cum professi sunt, satis facere non possunt, non in iis, qui se afuisse ab istis studiis confitentur: virtus, probitas, integritas in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Ut nos in mancipiis parandis, quamvis frugi hominem si pro fabro aut pro tectore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, forte nesciunt, sin autem emimus quem vilicum imponeremus, quem pecori praeficeremus, nihil in eo nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam esse curamus: sic populus Romanus deligit magistratus quasi rei publicae vilicos, in quibus si qua praeterea est ars, facile patitur, sin minus, virtute eorum et innocentia contentus est. Quotus enim quisque disertus, quotus quisque iuris peritus est, ut eos numeres, qui volunt esse? Quod si praeterea nemo est honore dignus, quidnam tot optimis et ornatissimis civibus est futurum?

XXVI. 63. Iubes Plancium de vitiis Laterensis dicere. Nihil potest nisi eum nimis in se iracundum fuisse. Idem effers Laterensem laudibus. Facile patior id te agere multis verbis, quod ad iudicium non pertineat, et id te accusantem tam diu dicere, quod ego defensor sine periculo possim confiteri. Atqui non modo confiteor summa in Laterense ornamenta esse, sed te etiam reprehendo, quod ea non enumeres, alia quaedam inania et levia conquiras. Praeneste fecisse ludos. Quid? alii quaestores nonne fecerunt? Cyrenis liberalem in publicanos, iustum in socios fuisse. Quis negat? sed ita multa Romae geruntur, ut vix ea, quae fiunt in provinciis, audiantur. 64. Non vereor ne mihi aliquid, iudices, videar arrogare, si de quaestura mea dixero: — quamvis enim illa floruerit, tamen eum me postea fuisse in maximis imperiis arbitror, ut non ita multum mihi gloriae sit ex quaesturae laude repetendum: — sed tamen non vereor ne quis audeat dicere ullius in Sicilia quaesturam aut

---

1. *didi* T E — *mari* T — fort. *quid sit simile* — 2. *magistratus*] *magg.* T E — 3. *re bene gesta triumpharint* Garatonius: *in quibus re bene gesta triumpharent* T E — 5. *questor* T — 7. *queris* T — *sit* T E: om. O — 9. *salsum* T — 10. *in his* T — *sunt* T E: *fuerint* O — *fatis* T — 11. *afuisse* T: *abfuisse* E O — 14. *eminus* T — 15. *nesciunt* T E: *nesciverit* O — 16. *uilicum* T: *uillicum* E O; item v. 18. — 17. *populus R.*] *.pr.* T — 18. *deligit te eorum* mediis omissis T — 19. *facile* om. O errore typogr. — *eorum*] *forum* E — 21. *nemo est honore dignus* T E: *honore dignus est nemo* O — 22. *obtimis* E — *ordinatissimis* T — 24. *eum*] *cum* T — *fuisse* Gulielmius: *putabis fuisse* T E; *putabit fuisse* O — *effers*] *ut fers* T — 26. *defensor* ultima littera puncto notata T; *defensori* E — 27. *confiteor -- esse* habet Priscianus VII, 11, 58. — 28. *enumeras* T — 29. *pranestae* T E — 30. *nonne* T E: *non* O — 32. *Non vereor -- dixero* habet A — 33. *videas* A — *adrogare* A T — 35. *multum mihi* T E: *mihi multum* O — *laudandae* T — 36. *aut clariorem aut gratiorem* T E: *aut gratiorem aut clariorem* O.

clariorem aut gratiorem fuisse. Vere me hercule hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines aliud Romae nisi de quaestura mea loqui. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram; negotiatoribus comis, mercatoribus iustus, mancipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus; excogitati quidam erant a Siculis honores in me inauditi: itaque hac spe decedebam, ut mihi populum Romanum ultro omnia delaturum putarem. 65. At ego cum casu diebus iis itineris faciendi causa decedens e provincia Puteolos forte venissem, cum plurimi et lautissimi in iis locis solent esse, concidi paene, iudices, cum ex me quidam quaesisset, quo die Roma exissem et num quidnam esset novi. Cui cum respondissem me e provincia decedere, «Etiam me hercule,» inquit «ut opinor, ex Africa.» XXVII. Huic ego iam stomachans fastidiose «Immo ex Sicilia» inquam. Tum quidam, quasi qui omnia sciret, «Quid? tu nescis» inquit «hunc quaestorem Syracusis fuisse?» Quid multa? destiti stomachari et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. 66. Sed ea res, iudices, haud scio an plus mihi profuerit, quam si mihi tum essent omnes gratulati. Nam posteaquam sensi populi Romani aures hebetiores, oculos autem esse acres atque acutos, destiti, quid de me audituri essent homines, cogitare; feci ut postea quotidie praesentem me viderent, habitavi in oculis, pressi forum; neminem a congressu meo neque ianitor meus neque somnus absterruit. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem umquam otiosum? nam quas tu commemoras, Cassi, legere te solere orationes, cum otiosus sis, has ego scripsi ludis et feriis, ne omnino umquam essem otiosus. Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et praeclarum putavi, clarorum hominum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem exstare oportere. Itaque si quam habeo laudem, quae quanta sit nescio, parta Romae est, quaesita in foro, meaque privata consilia publici quoque casus comprobaverunt, ut etiam summa res publica mihi domi fuerit gerenda et urbs in urbe servanda. 67. Eadem igitur, Cassi, via munita Laterensi est, idem virtuti cursus ad gloriam, hoc facilior fortasse, quod ego huc a me ortus et per me nixus adscendi, istius egregia virtus adiuvabitur commendatione maio-

---

4. *iustis* T — *mancipibus* T E: *municipibus* O — *abstinens ab omnibus* T — 5. *usus* E — . *decebam* T — 7. *populi .r.* T — 9. *in his locis solent esse* T E; *solent esse in iis locis* O — 10. *pene* T — 11. *cum* om. T — *me e*] *mea* T; *mea e* E; *mea* Wunderus; *me de* Freundius. Cf. v. 8 et 12. — *prouintia decere* T — 12. *inquid* T; item v. 14. — 13. *exicilia in quantum quidam qui* (om. *quasi*) T — 14. *quaestorem syracusis* E, *questorem siracusis* T: *Syracusis quaestorem* O — 15. *ex his* T — 16. *Sed ea res - - gratulati* habet A — *haut* T E; *aut* A — *pluris mihi fuerit* A — 17. *gratulati* A T E: *congratulati* O — 18. *populi R.*] *.pr.* T; *.p. R.* E; *populo Romano* O — *auris* T E[1] — *hebitiores* T — *acris* T — 20. *cotidie* T; *cottidie* E — *praesentem* (*pres.* T) *me* T E: *me praesentem* O — 21. *forum* Pantagathus et duo codd. Oxonn.: *eorum* T E; cf. var. lect. p. 1121, 19. — *congressum* T E — 22. *et quid* T E — 23. *ociosum* T, item v. 24 et 25. — 24. *has*] fort. *eas* — 26. *originem* T — 27. *clarior* T — *hominum* T E: *virorum* O — 28. *negocii* T — *Itaque* T E: *Ita* O — 30. *mea quae* T — *quoque*] *quos* T — 32. *Eadem - - ascendi* habet A — *laterensis* T E — *uirtuti* T E: *virtutis* O — 33. *a*] *ad* A — 34. *ascendi* A T E — *istius* om. T.

rum. Sed ut redeam ad Plancium, numquam ex urbe afuit nisi sorte, lege, necessitate. Non valuit rebus isdem, quibus fortasse non nulli: at valuit assiduitate, valuit observandis amicis, valuit liberalitate; fuit in oculis, petivit, ea est usus ratione vitae, qua minima invidia novi homines plurimi sunt eosdem honores consecuti.

XXVIII. 68. Nam quod ais, Cassi, non plus me Plancio debere quam bonis omnibus, quod iis aeque mea salus cara fuerit, ego me debere bonis omnibus fateor; sed etiam ii, quibus ego debeo, boni viri et cives comitiis aediliciis aliquid se meo nomine Plancio debere dicebant. Verum fac me multis debere et in iis Plancio: utrum igitur me conturbare oportet, an ceteris, cum cuiusque dies venerit, huic nomen quod urget nunc, cum petitur, dissolvere? Quamquam dissimilis est pecuniae debitio et gratiae. Nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id, quod reddidit; qui autem debet, is retinet alienum: gratiam autem et qui refert habet et qui habet in eo ipso, quod habet, refert. Neque ego nunc Plancio desinam debere, si hoc solvero, nec minus ei redderem voluntate ipsa, si hoc molestiae non accidisset. 69. Quaeris a me, Cassi, quid pro fratre meo, qui mihi est carissimus, quid pro meis liberis, quibus nihil mihi potest esse iucundius, amplius quam quod pro Plancio facio facere possim, nec vides istorum ipsorum caritate ad huius salutem defendendam maxime stimulari me atque excitari. Nam neque illis huius salute, a quo meam sciunt esse defensam, quidquam est optatius, et ego ipse numquam illos adspicio, quin, cum per hunc me iis conservatum esse meminerim, huius meritum in me recorder. Opimium damnatum esse commemoras, servatorem ipsum rei publicae; Calidium adiungis, cuius lege Q. Metellus in civitatem sit restitutus: reprehendis meas pro Plancio preces, quod neque Opimius suo nomine liberatus sit neque Metelli Calidius. XXIX. De Calidio tibi tantum respondeo, quod ipse vidi: Q. Metellum Pium consulem praetoriis comitiis petente Q. Calidio populo Romano supplicasse, cum quidem non dubitaret et consul et homo nobilissimus patronum esse illum suum et familiae nobilissimae dicere. 70. Quo loco quaero ex te, num id in iudicio Calidii putes, quod ego in Plancii facio, aut Metellum Pium, si Romae esse potuisset,

---

1. *ex urbe abfuit* E; *ex urbe isfuit* T; *is ex urbe abfuit* O, qui in T sic legi falso rettulit. — *forte* T — 2. *rebus isdem -- assiduitate, valuit* om. T — *iisdem* E O — 3. *observandis* ed. Naugeriana: *adseruandis* T E; *servandis* ceteri codd. — *fuit in oculis fuit petiuit* T — 7. *bonis hominibus quo iis* T — 9. *comitiis aediliciis* T E: *aediliciis comitiis* O — *plancio debere* T E: *debere Plancio* O — 10. *Verum me fac me* T — *in* om. T — *iis* T E: *his* O — 11. *huic* Wunderus: *hoc* T E O — 12. *Quamquam dissimilis -- molestiae non accidisset* habet Gellius N. A. I, 4, 3 sqq.; *nam alia est debitio pecuniae, alia gratiae* Nonius Marcellus pag. 203, 24. — 13. *pecuniae*] *fortunae* A, sed in ipso scholio *debitionem pecuniae* refert. — 14. *is* T E et Gellius: *aes* O — *gratiam autem -- quod habet, refert* habet A — 15. *in* om. A — 19. *mihi potest* T E: *potest mihi* O — *iocundus* (sic) E 22. *quicquam* T — 23. *aspicio* T — 24. *Opium dampnatum* T — 26. *que metellius in ciuitate* T — 27. *neque* T E: *nec* O — 28. *neque metelli* T E: *nec Q. Metelli* O; *neque Q. Metelli* Wunderus, qui sic scriptum esse in T putabat. — 29. *petenteque calidio* E — 30. *populo R.*] *.pr.* T; *.p. R.* E — 31. *esse illum* T E: *illum esse* O — *familiae* T E: *familiae suae* O — 32. *ducere* T — *calidi* T — 33. *plancio* T.

aut patrem eius, si vixisset, non fuisse facturum. Nam Opimii quidem calamitas utinam ex hominum memoria posset evelli! Vulnus illud rei publicae, dedecus huius imperii, turpitudo populi Romani, non iudicium putandum est. Quam enim illi iudices, si iudices et non parricidae patriae nominandi sunt, graviorem potuerunt rei publicae infligere securim, quam cum illum e civitate eiecerunt, qui praetor finitimo, consul domestico bello rem publicam liberarat? 71. At ego nimis magnum beneficium Plancii facio et, ut ais, id verbis exaggero: quasi vero me tuo arbitratu et non meo gratum esse oporteat. «Quod istius tantum meritum»? inquit «an quia te non iugulavit?» Immo vero, quia iugulari passus non est. Quo quidem tu loco, Cassi, etiam purgasti inimicos meos meaeque vitae nullas ab illis insidias fuisse dixisti. Posuit hoc idem Laterensis. Quam ob rem paulo post de isto plura dicam: de te tantum requiro, utrum putes odium in me mediocre inimicorum fuisse — quod fuit ullorum umquam barbarorum tam immane ac tam crudele in hostem? — an fuisse in iis aliquem aut famae metum aut poenae, quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in delubris, vim in tota urbe versari? nisi forte existimas eos idcirco vitae meae pepercisse, quod de reditu meo nihil timerent. Et quemquam putas fuisse tam excordem, qui vivis his stante urbe et curia rediturum me, si viverem, non putaret? Quam ob rem non debes is homo et is civis praedicare vitam meam, quae fidelitate amicorum conservata sit, inimicorum modestia non esse appetitam.

XXX. 72. Respondebo tibi nunc, Laterensis, minus fortasse vehementer, quam abs te sum provocatus, sed profecto nec considerate minus nec minus amice. Nam primum fuit illud asperius, me quae de Plancio dicerem mentiri et temporis causa fingere. Scilicet homo sapiens excogitavi, quam ob rem viderer maximis beneficii vinculis obstrictus, cum liber essem et solutus. Quid enim? mihi ad defendendum Plancium parum multae, parum iustae necessitudines erant familiaritatis, vicinitatis, patris amicitiae? quae si non essent, vererer, credo, ne turpiter facerem, si hoc splendore et hac dignitate hominem defenderem. Fingenda mihi fuit videlicet causa peracuta, ut ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam et se ab aliquo servatos esse fateantur: non quo turpe sit protectum in acie ex hostium manibus eripi — nam id accidere nisi forti viro et pugnanti comminus non potest —, sed onus beneficii reformidant, quod permagnum est alieno debere idem quod parenti. 73. Ego, cum ceteri vera beneficia, etiam minora, dissi-

---

1. *opimi* T E — 3. *populi R.*] *.pr.* T — *iuditium* T — 4. *illi* in E superscriptum est. — *si iudices* om. T — 6. *eiecerunt* om. T — *praeter* T — 7. *rep. liberat* T — *At ego nimis* T (sed *nimiis*): *At enim nimis ego* E O — 8. *plancio* T E — 13. *paulo post de* (*pde* T) *isto* T E: *de isto paullo post* O — 15. *inmane* T — 16. *aliquē* T — *pene* T — 18. *uite me* T — 21. *his homo et his cuius* T — 22. *qua* T — 23. *molestia* T E — *adpetitam* T — 26. *fuit illud* T E: *illud fuit* O — 28. *uinclis* E — 30—32. *familiaritatis -- turpiter* om. T — 33. *mihi fuit* T E: *fuit mihi* O — *ei*] *ea* T — 34. *At id -- fateantur* habet A — *faciunt milites* T — 35. *ciuicam* A T: *cuiquam* E; *civi civicam* de sua coniectura O — 37. *accipere* T — *comminus* T: *cominus* E O — 39. *vera*] *uerba* T.

mulent, ne obligati esse videantur, eo me beneficio obstrictum esse ementior, cui ne referri quidem gratia posse videatur? An hoc tu, Laterensis, ignoras? qui, cum mihi esses amicissimus, cum vel periculum vitae tuae mecum sociare voluisses, cum me in illo tristi et acerbo luctu atque discessu non lacrimis solum tuis, sed animo, corpore, copiis prosecutus esses, cum meos liberos et uxorem me absente tuis opibus auxilioque defendisses, sic mecum semper egisti, te mihi remittere atque concedere ut omne studium meum in Cn. Plancii honore consumerem, quod eius in me meritum tibi etiam ipsi gratum esse dicebas. 74. Nihil autem me novi, nihil temporis causa dicere, nonne etiam est illa testis oratio, quae est a me prima habita in senatu? in qua cum perpaucis nominatim egissem gratias, quod omnes enumerari nullo modo possent, scelus autem esset quemquam praeteriri, statuissemque eos solum nominare, qui causae nostrae duces et quasi signiferi fuissent, in his Plancio gratias egi. Recitetur oratio, quae propter rei magnitudinem dicta de scripto est: in qua ego homo astutus ei me dedebam, cui nihil magno opere deberem, et huius officii tanti servitutem adstringebam testimonio sempiterno. Nolo cetera, quae a me mandata sunt litteris, recitare: praetermitto, ne aut proferre videar ad tempus aut eo genere uti litterarum, quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse videatur.

XXXI. 75. Atque etiam clamitas, Laterensis: «Quo usque ista dicis? nihil in Cispio profecisti; obsoletae iam sunt preces tuae.» De Cispio mihi igitur obiicies, quem ego de me bene meritum quia te teste cognoram, te eodem auctore defendi? et ei dices q u o u s q u e, quem negas, quod pro Cispio contenderim, impetrare potuisse? Nam istius verbi q u o u s q u e haec poterat esse invidia: datus est tibi ille, condonatus est ille; non facis finem: ferre non possumus. Ei quidem, qui pro uno laborarit, id ipsum non obtinuerit, dici q u o u s q u e irridentis magis est quam reprehendentis: nisi forte ego unus ita me gessi in iudiciis, ita et cum his et inter hos vixi, in iis causis patronus, is in re publica civis et sum et semper fui, solus ut a te constituar qui nihil a iudicibus debeam umquam impetrare. 76. Et mihi lacrimulam Cispiani iudicii obiectas. Sic enim dixisti: «Vidi ego tuam lacrimulam.» Vide, quam me tui verbi paeniteat: non modo lacrimulam, sed multas lacrimas et fletum

---

7. *te*] *tu* E — 8. *meum studium* E — *planci* T — *honore* T E: *honorem* O. Cf. Bakium ad Cic. de Legg. p. 529. — 10. *est illa testis* T E: *illa testis est* O — 12. *modo* om. T — 13. *esset* om. T — 14. *nostrae causae* E — 15. *aegi* T — 16. *descripta* T E — *ei medebam* T — *magnopere* T E — 17. *officii tanti* T E: *tanti officii* O — *astringebam* E — 18. *Nolo cetera - - recitare* habet A — *litteris* A T E: *literis* O — 19. *videar* om. E — *eo*] *ego* T — *litterarum* E: *literrarum* T; *literarum* O — 22. *Adquae* T — *calamitas* T et prima *a* expuncta E — *dicis*] *iudices* litteris *iu* expunctis E — 23. *obsoletae* T et P. Manutius: *absolutae* cum ceteris codd. E — *sunt iam* E — *tuae. De Cispio mihi igitur* Wunderus: *tuae de cispio. Mihi* (*Michi* T) *igitur* T E; *tuae. De Cispio mihine tu* O — 24. *obicies* T — *quia*] *qua* E — *teste*] *certe* T — *cognoueram* E — 26. *contenderim* T E: *contenderit* O — *potuissem* E — *Nam istius - - non facis finem* habet A — 27. *poterat haec* A — *condonatus est ille* T: *condonatus ille* E O; om. A — 29. *id ipsum* T E: *et ipsum id* O — *optinuerit* T E[1] — *inridentis* T — 30. *quam respondentis* T — 31. *in iis* nos: *in his* T E; *is in* O — 34. *Sic enim - - lacrimulam* habet A — *lacrimulam tuam* E — 35. *tui uerbi* T: *verbi tui* E O — *poeniteat* T E O — *fletu* T.

cum singultu videre potuisti. An ego, qui meorum lacrimis me absente commotus simultates, quas mecum habebat, deposuisset meaeque salutis non modo non oppugnator, ut inimici mei putarant, sed etiam defensor fuisset, huius in periculo non significarem dolorem meum? Tu autem, Laterensis, qui tum lacrimas meas gratas esse dicebas, nunc easdem vis invidiosas videri.

XXXII. 77. Negas tribunatum Plancii quidquam attulisse adiumenti dignitati meae, atque hoc loco, quod verissime facere potes, L. Racilii, fortissimi et constantissimi viri, divina in me merita commemoras. Cui quidem ego, sicuti Plancio, numquam dissimulavi me plurimum debere semperque praeferam: nullas enim sibi ille neque contentiones neque inimicitias neque vitae dimicationes nec pro re publica nec pro me defugiendas putavit. Atque utinam, quam ego sum in illum gratus, tam licuisset per hominum vim et iniuriam populo Romano ei gratiam referre! Sed si non eadem contendit in tribunatu Plancius, existimare debes non huic voluntatem defuisse, sed me, cum tantum iam Plancio deberem, Racilii beneficiis fuisse contentum. 78. An vero putas idcirco minus iudices mea causa esse facturos, quod me esse gratum crimineris? An, cum patres conscripti illo senatus consulto, quod in monimento Marii factum est, quo mea salus omnibus est gentibus commendata, uni Cn. Plancio gratias egerint — unus enim fuit de magistratibus defensor salutis meae —: cui senatus pro me gratias agendas putavit, ei ego a me referendam gratiam non putem? Atque haec cum vides, quo me tandem in te animo putas esse, Laterensis? ullum esse tantum periculum, tantum laborem, tantam contentionem, quam ego non modo pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerem? Quo quidem etiam magis sum non dicam miser — nam hoc quidem abhorret a virtute verbum —, sed certe exercitus, non quia multis debeo — leve

---

1. *me* (hic, non p. 1125, 34) om. T — 3. *oppugnator - - periculo non* om. T — 4. *huius in periculo*] «Post haec verba in E sequuntur statim sine interpellatione ea, quae leguntur § 78 *esse gratum crimineris - - ne vix possim gratus videri.* Tum post *videri* sequuntur quae huc pertinent sine interpunctione *non significarem dolorem meum? - - mea causa esse facturos.* Post ea sequuntur verba *quod me. sed haec ego meis ponderibus.* Praeterea inter verba *huius in periculo* et quae librarius deinde posuit *esse gratum criminaris* interposita sunt haec verba: *hic inter.*» Wunder. — *significarem dolorem meum* T E: *dolorem meum significarem* O — 7. *planci* T — *quicquam* T — 8. *L.*] *luci* T, *lucii* E — *racili* T — 9. *cui me quidem* T; *qui me quidem* E; cf. var. lect. p. 1128, 31. — 10. *siculi* Lambinus: *sicut in* T E; *sicut Cn.* de sua coniectura O — 11. *praeferam* T E: *prae me feram* O. Cf. Wunderum ad h. l. et in Proleg. p. LI. — 12. *inimicicias* T — *diffugiendas* T — 14. *populo R. ei gratiam referre* Garatonius: *populo R.* (*.p. R.* E) *et gratiam referri* T E; *populi R.* (vel *p. R.*) *ei gratiam referri* ceteri codices. — 16. *Sed me - - contentum* habet A — *tantum* om. T — *deberem p marci racili* T; *deberem marcii racilii* E — 17. *Racili beneficii* A — *idcirco minus iudices mea causa esse facturos* T E (sed male add. *libenter* post *minus*): *iudices idcirco minus mea causa facturos* O — 18. *criminaris* E — 19. *patres c.* T, *.p. c.* E: *patres* (om. *conscripti*) O — *illo - - factum est* habet A — *senatus consulto*] *S. C.* A; *.sc.* T — *monimento* T: *monumento* A E O — 20. *mari* T E — 21. *Cn.*] *.c.* T — *egerint* Garatonius: *egerit* T E — *egerint, (unus enim - - salutis meae, cui senatus - - putavit;) ei ego* O. Recte hunc locum primus distinxit Arn. Schaefer *de locis nonnullis Ciceronis, Plinii, Frontonis* Dresd. 1844. p. 7. — *magistratibus* T: *magistratibus aut promagistratibus* E O — 23. *referendas in gratiam* T — *Atque* T E: *Atqui* O — 26. *defugerim* T E (soli) — *Quo quidem - - exercitus* habet A — 27. *hoc* om. T.

enim est onus beneficii gratia —, sed quia saepe concurrunt aliquorum bene de me meritorum inter ipsos contentiones, ut eodem tempore in omnes verear ne vix possim gratus videri. 79. Sed ego haec meis ponderibus examinabo, non solum quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque intersit et quid a me cuiusque tempus poscat. XXXIII. Agitur studium tuum vel etiam, si vis, existimatio, laus aedilitatis: at Cn. Plancii salus, patria, fortunae. Salvum tu me esse cupisti: hic fecit etiam, ut esse possem. Distineor tamen et divellor dolore et in causa dispari offendi te a me doleo, sed, me dius fidius, multo citius meam salutem pro te abiecero quam Cn. Plancii salutem tradidero contentioni tuae. 80. Etenim, iudices, cum omnibus virtutibus me affectum esse cupio, tum nihil est quod malim quam me et esse gratum et videri. Haec est enim una virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas nisi voluntas grata in parentes? qui sunt boni cives, qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriae beneficia meminerunt? qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui meritam dis immortalibus gratiam iustis honoribus et memori mente persolvunt? Quae potest esse vitae iucunditas sublatis amicitiis? quae porro amicitia potest esse inter ingratos? 81. Quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui atque doctores, cui non locus ipse mutus ille, ubi alitus aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur? Cuius opes tantae esse possunt aut umquam fuerunt, quae sine multorum amicorum officiis stare possint? quae certe sublata memoria et gratia nulla exstare possunt. Equidem nihil tam proprium hominis existimo quam non modo beneficio, sed etiam benevolentiae significatione alligari, nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum quam committere ut beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare. 82. Quae cum ita sint, iam succumbam, Laterensis, isti tuo crimini meque in eo ipso, in quo nihil potest esse nimium, quoniam ita tu vis, nimium gratum esse concedam petamque a vobis, iudices, ut eum beneficio complectamini, quem qui reprehendit in eo reprehendit, quod gratum praeter modum dicat esse. Neque enim illud ad negligendam meam gratiam debet valere, quod dixit idem, vos nec nocentes nec litigiosos esse, quo minus me apud vos valere oporteret: quasi vero in amicitia mea non haec praesidia, si quae forte sunt in me, parata semper amicis esse maluerim quam necessaria. Etenim

---

1. *sepe* T — † *concurrunt* O — *aliquorum* Garatonius: *propter aliquorum* TEO — 2. *ipsas* corr. E — 3. *omnis* T — *ego haec* T: *haec ego* E; *ego hoc* O — 4. *exanimabo* T — 6. *laus sedulitatis* Iccpius. — 7. *planci salus* T — 8. *Distentor tamen* E — 10. *obiecero* T — *planci* T — 11. *me virtutibus* E — *adfectum* T — 12. *esse gratum* TE: *gratum esse* O — 13. *Haec enim est* T; *Est enim haec* E — 14. *Quid est pietas* om. E — *parentis* T — 15. *Quid sunt* T — 16. *qui religionum colentes* habet Arusianus M. p. 220 ed. Lindem. — *religione* E — 17. *dis* T: *diis* EO — *memori m. persolvunt* habet Priscianus VII, 12, 64. — 18. *uitae iucunditas* TE: *iucunditas vitae* O — 21. *ille mutus* E — *ubi altus est* habet Priscianus X, 6, 36. — *alitus* TE: *altus* O. Cf. Klotzium ed. Teubn. p. XXII. — *est* om. E — 24. *nullae* TE. «Sed quaenam ista oratio est: *Cuius opes tantae esse possunt* --, *quae* -- *stare possint? quae certe* (opes) -- *nullae exstare possunt*? In altera lectione sententia aptissima haec est: opes officiis, officia gratia nituntur.» Huldricus. — 26. *beniuolentiae* T — 27. *inmane* T — 29. *meque*] *neque* T — 31. *conplectamini* T — 33. *neglegendam* T — 34. *nocentis nec litigiosas* T.

ego de me tantum audeo dicere, amicitiam meam voluptati pluribus quam praesidio fuisse, meque vehementer vitae meae paeniteret, si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso aut nocenti.

XXXIV. 83. Sed haec nescio quo modo frequenter in me congessisti saneque in eo creber fuisti, te idcirco in ludos causam coniicere noluisse, ne ego mea consuetudine aliquid de tensis misericordiae causa dicerem, quod in aliis aedilibus ante fecissem. Non nihil egisti hoc loco; nam mihi eripuisti ornamentum orationis meae. Deridebor, si mentionem tensarum fecero, cum tu id praedixeris: sine tensis autem quid potero dicere? Hic etiam addidisti me idcirco mea lege exsilio ambitum sanxisse, ut miserabiliores epilogos possem dicere. Non vobis videtur cum aliquo declamatore, non cum laboris et fori discipulo disputare? 84. Rhodi enim, inquit, ego non fui: me vult fuisse: sed fui, inquit, — putabam in Vaccaeis dicturum — bis in Bithynia. Si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur severiorem Nicaeam putes quam Rhodum: si spectanda causa est, et tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti et ego Rhodi non minore. Nam quod in eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderem, utinam et tu, qui potes, et ceteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc levare! sed fit vestra diligentia, qui causis ponderandis omnes fere repudiatis, ut ad nos pleraeque confluant, qui miseris et laborantibus negare nihil possumus. 85. Admonuisti etiam, quod in Creta fuisses, dictum aliquod in petitionem tuam dici potuisse: me id perdidisse. Uter igitur nostrum est cupidior dicti? egone, qui quod dici potuit non dixerim, an tu, qui etiam ipse in te dixeris? Te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quod mihi meae, quas ad aliquem misissem, obfuissent: quas ego mihi obfuisse non intelligo, rei publicae video prodesse potuisse.

XXXV. 86. Sed sunt haec leviora, illa vero gravia atque magna, quod meum discessum, quem saepe defleras, nunc quasi reprehendere et subaccusare voluisti. Dixisti enim non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse: ego vero fateor me, quod viderim mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse. Qui enim status, quod discrimen, quae fuerit in re publica tempestas illa, quis nescit? Tribunicius me

---

2. *praesidios* T — *peniteret* T; *poeniteret* EO — 4. *haec* TE: *hoc* O — 5. *conicere* T — 6. *ne*] *nec* E — *thrensis* T; *thensis* E — 9. *thensarum* E; *thensari* T — *tu cum id* T — *thensis* TE — *quid*] *quod* T — 10. *Hic etiam -- possem dicere* habet A — *Addidit me idcirco mea lege ex illo ambitu sensisse* habet Arusianus s. v. *Sentio crimen ex illo* p. 263 ed. Lindem. — *addisti* E — *exilio ambitum sanxisse* A: *exillo ambitu traxisse* TE. Etiam apud Arusianum legendum esse *Sanxi crimen exilio* et *exilio ambitum sanxisse* docuit Garatonius. — 13. *Rhodi enim -- fuisse* habet A — *Hodie enim* TE — † *sed fui* O — 14. *Barcaeis* Niebuhrius; sed minime necesse est gentem nominari, apud quam Laterensis reapse versatus sit, dum modo ei genti desit facultas ornate dicendi. — *bis* TE: *bis Nicaeae* O — *bythinia* E; *bithania* T — 15. *niceam* TE — 16. *rhodium* E — *bithynnia* T; *bythinia* E — 17. *in eo me -- hoc levare* habet A — 18. *defenderem* AT: *defenderim* EO — 20. *qui* TE: *qui in* O — *omnis* T — 21. *negare nihil* TE: *nihil negare* O — 22. *Admonefecisti* (sic) *etiam -- dici potuisse* habet A — *peticionem* T; *petitione* A — 23. *tuam*] *tum* A — *potuissem* E — 24. *dicti*] *dic tu* E — 25. *in te*] *inter* E — *Te aiebas -- obfuissent* habet A — *litteras* AE: *literas* O; om. T — 26. *offuissent -- offuisse* E — 27. *intellego* T — 29. *sepe* T — 32. *idcirco me illi* TE: *idcirco illi* cum paucis codd. O; cf. var. lect. p. 1126, 9.

terror an consularis furor movit? Decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquiis eorum, quos ego florentes atque integros sine ferro viceram? Consules post hominum memoriam taeterrimi atque turpissimi, sicut et illa principia et hi recentes rerum exitus declararunt, quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit, emptis provinciis a senatu, a re publica, a bonis omnibus defecerant: qui exercitu, qui armis, qui opibus plurimum poterant, cum quid sentirent nesciretur, furialis illa vox, nefariis stupris religiosis altaribus effeminata, secum et illos et consules facere acerbissime personabat; egentes in locupletes, perditi in bonos, servi in dominos armabantur. 87. At erat mecum senatus et quidem veste mutata, quod pro me uno post hominum memoriam publico consilio susceptum est: sed recordare, qui tum fuerint consulum nomine hostes, qui soli in hac urbe senatum senatui parere non sierint edictoque suo non luctum patribus conscriptis, sed indicia luctus ademerint. At erat mecum cunctus equester ordo: quem quidem in contionibus saltator ille Catilinae consul proscriptionis denuntiatione terrebat. At tota Italia convenerat: cui quidem belli intestini et vastitatis metus inferebatur. XXXVI. Hisce ego auxiliis studentibus atque incitatis uti me, Laterensis, potuisse confiteor, sed erat non iure, non legibus, non disceptando decertandum: nam profecto, praesertim tam bona in causa, numquam, quo ceteri saepe abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset: armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum, quibus a servis atque a servorum ducibus caedem fieri senatus et bonorum rei publicae exitiosum fuisset. 88. Vinci autem improbos a bonis fateor fuisse praeclarum, si finem tum vincendi viderem [quem profecto non videbam]. Ubi enim mihi praesto fuissent aut tam fortes consules quam L. Opimius, quam C. Marius, quam L. Flaccus, quibus ducibus improbos cives res publica vicit armatis, aut si minus fortes, at tamen tam iusti quam P. Mucius, qui arma, quae privatus P. Scipio ceperat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit? Esset igitur pugnandum cum consulibus. Nihil dico amplius nisi illud: victoriae nostrae graves adversarios paratos, interitus nullos esse ultores videbam. 89. Hisce ego auxiliis salutis meae si idcirco defui, quia nolui dimicare, fatebor, id quod vis, non mihi auxilium, sed me auxilio defuisse: sin autem, quo maiora studia in me bonorum fuerunt, hoc iis magis consulendum et parcendum putavi, tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum est hodieque est et semper

---

1. *consularis* om. T — 2. *reliquis* T E — *florentis* T — 3. *teterrimi* T E O — 4. *quorum - - vendidit* habet A — *exercitu* T E: *exercitibus* O — 7. fort. *stupris in religiosis* cet.; cf. pro Milone § 72: *cuius nefandum adulterium in sanctissimis pulvinaribus n. f. comprehenderunt.* — 9. *acerrime* Lambinus. — *personabant* T E — *locupletis* T — 10. *At erat* Wunderus: *Aderat* T E O — 12. *nomine consulum* T — 13. *sierint* T E: *siverint* O — *suo* om. T — 14. *conscriptis*] .c. T — *indicia luctus* T E: *luctus indicia* O — *At erat* Wunderus: *Aderat* T E O — 15. *aequester* T — *quem quidem saltator - - terrebat* habet A — *contionibus* T: *concionibus* E O — 16. *At tota* T E: *Tota* cum Manutio O — 17. *ego*] *ergo* T — 20. *habundarunt* T — 21. *ipsum* T — 23. *reprobos* T — 24. *si* om. E — *tum* T E: *eum* O — 25. *quem profecto non videbam* om. T E — *mihi praesto f.* T E: *praesto f. mihi* O — *fuissent - - fortes consules* Garatonius: *fuisset - - fortis consul* T E O — 27. *improbos*] *ut probos* T — *ciuis* T — 29. *ceperat* T E: *sumpserat* O — *ea Ti.*] *euti* T; *ea .t.* E — *gracco* T E — *iure*] *uiro* E — 30. *dico amplius* T E: *amplius dico* O — 31. *grauis* T — 32. *esse ultores* T E: *ultores esse* O — 36. *hodie. quae* T.

erit maximae gloriae? quem, ut potes ex multis audire, qui tum adfuerunt, constat invitissimis viris bonis cessisse, nec fuisse dubium quin contentione et armis superior posset esse. Ergo ille cum suum, non cum senatus factum defenderet, cum perseverantiam sententiae suae, non salutem rei publicae retinuisset, tamen ob illam *causam*, quod illud voluntarium vulnus accepit, iustissimos omnium Metellorum et clarissimos triumphos gloria et laude superavit, quod et illos ipsos improbissimos cives interfici noluit et ne quis bonus interiret in eadem caede providit: ego tantis periculis propositis cum, si victus essem, interitus rei publicae, si vicissem, infinita dimicatio pararetur, committerem ut idem perditor rei publicae nominarer, qui servator fuissem? XXXVII. 90. Mortem me timuisse dicis. Ego vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem. Nam qui pro re publica vitam ediderunt, licet me desipere dicatis, numquam me hercule eos mortem potius quam immortalitatem assecutos putavi. Ego vero si tum illorum impiorum ferro ac manu concidissem, in perpetuum res publica civile praesidium salutis suae perdidisset; quin etiam si me vis aliqua morbi aut natura ipsa consumpsisset, tamen auxilia posteritatis essent imminuta, quod peremptum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me [retinendo] fuisset senatus populusque Romanus. An si umquam vitae cupiditas in me fuisset, ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commossem? quae, si viginti quiessem dies, in aliorum vigiliam consulum recidissent. Quam ob rem si vitae cupiditas contra rem publicam est turpis, certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cum pernicie civitatis.

91. Nam quod te esse in re publica liberum es gloriatus, id ego et fateor et laetor et tibi etiam in hoc gratulor: quod me autem negasti, in eo neque te neque quemquam diutius patiar errare. XXXVIII. Nam si quis idcirco aliquid de libertate mea deminutum putat, quod non ab omnibus eisdem, a quibus antea solitus sum dissentire, dissentiam, primum, si bene de me meritis gratum me praebeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris nimiumque grati; sin autem aliquando sine ullo rei publicae detrimento respicio etiam salutem cum meam, tum meorum, certe non modo non sum reprehendendus, sed etiam, si ruere vellem, boni viri me ut id ne facerem rogarent. 92. Res vero ipsa publica, si loqui posset, ageret mecum ut, quoniam sibi servissem semper, numquam mihi, fructus autem ex sese non, ut oportuisset, laetos et uberes, sed magna acerbitate permixtos tulissem, ut

---

1. *maxime* T E — *qui tum ad adfuerunt* T — 2. *inuictissimis* T — 5. *tamen ob illam causam, quod* Klotzius : *tamen ob illam quod* T E; *tamen quum* cum Garatonio O — 6. *iustissimos -- superavit* habet A — 7. *gloria et laude* Garatonius : *gloriae laude* A T E — *inprobissimos cuius* T — 8. *uoluit* T — *cede* T — 12. *inmortalitatem* T, item v. 15. — 16. *adsecutos* T — 19. *inminuta* T — 20. *retinendo* vel delendum esse vel in *restituendo* mutandum censuit Garatonius; uncis inclusit Wunderus. — 21. *uitae cupiditas in me* T E: *in me vitae cupiditas* O — 22. *commouissem* E — 23. *quiessem dies*] *quidem dies essent* E — 27. *esse in re .p. liberum es gloriatus* T E: *in re publica liberum esse gloriatus es* O — 33. *aliquando* T E : om. O — 34. *etiam* T E: *etiam aliquando* O — *cum* T: *tum* E O — 37. *ipsa* om. T — 39. *uberos* T.

iam mihi servirem, consulerem meis: se non modo satis habere a me, sed etiam vereri ne parum mihi pro eo, quantum a me haberet, reddidisset. 93. Quid? si horum ego nihil cogito et idem sum in re publica, qui fui semper, tamenne libertatem requires meam? quam tu ponis in eo, si semper cum iis, quibuscum aliquando contendimus, depugnemus. Quod est longe secus. Stare enim omnes debemus tamquam in orbe aliquo rei publicae, qui quoniam versatur, eam deligere partem, ad quam nos illius utilitas salusque converterit. XXXIX. Ego autem Cn. Pompeium, non dico auctorem, ducem, defensorem salutis meae — nam haec privatim fortasse officiorum memoriam et gratiam quaerunt —, sed dico hoc, quod ad salutem rei publicae pertinet: ego eum non tuear, quem omnes in re publica principem esse concedunt? ego C. Caesaris laudibus desim, quas primum populi Romani, nunc etiam senatus, cui me semper addixi, plurimis atque amplissimis iudiciis videam esse celebratas? Tum hercule me confitear non iudicium aliquod habuisse de utilitate rei publicae, sed hominibus amicum aut inimicum fuisse. 94. An, cum videam navem secundis ventis cursum tenentem suum, si non eum petat portum, quem ego aliquando probavi, sed alium non minus tutum atque tranquillum, cum tempestate pugnem periculose potius quam illi salute praesertim proposita obtemperem et paream? Ego vero haec didici, haec vidi, haec scripta legi; haec de sapientissimis et clarissimis viris et in hac re publica et in aliis civitatibus monimenta nobis litterae prodiderunt, non semper easdem sententias ab eisdem, sed quascumque rei publicae status, inclinatio temporum, ratio concordiae postularet, esse defensas. Quod ego et facio, Laterensis, et semper faciam, libertatemque, quam tu in me requiris, quam ego neque dimisi umquam neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo.

XL. 95. Nunc venio ad illud extremum, in quo dixisti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me arcem facere e cloaca lapidemque e sepulchro venerari pro deo; neque enim mihi insidiarum periculum ullum neque mortis fuisse. Cuius ego temporis rationem explicabo brevi neque invitus; nihil enim est ex meis temporibus, quod minus pervagatum quodque minus aut mea commemoratione celebratum sit aut hominibus auditum atque notum. Ego enim, Laterensis, ex illo incendio legum, iuris, senatus, bonorum omnium cedens, cum mea domus ardore suo deflagrationem urbi atque Italiae toti minaretur, nisi quievissem, Siciliam petivi animo, quae et ipsa erat mihi sicut domus una coniuncta et obtinebatur a C. Vergilio, quocum me uno vel maxime cum

---

2. *quantum* Orellius: *quam tum* T E; *quod* † *tum* O — 3. *Quod si* T — 7. *diligere* T — 10. *quaerunt et gratiam* T (solus) O — 11. *hoc dico* E — *eum*] *enim* T — 13. *cui a me* T — 14. *iudicis induam* T — 16. *utilitate rei .p.* T E: *rei p. utilitate* O — 18. *probarim* E — 19. *illius* E — 22. *monimenta* T E: *monumenta* O — *litterae* T E: *literae* O — 23. *eisdem* T E: *iisdem* O — 27. *pertinatia* T — 29. *in quo* T E: *quod* O — *dum*] *cum* ed. Iuntina, quod necessario restituendum videtur Bakio *Schol. Hypomn.* IV p. 73. — *planci* T — 30. «Lego *aram* pro *arcem*. *Arces* pro *aras* Bentleius (not. msc.) legit in Virg. Aen. I, 409. Stat. Silv. III, 2, 112.» Dobree in Advers. II. p. 375. — *e* T E: *ex* O — *cloca* T — 33. *est ex meis* T E: *ex meis est* O — 39. *optinebatur* T — *uergilio* T E: *Virgilio* O; item p. 1132, 5.

vetustas tum amicitia, cum mei fratris collegia tum rei publicae causa sociarat. 96. Vide nunc caliginem temporum illorum. Cum ipsa paene insula mihi sese obviam ferre vellet, praetor ille, eiusdem tribuni pl. contionibus propter eandem rei publicae causam saepe vexatus, nihil amplius dico nisi me in Siciliam venire noluit. Quid dicam? C. Vergilio, tali civi et viro, benevolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem, humanitatem, fidem defuisse? Nihil, iudices, est eorum, sed, quam tempestatem nos vobiscum non tulissemus, metuit ut eam ipse posset opibus suis sustinere. Tum consilio repente mutato iter a Vibone Brundisium terra petere contendi; nam maritimos cursus praecludebat hiemis magnitudo. XLI. 97. Cum omnia illa municipia, quae sunt a Vibone Brundisium, in fide mea, iudices, essent, iter mihi tutum multis minitantibus magno cum suo metu praestiterunt. Brundisium veni vel potius ad moenia accessi: urbem unam mihi amicissimam declinavi, quae se vel potius exscindi quam e suo complexu ut eriperer facile pateretur. In hortos me M. Laenii Flacci contuli: cui cum omnis metus, publicatio bonorum, exsilium, mors proponeretur, haec perpeti, si acciderent, maluit quam custodiam mei capitis dimittere. Cuius ego et parentis eius, prudentissimi atque optimi senis, et fratris et utriusque filiorum manibus in navi tuta ac fideli collocatus eorumque preces et vota de meo reditu exaudiens Dyrrachium, quod erat in fide mea, petere contendi. 98. Quo cum venissem, cognovi, id quod audieram, refertam esse Graeciam sceleratissimorum hominum ac nefariorum, quorum impium ferrum ignesque pestiferos meus ille consulatus e manibus extorserat: qui ante quam de meo adventu audire potuissent, cum tantum abessent aliquot dierum viam, in Macedoniam ad Planciumque perrexi. Hic vero simul atque mare me transisse cognovit — audi, audi atque attende, Laterensis, ut scias, quid ego Plancio debeam, confiteareque aliquando me quod faciam et grate et pie facere: huic, quae pro salute mea fecerit, si minus profutura sint, obesse certe non oportere —: nam simul ac me Dyrrachium attigisse audivit, statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata profectus est. 99. O acerbam mihi, iudices, memoriam temporis illius et loci, cum hic in me incidit, cum complexus est conspersitque lacrimis nec loqui prae maerore potuit! o rem cum auditu crudelem, tum visu nefariam! o reliquos omnes dies noctesque eas, quibus iste a me non recedens Thessalonicam me in

---

1. *cum uetustatum amicitia* T — 2. *nunc* om. T — *pene* T — 3. *praetor*] *.pr.* T; *.p. R.* E — *tribuni*] *.tr.* T — *pl.* T: *plebis* E O — 4. *contionibus* T: *concionibus* E O — *sepe* T — 5. *uoluit* T — *Quid dicam de C. Virgilio, tali civi et viro?* habet Priscianus VII, 13, 68. — 6. *beniuolentiam* T E — 7. *humilitatem* T — *iudices*] *iud.* T — 8. *uobiscum contulissemus* T — *iter auibonae* T E — 12. *auibonae* T — 14. *accessi* om. T — 15. *quae se vel exscindi - - facilius pateretur* Schuetzius. — *pocius excindi* T — *conplexu* T — 16. *In*] *Vt* T — *laeni* E; *leni* T — 18. *Cuius* T: *Huius* E O — 19. *obtimi* E — 20. *in navi tuta* habet Priscianus VII, 13, 68. — *naue* T E — 21. *dyrrachium* T: *dyrachium* E; *Dyrrhachium* O; cf. p. 1030, 6. — 22. *Quo*] *Auo* T — *grãm* (i. e. *gratiam*) T — 24. *ignisque* T — *aduentũ* T — *tantum* duo codd. Wunderi: *tamen* T E O — 28. *mare me* E: *mare* (om. *me*) T; *me mare* O — *adtende* T — 28. *confitearque* E — 29. *huic autem quae* E solus. — 30. *sunt* E — 31. *dyrachium* T E; *Dyrrhachium* O — *littoribus* T — 33. *et*] *ex* E — *in* om. T — *cum* om. T — 34. *conplexus* T — *memore* T — 36. *Thessalonicam - - perduxit* habet A.

quaestoriumque perduxit! Hic ego nunc de praetore Macedoniae nihil dicam amplius nisi eum et civem optimum semper et mihi amicum fuisse, sed eadem timuisse quae ceteros: Cn. Plancium fuisse unum, non qui minus timeret, sed, si acciderent ea, quae timerentur, mecum ea subire et perpeti vellet. 100. Qui, cum ad me L. Tubero, meus necessarius, qui fratri meo legatus fuisset, decedens ex Asia venisset easque insidias, quas mihi paratas ab exsulibus coniuratis audierat, ad me animo amicissimo detulisset, in Asiam me ire propter eius provinciae mecum et cum meo fratre necessitudinem comparantem non est passus: vi me, inquam, Plancius et complexu suo retinuit multosque menses a capite meo non discessit abiecta quaestoria persona comitisque sumpta.

XLII. 101. O excubias tuas, Cn. Planci, miseras! o flebiles vigilias! o noctes acerbas! o custodiam etiam mei capitis infelicem! si quidem ego tibi vivus non prosum, qui fortasse mortuus profuissem. Memini enim, memini, neque umquam obliviscar noctis illius, cum tibi vigilanti, assidenti, maerenti vana quaedam miser atque inania falsa spe inductus pollicebar: me, si essem in patriam restitutus, praesentem tibi gratias relaturum: sin aut vitam mihi fors ademisset aut vis aliqua maior reditum peremisset, hos, hos — quos enim ego tum alios animo intuebar? — omnia tibi illorum laborum praemia pro me persoluturos. Quid me adspectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras? Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed de horum erga me benevolentia promittebam: hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite vel vitae periculo velle videbam; de horum desiderio, luctu, querellis quotidie aliquid tecum simul audiebam: nunc timeo ne tibi nihil praeter lacrimas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. 102. Quid enim possum aliud nisi maerere, nisi flere, nisi te cum mea salute complecti? Salutem tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Te tamen — exsurge, quaeso — retinebo et complectar, nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem sociumque profitebor; atque, ut spero, nemo erit tam crudeli animo tamque inhumano nec tam immemor non dicam meorum in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui a me mei servatorem capitis divellat ac distrahat. Non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor, iudices, sed custodem salutis meae; non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lacrimis, sed misericordia, mecumque vos simul hic miserrimus et optimus obtestatur parens, et pro uno filio duo patres deprecamur. 103. Nolite, iudices, per vos, per fortunas, per liberos

---

1. *questoriumque* T — 3. *quae* om. T — *fuisse. sed eadem timuisse unum* T — 4. *timere* T — 5. *uelle* T E — *ad*] *a* errore typogr. O — 7. *exulibus* T — *ad me* T E: om. O — 8. *prouintiae* T — *metum* T E — 9. *ui inquam* (om. *me*) T; *vi me, vi, inquam* coniecit Orellius. — 10. *conplexu* T — 11. *discessisset* T — 12. *exubias* T — 13. *si quidem -- profuissem* habet A — *si quid ẽ ego* T — 16. *adsidenti merenti* T — 17. *gratias* T E: *gratiam* O — 18. *aut* T E: *autem* O — *sors* E — 20. *pro*] *per* T — 21. *aspectas* T — 22. *sed de horum* E solus: *sed eorum* T; *sed horum* alii. — *beniuolentia* T E — 25. *cotidie* T; *cottidie* E — 26. *tibi nihil* T E: *nihil tibi* O — *queam*] *quem* T — 27. *merere* T — 28. *te cum*] *tecum* E — *Salutem -- reddiderunt* habet A — *idem* A T — 29. *exurge* T E — 32. *inmemor* T — 33. *mei* om. T — 36. *mecum vos -- deprecamur* habet A — 37. *obtimus* T E — *duos deprecamur patres* T — 38. *per uos per fortunas* (*fornas* T) T E: *per, vos, fortunas* cum Garatonio O.

vestros, inimicis meis, iis praesertim, quos ego pro vestra salute suscepi, dare laetitiam gloriantibus vos iam oblitos mei salutis eius, a quo mea salus conservata est, hostes exstitisse; nolite animum meum debilitare cum luctu, tum etiam metu commutatae vestrae voluntatis erga me; sinite me, quod vobis fretus huic saepe promisi, id a vobis ei persolvere. 104. Teque, C. Flave, oro et obtestor, qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum quas gessi adiutor fuisti meque non modo salvum semper, sed etiam ornatum florentemque esse voluisti, ut mihi per hos conserves eum, per quem me tibi et his conservatum vides. Plura ne dicam tuae me etiam lacrimae impediunt vestraeque, iudices, non solum meae, quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem, vos eosdem in hoc conservando futuros, qui fueritis in me, quoniam istis vestris lacrimis de illis recordor, quas pro me saepe et multum profudistis.

---

2. *oblitos meae salutis eius, a quo conservata est, hostes exstitisse* Ravius Var. Lectt. II p. 162. — 3. *hostis* T — 4. *cum* T: *tum* E O — *erga me* delenda censet Ravius l. l. — 5. *sepe* T — 6. *Flave* Garatonius: *flaui* T E — 10. *Plurane dicam? Tuae* E — *inpediunt* T — 14. *sepe* T — *prodistis* T — *Explicit oR. M. T. C. pro Gñ. planco* E; subscriptione caret T.

M. TULLII CICERONIS

PRO C. RABIRIO POSTUMO

ORATIO AD IUDICES.

EX RECENSIONE

CAROLI HALMII.

NOTARUM EXPLICATIO.

E = codex Monacensis Latinus num. 68 bibliothecae quondam electoralis.

S = codex quondam Salisburgensis, nunc Monacensis Lat. num. 15734.

U = codex Vindobonensis signatus $\frac{4}{\varphi.\ 2.}$ (num. XV in Endlicheri catalogo).

V = codex Vindobonensis signatus $\frac{11}{\text{S. 1. a.}}$ (num. XVI apud Endl.). Utrumque diligenter contulit Alfredus Ludwig.

C = E S U V sive codices diligenter collati.

G = codex Alexandri Giorierii, quo usus est Muretus; v. eius *Variarum Lectionum* lib. XVII, cap. 5. Hunc codicem, qui cum reliquis libris quos Muretus possederat in bibliothecam collegii Romani pervenit, Gasp. Garatoni contulit, cuius collationem nos ex eius schedis, quae in bibliotheca publica Ravennatium asservantur, petivimus, quas in nostrum usum Tycho Mommsenius descripsit. In isdem exstant adnotationes quas Garatoni de hac oratione, prius quam commentarium perpetuum elaborasset, conscripserat; is enim, cum Neapolim ad bibliopolam Porcellium mitteretur, in itinere deperiit, ut ipse narravit in *Curis secundis ad Plancianam* pag. V ed. Bonon.

C H S T χ ψ = codices Oxonienses.

v = editio Veneta a. 1472.

a = editio Ascensiana a. 1511.

b = editio Basileensis a. 1528 sive Cratandriana. Has tres editiones et codices E S ipsi excussimus.

O = editio Orelliana prior.

Ciof. = codex Herculis Ciofani, ex quo Muretus ad marginem exempli sui Manutiani aliquot lectiones adscripsit, unde eas Garatoni sumpsit. Sed videntur hae lectiones pleraeque coniecturae esse docti hominis Itali, nec maiorem fidem habent quam lectiones quas Hotomanus ex pervetusto (!), ut ait, codice protulit. Has quidem sine ullo curae nostrae detrimento praetermittere poteramus, nisi Klotzius his vanis commentis tantam fidem habuisset, ut omnes lectiones istius codicis, quem ab ipso Hotomano fictum putamus, in verborum contextum recepisset.

Universam lectionum discrepantiam dedimus ex E S U V O, item omnes lectiones quas Garatoni ex G exscripsit, selectas ex v a b et ex codd. Oxoniensibus, quorum nunc, cum quattuor saltem codices diligenter collatos habeamus, nullus fere iam usus est. — De oratione emendanda optime meruit *Andreas Patricius*, qui eam edidit Cracoviae a. 1582 in 4.; sed bona pars eius emendationum in Graevii commentario ad nostram usque aetatem neglecta iacuit.

I. 1. Si quis est, iudices, qui C. Rabirium, quod fortunas suas, fundatas praesertim atque optime constitutas, potestati regiae libidinique commiserit, reprehendendum putet, adscribat ad iudicium suum non modo meam, sed huius etiam ipsius, qui commisit, sententiam: nec enim cuiquam eius consilium vehementius quam ipsi displicet. Quamquam hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus et, cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus, nihil sensisse dicamus. Si exstitisset in rege fides, nihil sapientius Postumo: quia fefellit rex, nihil hoc amentius dicitur, ut iam nihil esse videatur nisi divinare sapientis. 2. Sed tamen, si quis est, iudices, qui illam Postumi sive inanem spem sive inconsultam rationem sive, ut gravissimo verbo utar, temeritatem vituperandam putet, ego eius opinioni non repugno: illud tamen deprecor, ut, cum ab ipsa Fortuna crudelissime videat huius consilia esse multata, ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet. Satis est homines imprudentia lapsos non erigere, urgere vero iacentes aut praecipitantes impellere certe est inhumanum, praesertim, iudices, cum sit hoc generi hominum prope natura datum, uti, qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui sunt eius stirpis quam sermo hominum ac memoria patrum virtutem celebret cupidissime persequantur: si quidem non modo in gloria rei militaris Paulum Scipio aut Maximum filius, sed etiam in devotione vitae et in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filius. Sint igitur similia, iudices, parva magnis. II. 3. Fuit enim pueris nobis huius pater C. Curtius princeps ordinis equestris fortunatissimus et maximus publicanus: cuius in negotiis gerendis magnitudinem animi non tam homines probassent, nisi in eodem benignitas incredibilis fuisset: ut in

---

Inscriptio orationis. *M. T. Ciceronis pro C. Rabirio Postumo* (*Posthumo* corr.) *Oratio ad iudices incipit* S; *M. T. C. Oratio pro Caio Rabirio postumo incipit* E; *M. T. C. pro Caelio Rabirio Postumo. Oratio* v.

1. *fortunas suas* V: *suas fortunas* Ciof. (hocine verborum ordine?); *fortunae suae* E S U; *suae fortunae* v O — 2. *constitutas* V et Ciof.: *constitutas opes* E S U O — *libidini* E — 4. *nec* C: *neque* b O; *nec enim* habet etiam cod. Vat. in or. Phil. I, § 10. II, § 4 cet. — 6. *euntis* E — 7. *quid* om. v — *praevidisse* Ox. H; *vidisse* coni. Lambinus. — *sensisse* om. Ox. T; *vidisse* hic quoque Lamb. maluit; at confert Garatoni Cic. de Nat. deor. II, § 55 et Caes. b. Gall. VII, 52, 3. — 10. *sapientis*] in loco aliquid vitiosum esse luculenter demonstravit Ferratius in *Epist.* VI, 5, 6; fort. *sapientia* vel *sapiens*, ut haec sit sententia: «ut iam sola divinatio sapientia esse videatur.» — 12. *repugnabo* ψ — 14. *huius* S: *eius* E U V — 16. *iacentis aut praecipitantis* C G — 18. *ut si qua* Bipontini et Weiske. — 19. *sunt* C: *sint* G et 4 Oxx. — *eiusdem* Ernesti. — *quam -- celebret* Mommsenius: *quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur* C G; *quod sermone h. ac memoria p. virtutes celebrentur* Klotz praeeunte Schuetzio, et sic O, sed *virtus celebretur*. «Videtur totum esse spurium; nam sententia, quae rationem illius cupiditatis explicat, est loco primum alieno et durissime divellit *hanc fere qui s. e. stirpis* a praedicato *cupid. perseq.*; denique ratio illius est in sequentibus.» Ernesti. Hinc Garatoni *quum* pro *quod* legere maluit. — 21. *aut* delendum censet Garatoni. — *filius* v: *filium* codd. — 22. *et genere* v — 23. *fuit* S U V: *sufficit* E, 3 Oxx. — 24. *Curtius* Turnebus: *Curius* codd. et O. Turnebi emendationem firmavit Garatoni coll. § 45. ep. ad Att. IX, 2, a, § 3; IX, 5, 1. 6, 2. ad Fam. XIII, 69, 1, or. p. Rab. perd. § 8, ubi lectionem a nobis receptam iam retractamus. — *fortunatissimus* nos: *fortissimus* codd. et O; *florentissimus* Hotomanus. — 25. *non tantum* maluit Ernesti; at confert Garatoni ad Att. VI, 2, 3: *Graecos in eo reprehendit, quod mare tam seculi sunt.* Cf. etiam supra p. 1126, 13. — *homines* S U et V corr.: *in eos* E G; *in homines eos* V pr. m. — 26. *fuisset* om. E.

augenda re non avaritiae praedam, sed instrumentum bonitati quaerere videretur. 4. Hoc ille natus, † quamvis patrem suum numquam viderat, tamen et natura ipsa duce, quae plurimum valet, et assiduis domesticorum sermonibus in paternae vitae similitudinem deductus est. Multa gessit, multa contraxit, magnas partes habuit publicorum: credidit populis, in pluribus provinciis eius versata res est; dedit se etiam regibus; huic ipsi Alexandrino grandem iam antea pecuniam credidit; nec interea locupletare amicos umquam suos destitit, mittere in negotium, dare partes, augere re, fide sustentare. Quid multa? cum magnitudine animi, tum liberalitate vitam patris et consuetudinem expresserat. Pulsus interea regno Ptolemaeus dolosis consiliis, ut dixit Sibulla, sensit Postumus, Romam venit. [Huic] egenti et roganti hic infelix pecuniam credidit — nec tum primum; nam regnanti crediderat absens —, nec temere se credere putabat, quod erat nemini dubium, quin is in regnum restitueretur a senatu populoque Romano. 5. In dando autem et credendo processit longius, nec suam solum pecuniam credidit, sed etiam amicorum. Stulte: quis negat? aut quis iam volet quod male cecidit bene consultum putare? sed est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exsequi usque ad extremum. III. Supplex erat rex, multa rogabat, omnia pollicebatur, ut iam metuere Postumus cogeretur, ne quod crediderat perderet, si credendi constituisset modum. Nihil autem erat illo blandius, nihil hoc benignius, ut magis paeniteret coepisse quam liceret desistere.

6. Hinc primum exoritur crimen illud: senatum corruptum esse dicunt. O di immortales! haec est illa exoptata iudiciorum severitas? Corruptores nostri causam dicunt: nos, qui corrupti sumus, non dicimus. Quid? ego senatum defendam hoc loco, iudices? Omni equidem loco debeo — ita de me est meritus ille ordo —, sed nec id agitur

---

2. *Hoc ille*] immo *hic illo* vel *illo hic* — *quamvis* codd., ex *quamquam*, ut videtur, corruptum. Nam, ut taceam syntaxim vitiosam (v. Nipperd. ad *Nep. Milliad.* 2, 3 in ed. mai.), *quamvis* per se ipsum ex usu Tulliano ab huius loci sententia alienum videtur. — *suum* om. G, Ciof. et alter Palat. (habent C) — *viderit* Ox. H et V corr. — 3. *et natura* b: *ei natura* codd. — 4. *vitae* Hotomanus: *culpae* codd.; *curae* Manutius. — *similitudines* E — 5 et 8. *partis* C G — *publicanorum* U — *populus* U — 9. *augere re* Klotz: *re* om. C G et Oxx.; *re augere* O et codd. Lamb. Cf. § 43. in Catil. II, § 10. — *fides* E — 11. *phtolomeus* S U, *ptolomeus* E V, et sic plerumque. — *sybulla* E S; *Sibylla* U V O — 12. *ei egenti* Lambinus; nos *huic* inclusimus; nam *hic* bis in eodem enuntiato de diversis personis positum non est ferendum. — 13. *nec tamen pr.* v — 15. *in dando aut cred.* E — 16. *solum suam* E — 17. *quis iam uolet quod m. cec. b. c. putare? sed* scripsi: *quis iam amouet quo m. cec. b. c. putares?* (*putaret?* S) *id* E S; *quis iam ammonet: quod m. cec. b. c. putares? id* U; *quis iam amodo id quod m. cec. b. c. putaret? Id* V; *quis iam non admonet? Quod m. cec. b. c. putares? Sed* b O (sed b *id* pro *sed*, quod Patricius primus restituit); *quis iamamouet* habent etiam 4 Oxonn.; ex tribus et ex G *quo* pro *quod* exscriptum est (unde coniicias: *quom male cediderit*), ab omnibus autem interpolatio *non* (in vv. *quis iam non admonet?*) abest. In eandem in quam nos coniecturam Madvigius quoque incidit, nisi quod eius loco quod nos dedimus «*uolet*», ille *audet* proposuit. — 18. *quo cum* G — *spe magna* G U: *spem magnam* E S V et Oxx. — 19. *multum* Patricius — *rogabat* v: *rogarat* codd. — 21. *destituisset* E V — 22. *cepisse* E S U — *quoniam* U — 23. *Hic* Lamb. in marg. addens: «Putant docti quidam viri multa ante haec verba deesse.» — 24. *di* E V: *dii* O — *haecine* Lamb. in marg. — *illa* om. V — 26. *Quid? ego* C et 3 (soline?) Oxx. (sed E *quid? senatum ego*): *quid ergo?* v O. Cf. Seyfferti *Scholae Latinae* I, p. 42 sqq. et p. 142. — *quidem* E — 27. *meritus est* v — *nec id* C G, ut coni. Patricius: *id nec* b O.

omni tempore, nec cum Postumi causa res ista coniuncta est. Quamquam ad sumptum itineris, ad illam magnificentiam apparatus comitatumque regium suppeditata pecunia a Postumo est factaeque syngraphae sunt in Albano Cn. Pompei, cum ille Roma profectus esset, tamen non debuit is, qui dabat, quo modo ille, qui accipiebat, consumeret quaerere. Non enim latroni, sed regi credidit, nec regi inimico populi Romani, sed ei, cuius reditum consuli mandatum a senatu videbat, nec ei regi, qui alienus ab hoc imperio esset, sed ei, quicum foedus feriri in Capitolio viderat. 7. Quod si creditoris culpa est, si qui improbe credita pecunia usus est, damnetur is qui fabricatus gladium est et vendidit, non is qui illo gladio civem aliquem interemit. Quam ob rem neque tu, C. Memmi, hoc facere debes, ut senatum, cuius auctoritati te ab adolescentia dedisti, in tanta infamia versari velis, neque ego id, quod non agitur, defendere. Postumi enim causa, quaecumque est, seiuncta a senatu est. Quod si item a Gabinio seiunctam ostendero, certe quod dicas nihil habebis.

IV. 8. Est enim haec causa QVO EA PECVNIA PERVENERIT quasi quaedam appendicula causae iudicatae atque damnatae. Sunt lites aestimatae A. Gabinio: nec praedes dati nec ex bonis populo *universa pecunia* exacta est. Iubet lex Iulia persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit qui damnatus sit, pervenerit. Si est hoc novum in lege Iulia, sicuti multa sunt severius scripta quam in antiquis legibus et sanctius, inducatur sane etiam consuetudo huius generis iudiciorum nova: 9. sin hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modo in Cornelia, sed etiam ante in lege Servilia, per deos immortales! quid agimus, iudices? aut quem hunc morem novorum iudiciorum in rem publicam in-

---

1. *omni* E U V: *hoc* v S O — 3. *singraphae* E S — 4. *Pompei* E: *Pompeii* O — *illo* Hotomanus — *Romam* E — 5. *quo modo* Patricius: *cum* C (ex *quom̄*); *quo* b O. Patricii emendatione accepta iam non opus est *consumeret* immutare, cuius loco critici *insumeret*, *sumeret* (Garatoni), *tum sumeret* proposuerunt. — 7. *consuli mandatum a senatu* Lambinus (incerta coni.): *consultum* (*consulto* V, *consulucum* G) *datum senatum* (*senatus* E V) C G; *consuli datum a senatu* b O; *cuius reductionem consuli datam a senatu* Patricius; *cuius reditui consultum a senatu* Klotz — 8. *ferire* C et 5 Oxx.; *fieri* Oxon. C — 9. *creditoris culpa est*, *si qui* Madvigius: *creditor is in culpa non sit* (*non sit non* U) *qui* codd., nisi quod a duobus Oxonn. *is* videtur abesse; *creditor in culpa sit, non qui est* b O (sed om. b *est*). *Quod si creditores in culpa sunt, si qui* Mommsenius — 10. *usus est* Orelli: *est* om. codd. (*improbe est c. p. usus* Lamb.) — 12. *auctoritate* U — 13. *dedidisti* Patricius — *ego* om. U — 18. *condamnatae* E — 19. *A. Gabinio* b: *a gabinio* C — *nec ab eo praedes* Lamb. — *ex bonis populo universa pecunia exacta est* Mommsenius: *ex bonis populi servari lex aequa est* C G et Oxonn. (sed om. G *lex*, U *aequum*); *ex eius bonis quanta summa litium fuit populo servari potest* Ciof. (negligentia omisit Muretus l. c. *populo*); *ex eius bonis quanta summa litium fuisset a populo recepta. Lex aequa est* O et edd. vulg. Verba *quanta s. l. fuisset* (debebat saltem esse *fuit*) primus ex § 37 supplevit Hervagius; id supplementum Hotomanus in suo cod. se invenisse simulans deinde ex eo sic pergit: *a populo recepta est: at nec ex Postumi bonis servari legem aequum est.* Ut Mommsenius, Madvigius quoque locum emendavit «*nec ex bonis populo *** exacta est*», incertum relinquens, quod substantivum feminini generis oblitteratum sit. — 20. *ab iis* E U V: *ab his* S — 22. *serius* E U, 5 Oxx. — 23. *inducatur* G, Ciof., cod. Francii primus: *inducta* ψ; *inductabit* S; *indicatur* v et S in marg.; *iudicatur* V et 4 Oxx.; *iudicatus* E; *iudicata* U — *etiam cum consuetudo* C G, 4 Oxx.; fort. *iam consuetudo*; cf. p. 1141, 16. — *nova: sin hoc* Manutius: *nova sint* (E G, 4 Oxx.) vel *sit* (S U V, 2 Oxx.) *hoc* codd. — 24. *quod fuit* E — 25. *ante in Serv.* Patricius — *agitur* Naugerius, ut §§ 6. 7. 37. — 26. *hunc* U: *habent* E S V, 4 Oxx., sed in V voc. expunctum (ex compendio *hnt* cum

ducimus? Erat enim haec consuetudo nota vobis quidem omnibus, sed, si usus magister est optimus, mihi debet esse notissima. Accusavi de pecuniis repetundis, iudex sedi, praetor quaesivi, defendi plurimos; nulla pars, quae aliquam facultatem discendi afferre posset, a me afuit: ita contendo, neminem umquam QVO EA PECVNIA PERVENISSET causam dixisse, qui in aestimandis litibus appellatus non esset. In litibus autem nemo appellabatur nisi ex testium dictis aut tabulis privatorum aut rationibus civitatum. 10. Itaque in inferendis litibus adesse solebant qui aliquid de se verebantur, et, cum erant appellati, si videbatur, statim contra dicere solebant: sin eius temporis recentem invidiam pertimuerant, respondebant postea: quod cum fecissent, permulti saepe vicerunt. V. Hoc vero novum est et ante hoc tempus omnino inauditum: in litibus Postumi nomen est nusquam. In litibus dico? Modo vos idem in A. Gabinium iudices sedistis: num quis testis Postumum appellavit? testis autem? num accusator? num denique toto illo in iudicio Postumi nomen audistis? 11. Non igitur reus ex ea causa, quae iudicata est, redundat Postumus, sed est arreptus unus eques Romanus de pecuniis repetundis reus. Quibus tabulis? quae in iudicio A. Gabinii recitatae non sunt: quo teste? a quo tum appellatus nusquam est: qua aestimatione litium? in qua Postumi mentio facta nulla est: qua lege? qua non tenetur.

Hic iam, iudices, vestri consilii res est, vestrae sapientiae: quid deceat vos, non quantum liceat vobis spectare debetis. Si enim quid liceat quaeritis, potestis tollere e civitate quem vultis. Tabella est, quae dat potestatem; occultat eadem libidinem: cuius conscientiam nihil est quod quisquam timeat, si non pertimescat suam. 12. Ubi est igitur sapientia iudicis? In hoc, ut non solum quid possit, sed etiam quid debeat ponderet, nec quantum sibi permissum meminerit solum, sed etiam quatenus commissum sit. Datur tibi tabella iudici: qua lege? — Iulia de pecuniis repetundis. — Quo de reo? — De equite Romano. — At iste ordo lege ea non tenetur. — Illo, inquit, capite † quod erat in Postumum, cum in Gabinium iudex esses, nihil Gabinio damnato, cum

---

linea, ut est in E, permutationis ratio perspicitur). — *in remp.* SV: *in r. p.* EU et 1 Ox.; *in rep.* 3 Oxx. — 1. *quidem vobis* SV, sed V cum signis transpositionis. — 2. *notissimus* codd. et edd. vett., etiam b; emendavit Hervagius. — 4. *discendi* Hotomanus: *dicendi* codd. et O; cf. de eodem mendo infra ad § 29 extr. — *a me afuit* scripsi: *mea fuit* codd.; *non mea fuit* O cum ed. Ald. — 6. *qui in* SU: *quin* EV, 1 Ox.; *quis* 4 Oxx. — *autem aestimandis nemo* Lamb. — 8. *in inferendis* GS: *in* om. EUV, 4 Oxx., quod probavit Pareus in *Lex. critico* p. 36, formulam *scribendo adesse* comparans; *in aestimandis litibus* vel *in litibus* coni. Lamb. — 10. *solebat* E — 12. *est et ante* Patricius: *est ante* codd. et O — 15. *in* om. 2 Oxx. — 18. *A. Gabinii* Hotomanus: *gabinio* ψ; *gabiniao* G (cum *a* superscr. ante *g*), unde Muretus *Gabiniano*; *a gabinio* codd. rell. noti. Cf. var. lect. ad p. 1138, 19. — 19. *quo teste* SUV: *quod iste* E, 5 Oxx. — *qua aestimatione* Pantagathus: *qua appellatione* (GS et V corr.) vel *quam appellationem* codd.; *qua illatione* Lamb. Mendum ex *appellatus*, quod antecedit, ortum est. — 21. *vestri sapientis* E — 24. *conscientiam* cod. Francianus: *conscientia* CG, 2 Oxx. — 25. *quicquam* EUV — *tuam* G — 28. *iudici* Madvigius et Mommsenius: *iudicii* codd. et O, quod voc. Cobeto glossema videtur. — 30. *capite* om. S pr. m.; *capiti* E — *quod erat in postumum* EG SU: *quod erat impositum* V; QVOD IN POSTERVM Muretus *Var. lectt.* XVII, 5 ex cod. Ciof.; *QVO EA PECVNIA PERVENERIT, quod erat in Postumum* Graevius. Verisimilius Madvigius, qui sequentia egregie emendavit, lacunam manifestam sic explevit: *«Illo (immo?), inquit, capite,* QVO EA PECVNIA PERVENERIT. — *Nihil audisti in Postumum, quom in Gabinium iudex esses* cet.» — 31. *quom in G. iudex esses, nihil G. damnato, quom in eum lites aestimares*

in eum lites aestimares. — At nunc audio. — Reus igitur Postumus est ea lege, qua non modo ipse, sed totus etiam ordo solutus ac liber est. VI. 13. Hic ego nunc non vos prius implorabo, equites Romani, quorum ius iudicio tentatur, quam vos senatores, quorum agitur fides in hunc ordinem: quae quidem cum saepe ante, tum in hac ipsa causa nuper est cognita. Nam cum, optimo et praestantissimo consule Cn. Pompeio de hac ipsa quaestione referente, exsisterent non nullae, sed perpaucae tamen acerbae sententiae, quae censerent ut tribuni, ut praefecti, ut scribae, ut comites omnes magistratuum lege hac tenerentur, vos, vos, inquam, ipsi et senatus frequens restitit: et quamquam tum propter multorum delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen, cum odium nostrum restingueretis, huic ordini ignem novum subiici non sivistis. 14. Hoc animo igitur senatus. Quid? vos, equites Romani, quid tandem estis acturi? Glaucia solebat, homo impurus, sed tamen acutus, populum monere ut, cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet: si esset DICTATOR CONSVL PRAETOR MAGISTER EQVITVM, ne laboraret; sciret nihil ad se pertinere: sin esset QVICVMQVE POST HANC LEGEM, videret ne qua nova quaestione alligaretur. 15. Nunc vos, equites Romani, videte. Scitis me ortum e vobis, omnia semper sensisse pro vobis: nihil horum sine magna cura et summa caritate vestri ordinis loquor. Alius alios homines et ordines, ego vos semper complexus sum. Moneo et praedico, integra re causaque denuntio, omnes homines deosque testor: dum potestis, dum licet, providete ne duriorem vobis conditionem statuatis ordinique vestro, quam ferre possit. Serpet hoc malum, mihi credite, longius quam putatis. VII. 16. Potentissimo et nobilissimo tribuno pl., M. Druso, novam in equestrem ordinem quaestionem ferenti SI QVIS OB REM IVDICANDAM PECVNIAM CEPISSET, aperte equites Romani restiterunt. Quid? hoc licere volebant? minime; neque solum hoc genus pecuniae capiendae turpe, sed etiam nefarium esse arbitrabantur. Ac tamen ita disputabant eos teneri legibus *iis* oportere, qui suo iudicio essent illam conditionem vitae secuti. «*Te* delectat amplissimus civitatis gradus, sella curulis, fasces, imperia, provinciae, sacerdotia, triumphi, denique imago ipsa ad posteritatis memoriam prodita: sit simul etiam sollicitudo aliqua et legum et iudiciorum maior quidam metus. 17. Nos ista numquam contempsimus — ita enim disputabant —,

---

Madvigius: *quod in G. iudex esses* (*esset* G) *nihil gabinio dato* (sic E G S et 5 Oxx.; *datum* U V) *cum in eum lites aestimaret* codices nostri; *quom in g. iudex esses quom ei lites aestimarentur nihil rabirio datum cum* cet. Ciof.; *quom in G. i. esses, nihil de Rabirio auditum*, *nihil quom ei lites aestimarentur* Muretus l. c., ubi verborum transpositionem, quam in cod. Ciof. invenerat, proferre neglexit. — 1. *est* om. E — 3. *implebo* E; *imploro* cod. Franc. — 4. *iudicio hoc* Patricius — *teneatur* U — 8. *paucae* ed. Lamb. — *quae qui censerent* E V — 9. *magistratum* E — 12. *nostrum* Madvig: *non* codd. et edd. — 13. *subici* S; *subi* E — 17. *sciret* v: *scire* C G, 5 Oxx. — *sin esset* C G: *sin autem* b O — 21. *loquar* E — 24. *possitis* coniecit Patricius — 26. *novam* Madvig: *unam* codd. et edd. — 27. *ferente* V pr. m. — *iudicandam* Patricius: *iudicatam* codd. et O. Cf. Verr. Act. I, §§ 38. 39. lib. II, § 78. Tac. Ann. IV, 31. Quintil. V, 10, 87 cet. — 28. *volebatis* E, 4 Oxx. — *neque enim solum* Patricius — 29. *esse arbitr.* G S V: *arbitr. esse* E; *esse* om. U O — 30. *ac tamen* E G S V, 3 Oxx.: *attamen* U O — *iis* addidit Patricius et v. 31 *Te* — 33. *prodita: sit simul* Mommsenius: *prodita. Est simul* codd. et O — 34. *maiorum* codd.; corr. Hotomanus — *quaedam* U.

sed hanc vitam quietam atque otiosam secuti sumus; quae quoniam honore caret, careat etiam molestia.» «Tam es tu iudex quam ego». «Ita est, sed tu istud petisti, ego hoc cogor: quare aut iudici mihi non esse liceat aut lege senatoria non teneri.» 18. Hoc vos, equites Romani, ius a patribus acceptum amittetis? moneo ne faciatis. Rapientur homines in haec iudicia ex omni non modo invidia, sed sermone malevolorum, nisi cavetis. Si iam vobis nuntiaretur in senatu sententias dici, ut his legibus teneremini, concurrendum ad curiam putaretis: si lex *de ea* re ferretur, convolaretis ad rostra. Vos senatus liberos hac lege esse voluit, populus numquam alligavit, soluti huc convenistis: ne constricti discedatis cavete. 19. Nam si Postumo fraudi fuerit, qui nec tribunus nec praefectus nec ex Italia comes nec familiaris Gabinii fuit, quonam se modo defendent posthac qui vestri ordinis cum magistratibus nostris fuerint his causis implicati?

VIII. Tu, inquit, Gabinium ut regem reduceret impulisti. Non patitur mea me iam fides de Gabinio gravius agere. Quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo: quocum me si ante Cn. Pompei auctoritas in gratiam non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret. 20. Sed tamen, cum ita dicis, Postumi impulsu Gabinium profectum Alexandriam: si defensioni Gabinii fidem non habes, obliviscerisne etiam accusationis tuae? Gabinius se id fecisse dicebat rei publicae causa, quod classem Archelai timeret, quod mare refertum fore praedonum putaret: lege etiam id sibi licuisse dicebat. Tu inimicus negas. Ignosco, et eo magis, quod est contra illud iudicatum. Redeo igitur ad crimen et accusationem tuam. 21. Quid vociferabare? Decem milia talentum Gabinio esse promissa. † Huic videlicet perblandus reperiendus fuit, qui hominem, ut tu vis, avarissimum exoraret, sestertium bis miliens et quadringentiens ne magno opere contemneret. Gabinius illud, quoquo consilio fecit, fecit certe suo: quaecumque mens illa fuit, Gabinii fuit. Sive ille, ut ipse dicebat, gloriam, sive, ut tu vis, pecuniam quaesivit, sibi *quaesivit*. * * * non Gabinii comes vel sectator, nec ad Gabinii, cuius id negotium non

---

2. *tam es tu* b: *tñ es tu* E; *eodem es tu* S; *tamen eodem es tu* U; *eadem tamen es tu* V — *quam* b: *qua* C — *ego* Patricius: *ego senator* codd. et O — 3. *petiisti* O — 4. *lege senatoria non teneri* Patricius: *legem lege senatoria non timere* CO; *legem senatoriam non timere* A. Augustinus et Ciof.; cf. §§ 11. 12. 13. 16. 18.— 6. *maliv.* C — 8. *de ea re ferretur* Mommsenius: *referretur* codd.; *ferretur* b O — 13. *defendent* v: *defenderint* C — 14. *fuerint* U v: *fuerunt* ESV, 5 Oxx.— 16. *mea me iam* Muretus ex G, qui habet *meam etiam*: *mea etiam* SUV, 5 Oxx.; *etiam mea* E; *iam mea* Lamb. — 17. *defenderim* SUV: *defenderem* 3 Oxx.; *defeci. Decem* E et sic fere rell. Oxx. — 18. *me si ante* Madvigius: *me stantem* codd.; *stante si me* b O — 19. *nunc* b: *hunc* codd. — 22. *Archelai* Hervagius: *marchilei* codd. — 25. *illud* suspectum Ernestio — *et ad accusationem* U — 26. *Qui* lectio varia in marg. Lamb. — *vociferabere* S[1] E; *Quid vociferabare, decem - - promissa?* O; verba recte distinxit Madvigius — *milia talenta* codd. (E *talenti*); cf. § 30. — 27. *huic* CG: *hui* Ciof. et Manutius; *homo* Graevius; *hic* Garatoni et Weiske; *aliqui* Mommsenius; fort. *auctor* — *videlicet* GSUV: *igitur* E — *perblandus* CG: *puer blandus* Ciof.; *persuasor blandus* cod. Hotom. (*Regi videlicet orator blandus* Ravius I, p. 23.) — 28. *milies* C, *millies* O — *ne* om. UV — 29. *quoque* U — 31. *quaesivit, sibi quaesivit* nos: *quaesivit sibi* codd.; *quaesivit, quaesivit sibi* edd. Illud iam propterea praetulimus, quod post *sibi* plura interciderunt. — In manifesta codicum lacuna iam ab aliis perspecta extrema sic supplet Mommsenius: [** *Ita factum est, ut sua sponte Postumus*], *non G.* cet.— 32. *non G. comes*

erat, sed ad P. Lentuli, clarissimi viri, auctoritatem a senatu profectam et consilio certo et spe non dubia Roma contenderet.

22. At dioecetes fuit regius. — Et quidem in custodia etiam fuit regia, et vis vitae eius allata paene est; multa praeterea, quae libido regis, quae necessitas coëgit perferre, pertulit. — Quarum omnium rerum una reprehensio est, quod regnum intrarit, quod potestati se regis commiserit. Verum si quaerimus, stulte. Quid enim stultius quam equitem Romanum ex hac urbe, huius, inquam, rei publicae civem, quae est una maxime et fuit semper libera, venire in eum locum, ubi parendum alteri et serviendum sit? IX. 23. Sed ego in hoc tantum Postumo non ignoscam, homini mediocriter docto, in quo videam sapientissimos homines esse lapsos? Virum unum totius Graeciae facile doctissimum, Platonem, iniquitate Dionysii, Siciliae tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus: Callisthenem, doctum hominem, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum: Demetrium, et ex re publica, quam optime gesserat, et ex doctrina nobilem et clarum, qui Phalereus vocitatus est, in eodem illo Aegyptio regno aspide ad corpus admota vita esse privatum. 24. Plane confiteor fieri nihil posse dementius quam scientem in eum locum venire, ubi libertatem sis perditurus. Sed huius ipsius facti stultitiam illa iam superior stultitia defendit, quae facit, ut hoc stultissimum [facinus], quod in regnum venerit, quod regi se commiserit, sapienter factum esse videatur: si quidem *non* tam semper stulti quam sero sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se expedire. 25. Quam ob rem illud maneat et fixum sit, quod neque moveri neque mutari potest: in quo aequi sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui, ipse etiam insanisse se confitetur, quod suam, quod amicorum pecuniam regi crediderit cum tanto fortunarum suarum periculo: hoc quidem semel suscepto atque

---

vel sectator, nec ad G. Halmius et Madvigius: *non gabinii* (*gabini* E) *comes vel sectator negat gabinii* codd.; *Num G. comes vel sectator? Negat. Non enim ad Gabinii* O et edd. vett. — 2. *Romam* V — *contenderet* C, 3 Oxx.: *contenderat* O — 3. *dioecetes* a: *Diogenes* codd. — 4. *vis vitae eius* Madvigius: *vita eius* codd. et O (*vita ei ablata* Patricius) — *allata* E G et 2 Oxx.: *ablata* codd. rell. et O — *praetereo* U — 5. *perferre* E G S V, 5 Oxx.: *ferre* U O — *quarum* ed. Naugeriana: *quare* (S) vel *quae (que)* C et 3 Oxx. — 6. *se regis* U: *se* om. E G S V et 5 Oxx.; fort. *regis se* (*regi* E, *legis* G) — 7. *qui enim* E et 3 Oxx. — 8. *ex hac urbe* obelo notavit Patricius — 10. *Sed in hoc tamen Postumo ignoscam* cod. Hotom. — *tantum* Patricius: *tandem* codd. rell.; *tamen* O — 11. *in quo* ed. Iunt. et Muretus: *quo* E G S V; *qui* U; *quum* Klotz. — 13. *tyranni* S U: *et tyrannide* E et V pr. m. — *in maximis -- accepimus* om. E U et 3 Oxx. (C S χ) — 14. *insidiisque* v: *insidiis mediisque* (*inediisque* G S) G S V et Ox. ψ, fort. ex *mediisque in insidiis* — *calistenem* S — 16. *et* ante *ex* om. S E — *quam* Madvigius: *Athenis quam* codd. et O — *gesserat* Graevius: *egesserat* cod. Francii; *digesserat* codd. rell.; [*quam o. digesserat*] O cum Ernestio — 17. verba *qui Phal. vocitatus est* spuria videntur. — *illo* nos: *loco* E U V, 4 Oxx.; *isto* S O — *Aegyptio* C G: *Aegypti* b O — 20. *huius ipsius* nos: *huius istius* codd. et O (sed T om. *huius*); *huius posterioris* Weiske. Vitiosa eorundem pronominum coniunctio in Plauti Pseud. I, 3, 128 «*sunt mea haec ista*» nunc ex cod. Ambr. correcta est. — *stultitiam illa iam* scripsi: *stultitiam mali iam iam* codd.; *stultitiam maior iam* O ex Iunt. Minus placet quod item in mentem venit *st. alia iam*, ut Madvigius quoque proposuit. — 21. *ut in hoc* U — *facinus* Ernestio auctore seclusimus. — 22. *regi se* U: *se* om. codd. rell.; fort. *se regi* — 23. *non tam* Hotomanus ex codice (?) suo: *non* om. codd. noti prob. Ferratio epist. VI, 8, 5. — 27. *se* inclusit Orelli ratus a 5 Oxx. abesse; at abest ab his supra v. 22, hoc loco a solo Franciano. — 28. *suscepto atque contracto* a: *susceptum atque contractum* codd.

contracto illa perpetienda fuerunt, ut se aliquando ad suos vindicaret. Itaque obiicias licet quam voles saepe, palliatum fuisse, aliqua habuisse non Romani hominis insignia. Quotiens eorum quippiam dices, totiens unum dices illud, temere hunc pecuniam regi credidisse, suas fortunas atque famam libidini regiae commisisse. 26. Fecerat temere, fateor; mutari factum iam nullo modo poterat; *erat* aut pallium sumendum Alexandriae, ut ei Romae togato esse liceret, aut omnes fortunae abiiciendae, si togam retinuisset. X. Deliciarum causa et voluptatis non modo nobiles adolescentes, sed quosdam etiam senatores, summo loco natos, non in hortis aut suburbanis suis, sed Neapoli in celeberrimo oppido cum † maeciapella saepe videmus. 27. Chlamydatum illum L. Sullam imperatorem, L. vero Scipionis, qui bellum in Asia gessit Antiochumque devicit, non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. Quorum impunitas fuit non modo a iudicio, sed etiam a sermone. Facilius certe P. Rutilium Rufum necessitatis excusatio defendet: qui cum a Mithridate Mytilenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiae, consularis homo soccos habuit et pallium; — nec vero id homini quisquam, sed tempori assignandum putavit —: Postumo crimen vestitus afferet is, in quo spes fuit posse se aliquando ad fortunas suas pervenire? 28. Nam ut ventum est Alexandriam, iudices, haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae, si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset. Id autem facere non poterat, nisi dioecetes — hoc enim nomine utitur, qui ea regit — esset constitutus. Odiosum negotium Postumo videbatur, sed erat nulla omnino recusatio: molestum etiam nomen ipsum, sed res habebat nomen hoc apud illos,

---

1. *illa* om. codd.; edd. habent post *perpetienda,* ubi inseruit Naugerius; *hoc q. s. susceptum a. contractum* [*ubi est, eundum Alexandriam et reliqua*] *perpetienda f.* Mommsenius — *ac suos* Lallemandus — 3. *quotiens e. quippiam d. totiens* S: *quoties e. quidpiam dices, toties* O — 4. *unum dices illud* Patricius: *unum dices atque illud* codd. et O; *unum d. atque idem* Lamb. — 6. *erat* nos addidimus — 7. *ei* cod. (?) Ursini et Patricius: *et* C G — 8. *non modo nob. adol. set quosdam* scripsi: *non modo ciuis Romanos sed et nobilis adolescentis et quosdam* C O et codd. rell. — 11. *maeciapella (maeciapella, meciapella)* codices: *mitella* O cum Hervagio — *videmus* b: *videre* V; *videri* codd. rell.; *vidimus* Patricius et O — *chlamydatam illam L. Sullae imperatoris* cod. Hot. Mommsenius post *natos* (v. 9) quaedam intercidisse statuens sic deinde secundum Valerium Maximum III, 6, 3 pergit: *Non in h. aut s. s., sed N. in c. oppido memini ambulantem saepe videri chlamydatum illum L. Sullam imperatorem.* (*vidimus, chlamydatum -- imperatorem. L. vero* cet. O) — 12. *Antiochum* G — 14. *impunita libertas* coni. Ed. Wurmius. Locus mendosus iam Patricio videbatur. — 16. *Mytilenis* V: *mitilenis* E S; *Mitylenis* U O — *crudelitatem -- vitavit* om. E — 18. *sanctitatis* coni. Lamb.; at v. p. Sest. §§ 6. 130. p. Rosc. Am. § 26. Tac. Ann. V, 4. — 19. *homini* codd.: *homini tum* b O — 20. *sed tempori quisquam* G — 21. *afferret* S — *id in quo* G; *is in quo uno* Patricius — *se* Patricius: *sese* C O — 22. *Nam -- suscepisset* affert Quintilianus IV, 2, 18. — *ventum Alex. est* Quintil. — *Alexandream* E G hoc loco, ut saepius cod. Vat. in orr. Philippicis habet; sic item *Antiochea* in cod. Med. ep. ad Fam. II, 10, 2. — *iudices* Quintil.: *audies* codd.; *ad Auletem iudices* O cum Iunt. — 24. *dispensationem regiae* Patricius; at est *disp. regia* idem quod *d. regiae pecuniae*; cf. ep. ad Fam. XI, 21, 5: *agraria curatio.* — *id autem non poterat* Patricius — 25. *dioecetes* C — *qui ea regit* Madvigius: *quiaretie* E S et 5 Oxx.; *qui aritiae* V; *qui a rege* U; fort. *qui gazae regiae praepositus est*; † *nisi dioecetes: hoc enim n. utitur, qui a rege esset const.* O; *nisi dioecetes a rege esset const.* ceteris om. Patricius — 26. *omnino nulla* E.

non hic imposuerat: oderat vestitum etiam illum, sed sine eo nec nomen illud poterat nec munus tueri. Ergo «aderat vis», ut ait poëta ille noster,

«quae summas frangit infirmatque opes.»

29. Moreretur, inquies; nam id sequitur. Fecisset certe, si sine maximo dedecore tam impeditis suis rebus potuisset [emori]. XI. Nolite igitur fortunam convertere in culpam, neque regis iniuriam huius crimen putare, nec consilium ex necessitate nec voluntatem ex vi interpretari, nisi forte eos etiam, qui in hostes aut in praedones inciderint, si aliter quippiam coacti faciant ac liberi, vituperandos putes. Nemo nostrum ignorat, etiam si experti non sumus, consuetudinem regiam. Regum autem sunt haec imperia «animum advorte ac dicto pare»: et «praeter rogitatum si quid»: et illae minae:

si te secundo lumine hic offendero,
moriere:

quae non, ut delectemur solum, legere et spectare debemus, sed ut cavere etiam et fugere discamus.

30. At ex hoc ipso crimen exoritur. Ait enim, *cum* Gabinio pecuniam Postumus cogeret, decumis † imperatorum pecuniam sibi coëgisse. Non intelligo hoc quale sit: utrum accessionem decumae, ut nostri facere coactores solent in centesima, an decessionem de summa fecerit. Si accessionem, undecim milia talentum ad Gabinium pervenerunt. At non modo abs te decem milia obiecta sunt, sed etiam ab his aestimata. 31. Addo illud etiam: qui tandem convenit aut tam gravi onere tributorum ad tantam pecuniam cogendam mille talentum accessionem esse factam, aut in tanta mercede hominis, ut vis, avarissimi mille talentum decessionem esse concessam? Neque enim fuit Gabinii remittere tantum de suo, nec regis imponere tantum pati suis. — At erunt testes legati Alexandrini. — Ii nihil in Gabinium dixerunt; immo [ii] Gabinium lau-

---

1. *hic* b: *hoc* codd. Mommsenio vv. *non h. impos.* glossema videntur. — 5. *impeditis* ed. Iunt.: *impudentis* codd. — *potuisse* S — *emori,* cuius loco *mori* exspectares, Patricio glossa videbatur. — 6. *hoc crimen* U — *putare* S U: *punire* E V (pr. m.) 6 Oxx. — 7. *neque vol.* E — 8. *hostis* C — *quippiam* C G: *quidpiam* O — 9. *ac liberi* Madvigius et Mommsenius: *libere* C G, 5 Oxx.; *liberos* Ox. T; *quam libere* O cum ed. Iunt.; *coacti faciant, vituperandos putetis* Patricius — 10. *autem*] *enim* idem — 11. *animum advorte* Scaliger: *animadverte* C O — *ac dicto* (U V, Ox. T) vel *addicto* codd.: *et dicto* O, *et* Ciceroni tribuens. — 12. *si quid* scripsi: *si pie* vel *piae* (E U V, 4 Oxx.) aut *sit pie* (G S et Oxx. T ψ) codd.; *si quippiam* a; *si querare* O cum ed. Iunt.; *si loquare* cod. Hotom. — *minae* G U: *in me* E V, 3 Oxx.; *nunc* S — 13. *hoc* codices; *huc* b. Repetiit hunc versum Cicero in ep. ad Att. VII, 26, 1, ubi recte codd. *hic* — 15. *solum* S U V: *sidum* E et 4 Oxx. — 16. *et fugere* Ox. H et Patricius: *effugere* E G S et rell. Oxx.; *etiam effugere* V; *et effugere* U O — *discamus* U: *dicamur* codd. rell., sed V corr. ex *dicimur* — 17. *cum* Lambinus: om. codd.; *dum* a O — 18. *decumis* C G et 4 Oxx.: *ex decumis* b O — *imperato iis* a; *imperatis* Lamb. in marg.; *decumas imperatarum pecuniarum* probabiliter coni. Madvigius — 20. *in centesima* nos: *centima* codd.; *centesima* b; *centesimae* O cum Lamb. — 21. *si*] *sed* U — *talentum* om. E — 22. *ab iis* E U V — 23. *tam gravi onere tributorum tanta pecunia cogenda m. t. a. e. factam, aut de tanta* cet. Patricius, nisi vv. *ad tantam pec. cogendam* pro glossemate habenda sint. — 25. *aut vis* E; fort. *ut tu vis,* ut est § 21. — 26. *gabini* E — 27. *nec regis imp. tantum pati suis* U: *nec regis imponere tantum de suo nec regis imponere tantum pati suis* E S V; *nec regis imp. tanto plus suis* cod. Hotom.; *imponi* coni. Graevius; rectius, opinor, Patricius intellexit *pati* tollendum esse, quo sublato egregia exsistit adnominatio: *remittere tantum de suo* et *imponere tantum suis.* — *at erunt* Madvigius: *aderunt* C O; *aderant* G — 28. *ii -- ii* C G: alterum *ii* cum Ernestio inclusimus. — *dixerant* G pr. m.

daverunt. Ubi ergo ille mos? ubi consuetudo iudiciorum? ubi exempla? Solet is dicere in eum, qui pecuniam redegit, qui in illum, cuius nomine ea pecunia redigeretur, non dixerit? 32. Age si is, qui non dixit, solet, etiamne is solet, qui laudavit? Isdem testibus et quidem non productis, sed dictis testium recitatis, quasi praeiudicata res ad has causas deferri solet. XII. Et ait etiam meus familiaris et necessarius eandem causam Alexandrinis fuisse, cur laudarent Gabinium, quae mihi fuerit, cur eum defenderem. Mihi, C. Memmi, causa defendendi Gabinii fuit reconciliatio gratiae: neque me vero paenitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. 33. Nam si me invitum putas, ne Cn. Pompei animum offenderem, defendisse [causam], et illum et me vehementer ignoras. Neque enim Pompeius me sua causa quidquam facere voluisset invitum, neque ego, cui omnium civium libertas carissima fuisset, meam proiecissem. *Nec*, quam diu inimicissimus Gabinio fui, non amicissimus mihi Pompeius fuit: nec, posteaquam illius auctoritate eam dedi veniam, quam debui, quidquam simulate *egi*, ne cum mea perfidia illi etiam ipsi facerem, cui beneficium dedissem, iniuriam. Nam non redeundo in gratiam cum inimico non violabam Pompeium: si per eum reductus insidiose redissem, me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fefellissem. 34. At de me omittamus: ad Alexandrinos istos revertamur. Quod habent os! quam audaciam! Modo vobis inspectantibus in iudicio Gabinii tertio quoque verbo excitabantur: negabant pecuniam Gabinio datam. Recitabatur identidem Pompei testimonium, regem ad se scripsisse nullam pecuniam Gabinio nisi in rem militarem datam. «Non est, inquit, tum Alexandrinis testibus creditum.» Quid postea? «Creditur nunc.» Quam ob rem? «Quia nunc aiunt, quod tunc negabant.» 35. Quid ergo? ista conditio est testium, ut, quibus creditum non sit negantibus, isdem credatur aientibus? At, si verum tunc severissima fronte dixerunt, nunc

---

1. *ille* Ernestio suspectum. — 2. *soletis* vel *solet is* codd.: *soletne is* O — *pecuniam* G (?) v: *pecunia* C — *redegit* Naugerius: om. C G; fort. *qui coegit pecuniam* — *quin* E S V et 4 Oxx. — 3. *si id* S — 5. *testium*] *eorum* maluit Garatoni, *tantum* Patricius; an *testium* glossa est? — *preiudicati* S — 6. *conferri* E; *adferri* Turnebus. Post *solet* O et Klotz male signum interrogationis iam a Turnebo sublatum habent. «Quid clarius quam Tullium dicere, rem praeiudicatam quodam modo ex superiore repetundarum iudicio ad hoc «*quo ea pecunia pervenerit*» deferri solere ex iis quae testes in illo iudicio ante dixerint, ut ne producantur quidem iterum, sed eorum testimonia ex tabulis publicis recitentur.» Garatoni. — 7. *alexandrinus* U — *cur*] *ut* S — *fuerit* Manutius: *fuerat* codices. — 8. *eum defenderem* scripsi: *eundem (eumdem) defenderem* codd. et O — *Memmii* S — 10. *amicitias gerere* maluit Lamb. — *Pompei* E: *Pompeii* O — 11. *causam defendisse* G; *defendisse et causam* Lamb.; Weiske genetivum ad *causam* desideravit, sed videtur potius *causam* glossema esse. — 14. *Nec - - non amic. mihi P. fuit* Madvig: *non amic. mihi non P. fuit* (sine *Nec*) codd. et O — 15. *nec ego posteaquam* Ed. Wurmius. — *auctoritati* O ex Lamb. coni., ut iam in V sup. lin. est. — 16. *simulate egi* scripsi: *simulate* codd.; *simulavi* O cum Iunt. — *nec cum* E S V — 19. *quoque* S U et corr. G V: *quem* E G V, 5 Oxx. — 20. *isto* V — 22. *gabini* E — 25. *tum* S U: *cum* E V, 4 Oxx. — *creditur*] *creditum?* v b et 1 Oxon.; *credetur* Manutius — *nunc* Manutius: *non* codd. *(quid postea? creditum* Muretus; *quid? postea credendum? non* Hotomanus) — 26. *tum* E S, 4 Oxx. — *Quae ergo ista* Ox. H, ut voluit Patricius; *Quid? ergo ista* Lamb. — 28. *aientibus* vir doctus nescio quis: *dicentibus* codd. et O. Sic paulo antea: *quia nunc aiunt quod tum negabant*; de participio autem cf. Cic. Topic. § 49. — *si verum tunc severissima fronte dixerunt* Madvigius: *si verum tum, cum verissima fronte, dixerunt* codd. et O; Hotomanus post *tum,* Lamb. post *verum* alterum *dixerunt* addebant (*severissima* iam Hotomanus et Gulielmus).

mentiuntur. Si tunc mentiti sunt, doceant nos, verum quo vultu soleant dicere. Audiebamus Alexandriam, nunc cognoscimus. Illim omnes praestigiae; illim, inquam, omnes fallaciae; omnia denique ab iis mimorum argumenta nata sunt. Nec mihi longius quidquam est, iudices, quam videre hominum vultus. XIII. 36. Dixerunt hic modo nobiscum ad haec subsellia quibus superciliis renuentes huic decem milium crimini! Iam nostis insulsitatem Graecorum: humeris gestum agebant [tum] temporis, credo, causa: nunc scilicet tempus nullum est. Ubi semel quis peieraverit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet, praesertim, iudices, cum in his iudiciis ne locus quidem novo testi soleat esse, ob eamque causam îdem iudices retineantur, qui fuerint de reo, ut iis nota sint omnia neque quid fingi novi possit.

37. * * QVO EA PECVNIA PERVENERIT non suis propriis iudiciis † in rem facti condemnari solent. Itaque si aut praedes dedisset Gabinius aut tantum ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset, quamvis magna ad Postumum ab eo pecunia pervenisset, non redigeretur, ut intelligi facile possit, quod ex ea pecunia, qua reorum quis damnatus sit, pervenisse ad aliquem in illo primo iudicio planum factum sit, id hoc genere iudicii redigi solere. Nunc vero quid agitur? ubi terrarum sumus? quid tam praeposterum dici aut excogitari potest? 38. Accusatur is, qui non abstulit a rege, sicut Gabinius iudicatus est, sed qui maximam regi pecuniam credidit. Ergo is Gabinio dedit, qui huic non reddidit. Iam cedo, cum is, qui pecuniam Postumo debuit,

---

1. *tum* ESv — *doceant nos, verum quo vultu soleant dicere* Madvigius: *doceant nos uerum quid uultis* (*uulti* GS) *sileant dicere* codd.; *nunc doceant nos verum. Quid multa? Sileant.* [*Dicere*] *audiebamus* cet. O (*doceant nunc verum esse quod vultis aut sileant* Hotom.) — 2. *illim -- illum* G; *illum -- illinc* E V χ; *illinc -- illinc* S U O. Cf. Handii Tursell. III, p. 212 et Wesenbergii Emendatt. Cic. epist. p. 125. Locis ab iis ex scriptis Tullianis congestis hic addendus est et de Har. Resp. § 42. — 3. *ab iis* U: *ab his* E S V O — *mimorum* v, codd. Memmiani et V sup. lin.: *minorum* E G, 3 Oxx.; *nummorum* S U V; *maiorum* Ox. H (unde *malorum* in cod. interpolato Hotom.) — 4. *nota* E — 7. *iam notis* G — *tum* glossam esse vidit Madvigius — 8. *causa* G U et V sup. lin.: *causae* E S V et 5 Oxx. — *At ubi semel* cod. Hotom. — 9. *quis* G S U: *qui si* E V et 4 Oxx. — *peieraverit* a: *deieraverit* codd. (sed Ox. T *erraverit*) — *ei* U V et S corr.: *et* codd. rell. — *pluris* E G U V — 11. *qui sederint de reo* cod. Hotom. At bene refutavit Garatoni, monens Ciceronem § 10 et p. Cluent. § 105 *in reum* (non *de reo*) *iudices sedistis* dixisse. — 12. *iis* E G U: *his* S V O; post *possit* videntur complura intercidisse. — 13. *quo* codices: *Lites quo* O cum Naugerio; *Lites enim quo* Hotom. ex suo, ut ait, codice; fort. *Qui causam dicunt* QVO; cf. p. 1139, 5. — *vindiciis* Ravius II, p. 51. — *in rem* (E V, 4 Oxx.; *reum* S U) *facti* codices: *sed in reum factis* O cum edd. vett.; *rei facti* Madvigius; *in rem condemnari solent* (om. *facti*) Mommsenius — 15. *aut -- fuisset* om. E — *redegisset* vel *reciperasset* malebat Lamb. — 17. *pecunia, qua reorum quis damnatus sit, pervenisse ad aliquem in illo* Madvigius: *pecunia quae ad quem eorum qui damnatus est pervenisse* (*pervenisset* V corr. et S) *ad aliquem in illo* codd.; *pecunia quam ceperit is, qui damnatus est, pervenisse ad aliquem in illo* Cujacius; *pecunia † ad quem eorum q. d. est pervenisse in illo* O — 19. *id hoc* v et S sup. lin.: *sed hoc* U (cf. var. lect. ad p. 1137, 18); *in hoc* S pr. m. et V sup. lin.; *ad hoc* E V — *solere* b: *soleret* C et 5 Oxx. — 20. *tam praeposterum* scripsi: *tam perversum* (*pervorsum* G) *praeposterum* C G, 5 Oxx.; *tam perversum praeposterumve* b; *tam insolens, tam perversum praeposterum* v et sic O, sed hic *praeposterumve*. Si *perversum* a Cicerone profectum sit, aut *tam perversum, tam praeposterum*, ut est in a, scribendum aut particula copulativa addenda est (cf. p. Cluent. § 71); at verisimilius est *perversum* glossema esse. — 22. *ergo -- reddidit* om. E — 23. *huic non* Lambinus: *non huic* codd. et O. Corruptus est verborum ordo ex versu sequenti. —

non huic, sed Gabinio dederit, condemnato Gabinio utrum † illa quo ea pecunia sit an nunc de ea? XIV. At habet et celat; sunt enim qui ita loquantur. Quod genus tandem est istud ostentationis et gloriae? Si nihil habuisset umquam, tamen, si quaesisset, cur dissimularet causa non esset: qui vero duo lauta et copiosa patrimonia accepisset remque praeterea bonis et honestis rationibus auxisset, quid esset tandem causae, cur existimari vellet nihil habere? 39. An cum credebat inductus usuris, id agebat ut haberet quam plurimum: posteaquam exegit quod crediderat, ut existimaretur egere? Novum genus hoc gloriae concupiscit. — Dominatus est enim, inquit, Alexandriae. — Immo vero in superbissimo dominatu fuit: pertulit ipse custodiam, vidit in vinculis familiares suos, mors ob oculos saepe versata est, nudus atque egens ad extremum fugit e regno. — 40. At permutata aliquando pecunia est; ductae naves Postumi Puteolis sunt, auditae visaeque merces. Fallaces quidem et fucosae chartis et linteis et vitro † delatae: quibus cum multae naves refertae fuissent, † una non potuerit parva. Cataplus ille Puteolanus, sermo illius temporis, vectorumque cursus atque ostentatio, tum subinvisum apud malevolos Postumi nomen propter opinionem pecuniae nescio quam aestatem unam, non plures aures refersit istis sermonibus.

---

cedo ed. Iuntina: *accedo* (S U V) vel *accredo* (E G) codd. — 1. *utrum illa quo ea pecunia sit an nunc de ea* codices (*quo* abest ab Ox. S, *illa quae* Ox. T, pro *an* habet G *a*, Ox. C *at*, H *at an*): *utrum illi eam pecuniam reddidit an etiam nunc debet?* O cum ed. Iunt. (sed haec *ille*). Perversitatem huius lectionis vulgatae solus Garatoni sensit, sed de loco emendando desperavit. Videntur plura intercidisse; Mommsenius quidem supplet: *utrum illa* QVO EA PECVNIA [PERVENERIT *inquisitio convenit in hunc an non convenit, cui ea pecunia*] *etiam nunc deest?* — 2. *enim* E U: *etenim* G S V — 3. *illud* Klotz, quod vitium esse typographicum ed. Ernest. iam Orelli notavit. — 4. *si acquisisset* Patricius — *cur dissimularet* Madvigius: *cur si* (*is* S V) *dissimularet* codd., sed addit S *habere* post *dissim.*, quod etiam in 4 Oxx. deest; *cur se dissim. habere* O cum Mureto et Weiskio — 5. *non esset* om. E — 6. *honestis actionibus* S — 7. *aestimari* U — 9. *existimetur* G, ut Ernesti voluit, verba sic interpungens: *egere, novum* cet. Id cum fecisset, Garatoni se mirari dicit, quod non potius vv. *ut existimetur egere* pro glossemate habuerit. Quae si sana sunt, lectio *existimaretur* necessaria est, cum ex *id agebat* non possit *id agit*, ut putavit Patricius, repeti. In scriptura autem «*egere? Novum*» cet. displicet verbum *concupiscit*, quod iam Graevio additamentum videbatur. Si delere nolueris, saltem scribendum erit: *Novum genus hic* (an *sic?*) *gl. concupiscit.* Priores, qui comma post *egere* habent, saltem sic scribere debuerunt: *ut existimetur egere (novum genus hoc gloriae) concupiscit?* — 11. *vinculis* v: *vinclis* C G — *familiaris* S U V — 12. *ante oculos* v — 13. *aliquando* codd. noti: *aliunde* O cum Naugerio et cod. (?) Hotom. — *ductae* S U V et G sup. lin.: *dictae* E, G pr. m., 5 Oxx.; *actae* coni. Lamb., *subductae* Madvigius — 14. *quaedam* G pr. m. — 15. *delatae* codd. plerique: *delete* G pr. m.; *velatae* lectio varia in marg. Mureti (ex Ciof.?); *celatae* Lamb. ex codd. — 16. *patuerit* G; *patuit* O — *parva artata* (*arcata* G) *plus* (*in plus* T) codd. noti; *parva atata plus* cod. Turnebi, unde ipse: *parva. Cataplus*, quam lectionem Lamb. in uno Memmiano se invenisse dicit; *parva atque arcta. quid amplius?* cod. pessimus Hotom. (*una non patuit, pecunia artata* coni. Patricius.) Mommsenio locus sic constituendus videtur: *At pervecta aliquando pecunia est; ducentae naves P. Puteolis sunt auditae visaeque. — Merces fall. quidem et fucosae, chartis et linteis et vitro delatis; quibus cum multae naves refertae fuissent, summa non potuit parari. Cataplus ille Puteolanus* cet. — 17. *cursus* S corr. ex *uisus*; verba *sermo illius temp.* et *cursus atque* O inclusit. — 18. *malevolos* E: *malivolos* S U V — *aestatem una non plures* C; *aestatem unam pluribus* (ex *una ñ pluris*) G; *aestatem unam non amplius* Muretus; *aestate una complures* Orelli ex sua coni. «Cic. *unam*, *non plures* dixit, ut celeriter sermones defecisse significaret; *complures aures* pro *multorum auribus* vix dici puto.» MADVIG *epist. crit. ad Orell.* p. 132. — 19. *auris* C G — *refersit sed* S V.

XV. 41. Verum autem, iudices, si scire vultis: nisi C. Caesaris summa in omnes, incredibilis in hunc † eadem liberalitas exstitisset, nos hunc iam pridem in foro non haberemus. Ille onera multorum huius amicorum excepit unus; quaeque multi homines necessarii secundis Postumi rebus descripta sustinuerunt, nunc eius afflictis fortunis universa sustinet. Umbram equitis Romani et imaginem videtis, iudices, unius amici conservatam auxilio et fide. Nihil huic eripi potest praeter hoc simulacrum pristinae dignitatis, quod C. Caesar solus tuetur et sustinet: quae quidem in miserrimis rebus huic tamen tribuenda maxima est. Nisi vero hoc mediocri virtute effici potest, ut tantus ille vir tanti ducat hunc, afflictum praesertim et absentem, et in tanta fortuna sua, ut alienam respicere magnum sit, et tanta occupatione maximarum rerum, quas gerit atque gessit, ut oblivisci aliorum non sit mirum [vel, si meminerit, oblitum etiam facile possit probare]. 42. Multas equidem C. Caesaris virtutes, magnas incredibilesque cognovi, sed sunt ceterae maioribus quasi theatris propositae et paene populares. Castris locum capere, exercitum instruere, expugnare urbes, aciem hostium profligare, hanc vim frigorum hiemumque, quam nos vix huius urbis tectis sustinemus, excipere, iis ipsis diebus hostem persequi, cum etiam ferae latibulis se tegant atque omnia bella iure gentium conquiescant: sunt ea quidem magna, quis negat? sed magnis excitantur praemiis ac memoria hominum sempiterna. Quo minus admirandum est eum facere illa, qui immortalitatem concupiverit. XVI. 43. Haec † mira laus est, quae non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur: equitem Romanum, veterem amicum suum, studiosum, amantem, observantem sui, non libidine, non turpibus impensis atque iacturis, sed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit, [corruere non sivit,] fulsit et sustinuit re, [fortuna,] fide, hodieque susti-

---

1. *uoltis* E G — 2. *in omnis incred.* S; *in omnibus credibilis* E U, 4 Oxx., sed U *incred.* — *in hunc ordinem eadem* V — *eadem lib.* codices: *eundem lib.* Patricius; ego malim *eiusdem lib.* — *nos hunc* Manutius: *nos* (*non* E, 3 Oxx.) *hunc Postumum* codd. et O. At Cic. clientem suum aut *hunc* aut *Postumum* appellare solet, nusquam *hunc Postumum.* — 4. *hominis* S U, ut voluit Patricius, ut intelligatur Postumus. — 5. *fortunis unus universa* Patricius — 8. *simulachrum* S V — *C.* nos addidimus — 9. *maxima est* C: *est maxima* b O — 11. *afflictum* ed. Iunt. et fort. Oxon. C (a quo alterum *et* abesse dicitur): *et afflictum* codd. — *alienam* Patricius: *aliena* codd. O — 12. *et tanta* nos: *et* om. codd. et O; *et in tanta* Lamb. — *occupatione* vir doctus nescio quis (v. Lamb. adnot.): *oppugnatione* codd. — 13. *ut* Oxon. C: *uel* E S U V v, 3 Oxx.; *ut vel* b O — *vel -- probare*] «Hoc additum esse suspicor ab homine inepto, quod ob antecedens *vel* [corruptum illud ex *ut*], cuius vim iam non revocaret in animum, alteram sententiam desiderari putaret. Concinnior fit oratio hoc membro abscisso. Si quid addere voluisset Cicero, tam inepta et languenti sententia vim periodi in extrema parte non fregisset, sed alia excogitasset.» Weiske. — 14. *etiam* C, 4 Oxx.: *esse* v O — 15. *incredibilisque* E G S U — *certe* E — 16. *propositae, haec paene popularis* Patricius. In ed. Or. totus locus sic interpunctus est: *Multas -- cognovi. Sed -- paene populares: castris locum capere, -- conquiescant. Sunt ea* cet. — 18. *hiemumque* Patricius: *hiememque* codd. et O — *huius vix* S — 19. *iis* nos: *his* C O — *cum* Patricius: *tum* Ox. H; *tum cum* codd. rell. et O — 21. *excitantur praemiis ac memoria h. sempiterna* Madvigius: *excitata sunt praemiis ad memoriam h. sempiterna* codd. et O — 23. *concupiverit* v: *concupiverat* codd. — *haec vera laus* Patricius; *haec nimirum* (vel *una*) *laus* Ernesti; ego malim *haec eximia laus* — 26. *turpibus impensis* nos: *turpibus impensis cupiditatum* codd. O — 27. *labantem* Ed. Wurmius; at v. or. Phil. II, § 51. — *excipit* E — 28. *sinit* E, 4 Oxx.; nos *corr.*

net, nec amicum † prudentem corruere patitur: nec illius animi aciem praestringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunae et gloriae. 44. Sint sane illa magna, quae re vera magna sunt: de iudicio animi mei, ut volet quisque, sentiat; ego enim hanc in tantis opibus, tanta fortuna liberalitatem in suos, memoriam amicitiae reliquis virtutibus omnibus antepono. Quam quidem vos, iudices, eius in novo genere bonitatem, inusitatam claris ac praepotentibus viris, non modo non aspernari ac refutare, sed complecti etiam et augere debetis, et eo magis, quod videtis hos quasi sumptos dies ad labefactandam illius dignitatem: ex qua illi nihil detrahi potest, quod non aut fortiter ferat aut facile restituat. Amicissimum hominem si honestate spoliatum audierit, nec sine magno dolore feret, nec id amiserit, quod posse speret recuperari.

XVII. 45. Satis multa hominibus non iniquis haec esse debent, nimis etiam multa vobis, quos aequissimos esse confidimus. Sed, ut omnium vel suspicioni vel malevolentiae vel crudelitati satis fiat: «occultat pecuniam Postumus, latent regiae divitiae.» Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Postumi nummo sestertio sibi addici velit? Sed miserum me, quanto hoc dixi cum dolore! Hem, Postume, tune es C. Curtii filius, C. Rabirii iudicio et voluntate filius, natura sororis filius? tune ille in omnes tuos liberalis? cuius multos bonitas locupletavit? qui nihil profudisti? nihil ullam in libidinem contulisti? Tuà, Postume, nummo sestertio a me addicuntur. 46. O meum miserum acerbumque praeconium! At hoc etiam optat miser, ut ita bona veneant, ut solidum suum cuique solvatur. Nihil iam aliud nisi fidem curat: nec vos huic, si iam oblivisci vestrae mansuetudinis volueritis, quidquam praeterea potestis eripere. Quod, iudices, ne faciatis oro obtestorque vos, atque eo magis, si adventicia pecunia petitur ab eo, cui sua non redditur: nam in eum, cui misericordia opitulari debebat, invidia quaesita est. 47. Sed iam, quoniam spero fidem † quam praestiti, Postume, reddam

---

non sivit auct. Schuetzio cum O inclusimus. — *fide fortuna* v; *fortunis fide* Lamb.; ego totum locum sic legere malim: *labentem excepit, fulsit, sustinuit re fide hodieque sustinet.* — *hodie quoque* coni. Orelli; at est *que* h. l. copula, ut p. 819, 36. 1001, 25. — 1. *prudentem* codd.: *pudentem* b; *pendentem* O cum ed. Iunt. Emendatio est incerta; proximum foret *inprudentem* vel *pudentem,* ut est in b; sed potius exspectatur *ruentem* vel *praecipitantem*, ut est pag. 1136, 16. — 2. *praestringit* Garatoni et Schuetz: *perstringit* codd. — 4. *ut volet, quisque sentiat* in edd. distinctum est. — *ego tamen hanc* Patricius — 6. *omnibus -- bonitatem* om. E χ — *iudices eius* G S V: *eius* om. U O — 7. *in hoc genere* Patricius — 8. *non modo non* v: *non modo* codd. — 10. *labefactandam* G S T v: *labefactandum* E U V O — *illi* om. E; *aliud* coni. Schuetz — 12. *admiserit* E S et V, sed in hoc *d* punctata. — 13. *speret* G b: *non speret* codd. rell. Cf. Madvigii Opusc. I, p. 384 not. — 15. *multa etiam* G — 16. *malivolentiae* C — *satis faciat* E χ — 17. *ecquis* a: *et quis* codd. — 18. *adici* S; *adduci* E — 19. *hoc* C G, 4 Oxx.: *haec* v O — *tu nunc es* E — 20. *C.* Orelli: om. codd. — *curti* codd.; *Curii* b O; cf. ad § 3. — *natura sororis filius* om. E et 2 Oxx.; *natura sororis* (sine *filius*) Ernesti — 21. *tune* b: *tun* U; *tum* S ψ; *cum* E V et 4 Oxx. — 22. *Postumi* E G S pr. m. et 2 Oxx. — 23. *nummo*] *omnia* Patricius — *addicuntur?* O; nos cum Lamb. in marg. interpunximus. — *O -- praeconium* affert Quintilianus XI, 3, 172. — 24. *ut ita bona veneant* Madvigius: *ut* (*ut serui uel* S ψ v) *condemnetur a uobis ita bona ueneant* codd. «Verba *condemnetur a vobis* ab aliquo addita sunt, qui longissime a sententia aberravit.» — 28. *adventitia* C — 29. *debebat* Muretus et Patricius: *debet* ψ; *debeat* C et rell. Oxx. — 30. *quoniam spero fidem quam praestiti* codices: *quoniam, ut spero, fidem quam potui, tibi praestiti* edd.; *quo-*

etiam lacrimas, quas debeo: quas quidem ego tuas in meo casu plurimas vidi. Versatur ante oculos luctuosa nox meis omnibus, cum tu totum te cum tuis copiis ad me detulisti. Tu comitibus, tu praesidio, tu etiam tanto pondere auri, quantum tempus illud postulabat, discessum illum sustentasti; tu numquam meis me absente liberis, numquam coniugi meae defuisti. Possum excitare multos testes liberalitatis tuae: quod saepe audivi patri tuo Curtio magno adiumento in iudicio capitis fuisse. 48. Sed iam omnia timeo; bonitatis ipsius invidiam reformido: nam indicat tot hominum fletus, quam sis carus tuis, et me dolor debilitat intercluditque vocem. Vos obsecro, iudices, ut huic optimo viro, quo nemo melior umquam fuit, nomen equitis Romani et usuram huius lucis et vestrum conspectum ne eripiatis. Hic vos aliud nihil orat nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri atque in hoc foro vestigium facere liceat: quod ipsum fortuna eripuerat, nisi unius amici opes subvenissent.

---

niam, ut spero, fidem, quam tibi dedi, praestiti, Postume coni. Madvigius; ipse tentavi: *quoniam spero fidem iam praestitam esse tibi, Postume* cet. — 2. *nex* E et V pr. m. — 6. *multos testes* Madvigius: *multos reductos testes* codd. et edd. — 7. *tuo Curtio - - fuisse* Madvigius: *tuo cui id magno adiumento fuisset in iudicio capitis fuisse* (*fuisset* S U V, 3 Oxx.) codd.; *tuo qui id fecisset, magno adiumento in iud. cap. fuisse* b O — 8. *nam* scripsi: *iam* codd. O — 9. *et mi* (immo *mihi*) Patricius — 10. *intercluditque* Lambinus: *includitque* O cum codd. Cf. p. Cluent. § 183 *defensio interclusa respirat.* Liv. 40, 16 *dicenti haec lacrimae simul spiritum et vocem intercluserunt.* Liv. 23, 7. Tac. Ann. VI, 50 cet. Nec sana lectio videtur in Liv. II, 2, 8: *admiratio incluserat vocem* — 13. *atque in* S v: *atque ut in* E U V, 3 Oxx. — 14. *fortunae* E.

M. TULLII CICERONIS

PRO T. ANNIO MILONE

ORATIO AD IUDICES.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Palimpsestus Taurinensis apud Peyronum p. 221 sq. p. 306 sqq. p. 311 sqq. p. 327 sqq. p. 333 sqq. p. 336 sqq.

T = cod. olim Tegernseensis, nunc Monacensis (cod. Lat. 18787), a me collatus. Cf. p. 753 et p. 1102.

E = cod. olim Erfurtensis, nunc Berolinensis, e quo Freundius hanc orationem lithographico opere describendam curavit Vratislaviae a. 1838.

S = cod. quondam Salisburgensis, nunc Monacensis Lat. num. 15734, cuius selectas lectiones mihi exscripsit Halmius.

C = cod. Basilicanae Coloniensis. Vide supra p. 516. Hic codex, cui recte etiam eae lectiones tribui videntur, quas Fr. Modius e suis libris attulit nullo codicis nomine addito, quamquam egregriae aliquot ei debentur emendationes, ita tamen haud raro est interpolatus, ut nequeam adsentiri Madvigio, qui eum codicem optimum et Erfurtensi plane et Bavarico aequiparandum vocat (*Opusc. acad.* I, p. 154) eumque si eo modo, quo nunc Erfurtensem, collatum haberemus, hunc etiam superaturum fuisse affirmat (*Opusc. acad. alt.* p. 302). Cf. §§ 49. 51. 79.

H = cod. Hittorpianus. Vide ibidem.

W = cod. Werdensis. Vide ibidem.

A = Asconius Pedianus.

B = Scholiasta Bobiensis apud Ang. Maium *Classicorum Auctorum e Vaticanis codicibus editorum* T. II. p. 87 sqq., edit. nostrae p. 273 sqq.

O = ed. Orelliana a. 1826.

I. 1. Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere minimeque deceat, cum T. Annius ipse magis de rei publicae salute quam de sua perturbetur, me ad eius causam parem animi magnitudinem afferre non posse, tamen haec novi iudicii nova forma terret oculos, qui, quocumque inciderunt, consuetudinem fori et pristinum morem iudiciorum requirunt. 2. Non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat; non usitata frequentia stipati sumus; non illa praesidia, quae pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim collocata sunt, non afferunt tamen oratori aliquid, ut in foro et in iudicio, quamquam praesidiis salutaribus et necessariis saepti sumus, tamen ne non timere quidem sine aliquo timore possimus. Quae si opposita Miloni putarem, cederem tempori, iudices, nec inter tantam vim armorum existimarem esse oratori locum. Sed me recreat et reficit Cn. Pompeii,

---

Inscriptio orationis. *Incipit pro Milone* T E. Initio orationis iisdem fere litteris, sed paulo minoribus, codicis E margini adscriptum est hoc argumentum: *P. clodius senator seditiosus erat. et tirannicis moribus. Is multis iniurias fecit. et cedes. et incendia et impleris-que mutatis* (imitatus) *catilinam. cateruas habebat circum se ciuium perditorum. Erat autem inimicus miloni. v̄. c. et bene merito de re. p. Repente igitur milone consule. petebat clodius praeturam. Quia igitur sub milone consule uidebat se fore praetorem clodius. metuens uirtutes milonis. et sciens quod non morigeraturus. sed compressurus sit milo iniurias quas facere proposuerat clodius. statuit insidiis adgrediendum. Et dum proficiscitur milo ad lanuuium oppidum. collectis seruis suis et latronibus. incepit in uia pugnare. Milo uero desiluit. et ex dextero latere recedere pugnabat. Clodius autem cum uenisset in alteram partem. et contendere uidisset seruos milonis. quid contenditis inquid. cum iam dominus uester occisus sit? Serui uero fideles. rati reuera eum dixisse. mox interfecerunt. Post haec lelius* (cloelius) *clodii sodalis satelles. quocum et leges praeturae conscripserat. corpus eius attulit romam. et plurimum tumultum excitauit. et globo facto clodianorum. pars curiae incensa est. et cedes admissae sunt. atque insuper reus fit cedis milo. Tum Pompeius dictator. cauens inuidiam. iudices dedit. optimos et fortissimos viros. in quibus domicium principem spernentem minas tumultuosorum et armatos milites circum tribunal constituit. ut cum quiete res diiudicaretur. Notauerat autem senatus Rem cum Pompeio. et examinari strictius praeceperat. quasi contra rem publicam cedibus commisisset incendio. et aliis facinoribus. Quod clodiani pro praeiudicio. et pro suo auxilio uindicabant. quasi iam data sentencia esset contra milonem. ut non possit locus esse excusationi. Pro quo .M. cicero dicens. primum refellit omnia praeiudicia. et ostendit insidiatum milonem a clodio. et cedem iure factam a seruis milonis contra eum. qui prior insidias tetendisset. Nichilominus tamen manifesta cedes vindicata. Nam in exilium missus est milo sentencia iudicum. in thomeas Sythiae.*

1—7. *Etsi vereor -- ut solebat* habet Quintilianus XI, 3, 47—50; *Etsi vereor, iudices* idem IX, 4, 74; *dicere incipientem timere* idem IX, 4, 93; *Etsi vereor -- viro dicere* Isidorus *Origg.* II, 18, 2; *Etsi vereor -- incipientem timere* Diomedes p. 462, 11; Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* § 18; Martianus Capella § 528; *ne turpe -- incipientem* Grillius fol. 38, b. — 2. *cumque ipse titus annius* Grillius fol. 40, a; *cum titus annius ipse magis de rep. quam de sua salute perturbetur* idem fol. 40, b. — *de .r. p.* T; *de rei .p.* E — 3. *turbetur* T — 5. *consuetudinem* T E et Quintilianus: *veterem consuetudinem* O — 6. *pristinum morem iudiciorum requirunt* Diomedes p. 466, 26; *veterem iudiciorum morem requirunt* idem p. 462, 17 et Isidorus l. l. Quae a Putschio Diomedi altero loco post *veterem* adduntur verba *consuetudinem fori et pristinum*, a codicibus absunt. Conf. Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 322 n. — *non enim -- ut solebat* affert Schol. Lucani I, 320. — 7. *non illa* T E: † *Nam illa* S O; *nec illa* Garatonius. Vide Halmium in ed. Lips. (*et illa praesidia, quae -- collocata sunt, hoc afferunt tamen, ut in foro* Bakius *Schol. Hypomn.* IV p. 285 sq.) — 8. *collocata* Lambinus: *collata* T E S — 9. *oratori* Orellio erat suspectissimum. — *aliquid*] *terrores aliquid* E — 10. *salitaribus* T — *ne non timere sine aliquo timore possimus* affert Placidus Lactantius ad Statii Theb. I, 379. — 12. *temporibus* T; delendum censet Wunderus coll. or. p. Plancio § 26. — 13. *oratori* T S: *orationi* E — *gn̄. pomp̄.* T; *Gn̄. pompei* E.

sapientissimi et iustissimi viri, consilium, qui profecto nec iustitiae suae putaret esse, quem reum sententiis iudicum tradidisset, eundem telis militum dedere, nec sapientiae, temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica armare. 3. Quam ob rem illa arma, centuriones, cohortes non periculum nobis, sed praesidium denuntiant, neque solum ut quieto, sed etiam ut magno animo simus, hortantur, neque auxilium modo defensioni meae, verum etiam silentium pollicentur. Reliqua vero multitudo, quae quidem est civium, tota nostra est, neque eorum quisquam, quos undique intuentes, unde aliqua fori pars adspici potest, et huius exitum iudicii exspectantes videtis, non cum virtuti Milonis favet, tum de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat. II. Unum genus est adversum infestumque nobis eorum, quos P. Clodii furor rapinis et incendiis et omnibus exitiis publicis pavit, qui hesterna etiam contione incitati sunt, ut vobis voce praeirent quid iudicaretis: quorum clamor si qui forte fuerit, admonere vos debebit, ut eum civem retineatis, qui semper genus illud hominum clamoresque maximos prae vestra salute neglexit. 4. Quam ob rem adeste animis, iudices, et timorem, si quem habetis, deponite. Nam si umquam de bonis et fortibus viris, si umquam de bene meritis civibus potestas [vobis] iudicandi fuit, si denique umquam locus amplissimorum ordinum delectis viris datus est, ut sua studia erga fortes et bonos cives, quae vultu et verbis saepe significassent, re et sententiis declararent, hoc profecto tempore eam potestatem omnem vos habetis, ut statuatis, utrum nos, qui semper vestrae auctoritati dediti fuimus, semper miseri lugeamus, an diu vexati a perditissimis civibus aliquando per vos ac per vestram fidem, virtutem sapientiamque recreemur. 5. Quid enim nobis duobus, iudices, laboriosius? quid magis sollicitum, magis exercitum dici aut fingi potest, qui spe amplissimorum praemiorum ad rem publicam adducti metu crudelissimorum suppliciorum carere non possumus? Equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum semper putavi Miloni esse subeundas, quia semper pro bonis contra improbos senserat: in iudicio vero et in eo consilio, in quo ex

---

1. *et iustissimi* ed. Aldina: *et illustrissimi* E S; *illustrissimique* T — 2. *putarit* Heumannus; *putavit* Bakius Schol. Hypomn. IV, p. 286 sq. — 3. *auctoritate p. armare* Martianus Capella § 516. — 6. *neque* S: *nec quae* T et (corr. ex *ne quae*) E — 7. *verum*] *sed* T — 9. *intuentis* T — *aspici* T E — 10. *expectantis* T — 11. *decertare* T — 12. *Unum -- nobis* habet A — 13. *patuit* T — 14. *contione* T E: *concione* O; sic ubique. — 16. *illud genus* T — *clamoresque -- neglexi* (sic) Diomedes p. 466, 16. — 17. *prae* E et Diomedis cod. Monac.: *pro* T O et Diomedes Putschii. Cf. p. 189, 24. 224, 1 (coll. p. 459, 14). 818, 23. 846, 4. ad Fam. XIV, 4, 2.— 19. *vobis* delendum censet Bakius. «Loquitur orator universe, de omni praeterito tempore et de omnibus qui ante fuissent iudices, quibus tum opponuntur *hoc tempore* et *vos*, cuius pronominis ipsa collocatio arguit oppositionem.» — 21. *ut* T E: *ubi* S O — *fortis* T — *cives*] *eius* T — 26. *virtutem, sapientiam recreemur* Bakius coll. p. 1158, 37. — *Quid enim duobus modis nobis iudices laboriosius. quid magis exercitum* Grillius fol. 42, b. — 27. *duobus* om. T' — *exercitatum* E — 29. *suppliciorum* T E S: *exitiorum* O — 30. *Equidem -- subeundas* habent Quintilianus VIII, 6, 48 et Pompeius Gramm. p. 466 ed. Lindem. (sed *quidem* pro *equidem*); *Equidem -- contionum* Servius ad Vergil. Aen. I, 148; *Ego equidem ceteras tempestates* idem ad Aen. I, 576. — *dum taxat* (divise) T — 31. *Miloni putavi* Quintilianus. — *quia semper contra improbos pro bonis senserat* Grillius fol. 42, a. — *quia* T E S et Grillius: *quod* O.

cunctis ordinibus amplissimi viri iudicarent, numquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad eius non modo salutem exstinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. 6. Quamquam in hac causa, iudices, T. Annii tribunatu rebusque omnibus pro salute rei publicae gestis ad huius criminis defensionem non abutemur. Nisi oculis videritis insidias Miloni a Clodio factas, nec deprecaturi sumus, ut crimen hoc nobis propter multa praeclara in rem publicam merita condonetis, nec postulaturi, ut, si mors P. Clodii salus vestra fuerit, idcirco eam virtuti Milonis potius quam populi Romani felicitati assignetis. Sed si illius insidiae clariores hac luce fuerint, tum denique obsecrabo obtestaborque vos, iudices, si cetera amisimus, hoc saltem nobis ut relinquatur, ab inimicorum audacia telisque vitam ut impune liceat defendere.

III. 7. Sed antequam ad eam orationem venio, quae est propria vestrae quaestionis, videntur ea esse refutanda, quae et in senatu ab inimicis saepe iactata sunt et in contione ab improbis et paulo ante ab accusatoribus, ut omni errore sublato rem plane, quae veniat in iudicium, videre possitis. Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? Nempe in ea, quae primum iudicium de capite vidit M. Horatii, fortissimi viri, qui nondum libera civitate tamen populi Romani comitiis liberatus est, cum sua manu sororem esse interfectam fateretur. 8. An est quisquam qui hoc ignoret, cum de homine occiso quaeratur, aut negari solere omnino esse factum aut recte et iure factum esse defendi? nisi vero existimatis dementem P. Africanum fuisse, qui, cum a C. Carbone tribuno pl. in contione seditiose interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, responderit iure caesum videri. Neque enim posset aut Ahala ille Servilius aut P. Nasica aut L. Opimius aut C. Marius aut me consule senatus non nefarius haberi, si sceleratos cives

---

2. *non modo ad salutem eius -- infringendam* Quintilianus IX, 3, 77. — *modo salutem* TE: *salutem modo* O — *extinguendam* TE; vide ad p. 1102, 13. — 3. *Quare titi anni tribunatū rebus omnibus pro salute rei p. gestis ad huius criminis defensionem non abutimur* (sic) Grillius fol. 39, a. — 4. *T.*] *titi* TE — *que* om. T — 6. *factas*] *esse factas* E solus. — *nec depcaturi -- condonetis* habet Grillius fol. 33, a. — 7. *hoc crimen* Grillius. — *propter multa* TE et Grillius: *multa propter* O — 9. *populi R.*] *.pr.* T — 10. *Sed si*] *Sin* E solus. — 11. *nobis saltem* S; *uobis saltem* T — 12. *uitam ab inimicorum audacia telisque* ES — *inpune* E — 14. *rationem* T — 15. *...trae quaestionis -- saepe ab inimicis* (hoc verborum ordine) habet B — *ea mihi esse* S et mss. Modii. — *et* om. T — 16. *ab improbis* T HWS: *saepe ab improbis* E — *paulo* TE: *paullo* O; sic ubique. — 17. *errore* S et ed. Aldina: *terrore* TE — *ueniat* TES: *venit* O — 18. *Negant intueri -- esse fateatur* habent B et Grillius fol. 42, b; *Negant intueri -- interfectam fateretur* Quintilianus V, 11, 12 (cf. V, 14, 20); *Negant intueri -- stultissimi disputant* Iulius Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 32. — *fas esse* TS et Grillius. — *esse hominem occisum* Rufinianus. — 19. *urbe*] *civitate* idem. — 20. *horati* E — 21. *qui nondum libera civitate* habet B — *.p. R.* E; *.pr.* T — 22. *sua manu sororem interfectam esse fateretur* habet Diomedes p. 467, 21. — 23. *queratur* E — 24. *et* TES: *ac* O — 26. *tribuno*] *tr.* TE ubique. — *pl.* TE: *plebis* O, ubique. — *sediciose in contione* ES — *tribuno pl. seditiose* spuria videntur Bakio l. l. p. 289. — *Ti.*] *tiberii* E; *.t.* T — 27. *responderit* TE: *respondit* SO — *Neque enim -- nefas esset* habet Quintilianus V, 11, 16; *Neque enim potuisset aut ille Hala* usque ad *sceleratos cives interimere* Iulius Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 23. — 28. *au publius nasica* E — *aut C. Marius* om. Quintilianus. — 29. *ciuis* T; om. Quintilianus.

interfici nefas esset. Itaque hoc, iudices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententiis non solum divina, sed etiam sapientissimae deae sententia liberatum. 9. Quod si duodecim tabulae nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune voluerunt, quis est qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet, cum videat aliquando gladium nobis ad hominem occidendum ab ipsis porrigi legibus? IV. Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi, quae multa sunt, certe illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, cum vi vis illata defenditur. Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat; facere enim probus adolescens periculose quam perpeti turpiter maluit. Atque hunc ille summus vir scelere solutum periculo liberavit. 10. Insidiatori vero et latroni quae potest inferri iniusta nex? Quid comitatus nostri, quid gladii volunt? quos habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Est igitur haec, iudices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus, ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim et in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis. 11. Silent enim leges inter arma nec se exspectari iubent, cum ei, qui exspectare velit, ante iniusta poena luenda sit quam iusta repetenda: etsi persapienter et quodam modo tacite dat ipsa lex potestatem defendendi, quae non hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat, ut, cum causa, non telum quaereretur, qui sui defendendi causa telo esset usus, non hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur. Quapropter hoc maneat in causa, iudices; non enim dubito quin probaturus sim vobis defensionem meam, si id memineritis, quod oblivisci non potestis, insidiatorem iure interfici posse.

V. 12. Sequitur illud, quod a Milonis inimicis saepissime dicitur, caedem, in qua P. Clodius occisus est, senatum iudicasse contra rem

---

1. *Itaque hoc -- sententia liberatum* habet Quintilianus V, 11, 18. — 2. *eum, qui -- necavisset* habet B — 4. *divina* S: *diuinae* TEHW — *Quod si -- porrigi legibus* habet Quintilianus V, 14, 18. — 5. *XII* TE — 6. *defenderet* TE: *defenderit* O — *inpune* E — 7. *gladium nobis -- porrigi legibus* habent B; Diomedes p. 466, 15; Iulius Victor p. 241, 36. — 8. *nobis*] *nobis interim* Iulius Victor. — *ad hominem occidendum* TE: *ab* (sic) *hominem occidendum* B; om. Quintilianus, Diomedes, Iulius Victor. — *porrigi videmus legibus* Iulius Victor. — *Atqui -- necandi* habet B — 11. *Pudicitiam -- liberavit* habet Quintilianus V, 11, 15. — 13. *facere -- maluit* idem VIII, 5, 11. — *adulescens* T — 15. *Insidiatori -- nullo pacto liceret* habet Quintilianus V, 14, 19; *Insidiatori -- iniusta nex* Priscianus VI, 18, 93. — *nex*] *lex* E — 17. *Est igitur, iudices -- expressimus* habet Quintilianus IX, 3, 83; *non scripta, sed nata lex* Martianus Capella § 520. — *igitur* TES et Quintilianus: *enim* O — 18. *uerum etiam ex* TS — 19. *hausimus* om. T — 21. *et* TES: *si* O — 22. *Silent enim -- repetenda* habet Quintilianus V, 14, 17; *Silent enim leges inter arma* Servius ad Vergil. Ecl. 9, 11; Schol. Lucani I, 277 et II, 252; Iulius Victor (om. *enim*) p. 241, 36. — 23. *expectare* T — 25. *non* C: *non modo* TES — 27. *quereretur* E — 29. *dubito*] *iudico* T — *sum* T — 31. *interfici iure* E solus. — 32. *saepe* Bakius l. l. coll. p. 1154, 16. 1157, 28. — 33. *esset* idem coll. p. 1157, 2.

publicam esse factam. Illam vero senatus non sententiis suis solum, sed etiam studiis comprobavit. Quotiens enim est illa causa a nobis acta in senatu! quibus assensionibus universi ordinis, quam nec tacitis nec occultis! quando enim frequentissimo senatu quattuor aut summum quinque sunt inventi, qui Milonis causam non probarent? Declarant huius ambusti tribuni pl. illae intermortuae contiones, quibus quotidie meam potentiam invidiose criminabatur, cum diceret senatum non quod sentiret, sed quod ego vellem decernere. Quae quidem si potentia est appellanda potius quam aut propter magna in rem publicam merita mediocris in bonis causis auctoritas aut propter hos officiosos labores meos non nulla apud bonos gratia, appelletur ita sane, dum modo ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum. 13. Hanc vero quaestionem, etsi non est iniqua, numquam tamen senatus constituendam putavit; erant enim leges, erant quaestiones vel de caede vel de vi, nec tantum maerorem ac luctum senatui mors P. Clodii afferebat, ut nova quaestio constitueretur. Cuius enim de illo incesto stupro iudicium decernendi senatui potestas esset erepta, de eius interitu quis potest credere senatum iudicium novum constituendum putasse? Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, caedem hanc ipsam contra rem publicam senatus factam esse decrevit? Quia nulla vis umquam est in libera civitate suscepta inter cives non contra rem publicam. 14. Non enim est illa defensio contra vim umquam optanda, sed non numquam est necessaria: nisi vero aut ille dies, quo Ti. Gracchus est caesus, aut ille, quo Gaius, aut arma Saturnini non, etiam si e re publica oppressa sunt, rem publicam tamen vulnerarunt. VI. Itaque ego ipse decrevi, cum caedem in Appia factam esse constaret, non eum, qui se defendisset, contra rem publicam fecisse, sed, cum inesset in re vis et insidiae, crimen iudicio reservavi, rem notavi. Quod si per furiosum illum tribunum senatui quod sentiebat perficere licuisset, novam quaestionem nullam haberemus. Decernebat enim, ut veteribus legibus, tantum modo extra ordinem, quaereretur. Divisa sententia est postulante nescio quo; nihil enim necesse est omnium me flagitia proferre. Sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est.

---

2. *Quotiens* T E : *Quoties* O — 4. *quatuor* T E — *aut* E : *ad* T. Cf. p. 22, 2. 1160, 1.— 5. *Declarant -- criminabatur* habet A, *Declarant -- tribuni pl.* B — 6. *cotidie* T et cod. Ascon. Ambros.; *cottidie* E — 8. *quae -- appellanda* habet B — 9. *in rp.* T; *in re .p.* E — 10. *hos*] *hoc* T — 11. *ñulla* T E — *appelletur -- perditorum* habet B — *sane potentia, dum ea* B — 12. *pro salute -- perditorum* habet Diomedes p. 467, 16. — *contramentiam* B; *contratavit* (omissis *amentiam -- constituendam pu*) T — 14. *de vi*] *decui* T — 16. *Cuius enim -- non contra rem p.* (v. 21.) habet B — *illo* om. B — *incestu* B, quod deleto *stupro* probat Ravius *Var. Lectt.* I, p. 193. — 17. *ereptae eius* B — 18. *Cur igitur -- esse decrevit* habet A — 19. *obpugnationem* T — *hanc ipsam* om. B — 20. *senatus contra rem p.* B — *senatus*] *senatus consultum* E — *facta* B — 21. *ciuis* B T — 23. *est* supra versum in E — *dies, quo* Lambinus: *dies in quo* T E S — *.t.* T; *tiberius* E — *gaius* T E: *Caius* O — 24. *aut arma -- tamen vulnerarunt* Madvigius (*Opusc. acad.* I, p. 153 sq.): *aut arma -- tamen non vulnerarunt* C; *aut quo arma -- tamen non vulnerarunt* T E S; *aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiam si e re publica, rem p. tamen non vulnerarunt* cum ed. Aldina O — 25. *Itaque -- decrevi* habet B — 27. *sed* om. T — *inesset* S: *esset* T; *inessent* E — 28. *Quod si -- sublata est* habet A — 29. *tribunum pl. senatui* A — 30. *nullam* T E A: *nunc nullam* S O — *Decernebat -- nescio quo* habet B — *legibus* om. B — 31. *nihil -- proferre* om. A — *Nichil* (sic ubique) T.

15. At enim Cn. Pompeius rogatione sua et de re et de causa iudicavit; tulit enim de caede, quae in Appia via facta esset, in qua P. Clodius occisus esset. Quid ergo tulit? Nempe ut quaereretur. Quid porro quaerendum est? Factumne sit? At constat. A quo? At paret. Vidit igitur etiam in confessione facti iuris tamen defensionem suscipi posse. Quod nisi vidisset posse absolvi eum, qui fateretur, cum videret nos fateri, neque quaeri umquam iussisset nec vobis tam hanc salutarem in iudicando litteram quam illam tristem dedisset. Mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil gravius contra Milonem iudicasse, sed etiam statuisse videtur, quid vos in iudicando spectare oporteret. Nam qui non poenam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quaerendam, non interitum putavit. VII. 16. Iam illud dicet ipse profecto, quod sua sponte fecit, Publione Clodio tribuendum putarit an tempori. Domi suae nobilissimus vir, senatus propugnator atque illis quidem temporibus paene patronus, avunculus huius iudicis nostri, fortissimi viri, M. Catonis, tribunus pl. M. Drusus occisus est. Nihil de eius morte populus consultus, nulla quaestio decreta a senatu est. Quantum luctum in hac urbe fuisse a nostris patribus accepimus, cum P. Africano, domi suae quiescenti, illa nocturna vis esset illata! quis tum non gemuit? quis non arsit dolore, quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent, eius ne necessariam quidem exspectatam esse mortem? Num igitur ulla quaestio de Africani morte lata est? Certe nulla. 17. Quid ita? quia non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur. Intersit inter vitae dignitatem summorum atque infimorum: mors quidem illata per scelus isdem et poenis teneatur et legibus: nisi forte magis erit parricida, si qui consularem patrem, quam si quis humilem necarit, aut eo mors atrocior erit P. Clodii, quod is in monumentis maiorum suorum sit interfectus — hoc enim ab istis saepe dicitur —, proinde quasi Appius ille Caecus viam muniverit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur! 18. Itaque in eadem ista Appia via cum ornatissimum equitem Romanum P. Clodius M. Papirium occidisset, non fuit illud facinus puniendum; homo enim nobilis in suis monumentis equitem Romanum occiderat: nunc eiusdem Appiae nomen quantas tragoedias excitat! Quae cruentata antea caede honesti atque innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis et parricidae sanguine imbuta est. Sed quid ego illa commemoro? Comprehensus est in templo Castoris servus P. Clodii, quem

---

1. *At enim -- iudicavit* habet B — *gñ.* T E ubique. — *et* ante *de re* om. B T S — 3. *Quid porro -- at paret* habet B — 4. *quaerendum factumve sit* B — *at paret* B et Lamb.: *apparet* T; *at apparet* E; *at patet* S — 7. *hanc salutarem* T E: *salut. hanc* S O — 8. *literam* O (ubique). — *Michi* T (ubique) — 10. *in* om. T — 12. *ipse dicet* E S — 14. *domui* T — 15. *poene* T — *iudicis nostri* T: *iudices nostri* E; *nostri iudicis* S O — 16. *tribunus pl. M. Drusus occisus est* habet B — 18. *cum P. Africano domi suae conquiescendi* (sic) B — *quū* h. l. T — 19. *allata* T — 20. *gemuit* T E S: *ingemuit* O — *inmortalem* T — *eius*] *ei ius* E — *ne* om. T — 22. *affricani* T — 23. *obscura* E — 25. *inlata* E — *isdem* E: *hisdem* T; *iisdem* O — *et* ante *poenis* om. T S — 27. *necarit* T E: *necaverit* S O — 28. *ab istis saepe* T E: *saepe ab istis* S O — 29. *Proinde -- latrocinarentur* habet B — *Proinde* T E B S: *Perinde* O — *muniuerit* T E S: *inuenerit* B; *munierit* O — 30. *inpune* B — 31. *apiae* T — 34. *quae cruentata -- imbuta est* habet Diomedes p. 468, 7 sqq. — 37. *Conprehensus -- conlocaverat* habet B.

ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat; extorta est ei confitenti sica de manibus; caruit foro postea Pompeius, caruit senatu, caruit publico; ianua se ac parietibus, non iure legum iudiciorumque texit. Num quae rogatio lata, num quae nova quaestio decreta est? 19. Atqui si res, si vir, si tempus ullum dignum fuit, certe haec in illa causa summa omnia fuerunt: insidiator erat in foro collocatus atque in vestibulo ipso senatus; ei viro autem mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus civitatis; eo porro rei publicae tempore, quo, si unus ille occidisset, non haec solum civitas, sed gentes omnes concidissent: nisi vero, quia perfecta res non est, non fuit poenienda, proinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. Minus dolendum fuit re non perfecta, sed poeniendum certe nihilo minus. 20. Quotiens ego ipse, iudices, ex P. Clodii telis et ex cruentis eius manibus effugi! ex quibus si me non vel mea vel rei publicae fortuna servasset, quis tandem de interitu meo quaestionem tulisset? VIII. Sed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompeium, nosmet ipsos cum P. Clodio conferre audeamus. Tolerabilia fuerunt illa: P. Clodii mortem aequo animo ferre nemo potest. Luget senatus, maeret equester ordo, tota civitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniae, agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant. 21. Non fuit ea causa, iudices, profecto, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quaestionem ferendam, sed homo sapiens atque alta et divina quadam mente praeditus multa vidit: fuisse illum sibi inimicum, familiarem Milonem; in communi omnium laetitia si etiam ipse gauderet, timuit ne videretur infirmior fides reconciliatae gratiae; multa etiam alia vidit, sed illud maxime, quamvis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter iudicaturos. Itaque delegit ex florentissimis ordinibus ipsa lumina, neque vero, quod non nulli dictitant, secrevit in iudicibus legendis amicos meos; neque enim hoc cogitavit vir iustissimus, neque in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiam si cupisset. Non enim mea gratia familiaritatibus continetur, quae late patere non possunt, propterea quod consuetudines victus non possunt esse cum multis; sed si quid possumus, ex eo possumus, quod res publica nos coniunxit cum bonis: ex quibus ille cum optimos viros legeret idque maxime ad fidem suam pertinere arbitraretur, non potuit legere non studiosos mei. 22. Quod vero te, L. Domiti, huic quaestioni praeesse maxime voluit, nihil quaesivit aliud nisi iustitiam, gravitatem, humanitatem, fidem. Tulit ut consularem necesse esset, credo, quod principum munus esse ducebat resistere et levitati multitudinis et perditorum temeritati. Ex consularibus te creavit

---

1. *interficiundum* E — *exorta* T — *ei* TE: om. SO — 2. *pompeius* TES: *Cn. Pompeius* O (errore typogr.) — 6. *ipso*] *illo* T — 8. *eo*] *ei* T — *cecidisset* E — 10. *poenienda* Peyronus: *poenitenda* T; *punienda* ESO — *proinde* TES: *perinde* O — 12. *poeniendum* Peyronus: *paeniendum* E; *puniendum* TSO — *nichil hominus* T — *Quotiens* TE: *Quoties* E — *ergo* T — 14. *vel* ante *mea* om. TS — 15. *questionem* TE — 16. *P.*] *Publii* E — 17. *aequo animo ferre nemo* T: *nemo aequo animo ferre* E; *aequo animo nemo ferre* SO — 21. *profecto, non fuit* Madvigius: *profecto non fuit* O — 22. *quaestiorem* T — 23. *illum sibi* TE: *sibi illum* O; *sibi* om. S — 27. *ex* TES: *e* O — 28. *amicos meos - - viris legendis* om. T — 31. *propterea quod - - cum multis* sapere videntur sedulum annotatorem Bakio *Schol. Hypomn.* IV, p. 290. — 36. *aliud* om. T.

potissimum; dederas enim, quam contemneres populares insanias, iam ab adolescentia documenta maxima. IX. 23. Quam ob rem, iudices, ut aliquando ad causam crimenque veniamus, si neque omnis confessio facti est inusitata, neque de causa nostra quidquam aliter, ac nos vellemus, a senatu iudicatum est, et lator ipse legis, cum esset controversia nulla facti, iuris tamen disceptationem esse voluit, et ei lecti iudices isque praepositus est quaestioni, qui haec iuste sapienterque disceptet, reliquum est, iudices, ut nihil iam quaerere aliud debeatis, nisi uter utri insidias fecerit. Quod quo facilius argumentis perspicere possitis, rem gestam vobis dum breviter expono, quaeso, diligenter attendite.

24. P. Clodius cum statuisset omni scelere in praetura vexare rem publicam videretque ita tracta esse comitia anno superiore, ut non multos menses praeturam gerere posset, qui non honoris gradum spectaret, ut ceteri, sed et L. Paulum collegam effugere vellet, singulari virtute civem, et annum integrum ad dilacerandam rem publicam quaereret, subito reliquit annum suum seseque in annum proximum transtulit, non, ut fit, religione aliqua, sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad praeturam gerendam, hoc est ad evertendam rem publicam, plenum annum atque integrum. 25. Occurrebat ei mancam ac debilem praeturam futuram suam consule Milone; eum porro summo consensu populi Romani consulem fieri videbat. Contulit se ad eius competitores, sed ita, totam ut petitionem ipse solus etiam invitis illis gubernaret, tota ut comitia suis, ut dictitabat, umeris sustineret. Convocabat tribus, se interponebat, Collinam novam dilectu perditissimorum civium conscribebat. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescebat. Ubi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum consulem, idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis populi Romani saepe esse declaratum, palam agere coepit et aperte dicere occidendum Milonem. 26. Servos agrestes et barbaros, quibus silvas publicas depopulatus erat Etruriamque vexarat, ex Appennino deduxerat, quos videbatis. Res erat minime obscura. Etenim palam dictitabat consulatum Miloni eripi non posse, vitam posse. Significavit hoc saepe in senatu, dixit in contione. Quin etiam M. Favonio, fortissimo viro, quaerenti ex eo, qua spe fureret Milone vivo, respon-

---

1. *dederas -- maxima* habent A B et Diomedes p. 468, 11. — *contempneres* T; *contemnis* Diomedis cod. Monac. — *insidias* Diomedes Putschii, sed *insanias* cod. Monac. — *iam inde ab adulescentia* B — *iam* om. Diomedes. — *maxime* B — *Quam ob rem inusitata* habet B — 4. *facti est*] *facie sit* B — *nostra quicquam* T E: *quidquam nostra* S O — 6. *et ei lecti* Halmius: *et electi* T E S; *et* + *electi* O — 7. *hisque* E; *isti* S; *estis* alii. — *est* Orellius: om. T E S O — 8. *quaerere aliud* T: *quaerere aliud iud* E; *aliud quaerere* S O — 9. *perspicere possitis argumentis* E — 11. *P. Clodius -- vexare rem p. habent* B et Sulpicius Victor p. 265 ed. Capp. — *P.*] *Publius* E — *omne* B — 12. *tractata* T E S — 14. *paulum* T E: *Paullum* O — 16. *proximum annum* E solus. — 19. *Occurrebat -- Milone* affert Sulpicius Victor p. 377 ed. Capp. — *ei* T E: *et* Sulpicius; *enim* S; om. O — *praeturam futuram suam* T E: *futuram praeturam suam* Sulpicius; *praeturam suam futuram* S O — 20. *eum*] *cum* E — 21. *conpetitores* T — 23. *humeris* T E O; cf. p. 872, 8. — 24. *dilectu* T E: *delectu* O — 29. *Servos agrestes -- deduxerat* affert Iulius Severianus p. 339 ed. Capp. — 30. *sillias* E — *Etruriamque vexarat* om. Severianus. — *ex*] *et* T — 31. *appennino* T S: *appinnino* E; *Apennino* O — 32. *dictitabat palam* E solus. — *eripi miloni* E solus. — 33. *M.* Krause (*Fragm. vet. histor. Rom.* p. 233): om. T E S O.

dit, triduo illum aut summum quadriduo esse periturum: quam vocem eius ad hunc M. Catonem statim Favonius detulit. X. 27. Interim cum sciret Clodius — neque enim erat difficile scire — iter sollemne, legitimum, necessarium ante diem XIII Kalendas Februarias Miloni esse Lanuvium ad flaminem prodendum, [quod erat dictator Lanuvii Milo,] Roma subito ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum, quod re intellectum est, Miloni insidias collocaret. Atque ita profectus est, ut contionem turbulentam, in qua eius furor desideratus est, quae illo ipso die habita est, relinqueret, quam, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, numquam reliquisset. 28. Milo autem cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus est dimissus, domum venit, calceos et vestimenta mutavit, paulisper, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est, dein profectus id temporis, cum iam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. Obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla reda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, ut solebat, sine uxore, quod numquam fere: cum hic insidiator, qui iter illud ad caedem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in reda, paenulatus, magno et impedito et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu. 29. Fit obviam Clodio ante fundum eius hora fere undecima aut non multo secus. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum, adversi redarium occidunt. Cum autem hic de reda, reiecta paenula desiluisset seque acri animo defenderet, illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis partim recurrere ad redam, ut a tergo Milonem adorirentur, partim, quod hunc iam interfectum putarent, caedere incipiunt eius servos, qui post erant, ex quibus qui animo fideli in dominum et praesenti fuerunt partim occisi sunt, partim, cum ad redam pugnari viderent, domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum et ex ipso Clodio audirent et re vera putarent, fecerunt id servi Milonis — dicam enim aperte non derivandi criminis causa,

---

1. *aut* E et Garatonius: *ad* TS; cf. p. 1156, 4. — *quadriduo* TE: *quatriduo* SO — *esse* TE: om. SO — 3. *erat difficile scire* S: *erat id difficile scire a lanuuinis* T; *erat difficile id scire a lanuinis* E — 4. *XIII*] *tercium decimum* TE — *lanubium* E — 5. *quod erat dictator Lanuvii Milo*] «Postulabatur sane *quod esset*, sed non corrigemus, verum haec quinque vocabula, utpote manifesto a scholiasta profecta eiiciemus.» Bake. — *lanuui* E — *Roma* S: *romā* TE — 8. *qua eius*] *quae ius* E — *quae illo ipso die habita est* scholiastae deberi censet Bakius. — 10. *Milo autem -- commoratus est* habet Quintilianus IV, 2, 57. — *senatu* E — 11. *est dimissus* TES: *dimissus est* O — 12. *paulisper* TES: *paullisper* O — 13. *dein* TE: *deinde* SO — *profectus* TES: *profectus est* O — 15. *reda* TS: *raeda* E; *rheda* O; sic etiam vv. 7. 22. 23. 26. — *inpedimentis* T — 16. *numquam fere* om. T in extremo versu. — 18. *penulatus* TES — *et muliebri ac* TE: *ac muliebri et* SO — 19. *eius*] *cuius* T — *hora -- occidunt* habet B — *ferae* B — 20. *conplures* T — *cum telis* om. B — 21. *adversi*] *adgressi* B — *redarium* BTS: *raedarium* E; *rhedarium* O — *Cum hic de rheda reiecta penula desiluisset* affert Servius ad Vergil. Aen. III, 416 et Georg. II, 384; *reiecta penula desiluit* Diomedes p. 371, 10. — 22. *penula* T (non E) — *disiluisset* T — 23. *partim recurrere ad raedam, ut a tergo adorirentur Milonem* B — *decurrere* Ravius *Var. Lectt.* II. p. 92. — 25. *incipiunt* delet Ravius. — 26. *dominum erant et praesenti fuerunt* T — *sunt partim cum ad raedam -- in his personis valeat* (p. 1161, 28) habet P — 27. *domino* TES: *et domino* PO — 28. *fecerunt id servi Milonis* habet B in scholio; *fecerunt servi Milonis, quod suos -- voluisset* Quintilianus IV, 2, 121 (cf. VII, 1, 36 sq.) et Iulius Victor p. 247, 34. — 29. *servi Milonis* a glossatore addita videntur Ernestio, Ravio, Bakio; sed cf. Halmium in ed. Lips. — *aperte* P: om. TESO.

sed ut factum est — nec imperante nec sciente nec praesente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset. XI. 30. Haec, sicuti exposui, ita gesta sunt, iudices: insidiator superatus est, vi victa vis vel potius oppressa virtute audacia est. Nihil dico, quid res publica consecuta sit, nihil, quid vos, nihil, quid omnes boni: nihil sane id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se quidem servare potuerit, quin una rem publicam vosque servaret. Si id iure fieri non potuit, nihil habeo, quod defendam: sin hoc et ratio doctis et necessitas barbaris et mos gentibus et feris etiam beluis natura ipsa praescripsit, ut omnem semper vim, quacumque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsarent, non potestis hoc facinus improbum iudicare, quin simul iudicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis aut vestris sententiis esse pereundum. 31. Quod si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non semel ab illo neque tum primum petitum, quam iugulari a vobis, quia se non iugulandum illi tradidisset. Sin hoc nemo vestrum ita sentit, non illud iam in iudicium venit, occisusne sit, quod fatemur, sed iure an iniuria, quod multis in causis saepe quaesitum est. Insidias factas esse constat, et id est, quod senatus contra rem publicam factum iudicavit: ab utro factae sint, incertum est. De hoc igitur latum est ut quaereretur. Ita et senatus rem, non hominem notavit, et Pompeius de iure, non de facto quaestionem tulit. XII. Num quid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? Profecto nihil: si hic illi, ut ne sit impune; si ille huic, ut nos scelere solvamur.

32. Quonam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium? Satis est in illa quidem tam audaci, tam nefaria belua docere, magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum «cui bono fuerit» in his personis valeat, etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi saepe parvo. Atqui Milone interfecto Clodius haec assequebatur, non modo ut praetor esset non eo consule, quo sceleris nihil facere posset, sed etiam ut iis consulibus praetor esset, quibus si non adiuvantibus,

---

1. *Nec imperante domino nec sciente* B in scholio. — *nec imperante* P B: *neque imperante* T E S O — *nec sciente* P E B: *neque sciente* T S O — *nec praesente* P T E: *neque praesente* S O — 2. *haec -- audacia est* habet Quintilianus IV, 4, 2; *haec -- iudices* B; *haec -- vi victa vis est* Iulius Victor p. 238, 10. — *sicuti* T E: *sicut* (P) S O; *si ut* B et Iulius Victor. — *in re tali* Iulius Victor. — 3. *est* P T E S, Quintilianus, Iulius Victor: om. O — *vi victa -- audacia est* habet B — 4. *audatia ē quid resp. consecuta sit nichil dico nichil quid uos* T — 5. *id*] *quod* P — 6. *facto* T — 7 et 11. *quin*] *qui* T — *iure fieri non potuit* P: *fieri iure non posset* T E; *iure* (om. *fieri*) *non posset* S O. Cf. Madvigium *Opusc. acad.* I p. 161 n. — 8. *quod*] *quid* P — *SICHOCRATIO* P — 9. *etiam beluis* P: om. T E S O — *ut omnem -- a corpore* Incerti art. gramm. fragm. p. 99 ed. Endl. — 15. *non iugulandum illi* P T E: *illi non iugulandum* S O — 16. *si hoc* P — 17. *non illud -- venit* P: *illud -- venit non* T E S O — 18. *saepe* P E: *iam* S; *iam saepe* T — 19. *sint* corr. ex *sunt* P — 20. *de hoc igitur latum est* om. T — 22. *num quid -- fecerit* habet B — 23. *inpune* E — *ut* P: *tum* T E S O — 24. *nos* om. P — 26. *Satis -- docere* habet B — *in illa quidem* P T E B: *quidem in illa* S O — *tam audaci tam* om. B — *belua* P T E B: *bellua* S O — 28. *Itaque -- valeat* habet A — *cui bono fuerit*] *iudicium* A — 29. *valet* cod. Ascon. Ambros. — 30. *haec* T E: *hoc* S O — 31. *facere nihil* E solus. — 32. *ut iis* Manutius: *ut his* T E S.

at coniventibus certe speraret se posse eludere in illis suis cogitatis furoribus: cuius illi conatus, ut ipse ratiocinabatur, nec cuperent reprimere, si possent, cum tantum beneficium ei se debere arbitrarentur, et, si vellent, fortasse vix possent frangere hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate audaciam. 33. An vero, iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini, vestrae peregrinantur aures neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur, quas ille leges, si leges nominandae sunt ac non faces urbis, pestes rei publicae, fuerit impositurus nobis omnibus atque inusturus? Exhibe, quaeso, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo et ex mediis armis turbaque nocturna tamquam Palladium sustulisse, ut praeclarum videlicet munus atque instrumentum tribunatus ad aliquem, si nactus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre posses. Atque per * * * An huius ille legis, quam Clodius a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus esset vivo Milone, non dicam consule? De nostrum enim omnium — non audeo totum dicere. Videte, quid ea vitii lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprehensio est. Et adspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cum omnibus omnia minabatur. Movet me quippe lumen curiae. XIII. Quid? tu me tibi iratum, Sexte, putas, cuius inimicissimum multo crudelius etiam poenitus es, quam erat humanitatis meae postulare? Tu P. Clodii cruentum cadaver eiecisti domo, tu in publicum abiecisti, tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Quare, etsi nefarie fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam, laudare non possum, irasci certe non debeo.

---

1. *at*] *aut* E — *coniuentibus* T: *conhiventibus* E; *conniventibus* O — *posse se* T (solus) O, ut est p. 1143, 21. — 2. *ipse* TE: *ille* SO — *nec cuperent reprimere, si possent* Madvigius (*Opusc. acad. alt.* p. 321): *nec si cuperent reprimere possent* TES; *nec si possent, reprimere cuperent* cum Manutio O; Sal. Voegelinus verba *si possent* delenda censet. — 7. *quasi illae* E — 9. *Exhibe. exhibe queso Sexte Cl. librarium* E — *Clodi* S: *cloelli* TE — 10. *liberarium* T — 11. *extulisse* E — 13-17. *Atque per - - reprehensio est* (v. 17), quae verba desunt in omnibus Ciceronis codicibus, supplevit Peyronus e Scholiasta Ambrosiano ad or. *de aere alieno Milonis* p. 346 et ex Quintiliano IX, 2, 54. Apud Scholiastam haec leguntur: «Legis mentio fit in oratione quae habita est pro Milone: *atque per* (spatium vacuum unius versiculi) *de nostrorum* (sic) *omnium — non audeo totum dicere. Videte, quid ea viti lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprehensio est.* Opinio erat legem» cet. Quintilianus autem exhibet verba *An huius - - totum dicere.* Ne cum Th. Mommsenio (*de collegiis* p. 62 n. 7) et Halmio verba *atque per* Scholiastae tribuerem suppleta voce *ἀποσιώπησιν*, hoc potissimum prohibuit quod Scholiasta locum Ciceronis non, ut Quintilianus, propter grammaticam vel rhetoricam rationem, sed unice propter legis mentionem attulit. Inter *Atque per* et *An huius* cum Beiero haec inseruit O: *omnes tribus divisis libertinis servos ille omnes, qui in libertate morarentur, lege nova additurus erat, ut ipsi cum ingenuis aequaliter suffragia ferrent.* — 14. *Clodius* Quintilianus: *Sex. Clodius* de sua coniectura O. Cf. p. 874, 13. — 15. *non* Quintilianus: *ne* cum deterioribus Quintiliani codicibus O — 16. *enim* om. Schol. Ambrosianus (qui habet *nostrorum* pro *nostrum*), non Quintiliani codd. optimi, quod errore quodam tradidit Madvigius. — 17. *Et aspexit - - minabatur* habent A; Quintilianus IX, 2, 56; Priscianus XVIII, 31, 300. — 18. *quidem illis* TS — *tum*] *tunc* A — *solebat* om. Priscianus. — 19. *nunabatur* T — *Movet - - curiae* habet A — *Quid tu? me* Ravius *Var. Lectt.* II, p. 189. — *tibi iratum sexte putas* TE: *iratum, Sexte, putas tibi* SO — 20. *cuius* T: *cuius tu* ESO — *poenitus* Peyronus: *penitus* T; *punitus* EO — 23. *exequiis* TE — *semiustulatum* T: *semiustilatum* E; *semustulatum* (ut scribitur in cod. Vaticano *Philipp.* II, § 91) O (*semustilatus* habet Palimpsestus Ambrosianus *pro Tullio* § 18).

34. *Audistis, iudices, quantum Clodii inter*fuerit occidi Milonem: convertite animos nunc vicissim ad Milonem. Quid Milonis intererat interfici Clodium? Quid erat, cur Milo non dicam admitteret, sed optaret? «Obstabat in spe consulatus Miloni Clodius.» At eo repugnante fiebat, immo vero eo fiebat magis, nec me suffragatore meliore utebatur quam Clodio. Valebat apud vos, iudices, Milonis erga me remque publicam meritorum memoria, valebant preces et lacrimae nostrae, quibus ego tum vos mirifice moveri sentiebam; sed plus multo valebat periculorum impendentium timor. Quis enim erat civium, qui sibi solutam P. Clodii praeturam sine maximo rerum novarum metu proponeret? Solutam autem fore videbatis, nisi esset is consul, qui eam auderet possetque constringere. Eum Milonem unum esse cum sentiret universus populus Romanus, quis dubitaret suffragio suo se metu, periculo rem publicam liberare? At nunc, Clodio remoto, usitatis iam rebus enitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam; singularis illa et huic uni concessa gloria, quae quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, iam Clodii morte cecidit. Vos adepti estis, ne quem civem metueretis: hic exercitationem virtutis, suffragationem consulatus, fontem perennem gloriae suae perdidit. Itaque Milonis consulatus, qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique temptari coeptus est. Non modo igitur nihil prodest, sed obest etiam Clodii mors Miloni. 35. «At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriae, poenitor doloris sui.» Quid? si haec, non dico maiora fuerunt in Clodio quam in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc, quid vultis amplius? Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiem suae gloriae, praeter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille erat ut odisset, primum defensorem salutis meae, deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum, postremo etiam accusatorem suum; reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum illum tulisse creditis? quantum odium illius et in homine iniusto quam etiam iustum fuisse?

XIV. 36. Reliquum est, ut iam illum natura ipsius consuetudoque

---

1. *Audistis -- qui sibi solutam* (v. 9) om. codd. Tulliani omnes. Inter verba *debeo* et *P. Clodii* in E superscriptum est: *deest.* Lacunam explevit Peyronus e codice P, qui habet verba *fuerit occidi -- iam illum na* (v. 32). — *Audistis* Peyronus: *Demonstravi* cum Beiero O — *Clodii interfuerit* Beierus: *Clodio profuerit* Peyronus. — 4. *At eo* Peyronus: *adeo* P — 6. *aput* P — 7. *praeces* P — 8. *mirificae* P — *inpendentium* P — 9. *Clodi* P — 10. *praeproneret* (prima et secunda syllaba per compendium) T — *autem* om. TS — 11. *cos.* P — 12. *Eum*] *cum* T — *P. R.* P; *.rp.* T — 13. *suo se metu, periculo rem p.* in P evanuerunt. — 14. *Clodio* PE: *.p. Clodio* TS — 15. *et* P: om. TES — 16. *cotidie* PT, *cottidie* E — *Clodii*] *Clodi* P — 18. *fontem* cet.] Quintilianus VIII, 6, 7: «Cicero pro Milone Clodium *fontem gloriae* eius vocat et alio loco (v. 25) *segetem ac materiem.*» — *perhennem* TE — 20. *temptari* PTE: *tentari* O — *Non modo -- pro* in P evanuerunt praeter litteram initialem. — 21. *nichiprodest* T — *clodi* P; *.p. clodii* TES — 22. *poenitor* T: *poenitur* P; *paenitor* E; *punitor* SO — 23. *Quid si -- in Milone* habent Charisius II, 15, 6 et Diomedes p. 387, 14. — *haec quae* Diomedes Putschii, sed cod. Monac. saec. IX. Halmio teste habet *haec non* — 24. *uoltis* P — 25. *materiam* P — 26. *inprobos* P — *odissed* P — *defensorem salutis suae* T; *salutis meae defensorem* E — 28. *postremum* P — *accusatorem suu* in P evanuerunt. — *reus enim -- quoad vixit* ineptum emblema videtur Bakio. — 29. *Plotia*] *P. Clodi* P — *illum* P: om. TESO — 32. *relicum* P.

defendat, hunc autem haec eadem coarguat. «Nihil per vim umquam Clodius, omnia per vim Milo.» Quid? ego, iudices, cum maerentibus vobis urbe cessi, iudiciumne timui, non servos, non arma, non vim? Quae fuisset igitur iusta causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi? Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat, et mihi videlicet in causa aut mala aut mea, non et praeclarissima et vestra, iudicium timendum fuit. Servorum et egentium civium et facinorosorum armis meos cives, meis consiliis periculisque servatos, pro me obiici nolui. 37. Vidi enim, vidi hunc ipsum Q. Hortensium, lumen et ornamentum rei publicae, paene interfici servorum manu, cum mihi adesset: qua in turba C. Vibienus senator, vir optimus, cum hoc cum esset una, ita est mulcatus, ut vitam amiserit. Itaque quando illius postea sica illa, quam a Catilina acceperat, conquievit? Haec intentata nobis est, huic ego vos obiici pro me non sum passus, haec insidiata Pompeio est, haec istam Appiam, monimentum sui nominis, nece Papirii cruentavit, haec eadem longo intervallo conversa rursus est in me; nuper quidem, ut scitis, me ad regiam paene confecit. 38. Quid simile Milonis? cuius vis omnis haec semper fuit, ne P. Clodius, cum in iudicium detrahi non posset, vi oppressam civitatem teneret. Quem si interficere voluisset, quantae quotiens occasiones, quam praeclarae fuerunt! Potuitne, cum domum ac deos penates suos illo oppugnante defenderet, iure se ulcisci? potuitne civi egregio et viro fortissimo, P. Sestio, collega suo, vulnerato? potuitne Q. Fabricio, viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulso, crudelissima in foro caede facta? potuitne L. Caecilii, iustissimi fortissimique praetoris, oppugnata domo? potuitne illo die, cum est lata lex de me? cum totius Italiae concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriam lubens agnovisset, ut, etiam si id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem pro sua vindicaret. XV. 39. At quod erat tempus? Clarissimus et fortissimus consul, inimicus Clodio, [P. Lentulus,] ultor sceleris illius, propugnator senatus, defensor vestrae voluntatis, patronus publici consensus, restitutor salutis meae; septem praetores, octo tribuni plebei illius adversarii, defensores mei; Cn. Pompeius, auctor et dux mei reditus, illius

---

2. *coarguat* Bakius («siquidem *natura consuetudoque* est ἓν διὰ δυοῖν»): *coarguant* codd. et O — 2. *ego* TE: *ergo* SO — *merentibus* TE — 4. *Quae fuisset -- eiciendi* habet B — *eiciendi* EB; *eiciendi ei* T — *perduelliones* E — 6. *non et* W: *non ei* TE; *nec* S — 9. *obici* TE — *vidi*] *iud.* T — *ipsumque hortensium* T — 10. *poene* T — 12. *multatus* TES — 13. *quando illius -- paene confecit* habet A — 14. *intenta* codd. Asconii in lemmate, sed iidem in scholio *intentata.* — *obiici vos* A — *obici* TE — *passũ* E — *passus non sum* codd. Asconii in lemmate, sed iidem in scholio *non sum passus.* — 15. *istam*] *viam* A — *monimentum* TE: *monumentum* SO — *nominis sui* A — 16. *papiri* T; *Papiria* codd. Asconii praeter Ambr., qui habet *Papirii.* — *haec* TSA: *haec, haec* EO — 17. *est* om. E — *me* ante *ad* om. A — 18. *similẽ* E; fort. *simile ẽ* — 20. *Quem si -- fuerunt* habet B — *quotiens et quantae occansiones* B — *quotiens* TEBS: *quoties* O — 23. *P. Sextio collega suo volnerato* B — *sestio* TES: *Sextio* B (?) O — 25. *potuitne -- domo* habet A — *caecili* E; *cecilii* TS — *fortissimi iustissimique* cod. Ascon. Ambros. — 28. *agnovisset* S: *ad cognouisset* E; om. T — 30. *P. Lentulus restitutor salutis meae, septem praetores, octo tribuni plebis* habet B — «Interpolatum *P. Lentulus* pessumdat enumerationis vim et gravitatem.» BAKE. — 31. *publici* TE: *illius publici* SO — 32. *plebei* T: *pl.* E; *plebis* B (?) SO — *illius*] *illius clodii* E — 33. *cn* h. l. T; item p. 1165, 9.

hostis, cuius sententiam senatus omnis de salute mea gravissimam et ornatissimam secutus est, qui populum Romanum est cohortatus, qui, cum de me decretum Capuae fecisset, ipse cunctae Italiae cupienti et eius fidem imploranti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent; omnium denique in illum odia civium ardebant desiderio mei, quem qui tum interemisset, non de impunitate eius, sed de praemiis cogitaretur. Tamen se Milo continuit et P. Clodium in iudicium bis, ad vim numquam vocavit. 40. Quid? privato Milone et reo ad populum accusante P. Clodio, cum in Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus factus est, quae tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit! Nuper vero cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset gravissimamque adolescens nobilissimus rei publicae partem fortissime suscepisset atque illam beluam, iudicii laqueos declinantem, iam irretitam teneret, qui locus, quod tempus illud, di immortales fuit! Cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset, magnum Miloni fuit conficere illam pestem nulla sua invidia, M. vero Antonii maxima gloria! 41. Quid? comitiis in campo quotiens potestas fuit! cum ille in saepta ruisset, gladios destringendos, lapides iaciendos curavisset, dein subito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tiberim, vos et omnes boni vota faceretis, ut Miloni uti virtute sua liberet.

XVI. Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querella? quem iure, quem loco, quem tempore, quem impune non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitavit occidere? 42. praesertim, iudices, cum honoris amplissimi contentio et dies comitiorum subesset, quo quidem tempore — scio enim, quam timida sit ambitio quantaque et quam sollicita sit cupiditas consulatus — omnia non modo quae reprehendi palam, sed etiam obscure quae cogitari possunt, timemus, rumorem, fabulam fictam, levem perhorrescimus, ora omnium atque oculos intuemur. Nihil est enim tam molle, tam tenerum, tam aut fragile aut flexibile quam voluntas erga nos sensusque civium, qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in recte factis saepe fastidiunt. 43. Hunc igitur diem campi speratum atque exoptatum sibi proponens Milo cruentis

1. *omnis* om. E, «recte, ut opinor. *Totum* et *universum senatum* dici memini: sed requiro exemplum, quo dicatur *omnis senatus* eadem sententia, nec dici potuisse puto.» Bake. — 2. *.pr.* T — 3. *de me decretum* T S (et ceteri codd. praeter E): *decretum de me* E O — *fecisset* T S: *fecit* E O — 4. *cucurrerent* T — 5. *omnium* Heumannus: *omnia tum* T E O. Cf. Madvig. *Op. ac.* I, p. 180. — 6. *inpunitate* T — *de* om. T — 7. *Tamen* S: *tū* T, *tum* E — 9. *cum -- factus est* habet B — *in* om. B — 11. *Nuper vero cum M. Antonius* habet B — 12. *adulescens* T — 13. *beluam* T E S: *belluam* O — 14. *inretitam* T — *dii* T E O — 15. *tenebris* T S²: *tenebras* E S¹ O — 16. *M. vero Antonii* S et ed. Iuntina: *uero antoni* T, *uero antonii* E; *Antonii vero* O — 17. *quotiens* T E S: *quoties* O — 18. *septa* T E — *ruisset* T E: *irrupisset* C S O — *distringendos* T — *curauisset* T E S: *curasset* O — 19. *tyberim* T E S — 20. *feceritis* T — 21. *Quem igitur -- dubitavit occidere* habent Quintilianus V, 14, 3; Isidorus *Origg.* II, 9, 13; Cassiodorus *Rhetor. comp.* p. 373 ed. Capp. — *omnium* om. Isidorus et Cassiodorus. — 22. *quaerela* T, *querela* E S O — *quem impune* om. Isidorus et Cassiodorus. — *inpune* T — 23. *iniquo loco* om. Isidorus et Cassiodorus. — *inquo* T — *periculo*] *cum periculo* Quintilianus, Isidorus, Cassiodorus. — 26. *sollicita sit cupiditas* T E: *sollicita cupiditas* S O — 27. *rep̄hendi* T, *rep̄ndi* E — 28. *quae obscure* E S — *fictam levem* libri Fr. Modii: *fictam falsam* (om. *levem*) S; *fictam. falsam. leuem* T; *falsam. fictam. leuem* E, in quo etiam alibi glossae verbo interpretando praepositae sunt, v. c. p. 792, 21. — 29. *est enim* E: *enim est* T S O — 32. *igitur diem* E: *diem igitur* T S O.

manibus scelus et facinus prae se ferens et confitens ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? Quam hoc non credibile in hoc! quam idem in Clodio non dubitandum, cum se ille interfecto Milone regnaturum putaret! Quid? quod caput est, audaciae, iudices, quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem? In utro igitur haec fuit? in Milone, qui etiam nunc reus est facti aut praeclari aut certe necessarii, an in Clodio, qui ita iudicia poenamque contempserat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset aut per leges liceret?

44. Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te, Q. Petili, appello, optimum et fortissimum civem; te, M. Cato, testor, quos mihi divina quaedam sors dedit iudices. Vos ex M. Favonio audistis, Clodium sibi dixisse, et audistis vivo Clodio, periturum Milonem triduo. Post diem tertium gesta res est quam dixerat. Cum ille non dubitarit aperire, quid cogitaret, vos potestis dubitare, quid fecerit? XVII. 45. Quem ad modum igitur eum dies non fefellit? Dixi equidem modo: dictatoris Lanuvini stata sacrificia nosse negotii nihil erat. Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso, quo est profectus, die; itaque antevertit. At quo die? quo, ut ante dixi, fuit insanissima contio, ab ipsius mercennario tribuno pl. concitata: quem diem ille, quam contionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret, numquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi: Miloni manendi nulla facultas, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. Quid? si, ut ille scivit Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? 46. Primum quaero, qui id scire potuerit? quod vos idem in Clodio quaerere non potestis. Ut enim neminem alium nisi T. Patinam, familiarissimum suum, rogasset, scire potuit illo ipso die Lanuvii a dictatore Milone prodi flaminem necesse esse; sed erant permulti alii, ex quibus id facillime scire posset. Milo de Clodii reditu unde quaesivit? Quaesierit sane — videte, quid vobis largiar —, servum etiam, ut Q. Arrius, meus amicus, dixit, corruperit. Legite testimonia testium vestrorum. Dixit C. Cassinius Schola, Interamnas, familiarissimus et

---

1. *considens* C; alii *confidens* — 3. *cum se ille* Halmius: *quin se ille* TEW; *qui se* SO — 4. *Quid? quod -- impunitatis spem* affert Iulius Severianus p. 339 ed. Capp. — *capud* T — *est, audaciae* Wex (ad Taciti Agric. c. 16: *poenitentiae,* i. e. *poenitentibus, mitior*): *audatiae ẽ* T; *est audaciae* Severianus, EO; *audaciae* suspectum Ferrario et Garatonio delevit Madvigius. — 10. *petili* TE: *Petilli* O — 12. *Vos ex M. Favonio -- quid fecerit* habet Iulius Severianus p. 339, ubi Capperonnerius negat hunc locum exstare in Miloniana Ciceronis. — 13. *triduo* om. Severianus. — 14. *Cum -- fecerit* affert Isidorus *Origg.* II, 30, 9. Sententiam expressit etiam Iulius Victor p. 223, 21. — *ille* om. Isidorus. — *dubitarit* Severianus: *dubitaret* TE; *dubitaverit* Isidorus. — 15. *cogitaret* S: *cogitarit* TE et Severianus; *cogitaverit* Isidorus; *esset facturus* Victor. — 18. *est profectus* TES: *profectus est* O — *ante uenit* E — 19. *At quo -- concitata* habet A — 20. *mercennario* TES: *mercenario* O — 22. *manendi* ante *nulla* om. T — 23. *facultas* delendum censet Bakius. — 25. *qui id* Halmius: *quid* TE; *qui* SO — 27. *lanui* E — 28. *multi* TS — 29. *posset* Lambinus: *posset. omnes scilicet Lanuvini* TESO — 30. *servum etiam ut corruperit Arrius amicus meus (arius meus amicus* cod. Monac.) Diomedes p. 390, 38. — 31. *utq; arrius* TE — 32. *Dixit -- mansurum* habet A — *Cassinius* A (p. 33, 2 et p. 49, 13): *Causinius* TECS — *schola* CE: *scola* S; *cognomine schola* T; om. A — *Interamnas* Graevius: *interamnanus* CE (sed hic duplici *r*); *piter amnanus* T; *Interamnis* SA — *et idem* in lacuna om. codd. Asconii.

idem comes Clodii, cuius iam pridem testimonio Clodius eadem hora Interamnae fuerat et Romae, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse, sed subito ei esse nuntiatum, Cyrum architectum esse mortuum, itaque repente Romam constituisse proficisci. Dixit hoc comes item P. Clodii, C. Clodius. XVIII. 47. Videte, iudices, quantae res his testimoniis sint confectae. Primum certe liberatur Milo non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur in via Clodio: quippe; si ille obvius ei futurus omnino non erat. Deinde — non enim video, cur non meum quoque agam negotium — scitis, iudices, fuisse qui in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu caedem esse factam, consilio vero maioris alicuius. Me videlicet latronem ac sicarium abiecti homines et perditi describebant. Iacent suis testibus, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Respiravi, liberatus sum; non vereor ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. 48. Nunc persequar cetera. Nam occurrit illud: «Igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus.» Si quidem exiturus ad caedem e villa non fuisset. Video enim illum, qui dicatur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare. Nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientem? Una fui, testamentum simul obsignavi cum Clodio; testamentum autem palam fecerat, et illum heredem et me scripserat. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie hora decima denique ei nuntiabatur? XIX. 49. Age, sit ita factum: quae causa, cur Romam properaret? cur in noctem se coniiceret? Quid afferebat festinationis quod heres erat? Primum erat nihil, cur properato opus esset; deinde, si quid esset, quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem, si postridie Romam mane venisset? Atque ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potius quam expetendus fuit, sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem nocte accessurum sciebat, subsidendum atque exspectandum fuit. 50. Nemo ei neganti non credidisset, quem esse omnes salvum etiam confitentem volunt. Sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator et receptor

---

1. *clodii* TEA: *P. Clodii* SO — *cuius - - et Romae* om. A. — 2. *interamna* TS; *interramna* E — *in Albano*] *Alba* codd. Asconii. — 3. *esse ei* E (solus) — 4. *repente romam* TE: *Romam repente* SO — 6. *sint* TE: *sunt* SO — 7. [*si ille*] O — 8. *quoque* om. T — 9. *scitis - - maioris alicuius* habent AB — *iudices* om. B — *fuisse qui*] *non sequi* B — *suadendo* B — 10. *diceret* AB; sed cf. v. 11. — 11. *Me - - describebant* habet A — *ac*] *et* A — 12. *qui* Garatonius: *ii qui* S; *hi, qui* TEO — 13. *ciro* T, item v. 18. 19. — *Liberatus sum: respiravi* Quintilianus IX, 2, 26. — 14. *ne* ante *suspicari* om. T — 15. *Nam - - mansurus* habet B — 17. *dicatur* TE: *dicitur* SO — 18. *appropinquasse* T — 19. *romā* T — 20. *testamentum*] *testamentum cyri* E — 23. *posttridie* TE, item v. 27. — 24. *in noctem* S: *innocentem* TE — *coniceret* T; *coiceret* E — 25. *Quid afferebat festinationis* TES: *Quid afferebat causa festinationis* C; *Quid afferebat causam festinationis* Ernestius, refutatus a Bakio; *Ecquid afferebat festinationis* admodum probabiliter Wex ad Taciti Agric. p. 89 n. — *Primum - - opus esset* habet B — *nihil erat* B — 27. *romam mane* TE: *mane Romam* SO — 28. *Atqui* (sic) *ut - - subsidendum* habet A — *ad urbem* om. A — *potius quam expetendus* om. A — 29. *nocte* TE: *noctu* SO — 30. Arusianus Mess. in v. *Subsedit in hoc loco* (p. 263 ed. Lindem.): «Cic. pro Milone: *Subsedendum aliquo in loco Miloni.*» — *fuit* TE cum plerisque codd.: *fuit. noctu occidisset. insidioso et pleno latronum in loco occidisset* S et cod. Electoralis n. 68; *fuit. Noctu, insidioso - - occidisset* O. Emblema primus inseruit Naugerius in ed. Victoriana. — 32. *receptor* TES: *receptator* O.

locus, cum neque muta solitudo indicasset neque caeca nox ostendisset Milonem; deinde ibi multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi haec etiam timentes in suspicionem caderent; tota denique rea citaretur Etruria. 51. Atque illo die certe Aricia rediens devertit Clodius ad Albanum. Quod ut sciret Milo illum Ariciae fuisse, suspicari tamen debuit eum, etiam si Romam illo die reverti vellet, ad villam suam, quae viam tangeret, deversurum. Cur neque ante occurrit, ne ille in villa resideret, nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset?

52. Video adhuc constare, iudices, omnia: Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere, illi ad ea, quae concupierat, optatissimum interitum Milonis; odium fuisse illius in hunc acerbissimum, nullum huius in illum; consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda, huius tantum in repellenda; mortem ab illo denuntiatam Miloni et praedicatam palam, nihil umquam auditum ex Milone; profectionis huius diem illi notum, reditus illius huic ignotum fuisse; huius iter necessarium, illius etiam potius alienum; hunc prae se tulisse illo die Roma exiturum, illum eo die se dissimulasse rediturum; hunc nullius rei mutasse consilium, illum causam mutandi consilii finxisse; huic, si insidiaretur, noctem prope urbem exspectandam, illi, etiam si hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum.

XX. 53. Videamus nunc id, quod caput est, locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior. Id vero, iudices, etiam dubitandum et diutius cogitandum est? Ante fundum Clodii, quo in fundo propter insanas illas substructiones facile hominum mille versabantur valentium, edito adversarii atque excelso loco superiorem se fore putarat Milo et ob eam rem eum locum ad pugnam potissimum elegerat? An in eo loco est potius exspectatus ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat? Res loquitur ipsa, iudices, quae semper valet plurimum. 54. Si haec non gesta audiretis, sed picta videretis, tamen appareret, uter esset insidiator, uter nihil cogitaret mali, cum alter veheretur in reda paenulatus, una sederet uxor: — quid horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? quid minus prom-

---

1. *locus* om. T — *cum* Ernestius: *tum* TE; *dum* SO — 2. *ibi* E: *ubi* TS²; om. CS¹ — *spoliationibus expulsi* E — 3. *haec etiam* TES: *etiam haec* O — *suspitionem* TES — *rea*] *erea* E — 4. *aritia* T, item v. 5. — *deuortit* T — *ad Albanum* TES: *ad se ad Albanum* C (teste Grutero); *ad se in Albanum* O, atque ita locum exhibuit Gulielmius ad Plauti Menaechm. c. 3, his additis verbis: «Locus, ne fallaris, omnibus in libris vulgariis mendosus; a nobis e fide membranarum aliquando constituetur, si deus faverit.» — 9. *constare adhuc* E (solus) — *iud. omnia* TE: *omnia, iudices* SO — 10. *cupierat* T — 13. *praedicatam* TES: *praedictam* cum Grutero O — 15. *reditus* TE: *reditum* SO — 16. *illo* TES: *se illo* O — *romã* TES — 23. *Ante fundum - - valentium afferunt* Gellius N. A. I, 16, 15 et Macrobius I, 5, 5. — 24. *Insanae substructiones* notantur a Quintiliano VIII, 6, 41. Cf. § 85. — *facile - - versabantur* affert Pompeius Gramm. p. 203 ed. Lindem. — *hominum mille* TE: *hominum milia* S; *mille hominum* O — *uersabantur* TES et Pompeius: *versabatur* O cum Gellio et Macrobio, qui alteram lectionem libris minus accurate scriptis tribuunt. — 25. *aduersari* TE — 26. *putarat* TE: *putabat* SO — *ad pugnandum* E — 27. *elegerat* ES: *legerat* T; *delegerat* O — *expectandus* T — 28. *ipsa iud.* TE: *illa iud.* S; *iudices, ipsa* O — 29. *Si haec - - videretis* Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* § 14 et ex eo Martianus Capella § 524. — *gesta non* T — 31. *reda* S: *rhreda* (sic) T; *rheda* EO — *penulatus* TS — *non* in E superscr. est. — 32. *inpeditissimum* T — *propintum* T.

ptum ad pugnam, cum paenula irretitus, reda impeditus, uxore paene constrictus esset? Videte nunc illum, primum egredientem e villa subito: cur? vesperi: quid necesse est? tarde: qui convenit, praesertim id temporis? Devertit in villam Pompeii. Pompeium ut videret? Sciebat in Alsiensi esse; villam ut perspiceret? miliens in ea fuerat. Quid ergo erat? Mora et tergiversatio: dum hic veniret, locum relinquere noluit.

XXI. 55. Age nunc iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum uxore, tum sine ea; numquam nisi in reda, tum in equo; comites Graeculi, quocumque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat, tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui numquam, tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat et ancillarum greges. Ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas duceret, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceres. Cur igitur victus est? Quia non semper viator a latrone, non numquam etiam latro a viatore occiditur; quia, quamquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros. 56. Nec vero sic erat umquam non paratus Milo contra illum, ut non satis fere esset paratus; semper [ille], et quantum interesset P. Clodii se perire, et quanto illi odio esset, et quantum ille auderet, cogitabat. Quam ob rem vitam suam, quam maximis praemiis propositam et paene addictam sciebat, numquam in periculum sine praesidio et sine custodia proiiciebat. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum Martemque communem, qui saepe spoliantem iam et exsultantem evertit et perculit ab abiecto; adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis, qui cum a tergo hostem interclusum reliquisset, nihil de eius extremis comitibus cogitavit, in quos incensos ira vitamque domini desperantes cum incidisset, haesit in iis poenis, quas ab eo servi fideles pro domini vita expetiverunt. 57. Cur igitur eos manu misit? Metuebat scilicet, ne indicaretur, ne dolorem perferre non possent, ne tormentis cogerentur occisum esse a servis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? quid quaeris? Occideritne? occidit. Iure an iniuria? nihil ad tortorem; facti enim in eculeo quaestio est, iuris in iudicio. XXII. Quod igitur in causa quaerendum est, id agamus hic: quod tormentis invenire vis, id fatemur. Manu vero

---

1. *penula* TS — *inretitus* T — *rheda* T, *rhaeda* E; item v. 9. — *inpeditus* T — *poene* T — 3. *praesertim id* T E S: *id praesertim* O — 4. *Devertit in villam Pompei* affert Arusianus Messius in v. *Devertit in domum* p. 225 ed. Lindem. — *diuertit* T — 5. *esse uilla. ut* T — *milliens in ea* T; *Millien sinae* E; *milies in ea* S; *Millies in ea* O — 6. *erat* om. E — *mora et tergiversatio* C: *morae et tergiuersationis* T E S; fort. *morae et tergiversationes* — 7. *inpedimentis* T — 8. *nisi* T E: *non* S O — 9. *Comites -- properabat* habet A — *cum*] *tũ* T — 10. *tum*] *tu* T — *in comitatu nugarum* E (solus) — 15. *in* in E superscr. est. — *Clodius, ipse Clodius tamen* C — 16. *unquam* h. l. T — 17. *ille* delendum esse vidit Garatonius; vide ne ortum sit ex v. 8. — 20. *poene* T — 21. *proiciebat* T E S — *Adde casus -- communem* affert Servius ad Verg. Aen. XII, 714. — 22. *pugnarum* om. Servius. — 23. *perculit*] «fecit ut percelleretur» Wex ad Taciti Agric. p. 108. — *pransi, poti, oscitantes* Diomedes I, p. 397, 7. — 26. *desperantis* T E — *haesit in poenis* Arusianus p. 233 ed. Lindem. — *in his* T E S — 28. *indicaretur* T E S[1]: *indicarent* S[2] O. Falso Gruterus Turingico, Garatonius Bavarico tribuerunt lectionem *indicarent*. — 29. *apia* T — 31. *occidit* om. E — 32. *querendum* T E S — 33. *id agamus. Hic quod* T; *indagamus hic: quod* Mommsenius.

cur miserit, si id potius quaeris, quam cur parum amplis affecerit praemiis, nescis inimici factum reprehendere. 58. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter et fortiter, M. Cato, et dixit in turbulenta contione, quae tamen huius auctoritate placata est, non libertate solum, sed etiam omnibus praemiis dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent. Quod enim praemium satis magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis, propter quos vivit? etsi id quidem non tanti est, quam quod propter eosdem non sanguine et vulneribus suis crudelissimi inimici mentem oculosque satiavit. Quos nisi manu misisset, tormentis etiam dedendi fuerunt conservatores domini, ultores sceleris, defensores necis. Hic vero nihil habet in his malis, quod minus moleste ferat, quam, etiam si quid ipsi accidat, esse tamen illis meritum praemium persolutum. 59. Sed quaestiones urgent Milonem, quae sunt habitae nunc in atrio Libertatis. Quibusnam de servis? «Rogas? de P. Clodii.» Quis eos postulavit? «Appius.» Quis produxit? «Appius.» Unde? «Ab Appio.» Di boni! quid potest agi severius? De servis nulla lege quaestio est in dominum nisi de incestu, ut fuit in Clodium. Proxime deos accessit Clodius, propius quam tum, cum ad ipsos penetrarat, cuius de morte tamquam de caerimoniis violatis quaeritur. Sed tamen maiores nostri in dominum de servo quaeri noluerunt, non quin posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum esse et domini morte ipsa tristius: in reum de servo accusatoris cum quaeritur, verum inveniri potest? 60. Age vero, quae erat aut qualis quaestio? Heus tu, Rufio, verbi causa, cave sis mentiaris: Clodius insidias fecit Miloni? Fecit: certa crux. Nullas fecit: sperata libertas. Quid hac quaestione certius? Subito abrepti in quaestionem tamen separantur a ceteris et in arcas coniiciuntur, ne quis cum iis colloqui possit: hi centum dies penes accusatorem cum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac quaestione dici potest integrius? quid incorruptius?

XXIII. 61. Quod si nondum satis cernitis, cum res ipsa tot tam claris argumentis signisque luceat, pura mente atque integra Milonem, nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatum Romam revertisse, recordamini, per deos immortales! quae fuerit celeritas reditus eius, qui ingressus in forum ardente curia, quae magnitudo animi, qui vultus, quae oratio. Neque vero se populo so-

---

3. *et dixit* TE: *dixitque* SO — 4. *pacata* Nipperdey (*Philol. Schneidew.* III, p. 143 sq.); sed cf. Cic. Orat. § 63. — 6. *beniuolis* TES — 12. *illi* T — 14. *de*] *d* T — 15. *Quis eos postulavit* (*appellavit* Isid.)? *Appius. Quis produxit? Appius* Quintilianus IX, 3, 30 et Isidorus *Origg.* II, 21, 12. — 16. *Di* TE: *Dii* SO — *De servis -- in Clodium* scholium esse videtur Heumanno et Bakio petitum cum aliunde tum ex Part. Orat. § 118. — *lege* om. T — 17. *dominum* TES: *dominos* O — *Proxime deos accessit* habent Priscianus XVIII, 23, 179 et Arusianus p. 252 ed. Lindem. — 18. *deos*] *in deos* E — *clodius accessit* E — *propius*] *quod prius* T — 20. *de servo* om. E prob. Wundero *Var. Lectt.* p. LXXXIII. — *quin* Halmius: *quin ñ* TE; *quia non* CSO — 21. *esse* TES: om. CO — *domini* TES²: *dominis* CS¹; Wundero delendum videbatur. — 22. *tristius. In reum* O; sed videatur Wex ad Taciti Agric. p. 50. — *seruo* TE: *servis* O — 23. *Heus tu Rufio* habet Quintilianus VIII, 3, 22. — 24. *mentiaris* TEW: *mentiare* SO — 26. *abrepti* E: *arrepti* TSO; cf. p. 568, 7. — *separantur tamen* T — 27. *coniciuntur* TE — *cum his* TES — *poenes* T — 32. *exagitatum* Nipperdey *Philol. Schneidew.* III p. 144. — 34. *fuerat* TS — 35. *Neque vero -- cui senatus totam rem p. commiserat* Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* § 40 et Martianus Capella § 536.

lum, sed etiam senatui commisit, neque senatui modo, sed etiam publicis praesidiis et armis, neque his tantum, verum etiam eius potestati, cui senatus totam rem publicam, omnem Italiae pubem, cuncta populi Romani arma commiserat: cui numquam se hic profecto tradidisset, nisi causae suae confideret, praesertim omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, non nulla credenti. Magna vis est conscientiae, iudices, et magna in utramque partem, ut neque timeant qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos versari putent qui peccarint. 62. Neque vero sine ratione certa causa Milonis semper a senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines facti rationem, praesentiam animi, defensionis constantiam. An vero obliti estis, iudices, recenti illo nuntio necis Clodianae non modo inimicorum Milonis sermones et opiniones, sed non nullorum etiam imperitorum? 63. Negabant eum Romam esse rediturum. Sive enim illud animo irato ac percito fecisset, ut incensus odio trucidaret inimicum, arbitrabantur eum tanti mortem P. Clodii putasse, ut aequo animo patria careret, cum sanguine inimici explesset odium suum; sive etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum quin, cum suo periculo salutem populo Romano attulisset, cederet aequo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam, nobis haec fruenda relinqueret, quae ipse servasset. Multi etiam Catilinam atque illa portenta loquebantur: «erumpet, occupabit aliquem locum, bellum patriae faciet.» Miseros interdum cives optime de re publica meritos! in quibus homines non modo res praeclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur. 64. Ergo illa falsa fuerunt, quae certe vera exstitissent, si Milo admisisset aliquid, quod non posset honeste vereque defendere.

XXIV. Quid? quae postea sunt in eum congesta, quae quemvis etiam mediocrium delictorum conscientia perculissent, ut sustinuit! di immortales! sustinuit? immo vero ut contempsit ac pro nihilo putavit! quae neque maximo animo nocens, neque innocens, nisi fortissimus vir, negligere potuisset. Scutorum, gladiorum, frenorum pilorumque etiam multitudo deprehendi posse indicabatur; nullum in urbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non conducta esset domus; arma in villam Ocriculanam devecta Tiberi, domus in clivo Capitolino scutis referta, plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum: haec non delata solum, sed paene credita, nec ante repudiata sunt quam quaesita. 65. Laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pompeii,

---

1. *senui commisit* T — 2. *etiam* om. E — 4. *cui'* (i. e. *cuius*) T E — 10. *enim* om. E — 11. *iudices iud. recenti* T — 13. *oppiniones* T — 14. *perdito* T E S (sed S in marg. *percito*) — 15. *eum*] *enim* T — 18. *.p. r.* T E: *rom. populo* S; *rei publicae* O — 19. *secederet* E — *legibus* delendum censent Ernestius et Wunderus p. LXXXIV sqq. — 20. *uobis* T E S — *ferenda* E — 27. *Quidque* E — *quaeque uis* E — 28. *etiam in mediocrium* Ernestius. — *pertulissent* E — *dii* T E S O — 29. *vero* in E superscr. est. — *ac*] *haec* E — — 31. *neglegere* T — *gladiorum frenorum pilorumque* T E: *gladiorum pilorum frenorum* S; *gladiorum,* [† *frenorum,*] *sparorum pilorumque* O; *gladiorum hispanorum, frenorum, sparorum pilorumque* unus e codd. Oxonn.; *gladiorum Hispanorum pilorumque* Garatonius; *gladiorum, ferramentorum pilorumque* Klotzius. — 32. *dep̃hendi* T, *dep̃ndi* E — 33. *miloni conducta non esset* T; *non miloni conducta esset* E; *Miloni non esset conducta* S O — 34. *uilla ocriculanã* T — *tyberi* T — *domum - - refertam* Klotzius. — 36. *poene* T — *quam*] *qua* T — 37. *.cn.* h. l. T, item infra. — *pompei* E.

sed dicam, ut sentio, iudices. Nimis multa audire coguntur neque aliter facere possunt ii, quibus tota commissa est res publica. Quin etiam fuit audiendus popa Licinius nescio qui de circo maximo, servos Milonis apud se ebrios factos sibi confessos esse de interficiendo Pompeio coniurasse; deinde postea se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret. Pompeio in hortos nuntiavit; arcessor in primis; de amicorum sententia rem defert ad senatum. Non poteram in illius mei patriaeque custodis tanta suspicione non metu exanimari, sed mirabar tamen credi popae, confessionem servorum audiri, vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. 66. Verum, ut intelligo, cavebat magis Pompeius quam timebat, non ea solum, quae timenda erant, sed omnia, ne vos aliquid timeretis. Oppugnata domus C. Caesaris, clarissimi et fortissimi viri, per multas noctis horas nuntiabatur. Nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat; tamen audiebatur. Non poteram Cn. Pompeium, praestantissima virtute virum, timidum suspicari; diligentiam tota re publica suscepta nimiam nullam putabam. Frequentissimo senatu nuper in Capitolio senator inventus est, qui Milonem cum telo esse diceret. Nudavit se in sanctissimo templo, quoniam vita talis et civis et viri fidem non faciebat, ut eo tacente res ipsa loqueretur. XXV. 67. Omnia falsa atque insidiose ficta comperta sunt. † Cum tamen si metuitur etiam nunc Milo, non iam hoc Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei, — te enim iam appello, et ea voce, ut me exaudire possis, — tuas, tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus. Si Milonem times, si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare aut molitum aliquando aliquid putas, si Italiae dilectus, ut non nulli conquisitores tui dictitarunt, si haec arma, si Capitolinae cohortes, si excubiae, si vigiliae, si dilecta iuventus, quae tuum corpus domumque custodit, contra Milonis impetum armata est atque illa omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt, magna in hoc certe vis et incredibilis animus et non unius viri vires atque opes iudicantur, si quidem in hunc unum et praestantissimus dux electus et tota res publica armata est. 68. Sed quis non intelligit omnes tibi rei publicae partes aegras et labantes, ut eas his armis sanares et confirmares, esse commissas? Quod si locus Miloni datus esset, probasset profecto tibi ipsi, neminem um-

---

1. *coguntur audire* E (solus) — 2. *hii* T — *Quin etiam fuit* ed. Iuntina: *quin etiam fuerit* TES; *quin etiam sit* codices plerique; *cui* (Pompeio) *etiam fuerit* Madvigius (*Opusc. acad. alt.* p. 328). — 3. *seruus* TE — 4. *esse se de* Lambinus. — *pompeio* TE: *Cn. Pompeio* SO — 5. *dein* ES — 8. *examinari* E — 9. *popae*] *pompaeium* E — 10. *probari* EHS et membranae Modii: *putari* T — *intellego* T — 12. *omnia* TE: *omnino* S; *omnino omnia* O — *uos aliquid* TES: *aliquid vos* O — *C.*] *G.* E — 16. *diligentiam pro tota re p. suscepta* C; *diligentiam pro tota re p. susceptam* S et Gulielmius. — 18. *se*] *sed* E — 19. *ut*] *nisi* S — 20. *insidiosa* TES; *invidiose* duo codd. Lagomarsiniani. — *sunt. cum tamen si* cet. TES: *sunt. Quod si tamen* cet. O cum ed. Lambiniana a. 1584; *sunt; cum tamen metuitur etiam nunc Milo. Non* Madvigius; *sunt, cum tamen sic metuitur etiam nunc Milo. Non* Lud. Ianus; *sunt. Cur tamen metuitur etiam nunc Milo? Nos non iam hoc - - perhorrescimus: tu si Milonem* Bakius. — 21. *etiam* om. T — *Non - - perhorrescimus* habet A — *iam hoc* TES: *tam hoc* A; *hoc iam* O — *quotidianum* A — 22. *iam* om. SA — *et* A: om. TES — 23. *exaudire* A: *audire* TES — alterum *tuas* om. SA — *suspitiones* ESA — 25. *dilectus* TE: *delectus* SO — 26. *conhortes* T — 27. *dilecta* TE: *delecta* SO — 29. *certe in hoc* E (solus) — 30. *iudicantur* TES: *indicantur* O — 32. *intellegit* T — *omnis* T — *partis* T — 34. *locus miloni* TE: *Miloni locus* SO.

quam hominem homini cariorem fuisse quam te sibi, nullum se umquam periculum pro tua dignitate fugisse, cum ipsa illa taeterrima peste se saepissime pro tua gloria contendisse, tribunatum suum ad salutem meam, quae tibi carissima fuisset, consiliis tuis gubernatum, se a te postea defensum in periculo capitis, adiutum in petitione praeturae, duos se habere semper amicissimos sperasse, te tuo beneficio, me suo. Quae si non probaret, si tibi ita penitus inhaesisset ista suspicio, nullo ut evelli modo posset, si denique Italia a dilectu, urbs ab armis sine Milonis clade numquam esset conquietura, ne † iste haud dubitans cessisset patria, is, qui ita natus est et ita consuevit; te, Magne, tamen antestaretur, quod nunc etiam facit. XXVI. 69. Vide, quam sit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque fortuna, quantae infidelitates in amicis, quam ad tempus aptae simulationes, quantae in periculis fugae proximorum, quantae timiditates. Erit, erit illud profecto tempus et illucescet aliquando ille dies, cum tu salutaribus, ut spero, rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum, qui quam crebro accidat experti scire debemus, et amicissimi benevolentiam et gravissimi hominis fidem et unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres. 70. Quamquam quis hoc credat, Cn. Pompeium, iuris publici, moris maiorum, rei denique publicae peritissimum, cum senatus ei commiserit, ut videret ne quid res publica detrimenti caperet, quo uno versiculo satis armati semper consules fuerunt etiam nullis armis datis, hunc exercitu, hunc dilectu dato iudicium exspectaturum fuisse in eius consiliis vindicandis, qui vi iudicia ipsa tolleret? Satis iudicatum est a Pompeio, satis, falso ista conferri in Milonem, qui legem tulit, qua, ut ego sentio, Milonem absolvi a vobis oporteret, ut omnes confitentur, liceret. 71. Quod vero in illo loco atque illis publicorum praesidiorum copiis circumfusus sedet, satis declarat se non terrorem inferre vobis — quid enim minus illo dignum quam cogere, ut vos eum condemnetis, in quem animum advertere ipse et more maiorum et suo iure posset? —, sed praesidio esse, ut intelligatis contra hesternam illam contionem licere vobis quod sentiatis libere iudicare.

XXVII. 72. Nec vero me, iudices, Clodianum crimen movet, nec tam sum demens tamque vestri sensus ignarus atque expers, ut nesciam,

---

2. *illa ipsa* E — *teterrima* TESO — 5. *petione* E — *praeturae*] *praecii ne* E — 7. *insedisset* S — 8. *dilectu* TE: *delectu* SO — 9. *ñe* TES: *nae* O. «Omnes libri veteres habent hanc particulam sine diphthongo scriptam.» Lambinus. — *iste*] *ille* unus e codd. Lagomarsinianis. — *haud*] *aut* TE — 11. *Vides* EH — 13. *amiciciis* E — 14. *Erit et illud* T — *Erit ille atque illucescet dies* Iulius Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 17. — 15. *ille aliquando* E (solus) — *salubritatibus* T; *salubribus* Garatonius; *incolumibus* Wunderus *Var. Lectt.* p. CLXXVI. Cf. Epp. ad Att. IX, 11, 4: *et haec perdita sunt et illa non salutaria.* — 16. *aliquo in communium* TE — *temporum* TE: *temporum immutatis* SO. Vide Wunderum *Var. Lectt.* p. LXXXVII. — *qui quam* S: *quicquam* TE — 17. *expeperti* E — *scire debemus* TE: *debemus scire* SO — *beniuolentiam* TES — 19. *desideras* E; *desiderabis* Bakius. — 20. *peritissimorum* T — 21. *ei* om. T — 23. *dilectu* TE: *delectu* SO — 24. *vi* C: *vel* TES — 28. *copiis*] *corpus* T — 29. *quid enim -- praesidio esse* habet A — *minus illo* TEA: *illo minus* SO — 30. *condempnetis* T — *ut vos* om. A — *animum aduertere* E: *anim aduertere* T; *animadvertere* SO — 31. *sed*] *et* TA — *esset* A — *intellegatis* T — 32. *illam contionem* TE: *concionem illam* SO.

quid de morte Clodii sentiatis. De qua, si iam nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen impune Miloni palam clamare ac mentiri gloriose liceret: «Occidi, occidi, non Sp. Maelium, qui annona levanda iacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem videbatur, in suspicionem incidit regni appetendi, non Ti. Gracchum, qui collegae magistratum per seditionem abrogavit, quorum interfectores impleverunt orbem terrarum nominis sui gloria, sed eum — auderet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset —, cuius nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimae feminae comprehenderunt; 73. eum, cuius supplicio senatus sollemnes religiones expiandas saepe censuit; eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus iuratus se quaestionibus habitis dixit comperisse; eum, qui civem, quem senatus, quem populus Romanus, quem omnes gentes urbis ac vitae civium conservatorem iudicarant, servorum armis exterminavit; eum, qui regna dedit ademit, orbem terrarum quibuscum voluit partitus est; eum, qui plurimis caedibus in foro factis singulari virtute et gloria civem domum vi et armis compulit; eum, cui nihil umquam nefas fuit nec in facinore nec in libidine; eum, qui aedem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam exstingueret; 74. eum denique, cui iam nulla lex erat, nullum civile ius, nulli possessionum termini, qui non calumnia litium, non iniustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat, qui non solum Etruscos — eos enim penitus contempserat —, sed hunc P. Varium, fortissimum atque optimum civem, iudicem nostrum, pellere possessionibus armis castrisque conatus est, qui cum architectis et decempedis villas multorum hortosque peragrabat, qui Ianiculo et Alpibus spem possessionum terminarat suarum, qui cum ab equite Romano splendido et forti, M. Paconio, non impetrasset, ut sibi insulam in lacu Prilio venderet, repente lintribus in eam insulam materiem, calcem, caementa,

---

1. *Quod si non possem diluere crimen, ut dilui, tamen gloriose haec praedicare Miloni liceret* Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* § 8 — *de quã* T — 2. *inpune* T — *ac* TES: *atque* O — *metiri* C — 3. *Occidi, occidi* (alterum *occidi* vulgo, etiam a Bonnellio, omissum add. Ambr. 1) *non Spurium Maelium -- regni affectandi* (sic pro *appetendi*) habet Quintilianus V, 11, 12; *Occidi, occidi non Sp. Maelium* idem IX, 3, 28; *Occidi non Spurium Melium* Isidorus *Origg.* II, 21, 31; *Occidi, occidi -- rei familiaris* Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* § 18 et ex eo Martianus Capella § 526; *Occidi non Spurium Maelium, sed eum, cuius nefarium stuprum in pulvinaribus sanctissimis compertum est* Anecd. Paris. ed. Eckst. p. 9, 11. — *spurium melium* S; *spurium mellum* TE — 4. *qui animis* E — *amplecti -- si sibi pecuni* (p. 1175, 5) habet P — *videbatur* P et Quintilianus: *putabatur* TESO — 5. *grecum* T — 6. *abrogavit* PS: *abrogabit* E; *abrogabat* T — *inpleverunt* P: *implerunt* TESO — 7. *sed eum -- pulvinaribus* habet Quintilianus V, 11, 12. — 8. *suo* om. Quintilianus. — 9. *conpraehenderunt* P — 10. *sollempnes* T — 11. *geritiana* T — 13. *Romanus* PS: om. TE — *gentes* om. P — 14. *iudicarant* P: *iudicabant* TES — 15. *dedit ademit*] Margini P scholium minutis litteris adscriptum est: *Dedit Ptolemeo. ademit Deiotaro.* — *quibuscum voluit*] Scholion in marg. P: *en de Pisone et Gauinio dicit.* — 16. *prurimis* T — 17. *vi* om. T — *et*] *ac* T — 18. *aedem Nympharum*] Scholion in marg. P: *ubi census publici continebantur.* — 19. *inp̃ssam* T — 20. *lex nulla* T — 21. *licium* T — 22. *exercitus* E — 23. *hunc P.* P (sed litterae *P* extrema tantum superest inferior pars, superior est evanida): *hunc .c. p.* TE — *Varium* PTEW: *Varum* H — 24. *fortissimum* PTE: *virum fortissimum* SO — 27. *terminarat* P: *terminabat* TESO — 28. *sibi* PES: om. TO — *Prilio* P: *perclio* TE; *pretio* S; *Prelio* O — 29. *lyntribus* P; *lutribus* E — *materiem* P: *materiam* TES.

arma convexit dominoque trans ripam inspectante non dubitavit exstruere aedificium in alieno; 75. qui huic T. Furfanio, cui viro! di immortales! — quid enim ego de muliercula Scantia, quid de adolescente P. Apinio dicam? quorum utrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessissent —; sed ausum esse Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quantam poposcerat, non dedisset, mortuum se in domum eius illaturum, qua invidia huic esset tali viro conflagrandum; qui Appium fratrem, hominem mihi coniunctum fidissima gratia, absentem de possessione fundi deiecit, qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere fundamenta, ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et limine.» XXVIII. 76. Quamquam haec quidem iam tolerabilia videbantur, etsi aequabiliter in rem publicam in privatos, in longinquos in propinquos, in alienos in suos irruebat; sed nescio quo modo iam usu obduruerat et percalluerat civitatis incredibilis patientia. Quae vero aderant iam et impendebant, quonam modo ea aut depellere potuissetis aut ferre? Imperium ille si nactus esset, omitto socios, exteras nationes, reges, tetrarchas; vota enim faceretis, ut in eos se potius immitteret quam in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias: pecunias dico? a liberis, me dius fidius, et a coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. Fingi haec putatis, quae patent, quae nota sunt omnibus, quae tenentur? servorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse, per quos totam rem publicam resque privatas omnium possideret? 77. Quam ob rem, si cruentum gladium tenens clamaret T. Annius: «adeste, quaeso, atque audite, cives: P. Clodium interfeci; eius furores, quos nullis iam legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro et hac dextera a cervicibus vestris reppuli; per me ut unum ius aequitas, leges libertas, pudor pudicitia in civitate maneret:» esset vero timendum, quonam modo id ferret civitas! Nunc enim quis est qui non probet, qui non laudet, qui non unum post hominum memoriam T. Annium plurimum rei publicae profuisse, maxima laetitia populum Romanum, cunctam Italiam, nationes omnes affecisse et dicat et sentiat? Non queo vetera illa populi Romani gaudia quanta fuerint, iudicare: multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas victorias aetas nostra vidit, quarum nulla neque tam diuturnam attulit laetitiam nec tantam. 78. Mandate hoc memoriae, iudices. Spero multa vos liberosque vestros in re publica bona esse visuros: in iis singulis ita semper

---

1. *extruere aedificium* P: *aedif. exstruere* TESO — 2. *huic*] *hinc* E — *furfanio* ES: FVRIO FANIO P; *pharfanio* T — *cui*] *quo* E — *di* P: *dii* TESO — 3. *scantia* TE: STANTIA P; *sanctia* S — *adulescente* PT — 4. *P. Apinio* Peyronus: PAPINIO P; *apinio* T; *Aponio* ESO — 5. *cessissent* PS: *cessisset* TEO — *ausũ ee͠* TS: AVSVSESSE (M above) P; *ausus esset* E; *ausus est* O — *furfanio* E: FVRIOFANIO P; *furfaniũ* T — 6. *quantum* T — 7. *inlaturum* E — 11. *iam*] *tam* T — 13. *iam* om. E — 14. *ciuilitatis* E — 16. *si ille* CS — 17. *tethrarchas* T — *inmitteret* E: *mitteret* TS — 18. *uestras pecunias. uestra tecta* T — *pecunias* altero loco om. TE (non S) — *a liberis* ES: *alibens* T; *a liberis, a liberis* O — 20. *quae nota*] *haec quae nota* C — 24. *interfici* T — 26. *reppuli* TE: *repuli* SO — 27. *pudor* bis habet E — *in civitate* post *leges* habet E — *maneret* TE: *manerent* SO — 30. *populum R.*] *.rp.* T — 31. *affecisse et dicat* S: *affecisset dicat* E; *affecisse dicat* T — 32. *populi R.*] *.pr.* T — 36. *in re p. bona* S: *in .rp. multa bona* TW; *in .r. p. uestra bona* E — *iis* Garatonius: *his* TES.

existimabitis, vivo P. Clodio nihil eorum vos visuros fuisse. In spem maximam et, quem ad modum confido, verissimam sumus adducti, hunc ipsum annum, hoc ipso summo viro consule, compressa hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus et iudiciis constitutis, salutarem civitati fore. Num quis est igitur tam demens, qui hoc P. Clodio vivo contingere potuisse arbitretur? Quid? ea, quae tenetis privata atque vestra, dominante homine furioso quod ius perpetuae possessionis habere potuissent?

XXIX. Non timeo, iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus lubentius haec in illum evomere videar quam verius. Etenim si praecipuum esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantum exitii fuerit. 79. Quin sic attendite, iudices: nempe haec est quaestio de interitu P. Clodii. Fingite animis — liberae sunt enim nostrae cogitationes et quae volunt sic intuentur, ut ea cernimus, quae videmus —, fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meae: si possim efficere ut Milonem absolvatis, sed ita, si P. Clodius revixerit — quid vultu extimuistis? quonam modo ille vos vivus afficeret, quos mortuus inani cogitatione percussit? Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute ac fortuna est, ut ea potuerit semper, quae nemo praeter illum, si is, inquam, potuisset aut quaestionem de morte P. Clodii ferre aut ipsum ab inferis excitare, utrum putatis potius facturum fuisse? Etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis evocare, propter rem publicam non fecisset. Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis, et de eius nece lata quaestio est, qui si lege eadem reviviscere posset, lata lex numquam esset. Huius ergo interfector si esset, in confitendo ab iisne poenam timeret, quos liberavisset? 80. Graeci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt: — quae ego vidi Athenis! quae aliis in urbibus Graeciae! quas res divinas talibus institutas viris, quos cantus, quae carmina! prope ad immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur: — vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem non modo honoribus nullis

---

2. *sumus adducti* TES: *adducti sumus* O — 5. *est igitur* TE: *igitur est* SO — 6. *arbitraretur* TES — 7. *possessionis* S: *possessiones* TE — 9. *inimiciciarum mearum* T; *mearum inimiciciarum* E (solus hoc ordine) — 10. *lubentius* T: *libentius* ESO — *si* TE: *etsi* SO, «quod dubito an coniunctioni *etenim* subiici possit.» Bake. — 13. *ne*] *nec* E — 14. *adtendite* T — 15. *sunt enim* ES: *enim sunt* TO — *nostrae cogitationes* TE: *cog. uestrae* S; *cog. nostrae* O — 16. *cernamus quae non videmus* C, tam manifesta interpolatione, ut etiam Madvigius hanc lectionem inter propria huius codicis menda referat II, p. 302. — 17. *igitur* om. E — *condicionis* T — *possum* E — 19. *vultu* S: *uultũ* T; *uultus* E — *uiuos* TE — *afficeret* S: *affecerat* T; *efficeret* E — *quos*] *qui* S — 20. *perculsit* E — 22. *aut -- aut* TES: *et -- et* Bakius; *ut -- sic* O. Cf. Madvigium I, p. 196 sq. — 23. *potius* delevit Lambinus. — 24. *illum ab inferis avocare* interpolata censet Bakius. — *evocare* S: *auocare* TE; alii *revocare* — 25. *Eius igitur -- nolitis* habent Quintilianus V, 14, 2; Isidorus *Origg.* II, 9, 10; Cassiodorus p. 373 ed. Capp.; Iulius Victor p. 234 in margine. — *tutores* Victor. — *putetis*] *possetis* Cassiodorus. — 26. *nolletis* T et Cassiodorus. — *lege eadem* E: *legẽ eadẽ* T; *eadem lege* SO — 27. *Huius -- confitendo* habet Priscianus VIII, 9, 45. 13, 71. — 28. *ab hisne* TE; *ab his* S — 29. *homines*] *honores* T — *iis*] *his* TES — 30. *atherus* T — *g͡rae* T — 32. *immortalitatis* EC: *immortalitatẽ* TS.

afficietis, sed etiam ad supplicium rapi patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquam, si fecisset, et magno animo et libenter, fecisse se libertatis omnium causa; quod esset ei non confitendum modo, verum etiam praedicandum. XXX. 81. Etenim si id non negat, ex quo nihil petit nisi ut ignoscatur, dubitaret id fateri, ex quo etiam praemia laudis essent petenda? nisi vero gratius putat esse vobis, sui se capitis quam vestri defensorem fuisse, cum praesertim in ea confessione, si grati esse velletis, honores assequeretur amplissimos. Si factum vobis non probaretur — quamquam qui poterat salus sua cuiquam non probari? — sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata civitate. Nam quid esset ingratius quam laetari ceteros, lugere eum solum, propter quem ceteri laetarentur? 82. Quamquam hoc animo semper omnes fuimus in patriae proditoribus opprimendis, ut, quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoque et invidiam nostram putaremus; nam quae mihi ipsi tribuenda laus esset, cum tantum in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris ausus essem, si id quod conabar sine maximis dimicationibus meis me esse ausurum arbitrarer? Quae mulier sceleratum ac perniciosum civem interficere non auderet, si periculum non timeret? Proposita invidia, morte, poena qui nihilo segnius rem publicam defendit, is vir vere putandus est. Populi grati est praemiis afficere bene meritos de re publica cives, viri fortis ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse paeniteat. 83. Quam ob rem uteretur eadem confessione T. Annius, qua Ahala, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmet ipsi, et si grata res publica esset, laetaretur, si ingrata, tamen in gravi fortuna conscientia sua niteretur.

Sed huius beneficii gratiam, iudices, fortuna populi Romani et vestra felicitas et di immortales sibi deberi putant; nec vero quisquam aliter arbitrari potest nisi qui nullam vim esse ducit numenve divinum, quem neque imperii nostri magnitudo neque sol ille nec caeli signorumque motus nec vicissitudines rerum atque ordines movent neque, id quod maximum est, maiorum sapientia, qui sacra, qui caerimonias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt et nobis, suis posteris, prodiderunt. XXX. 84. Est, est profecto illa vis, neque in his corporibus atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat et sentiat, non inest in hoc tanto naturae tam praeclaro motu: nisi forte idcirco non putant, quia non apparet nec cernitur, proinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, qua haec ipsa agimus ac dicimus, videre aut plane, qualis aut ubi sit, sentire possimus. Ea vis

---

2. *libenter* T E S: *libente* H O. Vid. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 7 n. Val. Max. V, 6: *animo aequo ac libenter.* — *fecisse se* T E: *se fecisse* S O — 3. *ei* T E: *certe* S; *ei certe* O — 5. *id* S: *is* T E — 7. *vestri* C: *uestri ordinis* T E S — *in* delendum censuerunt Heumannus et Zumptius ad Verrin. p. 603. — 13. *caeteri* T — *omnes fuimus* T E S: *fuimus omnes* O — 16. *laus*] *salus* T — 17. *quod*] *cum* E (solus) — 18. *pernitiosum* T — 19. *interficere* T E (sed E post *mulier*): *occidere* S O — 22. *ciuis* E — *ut* om. T — 23. *paeniteat* E: *poeniteat* T O — 23. *uteremur* T — 25. *res p.*] *.rp.* T — 27. *Fortuna* O — *populi R.*] *.pr.* T — 28. *di* E: *dii* T S O — 30. *nostri* T E: *vestri* S O — 32. *maiorum* T E: *maiorum nostrorum* S O — 33. *auspitia* T — 34. *est* S: *igitur* E; om. T. Cf. p. 1173, 14. — 35. *inbecillitate* T — 36. *non* T E: *et non* S O — *idcirco* T E S: *idcirco esse* O — 37. *proinde* T E S: *perinde* O — 39. *Ea vis igitur ipsa* E: *Ea vis ipsa igitur* T; *Ea vis, ea igitur ipsa* O.

igitur ipsa, quae saepe incredibiles huic urbi felicitates atque opes attulit, illam perniciem exstinxit ac sustulit, cui primum mentem iniecit, ut vi irritare ferroque lacessere fortissimum virum auderet vinceretur que ab eo, quem si vicisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam. 85. Non est humano consilio, ne mediocri quidem, iudices, deorum immortalium cura res illa perfecta. Religiones me hercule ipsae, quae illam beluam cadere viderunt, commosse se videntur, et ius in illo suum retinuisse. Vos enim iam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque obtestor, vosque, Albanorum obrutae arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales, quas ille praeceps amentia caesis prostratisque sanctissimis lucis substructionum insanis molibus oppresserat; vestrae tum, vestrae religiones viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat; tuque ex tuo edito monte, Latiaris sancte Iuppiter, cuius ille lacus, nemora finesque saepe omni nefario stupro et scelere macularat, aliquando ad eum poeniendum oculos aperuisti; vobis illae, vobis vestro in conspectu serae, sed iustae tamen et debitae poenae solutae sunt: 86. nisi forte hoc etiam casu factum esse dicemus, ut ante ipsum sacrarium Bonae deae, quod est in fundo T. Sergii Galli, in primis honesti et ornati adolescentis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, cum proelium commisisset, primum illud vulnus acciperet, quo taeterrimam mortem obiret, ut non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem poenam reservatus. XXXII. Nec vero non eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, ut sine imaginibus, sine cantu atque ludis, sine exsequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruore et luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, cui cedere inimici etiam solent, ambureretur abiectus. Non fuisse credo fas clarissimorum virorum formas illi taeterrimo parricidae aliquid decoris afferre, neque ullo in loco potius mortem eius lacerari, quam in quo vita esset damnata.

87. Dura me dius fidius mihi iam Fortuna populi Romani et crudelis videbatur, quae tot annos illum in hanc rem publicam insultare pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones, senatus gravissima

---

2. *illam*] *ipsam* T — 3. *lacescere* T — 4. *habitaturus* T — 6. *regiones* C S[1] — 7. *quae* E C W: *quae cum* T; *cum* S — *beluam* T E: *belluam* S O — *commouisse* E — 8. *Vos enim -- luci* habet Quintilianus IX, 2, 38; *Vos enim -- sociae et aequales* idem XI, 1, 34 et XII, 10, 62; *vos Albani tumuli atque luci* idem XI, 3, 115. 167; *vos Albani tumuli* idem XI, 3, 172; *vos Albani tumuli atque luci* Iulius Victor p. 261, 19. — 9. *obtestor* T E S: *testor* C O — 10. *populi R.*] *.pr.* T — 12. *vestrae tum*, *vestrae* Gruterus: *vestrae tum arae. uestrae* T E S; *vestrae tum, arae*, *vestrae* (ut *arae* sit vocativus) O; sed non solum *arae* invocantur, verum etiam *tumuli atque luci*. — *quam*] «Corrigendum *quas*; neque enim *vim polluere*, sed *religiones* dici poterat Clodius.» Bake. — 13. *et tu de monte tuo edito*, *Latialis sancte Iupiter* Schol. Lucani I, 198. — *latiaris* E: *latialis* S; *latiari* C; *latiarei* T; *latiaret* W — 14. *iuppiter* T E: *Iupiter* S O — *fines.quae* T E — 15. *poeniendum* T: *puniendum* E S O — *aperuistis* C — 16. *ille* T E S — 18. *Bonae deae -- circumscripsisset ne* (p. 1179, 17) habet P — *T.* om. P — *Sergi* P: *serti* T E («libri calamo exarati in Germania *Sertii*.» Gruter.); *Sextii* S O — 19. *adulescentis* T — 20. *p̃lium* T E — *uolnus* P — *acciperet* P S: *acceperit* T E — 21. *taeterrimam* P: *teterrimam* T E S O; item v. 27. — 25. *supp̃mi* T E — 26. *cui*] *qui* T — *cedere* P T E S: *concedere* O — *inimici etiam* T E S: *etiam inimici* O — *ambureretur* S: *imbueretur* T E — *etiam abiectus* T — 28. *aliquod* T — 29. *esset uita* P T E S: *vita esset* O — *dampnata* T — 30. *medius fidius mihi* P E: *mihi medius fidius* T S O — 31. INHAC.R.P. P; *in hanc .rp.* T — 32. *pateretur* P T E: *videret et pateretur* S O.

decreta perfregerat, pecunia se a iudicibus palam redemerat, vexarat in tribunatu senatum, omnium ordinum consensu pro salute rei publicae gesta resciderat, me patria expulerat, bona diripuerat, domum incenderat, liberos, coniugem meam vexarat, Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat, magistratuum privatorumque caedes effecerat, domum mei fratris incenderat, vastarat Etruriam, multos sedibus ac fortunis eiecerat; instabat, urgebat; capere eius amentiam civitas, Italia, provinciae, regna non poterant; incidebantur iam domi leges, quae nos servis nostris addicerent; nihil erat cuiusquam, quod quidem ille adamasset, quod non hoc anno suum fore putaret. 88. Obstabat eius cogitationibus nemo praeter Milonem. Illum ipsum, qui obstare poterat, novo reditu in gratiam quasi devinctum arbitrabatur; Caesaris potentiam suam esse dicebat; bonorum animos in meo casu contempserat: Milo unus urgebat. XXXIII. Hic di immortales, ut supra dixi, mentem illi perdito ac furioso dederunt, ut huic faceret insidias. Aliter perire pestis illa non potuit; numquam illum res publica suo iure esset ulta. Senatus, credo, praetorem eum circumscripsisset. Ne cum solebat quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid profecerat. 89. An consules in praetore coërcendo fortes fuissent? Primum Milone occiso habuisset suos consules; deinde quis in eo praetore consul fortis esset, per quem tribunum virtutem consularem crudelissime vexatam esse meminisset? Oppressisset omnia, possideret, teneret; lege nova [quae est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis] servos nostros libertos suos fecisset; postremo, nisi eum di immortales in eam mentem impulissent, ut homo effeminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie rem publicam nullam haberetis. 90. An ille praetor, ille vero consul, si modo haec templa atque ipsa moenia stare eo vivo tam diu et consulatum eius exspectare potuissent, ille denique vivus mali nihil fecisset, qui mortuus uno ex suis satellitibus [Sex. Clodio] duce curiam incenderit? Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini inflammari, exscindi, funestari, neque id fieri a multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab uno! Qui cum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? In curiam potissimum abiecit, ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat.

---

1. *a* S: om. T E — 3. *patriam* P — 4. *vexarat* P: *uexauerat* T E S — *induxerat* P — 5. *magistratium* T — 7. *sapere* E — 8. *incidebantur - - addicerent* habet A — *nos*] *nos iam* A — *seruis nostris* P E A S: *nostris servis* T O — 11. *illum ipsum* P T E S: *Ipsum illum* O — *obstare poterat* P: *poterat obstare* T E S O — 12. *deuictum* T E S — *suam* P C S: *suam potentiam* T E — *ducebat* Bakius. — 13. *in* P T E S: *etiam in* O — 14. *di* P: *dii* T E S O — 16. *illum*] *per illum* E — *Senatus - - profecerat* habet A — 17. *circumscripsisse* A — *nec cum* E; *ne tum* A — *volebat* Bakius — 18. *profecerat* om. in lacuna A — 19. *cohercendo* T E — 21. *oppressisset* om. T — 22. *quae est - - legibus Clodianis* scholiastae tribuit Bakius. — 23. *fecisset suos* T — 24. *dii* T E S O — *inpulissent* T — 26. *At ille* T S — 27. *maenia* T — 28. *qui* S: *cui* E; *cũ* T — 29. *Sex. Clodio* S: *ex clodio* T; *ex cloelio* E. «Additum nomen non solum abundabat, sed vim sententiae corrumpebat, quae ita in comparatione principis seditionum et unius satellitis posita est, ut generali appellationi propria addi nullo modo possit.» Madvig. — 31. *orbis* C — 32. *populo* T E S: *populo Romano* O — 35. *quid*] *quod* E.

91. Et sunt qui de via Appia querantur, taceant de curia! et qui ab eo spirante forum putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaveri curia! Excitate, excitate ipsum, si potestis, a mortuis. Frangetis impetum vivi, cuius vix sustinetis furias insepulti? nisi vero sustinuistis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. Caedi vidistis populum Romanum, contionem gladiis disturbari, cum audiretur silentio M. Caelius, tribunus pl., vir et in re publica fortissimus et in suscepta causa firmissimus et bonorum voluntati et auctoritati senatus deditus et in hac Milonis sive invidia sive fortuna singulari divina et incredibili fide.

XXXIV. 92. Sed iam satis multa de causa, extra causam etiam nimis fortasse multa. Quid restat nisi ut orem obtesterque vos, iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat, ego etiam repugnante hoc et imploro et exposco? Nolite, si in nostro omnium fletu nullam lacrimam adspexistis Milonis, si vultum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem ac non mutatam videtis, hoc minus ei parcere: haud scio an multo sit etiam adiuvandus magis. Etenim si in gladiatoriis pugnis et infimi generis hominum conditione atque fortuna timidos atque supplices et ut vivere liceat obsecrantes etiam odisse solemus, fortes atque animosos et se acriter ipsos morti offerentes servare cupimus, eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant, quanto hoc magis in fortissimis civibus facere debemus! 93. Me quidem, iudices, exanimant et interimunt hae voces Milonis, quas audio assidue et quibus intersum quotidie. «Valeant, inquit, valeant cives mei; sint incolumes, sint florentes, sint beati; stet haec urbs praeclara mihique patria carissima, quoquo modo erit merita de me; tranquilla re publica mei cives, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed propter me tamen, perfruantur: ego cedam atque abibo. Si mihi bona re publica frui non licuerit, at carebo mala, et quam primum tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam. 94. O frustra» inquit «mihi suscepti labores! o spes fallaces et cogitationes inanes meae! Ego cum tribunus pl. re publica oppressa me senatui dedissem, quem exstinctum

---

1. *apia* T — 2. *potuisse*] *potius se* T — *restituerit* T — 2. *cadauer in curia* TE — 3. *a mortuis* T E: *ab inferis* S O — 5. *falcibus* S: *facibus* T E; *fascibus* Lambinus. — 6. *glodiis* T — 9. *et* ante *auct.* om. E — *deditissimus* Lambinus. — 10. *singulari*] *siue a singulari* E — 11. ...*sa extra causam* - - *negat enim negat* (p. 1181, 10) habet P — 12. *obtestorque* T — 16. *rationem* T — 17. *haut* E — *sit etiam adiuvandus* P: *etiam adiuuandus sit* T; *etiam sit adiuvandus* E S O — 18. *gladiatoris* T — *infimi* PTES: *in infimi* O — *hominum* P S: *omnium* T E — 19. *atque supplices* P: *et supplices* T E S O — *obsecrantis* T E — 20. *fortes et animosos* - - *non requirunt* habet Iulius Severianus p. 344. — *fortis* T — *ipsos* P C S: *ipsi* T E — 21. *servari* Severianus et S — *misericordiam nostram* Severianus. — 25. *cotidie* T, *cottidie* E — *Valeant, inquit, valeant cives mei* P T E S: *Valeant, valeant, inquit, cives mei valeant* C O — 26. *stet*] *sitet* P — 27. *merita de me erit* T S — *mei ciues* P T E: *cives mei* S O — 28. *propter* P: *per* T E S O — 29. *adibo* T — *bona rep.* P: *re .p. bona* E O; *resp. bona* T S — 30. *primum* P T E S: *primam* cum Ernestio O — *memoratam* T — 31. *O frustra* - - *inanes meae* affert Quintilianus VI, 1, 27. — *mihi suscepti* P: *mei suscepti* TE et Quintilianus; *suscepti mei* S O — 32. *o spes*] *opes* T — *fallaces et* P: *fallaces! o* T E S O — *inanes* om. E — 34. *obp̃ssa* T — QVEMEXTINCTVM (A A) P.

acceperam, equitibus Romanis, quorum vires erant debiles, bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant, mihi umquam bonorum praesidium defuturum putarem? ego, cum te» — mecum enim saepissime loquitur — «patriae reddidissem, mihi putarem in patria non futurum locum? Ubi nunc senatus est, quem secuti sumus? ubi equites Romani illi, illi» inquit «tui? ubi studia municipiorum? ubi Italiae voces? ubi denique tua illa, M. Tulli, quae plurimis fuit auxilio, vox atque defensio? mihine ea soli, qui pro te totiens morti me obtuli, nihil potest opitulari?» XXXV. 95. Nec vero haec, iudices, ut ego nunc, flens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. Negat enim, negat ingratis civibus fecisse se quae fecerit, timidis et omnia circumspicientibus pericula non negat. Plebem et infimam multitudinem, quae P. Clodio duce fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vestra vita, se fecisse commemorat ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deleniret; nec timet ne, cum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rem publicam singularibus. 96. Senatus erga se benevolentiam temporibus his ipsis saepe esse perspectam, vestras vero et vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, quemcumque cursum fortuna dederit, se secum ablaturum esse dicit. Meminit etiam sibi vocem praeconis modo defuisse, quam minime desiderarit, populi vero cunctis suffragiis, quod unum cupierit, se consulem declaratum; nunc denique, si haec contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. 97. Addit haec, quae certe vera sunt, fortes et sapientes viros non tam praemia sequi solere recte factorum quam ipsa recte facta; se nihil in vita nisi praeclarissime fecisse, si quidem nihil sit praestabilius viro quam periculis patriam liberare; beatos esse, quibus ea res honori fuerit a suis civibus, nec tamen eos miseros, qui beneficio cives suos vicerint; sed tamen ex omnibus praemiis virtutis, si esset habenda ratio praemiorum, amplissimum esse praemium gloriam; esse hanc unam, quae brevitatem vitae posteritatis memoria consolaretur, quae efficeret ut absentes adessemus, mortui viveremus; hanc denique esse, cuius gradibus etiam in caelum homines viderentur adscendere. 98. «De me» inquit «semper populus Romanus, semper omnes gentes loquentur, nulla umquam obmutescet vetustas. Quin hoc tempore ipso, cum omnes a meis inimicis faces invidiae meae subiiciantur, tamen omni in hominum coetu gratiis agendis et gratulationibus habendis et omni sermone celebramur.» Omitto Etruriae festos et actos

---

2. *unquam* h. l. T — 3. *futurum* T — *Ego -- reddidissem* habet Quintilianus IX, 3, 23. — 4. *putarem in patria non futurum* P: *non futurum in patria putarem* TS; *futurum in patria non putarem* E — 6. *illi* semel exhibet P — 7. *illa* P: *illi* T; om. ES — 8. *atque* PE: *et* TS — *totiens* PTES: *toties* O — *optuli* T — 10. *enim* P: *enim se* TESO — 11. *fecisse se* nos: *fecisse* TESO — *pericula circumspicientibus* E (solus) — 12. *Plebem -- deleniret* habet A — *infirmam* TA — 13. *uestra uita* TESA: *vita nostra* C; *vita vestra* O — *se fecisse*] *se effecisse* nescio quis apud Orellium; *suam se fecisse* C — 14. *fecisse -- virtute* om. A — 15. *deleniret* T: *deliniret* ESA — 16. *in .rp.* T — 17. *beniuolentiam* TES — *saepe a se perspectam* Bakius. — 19. *fortunae caeperit* C — *se* Halmius: om. TESO — 20. *uocem sibi* E (solus) — 22. *haec*] *haec arma* E — *suspitionem* ES — 24. *fortis* T — *sapientis* T — 27. *miseros* superscr. habet E — 30. *breuitatem* S: *breuitate* TE — 32. *in c. homines* TE: *homines in c.* SO — 33. *populus R.*]. *pr.* T — 34. *unquam* h. l. T — 35. *meis* CS: *suis* TE — *subiciantur* TES — 36. *caetu* TE — 37. *celebremur* TE; *celebrentur* S.

et institutos dies; centesima lux est haec ab interitu P. Clodii et, opinor, altera: qua fines imperii populi Romani sunt, ea non solum fama iam de illo, sed etiam laetitia peragravit. Quam ob rem «ubi corpus hoc sit, non» inquit «laboro, quoniam omnibus in terris et iam versatur et semper habitabit nominis mei gloria.» XXXVI. 99. Haec tu mecum saepe his absentibus, sed isdem audientibus haec ego tecum, Milo: «Te quidem, cum isto animo es, satis laudare non possum, sed, quo est illa magis divina virtus, eo maiore a te dolore divellor; nec vero, si mihi eriperis, reliqua est illa tamen ad consolandum querella, ut iis irasci possim, a quibus tantum vulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi, non male aliquando de me meriti, sed semper optime.» Nullum umquam, iudices, mihi tantum dolorem inuretis — etsi quis potest esse tantus? —, sed ne hunc quidem ipsum, ut obliviscar, quanti me semper feceritis. Quae si vos cepit oblivio aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite potius luitur quam Milonis? praeclare enim vixero, si quid mihi acciderit prius, quam hoc tantum mali videro. 100. Nunc me una consolatio sustentat, quod tibi, T. Anni, nullum a me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetivi; ego meum saepe corpus et vitam obieci armis inimicorum tuorum; ego me plurimis pro te supplicem abieci; bona, fortunas meas ac liberorum meorum in communionem tuorum temporum contuli; hoc denique ipso die, si quae vis est parata, si quae dimicatio capitis futura, deposco. Quid iam restat? quid habeo quod faciam pro tuis in me meritis, nisi ut eam fortunam, quaecumque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo, vosque obsecro, iudices, ut vestra beneficia, quae in me contulistis, aut in huius salute augeatis aut in eiusdem exitio occasura esse videatis. XXXVII. 101. His lacrimis non movetur Milo — est quodam incredibili robore animi —: exsilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus; mortem naturae finem esse, non poenam. Sed hic ea mente, qua natus est: quid vos, iudices, quo tandem animo eritis? Memoriam Milonis retinebitis, ipsum eiicietis? et erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quam hic, qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro re publica sanguinem effudistis; vos in viri et in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque, milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis et huic iudicio praesidentibus haec tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, proiicietur? 102. O

1. *haec est* T — 2. *populi R.*] *.pr.* T — *ea* TEHW: om. SO; *eo* Halmius. — 6. *hisdem* TES; *iisdem* O — 8. *illa* TES: *ista* O — 9. *tamen*] *saltem* CS — *quaerela* T, *querela* ESO — *iis* T: *eis* S; *his* EO — 12. *mihi umquam iudices* E (solus) — 14. *Quae si - - quam Milonis* Arusianus in v. *Offendisti in me* p. 251 ed. Lindem. — *oblivio cepit* Arus. — 15. *in* om. T — *luitur potius* Arusianus. — 21. *obieci* E — 22. *temporum* om. E (solus) — *si quae* T: *si que* ES; *si qua* O — 23. *si que* T; *si qua* ESO — *diminutio* E — *quid habeo. quid faciam* TES; *quid habeo,* [*quod dicam,*] *quod faciam* O; cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 12 n. — 25. *non abnuo. non recuso* E (solus) — 27. *Hic lacrimis non movetur* (om. *Milo*) Bakius. — 28. *exilium* TS; *sed exilium* E — 30. *sed* TES: *Sit* O et plene interpunctum post *est*; *Est* Halmius. Vide Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 197. — 32. *eicietis* TES — *ullus in terris* ES — 33. *vos* om. E — 35. *periculo appello* ES — 37. *proicietur* TES — *O me miserum - - non potero* affert Quintilianus VI, 1, 24; *me miserum, me infelicem! revocare tu me in patriam potuisti per hos; ego te in eadem patria per eosdem*

me miserum, o me infelicem! Revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos: ego te in patria per eosdem retinere non potero? Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Quinte frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? mene non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? At in qua causa non potuisse? quae est grata * * * gentibus non potuisse? iis, qui maxime P. Clodii morte acquierunt; quo deprecante? me. 103. Quodnam ego concepi tantum scelus aut quod in me tantum facinus admisi, iudices, cum illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi? Omnes in me meosque redundant ex fonte illo dolores. Quid me reducem esse voluistis? an ut inspectante me expellerentur ii, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, acerbiorem mihi pati reditum esse, quam fuerit ille ipse discessus. Nam qui possum putare me restitutum esse, si distrahar ab his, per quos restitutus sum? XXXVIII. Utinam di immortales fecissent — pace tua, patria, dixerim; metuo enim ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie —, utinam P. Clodius non modo viveret, sed etiam praetor, consul, dictator esset potius, quam hoc spectaculum viderem! 104. O di immortales! fortem et a vobis, iudices, conservandum virum! «Minime, minime» inquit. «Immo vero poenas ille debitas luerit: nos subeamus, si ita necesse est, non debitas.» Hicine vir patriae natus usquam nisi in patria morietur aut, si forte, pro patria? huius vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulchrum esse patiemini? hunc sua quisquam sententia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsum a vobis ad se vocabunt? 105. O terram illam beatam, quae hunc virum exceperit, hanc ingratam, si eiecerit, miseram, si amiserit! Sed finis sit; neque enim prae lacrimis iam loqui possum, et hic se lacrimis defendi vetat. Vos oro obtestorque, iudices, ut in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram virtutem, iustitiam, fidem, mihi credite, is maxime probabit, qui in iudicibus legendis optimum et sapientissimum et fortissimum quemque elegit.

---

retinere non potero idem XI, 3, 172. — 1. *me* ante *inf.* om. TS; *te* habent Quintiliani codd. VI, 1, 24. — *tu me*] *me tu* Quintilianus VI, 1, 24; *tu* om. T — 2. *per*] *tu per* T — *patriā* T et Quintiliani (VI, 1, 24) codd. Ambr. 1. Flor. — *eodem* T — *quid respondebo liberis meis* habet Quintilianus XI, 3, 172. — *quid respondebo liberis meis? quid tibi, Quinte frater?* B — 3. *Quinte*] *.q.* TS; om. E — 6. *grata gentibus non potuisse iis* (*his* E) TE: *grata gentibus. A quibus non potuisse? Ab iis* S (sed *his*) O, cuius lectionis menda et lacunam declaravit Madvigius *Opusc. acad.* I p. 155 sq. Ipse dativum excidisse et deinde sic fere scriptum fuisse arbitratur: [*Quibus iudica*]*ntibus n. p.* Halmius vero dativum *gentibus* ferendum putat coll. § 98, deinde haec fere supplenda: *at quibus eius innocentiam probari n. p.* — 7. *adquierunt* ES — *quo* S: *quod* TE — *dep̃cante* TE — 11. *Quid me -- voluistis* habet B — 12. *hi* ES — 13. *acerbiorem m. pati* TE: *pati m. acerbiorem* SO — 14. *me putare* T — *distrahar* TE: *distrahor* SO — *his* TES: *iis* O — 15. *Utinam -- dixerim* habet B — *di* B: *dii* TESO — *inmortates* B — 17. *praetor, consul* S: *proconsul* TE — 19. *di* T: *dii* ES O — 21. *non debitas* om. T — *Hicine* T: *Hiccine* ESO — 23. *sepulchrum* TE: *sepulcrum* SO — 24. *quem*] *quem nos* E — 27. *Sed finis -- loqui possum* habet Quintilianus XI, 3, 173. — *finis sit*] *si finis sit* T — 28. *Vos oro -- id audeati* (sic) habet B — 29. *ferundis* B — *sentiatis* B — *audiatis* T — 31. *et fortissimum* EHS: om. T — *elegit* TH: *legit* E; *delegit* SO — FINIT DEFENSIO .M. TVLL CICERONIS PRO MILONE T; *Explicit oratio .M. T. Cicer̃ pro milone* E.

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO M. MARCELLO

IN SENATU AD C. CAESAREM.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

G = cod. Gemblacensis, nunc Bruxellensis n. 5345, a me collatus.
E = cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum *Var. Lectt.* p. 36 sqq.; in quo cum multa a manu recentiore superscripta sint, primam manum a secunda numeris appositis distinximus.
F = cod. Fuldensis n. 181. 4. C. 20, olim monasterii Weingartensis, cuius lectiones descripsit et edidit E. F. I. Dronke in programmate scholae Fuldensis a. 1849.
M = cod. Mediceus XLV. Plut. L, saeculi XI, ut fertur, ab Antonio Sartio in usum Garatonii a. 1791 descriptus.
T = cod. Tegernseensis, nunc Monacensis (cod. Lat. 18787), a me collatus. Cf. p. 753 et p. 1102. In hac oratione mutilus desinit in § 15.
C = codd. mei omnes.
S = Scholiasta Gronovianus. (*M. Tullii Ciceronis Scholiastae* P. II. p. 418 sqq.)
O = ed. Orelliana a. 1826.

I. 1. Diuturni silentii, patres conscripti, quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia finem hodiernus dies attulit idemque initium quae vellem quaeque sentirem meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam inauditamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam ac paene divinam tacitus praeterire nullo modo possum. 2. M. enim Marcello vobis, patres con-

---

Inscriptio orationis. *M. T. Ciceronis pro .M. Marcello incipit* G; *Incipit or. M. T. Ciceronis pro Marco Marcello* E; *pro marco marcello* T; *incipit pro .M. Marcello* M; *de M. Marcello* Arusianus Messius p. 264 ed. Lindem. et Servius ad Vergil. Aen. I, 548; inscriptione caret F. (*Caesarianarum* nomine hanc et duas quae sequuntur orationes appellant Nonius Marcellus p. 437, 9; Servius ad Vergil. Aen. V, 187. XI, 438. Georg. II, 131; Valerius Probus p. 1471, 37 P.; Schol. Lucani VII, 259. 313.)

3. *idemque*] *idemque hodiernus dies* G — 7. *praeterire nullo modo* F M T: *nullo modo praeterire* G E O — *M.*] *Marco* M T — *nobis* F.

scripti, reique publicae reddito non illius solum, sed etiam meam vocem et auctoritatem et vobis et rei publicae conservatam ac restitutam puto. Dolebam enim, patres conscripti, et vehementer angebar virum talem, cum in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna, nec mihi persuadere poteram nec fas esse ducebam versari me in nostro vetere curriculo, illo aemulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum quasi quodam socio a me et comite distracto. Ergo et mihi meae pristinae vitae consuetudinem, C. Caesar, interclusam aperuisti et his omnibus ad bene de omni re publica sperandum quasi signum aliquod sustulisti. 3. Intellectum est enim mihi quidem in multis et maxime in me ipso, sed paulo ante omnibus, cum M. Marcellum senatui reique publicae concessisti, commemoratis praesertim offensionibus, te auctoritatem huius ordinis dignitatemque rei publicae tuis vel doloribus vel suspicionibus anteferre. Ille quidem fructum omnis ante actae vitae hodierno die maximum cepit, cum summo consensu senatus, tum iudicio tuo gravissimo et maximo: ex quo profecto intelligis, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto sit tanta gloria. 4. Est vero fortunatus ille, cuius ex salute non minor paene ad omnes, quam ad illum ventura sit, laetitia pervenerit: quod quidem ei merito atque optimo iure contigit; quis enim est illo aut nobilitate aut probitate aut optimarum artium studio aut innocentia aut ullo laudis genere praestantior?

II. Nullius tantum flumen est ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tanta copia, quae non dicam exornare, sed enarrare, C. Caesar, res tuas gestas possit. Tamen affirmo et hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudem ampliorem quam eam, quam hodierno die consecutus es. 5. Soleo saepe ante oculos ponere idque libenter crebris

---

1. *reddito* superscr. *restituto* F — *illius solum* G E T: *solum illius* M; *solum illum* (superscr. *illius*) F — *etiam meam uocem* G E: *etiam uocem meam* F M T; *meam etiam vocem* O — 2. *et* ante *vobis* om. F M T — 3. *angebar* G E^1: *angebar, cum viderem* E^2 F M T O — 4. *cum in eadem causa in qua ego fuisset* F: *cum in eadem causa in qua ego fuissem* G; *qui in eadem causa in qua ego fuissem* M T; *qui in eadem causa esset in qua ego fuissem* E — 5. *nec fas -- curriculo* habet Priscianus VI, 15, 79. — *ueteri nostro* T — *nostro* E^1 T, cod. Ambrosianus antiquissimus (*Schol. Cic.* II, p. 371), Priscianus: *uestro* E^2 F G M — 6. *vetere* cod. Perusinus et Priscianus: *veteri* C S et cod. Ambros. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 8. — *quasi quodam aemulo atque imitatori studiorum et laborum meorum et comite abstracto* Nonius Marcellus p. 437, 10; *illo aemulo atque imitatore studiorum meorum ac laborum* idem p. 239, 2; *illo aemulo atque imitatore studiorum meorum* Servius ad Vergil. Aen. V, 187. — *illo* om. M — *ac* G E et Nonius: *et* F M T — 7. *socio a me et comite distracto* G M: *socio et comite a me distracto* T; *socio et comite distracto* (om. *a me*) F; *comite distracto et socio* (om. *a me*) E — 8. *meae* ed. Cratandrina: *et meae* C — *C.* F T: *G.* M; om. G E — *inclusam* F — 9. *omni* om. T — 10. *enim est* M — 11. *paullo* O ubique. — *omnibus* P. Victorius *Var. Lect.* XVIII, 6: *in omnibus* codd. noti omnes. — *M.* om. G E^1 — *senatui* om. F M — *reique p.*] *p. q. r. r. q. p.* (i. e. *populoque R. reique p.*) T; *p. quẽ r̃. p̃.* M; *populo romano reique p.* F; cf. p. 1193, 17. — 12. *praesertim* G E: *praesertim etiam* M T; *etiam praesertim* F — 14. *suspitionibus* M — *ante* om. M — *uitae* G E^1 F^1 M T: *aetatis* E^2 F^2 O — *hodierna* F — 15. *senatus* om. G — *tum* G E^1: *tum praeterea* E^2 F M T O — *ex iudicio* F — 16. *intellegis* T — 17. *sit tanta* G E: *tanta sit* F M T O — *uere* G — 18. *ille* om. M T — *ad ipsum* Ernestius. — 19. *sit* om. M T — *quidem ei* C: *ei quidem* O — 20. *aut probitate* om. F — 21. *nullo* T — *laudis genere* C: *genere laudis* O — 22. *flumen est* G E T: *est flumen* F O; *est* om. M — *nulla* F G M T: *nulli* E — 23. *C.*] *G.* M ubique. — 24. *tamen hoc affirmo et pace* F M T (*tamen hoc affirmo — pace dicam tua! — nullam* Halmius.) — 25. fort. *in iis* — *laudem esse* E.

usurpare sermonibus, omnes nostrorum imperatorum, omnes exterarum gentium potentissimorumque populorum, omnes clarissimorum regum res gestas cum tuis nec contentionum magnitudine nec numero proeliorum nec varietate regionum nec celeritate conficiendi nec dissimilitudine bellorum posse conferri, nec vero disiunctissimas terras citius passibus cuiusquam potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus, sed victoriis lustratae sunt. 6. Quae quidem ego nisi tam magna esse fatear, ut ea vix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit, amens sim: sed tamen sunt alia maiora. Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriae sint imperatorum; et certe in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multum iuvant; maximam vero partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat et, quidquid prospere gestum est, id paene omne ducit suum. 7. At vero huius gloriae, C. Caesar, quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem: totum hoc, quantumcumque est, quod certe maximum est, totum est, inquam, tuum. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit; quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna, in istius societatem gloriae se non offert: tibi cedit, tuam esse totam et propriam fatetur; numquam enim temeritas cum sapientia commiscetur neque ad consilium casus admittitur. III. 8. Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes: sed tamen ea vicisti, quae et naturam et conditionem, ut vinci possent, habebant; nulla est enim tanta vis, quae non ferro et viribus debilitari frangique possit. Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriae temperare, adversarium nobilitate, ingenio, virtute praestantem non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem, haec qui facit, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum deo iudico. 9. Itaque, C. Caesar, bellicae tuae laudes cele-

---

2. *regum clarissimorum* M T — 4. *conficiundi* T — 5. *terras* om. T — *citius*] *totius* G; fort. *ocius* — *passibus cuiusquam potuisse* G E M T: *passibus potuisse cuiusquam* F; *cuiusquam passibus potuisse* O — 7. *illustratae* F M T — *tam* G E: *ita* F M T O — *fatear esse* T — 10. *extrahere* T — *nec propriae sunt* T — 11. *oportunitas* G M T — 13. *uendicat* G E M — *quicquid* M T ubique. — *prospere gestum est* G E: *est prospere gestum* F M T O — 14. *dicit* F — *suum* om. T — 15. *hoc*] *enim* T — 16. *est* post *totum* om. T — 17. *ex ista -- decerpit* libere immutata affert Iulius Victor p. 220, 15. — 18. *ipsa* om. E — *in istius societatem gloriae se* G E: *se in istius societatem gloriae* F; *in istius se societatem gloriae* M T O — 19. *cedit* C: *concedit* O — *tuam esse* (gloriam) F M T: *tuam se esse* G E — 20. *neque* G E: *nec* F M T O — 21. *admittatur* M — *domuisti gentes* affert Claudius Sacerdos II, 471. — 22. *habundantes* G M T — 23. *sed tamen ea* G E: *ea tamen* F M[1] T; *eas tamen* M[2] — *et naturam* C: om. *et* O — *condicionem* T — *ut etiam vinci* F — 24. *possent*] *ñ possent* T — *nulla -- cohibere* et deinde *haec qui -- iudico* affert Lactantius *Divin. Institut.* I, 9. — *est* om. F — *tanta uis. tanta copia. quae* F M T. Interpolationis fons est p. 1185, 23. — *et* G E: *ac* F M T O — 25. *frangique*] *ac frangi* T — *animum vero vincere* F; *at animum vincere* Lactantius.— *uictoriam* G E F O; *uictum* M T. «*Temperat huic*. Cic. de M. Marcello: *animum vincere et iracundiam cohibere, victui temperare*» Arusianus Messius p. 264. «Apertum est grammaticum voluisse *victoriae temperare*, quod Ciceroni reddendum esse iudico.» Lindem. — 28. *facit* G E et cod. Gothanus Lactantii: *faciat* F M T O — *cum* om. M — *sed simillimum deo* affert Servius ad Vergil. Georg. II, 131; *simillimum deo iudico* Priscianus III, 3, 18 et XVIII, 2, 26. — 29. *caelebrabuntur* M T.

brabuntur illae quidem non solum nostris, sed paene omnium gentium litteris atque linguis, nec ulla umquam aetas de tuis laudibus conticescet, sed tamen eius modi res nescio quo modo, etiam cum leguntur, obstrepi clamore militum videntur et tubarum sono. At vero cum aliquid clementer, mansuete, iuste, moderate, sapienter factum, in iracundia praesertim, quae est inimica consilio, et in victoria, quae natura insolens et superba est, audimus aut legimus, quo studio incendimur non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos saepe, quos numquam vidimus, diligamus! 10. Te vero, quem praesentem intuemur, cuius mentem sensusque et os cernimus, ut, quidquid belli fortuna reliquum rei publicae fecerit, id esse salvum velis, quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua benevolentia complectemur? Parietes, me dius fidius, ut mihi videtur, huius curiae tibi gratias agere gestiunt, quod brevi tempore futura sit illa auctoritas in his maiorum suorum et suis sedibus. IV. Equidem cum C. Marcelli, viri optimi et commemorabili pietate praediti, lacrimas modo vobiscum viderem, omnium Marcellorum † meum pectus memoria obfudit, quibus tu etiam mortuis M. Marcello conservato dignitatem suam reddidisti nobilissimamque familiam iam ad paucos redactam paene ab interitu vindicasti. 11. Hunc tu igitur diem tuis maximis et innumerabilibus gratulationibus iure antepones. Haec enim res unius est propria C. Caesaris, ceterae duce te gestae magnae illae quidem, sed tamen multo magnoque comitatu. Huius autem rei tu idem es et dux et comes: quae quidem tanta est, ut tropaeis et monimentis tuis allatura finem sit aetas — nihil est enim opere et manu factum, quod non aliquando conficiat et consumat vetustas —; at haec tua iustitia et lenitas animi florescet quotidie magis, ita ut, quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus. 12. Et ceteros quidem omnes victores bellorum civilium iam ante aequitate et

---

1. *non*] *neque* FMT — *solis* E — 2. *literis* O; sic ubique. — *nec* C: *neque* O — 4. *optrepi militum clamore* T — *Atque uero* G — 5. *iuste* om. T — 6. *natura*] *uentura* M — 7. *et insuperba* (om. *est*) M — *audimus* GE: *aut audimus* M; *aut audiuimus* FT; [*aut*] *audimus* O — 10. *et os*] *eos* Faërnus. — 12. *beniuolentia* MT — *conplectemur* T — *parietes -- gestiunt* affert Claudius Sacerdos I, 166. — 13. *ut mihi videntur* M et Sacerdos; *vi mihi videntur* membranae Colonienses Modii. — 14. *quo* T — *futura sit auctoritas illa* T; *illa futura sit auctoritas* FM — *in iis* T — 15. *Et quidem* E — *C.*] *G.* M; *.m.* GEF; *.g. m.* T — *commemorabilis* T — 16. *viderem uobiscum* FM — 17. *meum pectus memoria obfudit* GE: *meum pectus memoriam effudit* F; *ineum* (om. *pectus*) *memoriā effudit* T; *meum pectus memoria effudit* M; *memoriam meum pectus effudit* cod. Perusinus; *in memoriam meum pectus se effudit* Naegelsbach coll. Parad. III, § 21 et Epp. ad Att. 4, 9, 1. — 19. *iam* om. GE — *uindicauisti* G — *igitur* om. MT — 20. *anteponis* GE — 21. *res enim* T — *C.*] *G.* M; om. GE[1] — *te* om. T — *gestae*] superscr. *sunt* in E — 23. *rei tu idem es et dux* GE: *rei et dux tu idem es* T; *rei tu idem et dux es* FMO — *ut* MT: *ut nulla* GEF — *tropaeis* F: *tropoeis* T; *tropheis* GEM — *et monimentis* G: *et monumentis* EFMT; *monumentisque* O — 24. *adlatura* GE — *nihil -- vetustas* affert Schol. Lucani VI, 20; imitatus est Orosius II, 6; *nihil -- quotidie magis* Lactantius *Divin. Instit.* VI, 11. — *est enim* GE, Schol. Lucani, Lactantius: *enim est* FMTO — *opere*] *et opere* T — *et manu* C, Schol. Lucani, Lactantius, Orosius: *aut manu* O — 25. *non aliquando* GEFM: *aliquando non* TO; *aliquando* om. Schol. Lucani et Lactantius. — *at* E et Lactantius: *Ad* G; *At uero* FMT — 26. *tua* om. Lactantius. — *animi* om. T et Lactantius. — *florescit* GE et Lactantius. — *cotidie* GMT; *cottidie* E — 27. *tuis operibus* GE — *adferat* G; *afferet* FM — 28. *ciuium* M.

misericordia viceras: hodierno vero die te ipsum vicisti. Vereor ut hoc, quod dicam, perinde intelligi possit auditu atque ipse cogitans sentio: ipsam victoriam vicisse videris, cum ea, quae illa erat adepta, victis remisisti. Nam cum ipsius victoriae conditione omnes victi occidissemus, clementiae tuae iudicio conservati sumus. Recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipsius victoriae conditio visque devicta est.

V. 13. Atque hoc C. Caesaris iudicium, patres conscripti, quam late pateat attendite: omnes enim, qui ad illa arma fato sumus nescio quo rei publicae misero funestoque compulsi, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, scelere certe liberati sumus. Nam cum M. Marcellum deprecantibus vobis rei publicae conservavit, me et mihi et item rei publicae nullo deprecante, reliquos amplissimos viros et sibi ipsos et patriae reddidit, quorum et frequentiam et dignitatem hoc ipso in consessu videtis, non ille hostes induxit in curiam, sed iudicavit a plerisque ignoratione potius et falso atque inani metu quam cupiditate aut crudelitate bellum esse susceptum. 14. Quo quidem in bello semper de pace audiendum putavi semperque dolui non modo pacem, sed etiam orationem civium pacem flagitantium repudiari. Neque enim ego illa nec ulla umquam secutus sum arma civilia, semperque mea consilia pacis et togae socia, non belli atque armorum fuerunt. Hominem sum secutus privato officio, non publico, tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut nulla non modo cupiditate, sed ne spe quidem prudens et sciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium. 15. Quod quidem meum consilium minime obscurum fuit. Nam et in hoc ordine integra re multa de pace dixi et in ipso bello eadem etiam cum capitis mei periculo sensi. Ex quo nemo iam erit tam iniustus existimator rerum, qui dubitet, quae Caesaris de bello voluntas fuerit, cum pacis auctores conservandos statim censuerit, ceteris fuerit iratior. Atque id minus mirum fortasse tum, cum esset incertus exitus et anceps fortuna

1. *vero*] *autem* F M — *Vereor ut - - cogitans sentio* et deinde *victoriam ipsam vicisse videaris* (sic) affert Pseudo-Asconius ad Divinat. in Caecil. § 21. — 2. *intellegi* M T — *possit aud.* G E M T: *non possit aud.* F; *aud. possit* O — *auditum* Patricius. (In T postrema syllaba evanuit.) — *ipse* G E F: *ego ipse* M T et Pseudo-Asconius. — 3. *erant* F — 4. *remisti* T — *condicione* M T — *omnes* G E: *omnes iure* F M T O — *victi* om. T — *cecidissemus* (superscr. *occidissemus*) F — 5. *es* om. G E¹ — 6. *condicio* T — *visque* om. in rasura trium vel quattuor litterarum M — 8. *adtendite* E M — *facto* G T — 9. *conpulsi* G — 10. *scelere* G E¹: *ab scelere* M T; *a scelere* F O — 11. *rei p. conservavit*] inter haec verba superscr. est *caesar* in E — *me et* G E¹: *memet* E² F M T O; cf. v. 12. — *mihi*] *ipsi* T — *item*] *iterum* E; om. F — 12. *relicuos* T — *ipsos* G E M T: *ipsis* F O. Cf. p. 680, 11. 1205, 25. — *et* om. T — 13. *in ipso* F — *concesu* T; *consensu* (superscr. *consessu*) F — 14. *videtis*, *non* (ut a v. *non* apodosis incipiat) Mommsenius: *videtis. Non* O — *indixit* T — 16. *credulitate* (superscr. *crudelitate*) F — 17. *de pace audiendum putaui* E M: *audiendum putaui de pace* T; *de pace agendum audiendum putaui* G; *de pace agendum audiendumque putaui* F — *etiam orationem* C: *orationem etiam* O — 19. *sum secutus* F T; *sum* om. M — 20. *socia* delent Faërnus et Patricius. — 21. *gratia ni michi* T; *gratia animi* G E (sed in E superscr. *grati*) — 22. *non* om. T — *quidem spe* E — 24. *hoc* om. M — 25. *capitis mei*] *partis meae* M — 26. *Ex quo*] *atq.* (sic) T — *nemo iam* G E: *nemo* (om. *iam*) F M T; *iam nemo* O — *existimator rerum* G E: *rerum extimator* F; *rerum existimator* M T O — 27. *caes.* (sic) T — *de bello voluntas* G E M T: *voluntas de bello* F O — 28. *auctores pacis* F — 29. *mirum fortasse tum* G: *fortasse mirum tum* E; *mirum videretur fortasse tum* F M T.

belli: qui vero victor pacis auctores diligit, is profecto declarat se maluisse non dimicare quam vincere. VI. 16. Atque huius quidem rei M. Marcello sum testis: nostri enim sensus ut in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant. Quotiens ego eum et quanto cum dolore vidi cum insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriae ferocitatem extimescentem! Quo gratior tua liberalitas, C. Caesar, nobis, qui illa vidimus, debet esse: non enim iam causae sunt inter se, sed victoriae comparandae. 17. Vidimus tuam victoriam proeliorum exitu terminatam: gladium vagina vacuum in urbe non vidimus. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriae, ut dubitare debeat nemo quin multos, si fieri posset, C. Caesar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conservat quos potest. Alterius vero partis nihil amplius dicam quam, id quod omnes verebamur, nimis iracundam futuram fuisse victoriam. 18. Quidam enim non modo armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur, nec quid quisque sensisset, sed ubi fuisset, cogitandum esse dicebant, ut mihi quidem videantur di immortales, etiam si poenas a populo Romano ob aliquod delictum expetiverunt, qui civile bellum tantum et tam luctuosum excitaverunt, vel placati iam vel satiati aliquando omnem spem salutis ad clementiam victoris et sapientiam contulisse.

19. Quare gaude tuo isto tam excellenti bono et fruere cum fortuna et gloria, tum etiam natura et moribus tuis, ex quo quidem maximus est fructus iucunditasque sapienti. Cetera cum tua recordabere, etsi persaepe virtuti, tamen plerumque felicitati tuae gratulabere: de nobis, quos in re publica tecum simul esse voluisti, quotiens cogitabis, totiens de maximis tuis beneficiis, totiens de incredibili liberalitate, totiens de singulari sapientia cogitabis: quae non modo summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere. Tantus est enim splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi et consilii dignitas, ut haec a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur. 20. Noli igitur in conservandis bonis viris defetigari, non cupiditate praesertim aliqua aut pravitate lapsis, sed opinione officii stulta fortasse, certe non improba, et specie quadam rei publicae; non enim tua ulla culpa est, si te aliqui timuerunt, contraque summa laus, quod minime timendum fuisse senserunt.

VII. 21. Nunc venio ad gravissimam querellam et atrocissimam su-

1. *auctores pacis* M — *diligit*] In hac voce desinit T — *maluisse se* F M — 2. *M.* om. G E[1] — 4. *in bello semper congruebant* F — *Quoties* O: sic et *toties* ubique. — 5. *certorum* E[1] F M: *ceterorum* G E[2] — 6. *libertas* F — 7. *illam* G E — *iam* F et cod. Ambros. antiquissimus: *tam* M: om. G E — 10. *pertulit* G — 13. *dico* F M — *futuram victoriam esse* F: *futuram victoriam* (omisso infinitivo M — 14. *armati - - otiosi* M — 15. *nec*] *ne* E — 16. *dii* C O — 18. *bellum et tantum* F — *excitaverint* cod. Faerni. — 21. *isto tuo* F — 22. *tum etiam cum natura* F M — *ex quibus* F M — *quidem* om. M — 25. *tecum simul* G E[1]: *tecum saluos* E[2] F M: *tecum simul salvos* O — 27. *sapientia* G E: *sapientia tua* F M O — 28. *vel*] *tibi* E — *est* om. G F M — *ueri* F — 30. *Noli igitur - - certe non improba* affert Servius ad Vergil. Aen. I, 548. — *in conservando* S — 31. *viris bonis* F M — *defetigari* G: *defegari* M[1]; *defatigari* E F M[2] O — *aliqua aut prauitate* C et Servius: *aut pravitate aliqua* O — 32. *stulta*] *falsa* Servius (sed cod. *fulta*). — *et* om. F M — *specie*] *facie* F; *face* M — 33. *culpa tua ulla* F; *tua culpa ulla* M: *tua culpa* (om. *ulla*) S — 34. *quod* C: *quod plerique* O — 35. *Nunc* C S: *Nunc vero* O — *querelam* C O — *suspicionem tuam atrocissimam* F — *adtrocissimam* corr. in *ad atrocissimam* G.

spicionem tuam, quae non tibi ipsi magis quam cum omnibus civibus, tum maxime nobis, qui a te conservati sumus, providenda est: quam etsi spero esse falsam, tamen numquam extenuabo. Tua enim cautio nostra cautio est, ut, si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus quam parum prudens. Sed quisnam est iste tam demens? De tuisne? — tametsi qui magis sunt tui quam quibus tu salutem insperantibus reddidisti? — † an ex hoc numero, qui una tecum fuerunt? Non est credibilis tantus in ullo furor, ut, quo duce omnia summa sit adeptus, huius vitam non anteponat suae. An si nihil tui cogitant sceleris, cavendum est ne quid inimici? Qui? omnes enim, qui fuerunt, aut sua pertinacia vitam amiserunt aut tua misericordia retinuerunt, ut aut nulli supersint de inimicis aut qui fuerunt sint amicissimi. 22. Sed tamen cum in animis hominum tantae latebrae sint et tanti recessus, augeamus sane suspicionem tuam: simul enim augebimus diligentiam. Nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in re publica, tam nihil umquam nec de sua nec de communi salute cogitans, qui non intelligat tua salute contineri suam et ex unius tua vita pendere omnium? Equidem de te dies noctesque, ut debeo, cogitans casus dumtaxat humanos et incertos eventus valetudinis et naturae communis fragilitatem extimesco doleoque, cum res publica immortalis esse debeat, eam in unius mortalis anima consistere. 23. Si vero ad humanos casus incertosque motus valetudinis sceleris etiam accedat insidiarumque consensio, quem deum, si cupiat, posse opitulari rei publicae credamus?

VIII. Omnia sunt excitanda tibi, C. Caesar, uni, quae iacere sentis belli ipsius impetu, quod necesse fuit, perculsa atque prostrata: constituenda iudicia, revocanda fides, comprimendae libidines, propaganda suboles, omnia, quae dilapsa iam diffluxerunt, severis legibus vincienda sunt. 24. Non fuit recusandum in tanto civili bello, tanto animorum ardore et armorum, quin quassata res publica, quicumque belli eventus fuisset, multa perderet et ornamenta dignitatis et praesidia stabilitatis suae, multaque uterque dux faceret armatus, quae idem togatus fieri

---

3. *falsam esse* E — *tamen numquam* G E: *numquam tamen* F M O — *extenuabo* G E: *extenuabo verbis* F M; *verbis extenuabo* O. Interpolatio orta videtur ex pag. 1186, 9. — 4. *est nostra cautio* F — *ut si in alterutro peccandum sit* S in lemmate; *quodsi in alterutro peccandum sit* idem in scholio. Priscianus V, 12, 63 ex memoria affert: *quod si in alterutro peccandum sit, malim timidus quam parum prudens videri*; idem VI, 7, 35: *quodsi in alterutro peccandum sit.* — *nimis*] *magis* M — 5. *quisnam*] *quis* F — 6. *tametsi -- reddidisti* om. F — *tametsi*] *etsi* M — 7. *an ex hoc* G E: *an ex eo* F M O; *at ex eo* Car. Fr. Hermannus in *N. Mus. Rhen.* (1845.) Vol. IV, pag. 317; *an ex hoc numero* glossa videtur Mommsenio; Halmius deleto *an* locum sanatum putat. — *unā* M — 8. *ullo*] *illo* F — 9. *An*] *at* F — *nihil tui* G E M: *tui nihil* F O — 12. *qui fuerunt* G E[1]: *qui superfuerunt* E[2] F M O — 14. *quis*] *qui* M — 16. *nec* ante *de sua* om. F — *communi*] *omni* vel *omnium* M — 17. *ex unius tua vita pendere omnia* (sic) affert Schol. Lucani V, 686. — *uita* C: *vitam* O cum cod. Parisino 7830. — 20. *eam*] *tam* G — 21. *motus* C: *eventus* O. Cf. v. 19. — 22. *accedit* G E — 23. *si*] *et si* F; *etiam si* M — *posse opitulari* C: *opitulari posse* O — 24. *C.* F: *G* M; om. G E — *uni*] *in* G — 25. *impetu* G[1]: *impetū* G[2] — *prostrata atque perculsa* E — 26. *comprimenda* M; *et comprimendae* F — 27. *delapsa* G E — *diffluxerunt* G M: *defluxerunt* E F; *fluxerunt* O — *uincenda* M — 28. *bello civili* F — *tanto animorum* G E: *tantoque animorum* F M O — 29. *resp.* corr. in *rep.* G — 30. *multa perderet ornamenta dignitatis suae* (ceteris omissis) F M.

prohibuisset: quae quidem tibi nunc omnia belli vulnera sananda sunt, quibus praeter te mederi nemo potest. 25. Itaque illam tuam praeclarissimam et sapientissimam vocem invitus audivi: «Satis diu vel naturae vixi vel gloriae.» Satis, si ita vis, fortasse naturae, addo etiam, si placet, gloriae: at, quod maximum est, patriae certe parum. Quare omitte istam, quaeso, doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam; noli nostro periculo esse sapiens. Saepe enim venit ad aures meas, te idem istud nimis crebro dicere, tibi satis te vixisse. Credo, sed tum id audirem, si tibi soli viveres aut si tibi etiam soli natus esses. Omnium salutem civium cunctamque rem publicam res tuae gestae complexae sunt; tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta nondum quae cogitas ieceris: hic tu modum vitae tuae non salute rei publicae, sed aequitate animi definies? Quid? si istud ne gloriae tuae quidem satis est? cuius te esse avidissimum, quamvis sis sapiens, non negabis. 26. Parumne igitur, inquies, magna relinquemus? Immo vero aliis quamvis multis satis, tibi uni parum; quidquid est enim, quamvis amplum sit, id est parum tum, cum est aliquid amplius. Quod si rerum tuarum immortalium, C. Caesar, hic exitus futurus fuit, ut devictis adversariis rem publicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est, vide, quaeso, ne tua divina virtus admirationis plus sit habitura quam gloriae, si quidem gloria est illustris ac pervagata magnorum vel in suos vel in patriam vel in omne genus hominum fama meritorum. IX. 27. Haec igitur tibi reliqua pars est; hic restat actus, in hoc elaborandum est, ut rem publicam constituas eaque tu in primis summa tranquillitate et otio perfruare: tum te, si voles, cum patriae, quod debes, solveris et

---

1. *tibi nunc* G E F: *nunc tibi* M O — *sananda* G E: *curanda* F M O — 2. *nemo mederi* E — *praeclarissimam tuam* F — 3. *satis diu vixi vel naturae vel gloriae* S — *diu -- uixi* G E S: *te diu -- vixisse* F M O — 4. *fortasse naturae* G E F: *fortasse natura* M; *naturae fortasse* O — *etiam* om. F — 5. *quod maxime est patriae* M; *quod maximum est atque maximae est gloriae patriae* F — 6. *istam quaeso* C: *quaeso*, *istam* O — *contempnenda* M — 7. *esse sapiens* C: *sapiens esse* O — *meas aures* F M — 8. *tibi satis te* G F M: *tibi te satis* E; *satis te tibi* O — *sed tum -- natus esses* affert Schol. Lucani V, 686. — *sed*] *si* E — *tum*] *tamen* F — *id*] *illud* M; *ita* S — 9. *si tibi soli natus esses, viveres tibi* affert Schol. Lucani II, 383. — *aut si tibi soli etiam* F; *aut etiam si tibi soli* Schol. Lucani. — *omnium -- compl. sunt* G E: *nunc cum omnium -- compl. sunt* FM; *nunc, cum omnium -- compl. sint* O — *ciuium salute cunctaque re p.* F — 11. *tantum abes -- ieceris* affert Priscianus XVIII, 30, 296. — 12. *nondum quae cogitas* C: *quae cogitas*, *nondum* cum Prisciano O (*max. operum, quae cogitas, ut fundamenta nondum ieceris* Muretus; sed vide ne verba *quae cogitas*, neque apud Priscianum neque in Tullii codicibus apto loco posita, ex margine irrepserint.) — *uitae tuae* C: *tuae vitae* O — *non solum salute* F — 13. *diffinies* E F — *tuae quidem* G E F: *quidem tuae* M O; *tuae* om. S — 15. *magna* G E[1]: *gloriam magnam* E[2] F M O — *relinquemus*] *post nostram vitam relinquemus* E; *relinquam* F — 16. *quidquid -- parum est* om. F — *est enim* G E M: *enim est* O — 17. *id* delevit Klotzius; sed cf. p. 1186, 14. 1187, 11. (*quidquid est enim quamvis amplum, id est* Halmius.) — *est parum* G E (qui verborum ordo explicat omissionem in F): *certe est parum* M; *certe parum est* O — *tunc* G E — 20. *sit plus* F — 21. *illustris fama* affert Isidorus Hispal. *Origg.* V, 27, 26. — *inlustris* G — *ac*] *et* F M — *magnorum* C. *multorum et magnorum* O — *suos* F M: *suos cives* G E O — 23. *pars* om. F — 24. *res p.* M — *summa tranquillitate et otio* G E: *summa tranquillitate et summo otio* F; *cum summo otio* (ceteris omissis) M; *composita cum summa tranquillitate et otio* O — 25. *patriae* G E: *et patriae* F M O.

naturam ipsam expleveris satietate vivendi, satis diu vixisse dicito. Quid est enim hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? quod cum venit, omnis voluptas praeterita pro nihilo est, quia postea nulla est futura. Quamquam iste tuus animus numquam his angustiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semper immortalitatis amore flagravit. 28. Nec vero haec tua vita ducenda est, quae corpore et spiritu continetur: illa, inquam, illa vita est tua, quae vigebit memoria saeculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa aeternitas semper tuebitur. Huic tu inservias, huic te ostentes oportet, quae quidem quae miretur iam pridem multa habet, nunc etiam quae laudet exspectat. Obstupescent posteri certe imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monimenta, munera, triumphos audientes et legentes tuos. 29. Sed nisi haec urbs stabilita tuis consiliis et institutis erit, vagabitur modo tuum nomen longe atque late, sedem stabilem et domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio, cum alii laudibus ad caelum res tuas gestas efferent, alii fortasse aliquid requirent idque vel maximum, nisi belli civilis incendium salute patriae restinxeris, ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii. Servi igitur iis etiam iudicibus, qui multis post saeculis de te iudicabunt et quidem haud scio an incorruptius quam nos; nam et sine amore et sine cupiditate et rursus sine odio et sine invidia iudicabunt. 30. Id autem etiam si tum ad te, ut quidam falso putant, non pertinebit, nunc certe pertinet esse te talem, ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit oblivio.

X. Diversae voluntates civium fuerunt distractaeque sententiae: non enim consiliis solum et studiis, sed armis etiam et castris dissidebamus; erat enim obscuritas quaedam, erat certamen inter clarissimos duces; multi dubitabant quid optimum esset, multi quid sibi expediret, multi quid deceret, non nulli etiam quid liceret. 31. Perfuncta res publica est hoc misero fatalique bello: vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret, neque omnes, quibus iratus esset, eosdem exsilio aut morte dignos iudicaret. Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt. Ingratus est iniustusque civis, qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatum, ut etiam ille

---

1. *quid -- extremum* affert Servius ad Vergil. Aen. X, 467. — 2. *est enim* S et Servius: *enim est* C — *hoc ipsum* S et Servius: *omnino ipsum* F M; *omnino hoc ipsum* G E O. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 15 n. — *venerit* M — 3. *est* post *nihilo* om. M — *postea* om. G — *est futura* C: *futura est* O — 5. *semper* C: *semperque* O — 6. *ducenda* G E[1]: *dicenda* E[2] F M O — 8. *ipsa* om. F — 10. *expetat* F — *obstupescunt* F — 12. *incredibilesque* F M — *monimenta* G F: *monumenta* E M — *munera* G E M: *innumera* F — 13. *tuos legentes* F — 14. *fuerit* F — *modo*] *mortuum* F; om. cod. Salisb. — *tuum nomen* G M: *nomen tuum* E F O — *sedem* G E: *sedem autem* F; *sedem quidem* M O — 16. *alii* om. M — 17. *requirent alii fortasse* S — *idque*] *id quod* M — 18. *restrinxeris* F M (sed in F superscr. *restinxeris*) — 19. *his* G M — *etiam* om. F — 20. *et quidem* G E: *equidem* F M — *seculis* O — *haut* G E — 21. *nam etiam sine amore sine cupiditate* F — 22. *tum* G E: *tunc* F M O — 24. *laudes tuas* F M — 26. *etiam* om. F — *et* om. M — 27. *enim* G E: *autem* F M O — 29. *quid deceret* E: *quid se deceret* S; *quid diceret* G[1] M; *quid dicerent* G[2] F — *etiam* om. F M — *publica* om. F M — 31. *neque* F M: *nec qui* G E — 32. *eosdem* G F M: *eosdem etiam* E O — 34. *tamen*] *tantum* F — *etiam*] *iam* F M.

melior sit, qui in acie cecidit, qui in causa animam profudit: quae enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. 32. Sed iam omnis fracta dissensio est armis, exstincta aequitate victoris: restat ut omnes unum velint, qui modo habent aliquid non solum sapientiae, sed etiam sanitatis. Nisi te, C. Caesar, salvo et in ista sententia, qua cum antea, tum hodie vel maxime usus es, manente salvi esse non possumus. Quare omnes te, qui haec salva esse volumus, et hortamur et obsecramus, ut vitae tuae et saluti consulas, omnesque tibi, ut pro aliis etiam loquar quod de me ipse sentio, quoniam subesse aliquid putas, quod cavendum sit, non modo excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur.

XI. 33. Sed ut, unde est orsa, in eodem terminetur oratio, maximas tibi omnes gratias agimus, C. Caesar, maiores etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium precibus et lacrimis sentire potuisti: sed quia non est omnibus stantibus necesse dicere, a me certe dici volunt, cui necesse est quodam modo: et quod fieri decet M. Marcello a te huic ordini populoque Romano et rei publicae reddito, fieri id intelligo; nam laetari omnes non de unius solum, sed de communi salute sentio. 34. Quod autem summae benevolentiae est, quae mea erga illum omnibus semper nota fuit, ut vix C. Marcello, optimo et amantissimo fratri, praeter eum quidem cederem nemini, cum id sollicitudine, cura, labore tam diu praestiterim, quam diu est de illius salute dubitatum, certe hoc tempore magnis curis, molestiis, doloribus liberatus praestare debeo. Itaque, C. Caesar, sic tibi gratias ago, ut omnibus me rebus a te non conservato solum, sed etiam ornato, tamen ad tua in me unum innumerabilia merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.

---

1. *melior sit* G E: *sit melior* F M O — *cecidit quam qui* F — *quae enim constantia quibusdam, eadem aliis pertinacia videri debet* Fr. Aug. Wolfius. — *constantia aliis* F — 3. *extincta* C: *et exstincta* O — 4. *omnes* om. F — *qui habent aliquid non sapientiae modo sed* F M. Cf. Reisig *Lat. Sprachw.* p. 438. — 5. *qua*] *quam* E — 6. *cum*] *tum* F — *tum*] *tu* M — *vel* om. F M — 7. *esse salva* G — 8. *ut uitae tuae et saluti consulas* G E: *ut vitae tuae consulas* F; *ut uitae consulas* M; *ut vitae, ut saluti tuae consulas* O — 9. *ipso* F M — 12. *ut* E M: om. F G O. Cf. p. 336, 23 et de Divinat. I § 109, ubi cod. Pithoeanus habet: *Sed* ut *unde* cet. — *oratio* G E: *oratio mea* F M — 13. *omnes tibi* S — 14. *ex*] *et* M — 15. *sed quia* G E: *et quoniam* F M — *omnibus stantibus* G E: *stantibus* M; *astantibus* F; *stantibus omnibus* O — *dici certe* F; *certe* om. S — 16. *quodam modo et quod fieri decet M. Marcello* C: *quodam modo, quod volunt; et quod fieri decet, et quod, M. Marcello* O; *quodam modo: at quod f. d. M. Marcello* Halmius. — 18. *id* om. F M; sed in F inter *fieri* et *intelligo* inserta sunt verba *deest non non* (sic). — *intellego* G M — *non de unius solum, sed de* G E: *non de unius, sed de* (om. *solum*) F M; *non ut de unius solum, sed ut de* O — *communi* C: *communi omnium* O — 19. *beniuolentiae* G M — *mea* om. F M — 20. *nota semper* F M — *ut*] *et* M — *C.* ed. Hervagiana: *.M.* G E; om. F M — 21. *cum ea sollicitudine* S — 24. *ut me omnibus rebus* M; *ut me* (om. *omnibus rebus*) F (*ut me a te non conservato solum, sed etiam omnibus rebus ornato* Ernestius.) — 25. *a te*] *ante* G; om. F — 26. *unum* om. F M — 27. *maximus*] *magnus* M — *M. Tvllii Ciceronis pro M. Marcello explicit* G; subscriptione caret E; *finis. pro .M. Marcello* F; *pro M. Marcello explicit* M.

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO Q. LIGARIO

AD C. CAESAREM.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

G = cod. Gemblacensis, nunc Bruxellensis n. 5345, a me collatus.
E = cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum (*Varr. Lectt.* p. 38) et Freundium (ad or. p. Milone p. 39). Cf. supra p. 1184.
C = cod. Coloniensis Graevii.
S = Scholiastae Gronoviani lemmata. (*M. Tullii Ciceronis Scholiastae* P. II. p. 415 sqq.)
O = ed. Orelliana a. 1826.

I. 1. Novum crimen, C. Caesar, et ante hunc diem non auditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse, idque C. Pansa, praestanti vir ingenio, fretus fortasse familiaritate ea, quae est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque quo me vertam nescio. Paratus enim veneram, cum tu id neque per te scires neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer; sed quoniam diligentia inimici investigatum est quod latebat, confitendum est, ut opinor, praesertim cum meus necessarius Pansa fecerit,

---

INSCRIPTIO ORATIONIS. *INCIPIT PRO Q. LIGARIO* G; *Incipit or. M. tullii Ciceronis in foro pro Q. Ligario* E.

1. *Novum crimen - - detulit* affert Quintilianus XI, 3, 108; *Novum crimen - - non auditum* idem XI, 3, 110 et Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* § 7; *Novum crimen, C. Caesar* Iulius Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 1 et Martianus Capella § 523; *Novum crimen* Quintilianus IX, 4, 92. — *C.*] *Cai* Martianus; om. G — *hanc diem* Quintilianus utroque loco. — *non auditum* G et Quintilianus: *inauditum* E et Aquila R., ut est p. 1139, 13. — 2. *te Q.*] *te p.* G; *teque* E — Quintilianus IX, 4, 73: «*in Africa fuisse* initium senarii est, primum pro Q. Ligario caput claudit.» Idem IX, 4, 105: «Cludit amphibrachys: *Q. Ligarium in Africa fuisse.*» — 3. *praestanti ingenio* C; *ingenio praestanti* S; uterque om. *vir* — *familiaritate ea* G E: *eadem familiaritate* C; *ea familiaritate* O — 4. *Itaque - - nescio* affert Priscianus XVI, 11, 12; *quo me vertam nescio* Quintilianus IX, 4, 75. — 5. *scire* C — 6. *homines* C — 7. *quod* G E[1]: *id quod* E[2] O — 8. *ut* om. C — *Pansa* G E: *G. Pansa* C; *C. Pansa* O.

ut id integrum iam non esset, omissaque controversia omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, qua plurimi sunt conservati, cum a te non liberationem culpae, sed errati veniam impetravissent. 2. Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum, sed tamen hoc confitentem, se in ea parte fuisse, qua te, qua virum omni laude dignum, patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.

Quintus enim Ligarius, cum esset nulla belli suspicio, legatus in Africam cum C. Considio profectus est, qua in legatione et civibus et sociis ita se probavit, ut decedens Considius provincia satis facere hominibus non posset, si quemquam alium provinciae praefecisset. Itaque Ligarius, cum diu recusans nihil profecisset, provinciam accepit invitus, cui sic praefuit in pace, ut et civibus et sociis gratissima esset eius integritas ac fides. 3. Bellum subito exarsit, quod qui erant in Africa ante audierunt geri quam parari. Quo audito partim cupiditate inconsiderata, partim caeco quodam timore primo salutis, post etiam studii sui quaerebant aliquem ducem, cum Ligarius domum spectans, ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Attius Varus, qui praetor Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum statim concursum est. Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod privato clamore multitudinis imperitae, nullo publico consilio deferebatur. 4. Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paulum adventu Vari conquievit. II. Adhuc, C. Caesar, Q. Ligarius omni culpa vacat: domo est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli;

---

1. *integrum iam* G E: *iam integrum* O — 3. *Habes - - reum* afferunt Quintilianus IX, 2, 51 et Priscianus XVI, 2, 11; *Habes - - optandum* Quintilianus IV, 1, 67; *Habes igitur confitentem reum* Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckstein p. 9, 15. — 4. *Tubero* om. Priscianus. — 5. *hoc* G E C: *hoc ita* alii codd.; *ita* O — *te* G E C: *te, Tubero* O — 6. *Quare* (sic) *prius de vestro facto fateamini necesse est, quam Ligarii culpam ullam reprehendatis* Quintilianus VIII, 5, 13 et Iulius Victor p. 257, 5. — 8. *Q. enim Ligarius - - profectus est* affert Quintilianus IV, 2, 109 et Iulius Victor p. 246, 4; *Q. enim Ligarius - - belli suspicio* (additis verbis *in Africa* post v. *esset*) Quintilianus XI, 3, 162; *Q. enim Ligarius cum esset* idem IV, 2, 130. — *Quintus* G E S et Victor: *Q.* O — *enim* G E C S et Quintilianus: *igitur* O; om. Victor. — 9. *cum* om. Quintiliani cod. Ambros. 1 et codd. Modii, qui omissionem probat (Epist. 87), ut sit dativus. — *est* om. Victor et optimi codd. Quintiliani. — 11. *Itaque Ligarius* G E[1]: *Itaque Q. Ligarius* E[2] O; cf. v. 22. — 13. *cui*] *cum* E — 14. *ac* G E: *et* O — 15. *antea* S — 16. *primum* C — *post etiam*] *postea* C — 17. *domum - - cupiens* afferunt Quintilianus IV, 2, 110 et Iulius Victor p. 246, 6. — *ad suos* G E C, Quintilianus, Victor: *et ad suos* O — 18. *nullo se - - passus est* affert Quintilianus IV, 2, 110. — *Attius* C: *actius* G; *accius* E; *Atius* O. Item p. 1196, 9. — 19. *praetor*] *pro praetore* Mommsenius coll. Caes. B. C. I, 31. — *optinuerat* G E — 21. *si illud tamen imperium* C; *si tamen illud imperium* Madvigius cum cod. Hauniensi. — *privato* cod. Salisburgensis: *in priuato* G; *a priuato* E; *ad privatum* O. Turbae in optimis codd. ortae sunt ex eo, quod antiquitus *privato* pro ablativo habebatur et cum *clamore* iungebatur. — 23. *cuperet effugere*] *fugeret* C — *paulum* G E: *paullum* O — *conquiebit* C — *Adhuc - - belli suspicionem* (hoc verborum ordine) affert Quintilianus IV, 2, 51. — 24. *C.* et *omni* om. Quintilianus. — *vacat*] *caret* idem et C — *domo est egressus* affert Arusianus Messius s. v. *Egredior illo loco* p. 227 ed. Lindem. — *est* om. E — *non modo - - suspicionem belli* afferunt Quintilianus IV, 2, 110 et Iulius Victor p. 246, 5. — 25. *nullum* om. Quintilianus IV, 2, 110 (non item IV, 2, 51) et Victor. Cf. Zumptium ad Quintil. ed. Spalding. Vol. V, p. 213.

legatus in pace profectus est; in provincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expediret. Profectio certe animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio? Multo minus; nam profectio voluntatem habuit non turpem, remansio necessitatem etiam honestam. Ergo haec duo tempora carent crimine: unum, cum est legatus profectus, alterum, cum efflagitatus a provincia praepositus Africae est. 5. Tertium tempus est, quod post adventum Vari in Africa restitit, quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. An ille, si potuisset ullo modo evadere, Uticae quam Romae, cum P. Attio quam cum concordissimis fratribus, cum alienis esse quam cum suis maluisset? Cum ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset propter incredibilem quendam fratrum amorem, hic aequo animo esse potuit, belli discidio distractus a fratribus?

6. Nullum igitur habes, Caesar, adhuc in Q. Ligario signum alienae a te voluntatis; cuius ego causam, animadverte, quaeso, qua fide defendam: prodo meam. O clementiam admirabilem atque omnium laude, praedicatione, litteris monumentisque decorandam! Cum M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse, in qua se ipsum confitetur fuisse, nec tuas tacitas cogitationes extimescit, nec, quid tibi de alio audienti de se ipso occurrat, reformidat. III. Vide, quam non reformidem; vide, quanta lux liberalitatis et sapientiae tuae mihi apud te dicenti oboriatur: quantum potero voce contendam, ut hoc populus Romanus exaudiat: Suscepto bello, Caesar, gesto etiam ex parte magna, nulla vi coactus, iudicio ac voluntate ad ea arma profectus sum, quae erant sumpta contra te. 7. Apud quem igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui, cum hoc sciret, tamen me, antequam vidit, rei publicae reddidit; qui ad me ex Aegypto litteras misit, ut essem idem qui fuissem; qui, cum ipse imperator in toto imperio populi Romani unus esset, esse me alterum passus est; a quo, hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi; qui mihi tum denique se salutem putavit reddere, si eam nullis spoliatam ornamentis dedisset. 8. Vide, quaeso, Tubero, ut, qui de

---

1. *est* G: om. E O. Cf. Anonymum in Zimmermanni *Diario Antiq.* 1837. p. 616. — 6. *cum et flagitatus* C — *tempus est quod* G E: *tempus quidem* C; *est tempus quo* O — 7. *africā* G — *quod* om. C — 8. *ullo* G E: *illinc ullo* O — 9. *Uticae* G E[1] C: *Uticae potius* E[2] O — 14. *adhuc*] superscr. *crimen* in E — 15. *quaeso* om. S — 16. *omnium* G E C: *omni* O — 17. *litteris* G E: *literis* O; item v. 27. — *cum* G E: om. O — 19. *ne quid* G — 22. *dicendi* G E C — *aboriatur* C — *quantum potero - - parte magna* affert Quintilianus XI, 3, 166. — *voce*] superscr. *formidinem* in E — *ut hoc p. r.* G[1] E: *ut hoc r. p.* G[2]; *ut populus hic R.* C; *ut populus hoc Romanus* O cum Quintiliano; Wunderus *hoc* delendum censet. — 23. *suscepto bello - - contra te* affert Quintilianus IX, 2, 28; *suscepto - - coactus* Iulius Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 33. — *etiam*] *iam etiam* Quintilianus (utroque loco). — *parte magna* G E, Quintilianus (utroque loco), Rufinianus: *magna parte* O — 24. *iudicio ac voluntate* G E: *de iudicio meo et voluntate* C; *consilio ac voluntate mea* Quintilianus. — *ad ea arma - - contra te* affert Diomedes p. 468, 19. — 25. *sumpta*] *suscepta* Diomedes. — *Apud quem - - rei p. reddidit* afferunt Quintilianus IX, 2, 14 et Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckst. p. 23, 5. — 28. *qui me, cum ipse imperator in toto orbe R. unus esset, esse alterum* C — 29. *nuntium* G E: *hunc nuntium* C S — 30. *fasces laureatos fasces* E — 31. *salutem se* C — *reddere* G E: *dare* C O — 32. *Vide - - audeam dicere* (sic pro *confiteri*) affert Quintilianus V, 10, 93. — *quaeso me Tubero* C.

meo facto non dubitem, de Ligarii non audeam confiteri. Atque haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret: cuius ego industriae gloriaeque faveo vel propter propinquam cognationem, vel quod eius ingenio studiisque delector, vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. 9. Sed hoc quaero: quis putat esse crimen fuisse in Africa? Nempe is, qui et ipse in eadem Africa esse voluit et prohibitum se a Ligario queritur et certe contra ipsum Caesarem est congressus armatus. Quid enim tuus ille, Tubero, destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo; commoveri videtur adolescens; ad me revertar: isdem in armis fui. IV. 10. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possemus? Quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuit oratio. Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero, quod homo cum ingenio tum etiam doctrina excellens, genus hoc causae quod esset, non viderit. Nam si vidisset, quovis profecto quam isto modo a te agi maluisset.

Arguis fatentem; non est satis: accusas eum, qui causam habet aut, ut ego dico, meliorem quam tu, aut, ut tu vis, parem. 11. Haec admirabilia, sed prodigii simile est quod dicam. Non habet eam vim ista accusatio, ut Q. Ligarius condemnetur, sed ut necetur. Hoc egit

---

1. *dubitem* G E¹ C et Quintilianus: *dubitem dicere* E² O. Cf. Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 306 n. — *de Ligarii non audeam confiteri* G E: *de Ligarii* (*Ligario* C) *audeam dicere* (om. *non*) C et Quintilianus; *de Ligario autem audeo* S. Cf. Madvigium l. l. — *Atque -- ignosceret* affert Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckst. p. 3, 14. — 6. *putat* G E: *putet* O — *in Africa* G E¹ C: *in Africa Ligarium* E² O — 7. *et ipse* om. C — Priscianus XVIII, 24, 201: «Cicero pro Ligario: *queritur se prohibitum*, deest *esse*.» — *a*] *ex* G E — 8. *contra Caesarem est congressus armatus* Diomedes p. 466, 29. — 9. *Quid enim -- quid optabas* afferunt Quintilianus VIII, 4, 27; Iulius Severianus p. 344 ed. Capp.; Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckst. p. 23, 25; *Quid enim -- armorum tuorum* Quintilianus VIII, 6, 12; *Quid enim -- gladius agebat* idem IX, 2, 7 et XI, 3, 166; Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckst. p. 21, 17; *Quid enim tuus ille, Tubero, in acie Pharsalica* Quintilianus IX, 2, 38. — *tuus ille Tubero* Quintilianus (quinque locis), Severianus et Auctor incertus (utroque loco): *Tubero, tuus ille* G E O — *destrictus* C: *districtus* G E et Auctor incertus (utroque loco). — *farsalica* G et Auctor incertus. — 10. *quis sensus* (male duplicata littera *s*) Severiani cod. Emmeranus saec. XI. — 12. *adulescens* C — *iisdem in armis fui* Quintilianus IX, 4, 99. — *isdem* E¹: *iisdem* G E² O — 13. *Quid -- nos possemus* afferunt Diomedes p. 468, 21; Iulius Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 33; Quintilianus V, 13, 5 et IX, 2, 29. — *autem* om. Rufinianus et Quintilianus V, 13, 5 (non item IX, 2, 29). — *aliud*] *contra aliud* Diomedes. — *Tubero* om. Diomedis edd., non item cod. Monac. saec. IX, qui tamen habet *tuuero*, sicut Auctor incertus. — 14. *quod hic potest*, *nos possemus* Quintilianus IX, 4, 102. — *quod*] *quid* G; *hoc quod* Diomedes. — *Quorum -- oratio* afferunt Diomedes p. 467, 26; Quintilianus VIII, 5, 10; Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckst. p. 13, 28. — *inpunitas* G et Auctor incertus. — *Caesar* om. idem. — 15. *laus est clementiae tuae* idem. — *te ipsorum ad crudelitatem* Quintilianus. — *ipsorum* om. Diomedes et Auctor incertus. — *credulitatem* G et Auctor incertus. — *acuit* G E, Diomedes, Auctor incertus: *acuet* (interrogative) O et Quintilianus. — 19. *quam -- maluisset* affert Arusianus Messius p. 212 ed. Lindem. — 21. *dicam* E — *Haec admirabilia* C: *haec non modo mirabilia* G E S; *haec admirabilia sunt* O. Cf. Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 303. — 22. *prodigiis* E — 23. *accusatio tua ut* E — *condempnetur* G — *sed necetur* C.

civis Romanus ante te nemo: externi isti mores, usque ad sanguinem incitari odio, aut levium Graecorum aut immanium barbarorum. Nam quid agis aliud? Romae ne sit? ut domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho avunculo, ne cum eius filio, consobrino suo, ne nobiscum vivat? ne sit in patria? Num est? num potest magis carere his omnibus, quam caret? Italia prohibetur, exsulat. Non tu ergo patria privare, qua caret, sed vita vis. 12. At istud ne apud eum quidem dictatorem, qui omnes quos oderat morte multabat, quisquam egit isto modo. Ipse iubebat occidi, nullo postulante; praemiis etiam invitabat; quae tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est. V. Ego vero istud non postulo, inquies. Ita me hercule existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem, novi domum nomenque vestrum; studia generis ac familiae vestrae virtutis, humanitatis, doctrinae, plurimarum artium atque optimarum, nota mihi sunt omnia. 13. Itaque certo scio vos non petere sanguinem, sed parum attenditis; res enim eo spectat, ut ea poena, in qua adhuc Q. Ligarius est, non videamini esse contenti. Quae est igitur alia praeter mortem? Si enim est in exsilio, sicuti est, quid amplius postulatis? An ne ignoscatur? Hoc vero multo acerbius multoque est durius. Quod nos petimus precibus, lacrimis, strati ad pedes, non tam nostrae causae fidentes quam huius humanitati, id ne impetremus oppugnabis et in nostrum fletum irrumpes et nos iacentes ad pedes supplicum voce prohi-

---

1. *te* om. C — *isti mores* G E: *isti mores sunt* S; *isti sunt mores* C O — *mores, usque ad sanguinem incitari odio, aut* Modius (*Epist.* 87) et Wunderus (*Var. Lectt.* p. CXXV): *mores usque ad sanguinem incitari solent odio aut* G E; *mores qui usque ad sanguinem incitari solent odio aut* C; *mores sunt aut* (mediis omissis) S; *mores. Usque ad sanguinem incitari solet odium* cum Grutero O. Vide Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 302 sq. — 2. *aut levium Graecorum aut immanium barbarorum* affert Diomedes p. 467, 15. — *levium* et *immanium* om. S — *inmanium* G — 3. *agis aliud* G E: *aliud ais* C; *aliud agis* O — *Romae ne sit neve cum fratribus* Priscianus XV, 2, 6. — *Romae* G E et Priscianus: *ut Romae* C O — 4. *T.*] *tito* G E — *avunculo* C: *avunculo suo* G E O; vide Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 145 n. — 5. *uobiscum* G — *nunc est* C — 6. *prohibetur, exsulat* om. C — *Non tu -- vita vis* afferunt Pseudo-Asconius ad Divinat. in Caecil. § 23 et Martianus Capella § 520. — *tu ergo* G: *tu eum* Pseudo-Asconius et Martianus Capella; *tu hunc ergo* C; *tu ergo hunc* E O; *tu ergo eum* Halmius. — 7. *privare* in E superscr. est. — 8. *quisquam -- invitabat* margini adscripta habet E — 9. *etiam* om. G — 10. *eodem*] *etiam* C; om. cod. Car. Stephani. — 11. *crudelis* E C — *iudicata* C — *istud*] *id* E — 12. *mehercules* C — *tuuero* C — 13. *studia* G E C: *studia denique* O. Cf. Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 179 sq. — 14. *artium atque optimarum* om. C — 15. *mihi sunt* G E: *sunt mihi* C O — *omnia* om. C probantibus Madvigio et Wesenbergio ad or. p. Sestio p. 50 n. — *uos scio* G — 16. *eo spectat* superscr. *sc. mortem* E; *eo mortem expectat* C — 17. *Lig. est* Wesenberg (ad or. p. Sestio p. 45): *Lig. sit* codd. et O. «Coniunctivum eo, quod verba *in qua* cet. sententiae effectivae *(ut -- videamini)* interiecta sunt, non excusari notum est.» — 18. *est in exilio* G E: *in exsilio est* O — 19. *ignoscatur* E et complures codd. Soldani: *ignoscat* G C et S in adnotatione. Haec lectio ex signo interrogationis orta videtur, quod in codd. vix a compendio syllabae *ur* distingui posse notum est. — *est* in rasura habet G (videtur fuisse *ẽẽ* (i. e. *esse*); om. E — *quod*] *quodne* C S — 20. *petimus* cod. Puteanus a Grutero allatus: *domi petimus* G E C; *domi petiimus* ex Fabricii coniectura O. Cf. Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 198. — *lacrimis* G E C: *et lacrimis* O — *nostra causa* C — 21. *oppugnabis* (*obpugnabis* E) G E: *pugnabis* O. Vide Halmium ad or. p. Roscio Amerino § 120. p. 62, 19. — 22. *inrumpes* C; *erumpes* G — *et nos -- prohibebis* affert Priscianus VII, 16, 79. — *ad*] *ante* Priscianus.

bebis? 14. Si, cum hoc domi faceremus, quod et fecimus et, ut spero, non frustra fecimus, tu repente irruisses et clamare coepisses «C. Caesar, cave ignoscas, cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat», nonne omnem humanitatem exuisses? Quanto hoc durius, quod nos domi petimus, id te in foro oppugnare et in tali miseria multorum perfugium misericordiae tollere? Dicam plane, Caesar, quod sentio. 15. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quam tu per te, per te, inquam, obtines — intelligo quid loquar —, acerbissimo luctu redundaret ista victoria. Quam multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cum etiam de victis reperiantur! quam multi, cum a te ignosci nemini vellent, impedirent clementiam tuam, cum etiam hi, quibus ipse ignovisti, nolint te esse in alios misericordem! 16. Quod si probare Caesari possemus, in Africa Ligarium omnino non fuisse, si honesto et misericordi mendacio saluti civi calamitoso esse vellemus, tamen hominis non esset, in tanto discrimine et periculo civis refellere et redarguere nostrum mendacium, et, si esset alicuius, eius certe non esset, qui in eadem causa et fortuna fuisset. Sed tamen aliud est errare Caesarem nolle, aliud est nolle misereri. Tunc diceres: «Caesar, cave credas; fuit in Africa, tulit arma contra te:» nunc quid dicis? «Cave ignoscas.» Haec nec hominis nec ad hominem vox est: qua qui apud te, C. Caesar, utitur, suam citius abiiciet humanitatem quam extorquebit tuam.

VI. 17. Ac primus aditus et postulatio Tuberonis haec, ut opinor, fuit, velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito quin admiratus sis, vel quod de nullo alio [quisquam], vel quod is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam novi [sceleris] afferret. Scelus tu illud vocas, Tu-

---

1. *si cum*] *sicut* C — 2. *repente* G E C: *derepente* O — *irruisses* (*inr.* C) G E C: *irrupisses* O — 3. Priscianus VIII, 5, 25: «*misereo* pro *misereor*, unde *miseret* et *miseretur* impersonalia. Cicero pro Ligario: *Cave te fratrum pro f. s. precantium misereatur.*» — *misereat* GE: *misereatur* O cum Prisciani codicibus. Sed apud hunc ad verba praecedentia lectionem *misereat* vel aptiorem esse apparet; cf. p. 1188, 22. (*misereri* impersonaliter legitur supra p. 153, 36.) — 4. *nonne omnem humanitatem exuisses* affert Arusianus Messius p. 229 ed. Lindem. — 5. *petiimus* de Fabricii coniectura O; cf. ad p. 1198, 20. — *id te in f. oppugnare* Lambinus ex uno cod. Memmiano: *id a te in f. oppugnari* (*obp.* E C) reliqui codd. noti. — 6. *Caesar* G E C: *C. Caesar* O — 7. *Quodsi* (sic) *in hac - - quid loquar* afferunt Quintilianus VIII, 3, 85 et ex eo Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckst. p. 13, 21. — *hac* om. C, cod. Quintiliani Barberinus, Auctor incertus. — *tua* om. Quintiliani codd. plerique. — *lenitas*] *bonitas* iidem. — *quam* G E C et Quintilianus: *quantam* O — *per te, per te* C et Quintilianus: *per te* semel G E — 8. *optines* G — *intellego* G C — *quid* C E et Quintilianus: *quod* G — *aceruissimo* C — 9. *Quam multi - - reperiantur* om. G — 11. *cum* G E[1]: *qui cum* E[2] O — *ignosci nemini* G E: *nemini ignosci* O — *inpedirent* G — *etiam* om. C — 12. *hi* G E: *ii* C O — *nolent* corr. in *nolunt* G — *te esse in alios* G E: *esse te in alios* C; *te in alios esse* O — 13. *possimus* S — 14. *saluti - - vellemus* affert Arusianus Messius p. 231 et 247 ed. Lindem. — 16. *redarguere* G E: *coarguere* O — *et* om. O errore typographico. — 18. *aliud ẽ nolle* G E: *aliud nolle* O — 18. *tunc* G E: *Tum* O; *Tune* Wunderus p. XXXIV. — *caesar caue* G E C: *cave, Caesar* O — 19. *in Africa* G E[1] C: *in Africa Ligarius* E[2] O — *nunc*] *num* C — 21. *aput* G — *utitur* E: *utetur* G O — 24. *Q.*] *quinti* G — 25. *quicquam* M. Hauptius (*Philol. Schneidew.* I, p. 389) cum codice Gissensi; *quisquam* glossema esse vidit Mommsenius. — 26. *noui sceleris* G E C: *novi facinoris* alii codd.; *novi* (deleto substantivo) Patricius; *novi* [*facinoris*] O — *adferret* G E C — *Scelus tu - - alii timorem* affert Schol. Lucani VII, 313. — *uocasti* E.

bero? cur? Isto enim nomine illa adhuc causa caruit. Alii errorem appellant, alii timorem; qui durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam; qui gravissime, temeritatem: scelus praeter te adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quaeritur, fatalis quaedam calamitas incidisse videtur et improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat humana consilia divina necessitate esse superata. 18. Liceat esse miseros: quamquam hoc victore esse non possumus. Sed non loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris vero crimine, furoris, parricidii liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere. Quando hoc quisquam ex te, Caesar, audivit, aut tua quid aliud arma voluerunt nisi a te contumeliam propulsare? quid egit tuus invictus exercitus, nisi ut suum ius tueretur et dignitatem tuam? Quid? tu, cum pacem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret? 19. Mihi vero, Caesar, tua in me maxima merita tanta certe non viderentur, si me ut sceleratum a te conservatum putarem. Quo modo autem tu de re publica bene meritus esses, cum tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem tu illam existimavisti, Caesar, initio, non bellum, neque hostile odium, sed civile discidium, utrisque cupientibus rem publicam salvam, sed partim consiliis, partim studiis a communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat paene par, non par fortasse eorum, qui sequebantur; causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset; nunc melior ea iudicanda est, quam etiam di adiuverunt. Cognita vero clementia tua quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo nisi armatus? VII. 20. Sed ut omittam communem causam, veniamus ad nostram, utrum tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligarium ex Africa exire, an vos in Africam non venire? Poteramusne, inquies, cum senatus censuisset? Si me consulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium senatus idem legaverat; atque ille eo tempore paruit, cum parere senatui

---

1. *isto enim* G E: *enim isto* C; *isto* (om. *enim*) Schol. Lucani. — 3. *At mihi quidem sit proprium* G — 4. *et verum*] *ac ueri* C — *nomen nostri mali nomen* C — *quaeritur* C: *quaeratur* G E O. Cf. Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 199. II, p. 304. — 5. *inprouidas* G — *occupauisse* G E: *occupasse* O — 10. *parricidii liceat*] om. *liceat* G in fine versus vocabulo sex fere litterarum eraso; *parricidii. hactenus percaruerunt. Liceat* E — *Gñ.* E — *aliis* om. E — 11. *ex te quisquam* S — 12. *tuus* G E C: *tuus ille* O — 13. *nisi uti* C — 14. *an cum* (om. *ut*) C — 15. *civibus* om. C — *Caesar* om. C — 16. *tanta* om. C — 17. *esses* om. C — *cum* G E C: *si* O. Cf. Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 190. — 19. *existimauisti* G E: *existimasti* O — *in initio* C — *neque* G E: *nec* C; *non* O — 20. *discidium* G E C: *dissidium* O — *salvam* G E: *salvam esse* C — 21. *Principum -- sequebantur* afferunt Quintilianus IX, 3, 36; Isidorus Hisp. *Origg.* II, 21, 7; Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckst. p. 15, 29. — *principium dignitas* Auctor incertus; *principium dignitatis* Isidorus. — 22. *quae sequebantur* idem; *quae sequebatur* Auctor incertus. — *causa -- adiuverunt* affert Quintilianus V, 14, 1; *nunc melior -- adiuverunt* Schol. Lucani VII, 259 et VIII, 486; *melior ea causa iudicanda -- adiuverunt* idem ad I, 128. — 23. *nunc*] *Num* G — *melior* G E C, Quintilianus, Schol. Lucani (tribus locis): *melior certe* O — 24. *iudicanda*] *vocanda* C — *etiam*] *autem* C — *di* G: *dii* E O — 25. *occideret* G — 26. *veniam* Lambinus in marg. ed. a. 1584; sed v. Madvigium ad Cic. de Finn. I, § 24 et Halmium in ed. Lips. — *nostram, utrum* Madvigius (*Opusc. acad.* I, p. 159): *nostram. Utrum* O — 28. *an*] *vel* E — *vos*] *nobis* C — 29. *censuissem* C — *senatus idem*] *seniorem* C.

necesse erat; vos tunc paruistis, cum paruit nemo qui noluit. Reprehendo igitur? Minime vero; neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiae, disciplinae. Sed hoc non concedo, ut, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis. 21. Tuberonis sors coniecta est ex senatus consulto, cum ipse non adesset, morbo etiam impediretur: statuerat excusare. Haec ego novi propter omnes necessitudines, quae mihi sunt cum L. Tuberone: domi una eruditi, militiae contubernales, post affines, in omni denique vita familiares; magnum etiam vinculum, quod isdem studiis semper usi sumus. Scio igitur Tuberonem domi manere voluisse: sed ita quidam agebat, ita rei publicae sanctissimum nomen opponebat, ut, etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. 22. Cessit auctoritati amplissimi viri vel potius paruit: una est profectus cum iis, quorum erat una causa. Tardius iter fecit; itaque in Africam venit iam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur vel ira potius. Nam, si crimen est [illum] voluisse, non minus magnum est vos Africam, arcem omnium provinciarum, natam ad bellum contra hanc urbem gerundum, obtinere voluisse, quam aliquem se maluisse. Atque is tamen aliquis Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat; fasces certe habebat. 23. Sed quoquo modo se illud habet, haec querella, Tubero, vestra quid valet? «Recepti in provinciam non sumus.» Quid si essetis? Caesarine eam tradituri fuistis an contra Caesarem retenturi? VIII. Vide, quid licentiae, Caesar, nobis tua liberalitas det vel potius audaciae. Si responderit Tubero, Africam, quo senatus eum sorsque miserat, tibi patrem suum traditurum fuisse, non dubitabo apud ipsum te, cuius id eum facere interfuit, gravissimis verbis eius consilium reprehendere. Non enim, si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. 24. Sed iam hoc totum omitto, non tam ne offendam tuas patientissimas aures, quam ne Tubero quod numquam cogitavit facturus fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam, provinciam unam ex omnibus huic victoriae maxime infestam, in qua erat rex potentissimus inimicus huic causae, aliena voluntas, conventus firmi atque magni. Quaero: quid facturi fui-

---

1. *tunc* G E: *tum* O — *nemo nisi qui voluit* speciosa interpolatione cod. Ursini et Victorianus Soldani. — 4. *Tuberonis* cod. Ambrosianus antiquissimus (v. Schol. Cic. II, p. 372) cum plerisque aliis: *Tuberoni* G E — *sors*] *consors* corr. in *cum sors* G — 6. *excusare se* cod. Ursini; *se excusare* alii. — 7. *militiae contubernales* affert Claudius Sacerdos I, 55. — 9. *iisdem* G E O — 11. *obponebat* E — 12. *Cessit amplissimi viri auctoritati vel potius paruit* Isidorus Hispal. *Origg.* V, 25, 32. — 13. *cum his* G — 16. *illum voluisse* G E: *ullum voluisse* duo codd. Palatini; *prohibere illum voluisse* C O. Lectio *ullum voluisse* multis placuit, e quibus Madvigius cum aliis *ullum* pro nominativo gen. neutr., Halmius pro accusativo gen. masc. habet. Sed *ullum* ad *crimen* relatum otiosum est, *ullum* pro *quemquam* autem dubiae Latinitatis; *illum* perversum glossema videtur. — 17. *gerundum* G C: *gerendum* E O — *optinere* C — 19. *Varus -- habebat* affert Schol. Lucani IV, 667 et VIII, 287. — 20. *se illud* G: *illud se* E; *sese illud* O — *habeat* G E; *habebat* duo codd. Soldani. — *querella* unus cod. Soldani: *querela* G E O ubique. — *tubero uestra* G: *vestra, Tubero* O; in E *Tubero* superscriptum est. — 22. *fuistis* Lambinus: *fuissetis* codd. et O. Vide Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 199 et II, p. 305. Cf. v. 32. — 23. *Caesar* om. S — 24. *patrem suum*] superscr. «vel *patri suo*» in E — 25. *te cuius* corr. in *tutius* G — 26. *gratissimis* G — 27. *etiam eodem probata* C — 28. *non tam ne* multi codd. Soldani: *non tam propter id ne* G E; *non tam propter id ne ultra* C; *non tam ut ne* O. Cf. Madvigium II, p. 305. — 29. *fuisse*] *esse* E solus. — 32. *voluntas conventus* O.

stis? quamquam quid facturi fueritis dubitem, cum videam, quid feceritis? Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere, et prohibiti summa iniuria. 25. Quo modo id tulistis? acceptae iniuriae querellam ad quem detulistis? Nempe ad eum, cuius auctoritatem secuti in societatem belli veneratis. Quod si Caesaris causa in provinciam veniebatis, ad eum profecto exclusi provincia venissetis. Venistis ad Pompeium. Quae est ergo apud Caesarem querella, cum eum accusetis, a quo queramini prohibitos esse vos contra Caesarem gerere bellum? Atque in hoc quidem vel cum mendacio, si vultis, gloriemini per me licet, vos provinciam fuisse Caesari tradituros. Etiamsi a Varo et a quibusdam aliis prohibiti estis, ego tamen confiteor culpam esse Ligarii, qui vos tantae laudis occasione privaverit. IX. 26. Sed vide, quaeso, Caesar, constantiam ornatissimi viri [Tuberonis], quam ego, quamvis ipse probarem, ut probo, tamen non commemorarem, nisi a te cognovissem in primis eam virtutem solere laudari. Quae fuit igitur umquam in ullo homine tanta constantia? constantiam dico? nescio an melius patientiam possim dicere. Quotus enim istud quisque fecisset, ut, a quibus partibus in dissensione civili non esset receptus, esset etiam cum crudelitate reiectus, ad eos ipsos rediret? Magni cuiusdam animi atque eius viri est, quem de suscepta causa propositaque sententia nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum possit depellere. 27. Ut enim cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium, quae nequaquam fuerunt, hoc certe praecipuum Tuberonis, quod iusto cum imperio ex senatus consulto in provinciam suam venerat. Hinc prohibitus non ad Caesarem, ne iratus, non domum, ne iners, non in aliquam regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus erat,

---

1. *dubitem* cod. Coloniensis Gruteri: *non dubitem* (sublata interrogatione) GEO; *num dubitem* Weiskius et Bakius ad Cic. de Legg. p. 616. Vide Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 303 sq. — *uideam quod* G — 2. *in provinciam vestram pedem componere* C — *prohibiti* GEC: *prohibiti, ut perhibetis* O. Vide Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 199 sq. — 3. *iniuria* G: *cum iniuria* CEO. Cf. p. 1203, 2. — *tulistis accepta iniuria? querela* C — 6. *provinciam* C — *venistis ad Pompeium* om. C — 7. *est ergo apud* GE: *est haec apud* C; *est ergo haec apud* O — *accusetis* GE: *accusatis* O — 8. *prohibitos esse uos* GE: *prohibitos vos* C; *vos prohibitos* O. Cf. 1197, 7. — *gerere bellum* GE: *bellum gerere* O — *Atque in hoc quidem cum mendacio si vis gloriari, per me licet* Priscianus XVIII, 30, 295; sed in cod. Paris. 7496 legitur *vel cum mendacio si vultis gloriemini* cet. — 9. *vultis* G: *velitis* CE — *gloriemini* C: *gloriamini* G¹; *gloriari* G²E — 10. *tradituros. Etiam si -- prohibiti estis, ego tamen* Garatonius (in commentario inedito) et Madvigius (*Opusc. acad.* I, p. 159 sqq.): *tradituros, etiam si -- prohibiti essetis. Ego autem* O (*estis* firmat cod. Vindob. 3 Soldani.)— *et a quibusdam* GE: *et quibusdam* (om. *a*) O — 11. *confiteor* G: *confitebor* EO — 12. *Caesar* GE: *C. Caesar* O — 13. *viri* om. E¹ — *Tuberonis* GE¹: *L. Tuberonis* E²O. Glossema esse arguit praenominis in optimis codd. omissio. — 14. *probarim* GE; sed cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 46. — 16. *melius* om. C — 17. *quisque istud* E solus. — 18. *partibus* om. codd. deteriores multi; deletum videtur ab iis, qui synesin in verbis *eos ipsos* (v. 19) non agnoverunt. — *esset etiam* GE: *essetque etiam* O — 19. *eos ipsos* GE¹: *eas ipsas* E²O; *eas ipsas partes* C — 20. *est* om. GEC, fortasse alio loco reponendum. Orellius malebat *eius est viri* coll. Cic. de Rep. I, 29: *magni cuiusdam civis et divini paene est viri.* — 21. *possit* GEC: *posset* O — 23. *Tuberonis* GE¹C: *Tuberonis fuit* E²O — *quod in iusto* G — 24. *Hinc prohibitus -- quam secutus* affert Iulius Rufinianus *de fig. sent. et eloc.* § 34. — 25. *non ad domum* Rufinianus. — *ne in RS* C — *in aliquam* GE: *aliquam in* O cum Rufiniano. — 26. *condempnare* C — *erat* GE: *esset* O.

videretur: in Macedoniam ad Cn. Pompeii castra venit, in eam ipsam causam, a qua erat reiectus iniuria. 28. Quid? cum ista res nihil commovisset eius animum, ad quem veneratis, languidiore, credo, studio in causa fuistis; tantum modo in praesidiis eratis, animi vero a causa abhorrebant: an, ut fit in civilibus bellis, — nec in vobis magis quam in reliquis; omnes enim vincendi studio tenebamur. Pacis equidem semper auctor fui, sed tum sero; erat enim amentis, cum aciem videres, pacem cogitare. — Omnes, inquam, vincere volebamus, tu certe praecipue, qui in eum locum veneras, ubi tibi esset pereundum, nisi vicisses: quamquam, ut nunc se res habet, non dubito quin hanc salutem anteponas illi victoriae. X. 29. Haec ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiae vestrae aut Caesarem beneficii sui paeniteret. Nunc quaero, utrum vestras iniurias an rei publicae persequamini. Si rei publicae, quid de vestra in illa causa perseverantia respondebitis? si vestras, videte ne erretis, qui Caesarem vestris inimicis iratum fore putetis, cum ignoverit suis.

Itaque num tibi videor in causa Ligarii esse occupatus? num de eius facto dicere? Quidquid dixi, ad unam summam referri volo vel humanitatis vel clementiae vel misericordiae. 30. Causas, Caesar, egi multas equidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum, certe numquam hoc modo: «Ignoscite, iudices: erravit, lapsus est, non putavit; si umquam posthac.» Ad parentem sic agi solet, ad iudices: «Non fecit, non cogitavit; falsi testes, fictum crimen.» Dic te, Caesar, de facto Ligarii iudicem esse; quibus in praesidiis fuerit, quaere: taceo, ne haec quidem colligo, quae fortasse valerent etiam apud iudicem: «Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppressus, in eo ipso non acerbus, iam est totus animo ac studio tuus.» Ad iudicem sic, sed ego

---

1. *pompei* E — 2. *eiectus* C — *iniuria* G E^1 C: *cum iniuria* E^2 O. Cf. p. 1202, 3. — 5. *ut fit*] *iuuit* C — Post verba *in civilibus bellis* lacunam esse statuit Madvigius (*Opusc. acad.* I, p. 156 sq. II, p. 325 sq.), rectius anacoluthian ex parenthesi ortam Ravius (*Var. Lectt.* II, p. 206 sq.) et C. E. Putschius (*Tabular. philol. et paedagog.* XIX, pag. 538 sq.). — *neque* C solus. — 6. *enim* G E: om. C O. (In O totus locus sic distinctus est: *abhorrebant. An, ut fit in civilibus bellis, nec in vobis magis, quam in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis* cet.) — *tenebantur* C, ut in E superscriptum est. — 7. *sed tamen sero* C; *sed tum sero erat* Madvigius *Opusc. acad.* I, p. 158 n. — 8. *Omnes, omnes, inquam* O ex prava Goerenzii coniectura; vide Madvigium I, p. 157 et 517. — 9. *praecipue* om. C — *ueneras* G E: *venisses* C O — *ubi*] *uti* C — 10. *ut*] *enim ut* E — 11. *illi quam habere potuisses si uinceres uictoriae* G — 12. *aut* ante *vos* om. C — *poeniteret* G E O — 14. *in illa* G E C: *in ea* O — 17. *videor* G E C: *videor, Caesar* O — *esse occupatus* G E C: *occupatus esse* O — 19. *misericordiae* G E^1: *misericordiae tuae* E^2 O — *Causas* - - *si umquam posthac* affert Quintilianus VII, 4, 17. — 20. *et quidem* G E. Eadem varietas est p. 1187, 15. 1192, 20. 1229, 24.— *bonorum* E — 21. *non putavit, lapsus est* (hoc verborum ordine) affert Donatus ad Terent. Andr. I, 1, 86. — *ad iudices*] *aliud* (pro *ad iud.*) C — 23. *te oro Caesar* C — *tacto* G; *factis* C — 24. *quaerere* C — 27. *acerbus*] superscr. *fuit* in E — *iam est totus* Madvigius (*Opusc. acad. alt.* p. 325): *tam etsi totus* G E; *totus* (om. *tametsi*) O — *ac* G E: *et* O — *sic* Lambinus (in marg. ed. 1584): *sic agi solet* G E O. «Quod in editionibus additur, *agi solet*, quoniam in Pithoeano, 2 Oxonn., ed. Veneta a. 1483 deest, non dubito quin recte Lambinus (sine dubio ex suis optimis codd.) deleri voluerit. Quam facile illud ex iis, quae praecedunt, intelligi potuerit, perspicuum est: quantum brevitati dicendi, quam Cicero consulto h. l. sequitur, eo additamento noceatur, nemo non sentit. Quod autem maximum est, ne aptum quidem

apud parentem loquor: «Erravit, temere fecit, paenitet; ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, ut ignoscatur oro.» Si nemo impetravit, arroganter: si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. 31. An sperandi Ligario causa non sit, cum mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi? quamquam nec in hac oratione spes est posita causae, nec in eorum studiis, qui a te pro Ligario petunt, tui necessarii. XI. Vidi enim et cognovi, quid maxime spectares, cum pro alicuius salute multi laborarent: causas apud te rogantium gratiosiores esse quam vultus; neque te spectare, quam tuus esset necessarius is, qui te oraret, sed quam illius, pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, ut mihi beatiores illi videantur interdum, qui tua liberalitate fruuntur, quam tu ipse, qui illis tam multa concedas; sed video tamen apud te causas, ut dixi, valere plus quam preces, ab iisque te moveri maxime, quorum iustissimum videas dolorem in petendo.

32. In Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis, sed hoc, quaeso, considera, quod soles. Possum fortissimos viros, Sabinos, tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, florem Italiae ac robur rei publicae proponere. Nosti optimos homines. Animadverte horum omnium maestitiam et dolorem: huius T. Brocchi, de quo non dubito quid existimes, lacrimas squaloremque ipsius et filii vides. 33. Quid de fratribus dicam? Noli, Caesar, putare, de unius capite nos agere. Aut tres tibi Ligarii retinendi in civitate sunt aut tres ex civitate exterminandi. Nam quodvis exsilium his est optatius quam patria, quam domus, quam di penates, uno illo exsulante. Si fraterne, si pie, si cum dolore faciunt, moveant te horum lacrimae, moveat pietas, moveat germanitas; valeat tua vox illa, quae vicit. Te enim dicere audiebamus, nos omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent, te omnes, qui contra te non essent, tuos. Videsne igitur hunc splendorem omnium, hanc Brocchorum domum, hunc L. Marcium, C. Caesetium, L.

---

illud *agi solet* est: ex contraria sententia *sed ego ad parentem loquor* cum facillime, tum aptissime intelligitur *loquerer (dicerem)*. Cf. quae proxime praecedunt: *Ne haec quidem colligo, quae fortasse valerent etiam apud iudicem* cet.» Wesenberg ad or. p. Sestio p. 50 n. Similia ante eum adnotaverat Garatonius, cui recte glossema ex superioribus (v. 22) *ad parentem sic agi solet* confictum videtur. — 1. *apud* G E: *ad* O — *erravit, temere fecit* cod. Pithoeanus cum quibusdam aliis: *Erravi, temere feci* G E O. Vide Madvig. *Opusc. acad.* I, p. 200 sq. — *poenitet* G E O — 2. *ignoscatur* G E: *ignoscas* O — 3. *imperavit* G — *arroganter peto si* C — *tu da salutem, qui spem dedisti* Donatus ad Terent. Andr. II, 1, 19 ex memoria. — 4. *An sperandi -- deprecandi* affert Quintilianus V, 10, 93. — *sperandi de causa non erit* C — 5. *nec* G E: *neque* O — *ratione* E — *posita huic causae* G — 8. *gratiores* E¹ — 9. *vultus* C: *preces* G E, sed in E superscriptum est «vel *vultus*». Vide Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 304 sq. — *neque id exspectare* G; fort. *neque id te spectare* — *is* om. G — 10. *quam*] *qua* corr. ab eadem manu in *quae* E — *illius*] superscriptum ab eadem m. *causa* in E — *tu* om. G E; sed vide Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 314 sq. — 11. *ita* om. E — *multum* C — *illi* C: *esse illi* E; *illi esse* G O — 12. *fruantur* C — *concedas* G E C: *concedis* O — 13. *apud te causas ut dixi ualere* G E¹ C: *apud te rogantium causas ut dixi ualere* E²; *apud te causas, ut dixi, rogantium valere* O — *ab isque* C; *ab hisque* E — 14. *movere* C — *uideas dolorem* G E: *dolorem videas* O — 15. *Q.*] *quinto* E — 18. *optimos* G E: *optime* O — 19. *T.*] *titi* G E — 20. *quod* E — *extimes* G — *squalorem ipsius* C — 23. *ex*] *e* E — *nam* G E: om. O — *exilium* G — 24. *di* G: *dii* E O — *exulante* G — 25. *te* om. C — 29. *omnium* G E: *omnem* C O — *machrum* G; *macrum* E¹; *marcum* E² — *caertium* G.

Corfidium, hos omnes equites Romanos, qui adsunt veste mutata, non solum notos tibi, verum etiam probatos viros, qui tecum fuerunt? Atque his irascebamur, hos requirebamus, his non nulli etiam minabamur. Conserva igitur tuis suos, ut, quem ad modum cetera, quae dicta sunt a te, sic hoc verissimum reperiatur. XII. 34. Quod si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum, omnes fratres tecum iudicares fuisse. An potest quisquam dubitare quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia fuerit futurus, in qua fratres fuerunt? Quis est, qui horum consensum conspirantem et paene conflatum in hac prope aequalitate fraterna noverit, qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerunt, tempestate abreptus est unus, qui, si consilio id fecisset, esset eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti. 35. Sed ierit ad bellum, dissenserit non a te solum, verum etiam a fratribus: hi te orant tui. Equidem, cum tuis omnibus negotiis interessem, memoria teneo, qualis T. Ligarius quaestor urbanus fuerit erga te et dignitatem tuam. Sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, qui oblivisci nihil soles nisi iniurias, quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de huius illo quaestorio officio, etiam de aliis quibusdam quaestoribus reminiscentem, recordari. 36. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud — neque enim haec divinabat — nisi ut tui eum studiosum et bonum virum iudicares, nunc a te supplex fratris salutem petit: quam huius admonitus officio cum utrisque his dederis, tres fratres optimos et integerrimos non solum sibi ipsos neque his tot talibus viris neque nobis necessariis tuis, sed etiam rei publicae condonaveris. 37. Fac igitur, quod de homine nobilissimo et clarissimo fecisti nuper in curia, nunc idem in foro de optimis et huic omni frequentiae probatissimis fratribus. Ut concessisti illum senatui, sic da hunc populo, cuius voluntatem carissimam semper habuisti, et, si ille dies tibi gloriosissimus, populo Romano gratissimus fuit, noli, obsecro, dubitare, C. Caesar, similem illi gloriae laudem quam saepis-

---

1. *cornifidium* C — *hos* G E: *hosce* O — 2. *uiros qui tecum fuerunt* G E: *viros? Tecum fuerunt* de sua coniectura O — 3. *minabamur* G E: *minabantur* O — 7. *Q.*] *quintus* G — 8. *fuerit futurus* cod. Parisinus 7830 et Vindob. 3 Soldani: *fuisset futurus* G E; *futurus fuerit* O. Cf. Madvigium *Opusc. acad. alt.* p. 229. — 9. *prope*] *proprie* C — 10. *noverit, qui* Theod. Hansing: *non noverit? qui* codd. et O — 14. *dissenserit* G E: *discesserit* O. «Non dubito verissimam lectionem *dissenserit* restituere. Hic enim animi dissensio significatur, ut supra modo: *quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur.* Quod ibi negatur, hic artificio oratorio conceditur.» Garatonius. — 16. *qualis* G E¹ C: *qualis tum* E² O — *T.*] *titus* G E; om. C — 18. *spero, Caesar, qui oblivisci nihil soles nisi iniurias* Lactantius Divin. Institut. VI, 18; *qui nihil soles oblivisci nisi iniurias* Quintilianus VI, 3, 108. — *nisi* om. E — *quoniam - - quoniam*] *quam - - quam* G E — 20. *officio* G E¹: *officio cogitantem* E² O. Cf. Wunderum *Var. Lectt.* p. XXVI. — 22. *ut tui eum* Patricius et Gulielmius cum schedis Puteani: *ut tu eum* G E; *ut eum tuis* (sic) C; *ut tu eum tui* O. Cf. Wunderum l. l. p. XXXI. — 23. *qua huius* C — 25. *sibi ipsos* G E: *sibi ipsis* cod. Barberinus Garatonii et ex Ernestii coniectura O; utramque vocem om. C. Cf. p. 680, 11. 1188, 12. — *tot talibus* G C: *tot ac talibus* E O. Cf. p. 1111, 11. 1170, 30. — *tuis* G E: *suis* O; om. C. «Adnumerat se Cicero cum grata quadam licentia necessariis Caesaris, qui pro Q. Ligario supplicabant, qualis erat C. Pansa.» Halm. Fort. *nobis nec nec. t.* — 26. *condonabis* G — 27. *clarissimo* G E¹ C: *cl. M. Marcello restituto* E²; *clarissimo, M. Marcello* O — 29. *clarissimam* C — 30. *tibi* om. C.

sime quaerere. Nihil est tam populare quam bonitas; nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordia est. 38. Homines enim ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua maius, quam ut possis, nec natura melius, quam ut velis servare quam plurimos. Longiorem orationem causa † forsitan postulat, tua certe natura breviorem. Quare, cum utilius esse arbitrer te ipsum quam me aut quemquam loqui tecum, finem iam faciam: tantum te admonebo, si illi absenti salutem dederis, praesentibus his omnibus daturum.

---

1. *Nihil -- bonitas* affert Quintilianus VIII, 5, 3. — *est* G E^1 C et Quintilianus: *est enim* E^2 O — *nulla -- misericordia est* affert Augustinus *de civit. dei* IX, 5. — 2. *plurimis* om. Augustinus. — *est* om. C — 3. *re* om. G — 4. *Nihil -- plurimos* affert Quintilianus VIII, 5, 7. — *habet, Caesar, nec* Quintilianus. — *natura* G C et Quintilianus: *natura tua* E O; cf. Madvigium *Opusc. acad.* I, p. 145 n. — 5. *servare quam plurimos* affert Quintilianus IX, 4, 107. — 6. Halmius suspicatur aut *forsitan postularit* aut *fortasse postulat,* ut est in extrema epistola ad Atticum II, 23, 3: *magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat, coniunctio vero nostrorum animorum brevitate contenta est.* — 7. *esse* margini adscriptum habet E — *quam me* G E: *quam ut me* C; *quam aut me* O — 8. *te* G E: *te ipsum* codd. multi; *te* [*ipsum*] O — *dederis* margini adscriptum habet E — 9. *daturum* G E^1: *te daturum* E^2 O. — *Explicit pro Q. Ligario* G; subscriptione caret E.

M. TULLII CICERONIS
PRO REGE DEIOTARO
ORATIO APUD GAIUM CAESAREM.

EX RECOGNITIONE

CAROLI HALMII.

NOTARUM EXPLICATIO.

B = codex quondam Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345, a BAITERO collatus.
D = codex Gudianus num. 2 nunc in bibliotheca Wolfenbuttelana.
E = codex Erfurtensis a WUNDERO et FREUNDIO collatus.
F = codex Fuldensis saec. XV ab ERNESTO DRONKE collatus.
G = codex Gudianus num. 335 saec. X nunc in bibliotheca Wolfenbuttelana. Hunc et Gudianum secundum A. FLECKEISENUS iterum excussit.
R = codex Oehlerianus, nunc Gissensis, saec. XIIII.
S = codex Salisburgensis aulicus n. 34, nunc Monacensis Latinus num. 15734. Huius et Oehleriani lectiones ipse exscripsi.
C = B D E S, ad quam familiam etiam pertinet Parisinus XI (num. 1778), quo usus est Steinmetzius.
mei = B D E F G R S.
Col. = Coloniensis Graevii, a quo diversus videtur fuisse Coloniensis Gulielmi, cuius schedis Gruterus usus est.
O = editio Orelliana prior. Iterum Orelli orationem a. 1836 in orationibus selectis XV publicavit.

Praeter haec subsidia ad manum habuimus commentarium ineditum, quem GARATONI fere perfectum in schedis suis reliquit. Lectiones codicum Monacensium et Helmstadtiensis insunt in editione Aug. Ferd. Soldani (Hanoviae 1836. 8.), qui item usus est codicibus D G S, sed in horum quidem lectionibus exscribendis eum non satis diligenter versatum esse cognovimus.

I. 1. Cum in omnibus causis gravioribus, C. Caesar, initio dicendi commoveri soleam vehementius, quam videtur vel usus vel aetas mea postulare, tum in hac causa ita me multa perturbant, ut, quantum mea

---

INSCRIPTIO ORATIONIS. *PRO REGE DEIOTARO* B D E G S (sed D *deiotharo*); *PRO DEIOTARO REGE* F; *pro deiocaro* R (ut nomen semper scriptum est); *pro rege Deiotaro apud Gayum Caesarem* Palat. IX.

1. *Qum* R; *Cum -- perturbant* affert Priscianus Vol. II, p. 264 Kr. — *G.* D G R, ut G R fere semper; *Cai* F — *inicium* D; *uicio* R — 2. *videtur* mei: *videatur* Col. et 4 Oxx. — 3. *tum*] *tamen* S — *ita* om. R; *ita multa me* D, Col. Prisc., sed D cum signis transpositionis; *multa* om. Schol.

fides studii mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat. Primum dico pro capite fortunisque regis, quod ipsum, etsi non iniquum est in tuo dumtaxat periculo, tamen est ita inusitatum, regem reum capitis esse, ut ante hoc tempus non sit auditum. 2. Deinde eum regem, quem ornare antea cuncto cum senatu solebam pro perpetuis eius in nostram rem publicam meritis, nunc contra atrocissimum crimen cogor defendere. Accedit ut accusatorum alterius crudelitate, alterius indignitate conturber. Crudelem Castorem, ne dicam sceleratum et impium, qui nepos avum in capitis discrimen adduxerit adolescentiaeque suae terrorem intulerit ei, cuius senectutem tueri et tegere debebat, commendationemque ineuntis aetatis ab impietate et scelere duxerit; avi servum corruptum praemiis ad accusandum dominum impulerit, a legatorum pedibus abduxerit. 3. Fugitivi autem dominum accusantis, et dominum absentem et dominum amicissimum nostrae rei publicae, cum os videbam, cum verba audiebam, non tam afflictam regiam conditionem dolebam quam de fortunis communibus extimescebam. Nam cum more maiorum de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri liceat, in qua quaestione dolor elicere veram vocem possit etiam ab invito, exortus est servus, qui, quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus. II. 4. Perturbat me, C. Caesar, etiam illud interdum, quod tamen, cum te penitus recognovi, timere desino; re enim iniquum est, sed tua sapientia fit aequissimum. Nam dicere apud eum de facinore, contra cuius vitam consilium facinoris inisse arguare, cum per se ipsum consideres, grave est; nemo enim fere est, qui sui periculi iudex non sibi se aequiorem quam reo praebeat: sed tua, Caesar, praestans singularisque natura hunc mihi metum minuit. Non enim tam timeo quid tu de rege Deiotaro, quam intelligo quid de te ceteros velis iudicare. 5. Moveor etiam loci ipsius insolentia, quod tantam causam, quanta nulla umquam in disceptatione versata est, dico

---

1. *Deiotari* om. D; *Deiocari* R et sic semper. — *tantum mihi facultatis* F, Dresd. et 5 Oxonn. contra Eumenium, qui in Paneg. p. restaur. schol. c. 3 locum imitatus est. — 2. *regis* C: *regis Deiotari* G R F — 3. *ipsum si* G — 4. *reum capitis* mei et Col.: *capitis reum* O — 5. *quem -- meritis* habet Martianus Capella V, p. 502. — *ante* B D — 6. *solebam* G R F et Capella: *solebamus* C et Col.; cf. Madvigii Op. II, p. 307. — 8. *conturber* C et Col.: *perturber* G R F — *crudelem Castorem* G R F et Col.: *crudelis Castor* B E Schol.; *crudelis Castor est* D S; cf. Madv. l. c. p. 308. — 9. *in capitis discrimen* C: *in discr. capitis* G R F O — 10. *ei* om. B D E — 11. *debeat* G — 12. *et scelere* C: *et ab scelere* Col. G R F O — *acui* G, sed *c* punctata. — 13. *inpulerit* E G — *a* C: *et a* G R F O — *adduxerit* R — 14. *accusantes* G — 15. *cum hos* G R; *cum hoc* F — *cum verba audiebam* om. D E R S[1]; cf. Madv. l. c. p. 308. — 17. *nec torm.* G F — 18. *in qua -- invito* habet Arus. Messius p. 228 L. — *veram vocem elicere* O contra meos et Arus. — 19. *posset* G — *ab uito* G; *ab initio* D — *exortus -- solutus* affert Donatus ad Ter. Hec. II, 1, 16. (*extortus* B S) — *qui*] *ut* Col., *uel* B — 20. *possit* R — *accusaret* coni. Ernesti. — *Petebat me* R — *C.*] *ergo* D et sic saepius ex confusione siglorum *g* cum *o* sup. lin. (= *ergo*) et *g* cum accentu sive signo vocativi. — 21. *illud etiam* ed. Lamb. 1566. — *penitus te* R — 22. *tua patientia* F[1] — *sit aequissimum. nam diceret* G — 23. *de facinore apud ipsum* R — 24. *iniisse* D S — *arguere* D — *cum* C F: *si* G R O et Col. — *ipsum* om. Col. — *grave* sine *est* D; *iniquum est* F — 26. *C. Caesar* O contra meos. — *minuet* Col. — 27. *quod tu* G — *intellego* G — 28. *certos* R — *loci ipsius ui insolenti* G; *ipsius insolencia loci* R (*moveor etiam loci insolentia* habent Donatus et Eugraphius ad Ter. Andr. V, 4, 4).

intra domesticos parietes, dico extra conventum et eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent: in tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco, te unum intueor, ad te unum omnis mea spectat oratio: quae mihi ad spem obtinendae veritatis gravissima sunt, ad motum animi et ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora. 6. Hanc enim causam, C. Caesar, si in foro dicerem, eodem audiente et disceptante te, quantam mihi alacritatem populi Romani concursus afferret! Quis enim civis ei regi non faveret, cuius omnem aetatem in populi Romani bellis consumptam esse meminisset? Spectarem curiam, intuerer forum, caelum denique testarer ipsum. Sic, cum et deorum immortalium et populi Romani et senatus beneficia in regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi deesse posset oratio. 7. Quae quoniam angustiora parietes faciunt actioque maximae causae debilitatur loco, tuum est, Caesar, qui pro multis saepe dixisti, quid mihi nunc animi sit, ad te ipsum referre, quo facilius cum aequitas tua tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam.

Sed ante quam de accusatione ipsa dico, de accusatorum spe pauca dicam; qui cum videantur nec ingenio nec usu atque exercitatione rerum valere, tamen ad hanc causam non sine aliqua spe et cogitatione venerunt. III. 8. Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescii; affectum illum quibusdam incommodis et detrimentis propter offensionem animi tui meminerant [teque cum huic iratum tum sibi amicum esse cognoverant], cumque apud ipsum te de tuo periculo dicerent, fore putabant ut in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. Quam ob rem hoc nos primum metu, Caesar, per fidem et constantiam et clementiam tuam libera, ne residere in te ullam partem iracundiae suspicemur. Per dexteram istam te oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti; istam, inquam, dexteram, non tam in bellis neque in proeliis

---

1. *domesticos* om. G et Col. — *dico -- solent* affert Arusianus p. 248 et deinde *in tuo -- acquiesco* p. 216. — 2. *adquiesco* D E G S — 3. *intuor at te* D; *intuor te* B; *ad* E sup. lin. — *omnis mea* B E S: *omnis* om. D, *mea* om. G R F Col. Schol. — *oratio. Quae* O — 4. *optinendae* G — *gratissima* E pr. m. — *et*] *etiam* B D S — 5. *impetum* om. D — *enim* om. R — 6. *causam C. Caesar* C: *C. Caesar causam* F G R O — 7. *adferret* G — 8. *ei regi* R F: *ei rei* G; *ei* om. C (sed in E *ei reo* sup. lin.) — *favere* D — *aetatem omnem in r. p. bellis* F — 10. *eum* R — *et* duo priora om. G; *et* primum om. F — 11. *beneficio* R — *in rege Deiotaro* G F — 12. *mihi* om. D — *quoniam* om. R — 13. *faciunt parietes* D S — *maximae causae* mei: *causae maxime* O — *esse* G — 14. *dixi* Col. — *qui* G — *nunc mihi* O — 15. *cum* E F G et B corr.: *tum* B¹ S R O; *tamen* D — 17. *ipsa* om. R — 18. *dicam* om. B — *neque ingenio neque usu* G R O — *usu rerum atque exercit.* coni. Ernesti; Garatoni *rerum* pro glossemate habet coll. p. Cluent. § 84 et de Orat. III, § 77. — 19. *cognitione* D — 20. *deiocaro regi* R — *affectum* G R F: *afflictum* C Col. Schol.; at cf. Madv. l. c. II, p. 308. — 22. *teque -- cognoverant* cum Madvigio (Op. I, p. 148) seclusimus. — *esse* om. O — 23. *quodque* G R — *apud te ipsum* F et Col. — *forte* D — 24. *animo* om. R — *crimen fictum* F — *consideret* G — 25. *hoc*] *est hec* D — *metu Caesar* B D G R S Schol.: *Caesar metu* E solus; *metu C. Caesar* F O — *et per clementiam* B E S — 26. *tuam* om. B — *nec* E — *partem ullam in te* R — *suspiceremur* G — 27. *Per -- oro* et *non tam -- firmiorem* affert Eugraphius ad Ter. Andr. I, 5, 54. — *per dext. istam te* B E F G S et Col. (sed S *dextram*, F *illam*): *per istam dext. te* D; *per dext. tuam te* R cum Eugraphio; *per dext. te istam* O; *per te dext. istam* coni. Orelli; *per dext. istam tuam obtestor* ex memoria citat Rufinianus de fig. sent. § 16. — *rei* G — 28. *istam -- firmiorem* habet Prisc. I, p. 114, ubi Krehlius ex codd. dett. *dextram*,

quam in promissis et fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renovare voluisti; te eius di penates acceperunt, te amicum et placatum Deiotari regis arae focique viderunt. 9. Cum facile orari, Caesar, tum semel exorari soles. Nemo umquam te placavit inimicus, qui ullas resedisse in te simultatis reliquias senserit. Quamquam cui sunt inauditae cum Deiotaro querellae tuae? Numquam tu illum accusavisti ut hostem, sed ut amicum officio parum functum, quod propensior in Cn. Pompei amicitiam fuisset quam in tuam: cui tamen ipsi rei veniam te daturum fuisse dicebas, si tantum auxilia Pompeio, vel si etiam filium misisset, ipse aetatis excusatione usus esset. Ita cum maximis eum rebus liberares, perparvam amicitiae culpam relinquebas. 10. Itaque non solum in eum non animadvertisti, sed omni metu liberavisti, hospitem agnovisti, regem reliquisti. Neque enim ille odio tui progressus, sed errore communi lapsus est. Is rex, quem senatus hoc nomine saepe honorificentissimis decretis appellavisset quique illum ordinem ab adolescentia gravissimum sanctissimumque duxisset, isdem rebus est perturbatus homo longinquus et alienigena, quibus nos in media re publica nati semperque versati. IV. 11. Cum audiret senatus consentientis auctoritate arma sumpta, consulibus, praetoribus, tribunis plebis, nobis imperatoribus rem publicam defendendam datam, movebatur animo, et vir huic imperio amicissimus de salute populi Romani extimescebat, in qua etiam suam esse inclusam videbat: in summo tamen timore quie-

---

ut est in S, edidit. — *tam* delendum censuerunt Manutius, Freinshemius (ad Curt. VI, 4, 14), Muretus in marg. exempli sui, quo Garatoni usus est; at v. adnot. nostram in ed. Lips. et locum simillimum Livii 28, 39, § 12. — *inbecillis* D; *in* om. R — *neque* G R F Col. et Prisc.: *nec* C — *praeliis* D G (*in proeliis et in bellis* Eugraphius) — 1. *in* om. C (habet etiam Prisc.) — 2. *reuocare* S — *dii* O — 3. *et*] *te* R — *viderant* D — *facile orari* C F Col.: *facile exorari* G R et sic Madvigius, sed uncinis additis. — 4. *tum semel tu* Col. et E (?) teste Graevio. — *soleo* B — *placuit* B¹ — 5. *residisse* Col. et B¹; *redisse* E¹ (*in te resedisse* R) — *cui* om. D — 6. *auditae* F — *cum*] *de* D S — *querelae* O — *illum tu* G R — 7. *parum officio* F — 8. *Gn.* D R; om. G F — *Pompei* D E (et sic alias): *Pompeii* O — *ipsi regi* D F S — 9. *daturum esse* E; *fuisse* om. S — *si tantum* Col. et Par. 7 (apud Steinmetzium), ut Ursinus et Patricius coniecerunt: *si cum* C G R O; *si tum* F et alii aliquot. Incertum est sitne *cum (tum)* in *tantum* corrigendum an deleto *cum* scribendum: *si auxilia -- misisset.* — *vel si etiam* mei: *vel etiam* O — 10. *ipse* G R Col.: *ipse tamen* C — *aetatis excusatione* C G F: *excus. aetatis* O; *excusacione etatis sue* R — *est* E, *fuisset* F R — *ita cum* Lamb. in marg. et R: *ita si cum* G F; *itaque cum* C (sed D S: *itaque eum m. r. cum liberares.)* — 11. *amicitiae* C F: *in amicitia* Lamb. in marg. cum 2 codd.; *inimicitiae* G R Col. et E sup. lin. ex aperta interpolatione; hoc enim si Cic. voluisset, *inimicitiarum* scripsisset. — *ita quod* R (*que* et *quod* in R compendia simillima habent.) — 12. *non* post *eum* om. F — *sed eum omni* Lamb. — 13. *dereliquisti* F — *progressus* B E F: *progressus est* D G R S Col. (etiam E teste Graevio); cf. de iterato *est* in sententiis coniunctis pag. 1219, 27 et Wesenbergii *emendatt. Tuscul.* II, p. 17. — 14. *elapsus est* R — *senatus hic nomine semper honorificentissimo appellauisset* R — 15. *quique illum* G: *quicquam illum* R; *quique cum illum* C; *quique eum* Madvigius. — 16. *sanctissimum gravissimumque* F — *isdem* D: *hisdem* G; *his de* E Col.; *iisdem* B R S O — 18. *audiret et* G; *audisset* F — *consentientis* om. Col. — 19. *sumpta* C: *sumpta esse* G R F; *esse sumpta* Lamb. — *consulibus populoque Romano tr. pl.* R; *consulibus p populo Romano trib. pl.* F — *nobis* 2 codd. Lamb. et P. Victorius: *nouis* codd. rell. noti. — 20. *rem publ.*] *.p̃. rẽ.* G — 22. *esse* mei: om. O — *quiescendum esse* C: *quiescendum ut sibi esse* G R F Col. (sed Col. et R F *esset*), quae lectio ex glossa superscr. «*uel sibi*» orta videtur; *quiesc. sibi esse* O.

scendum esse arbitrabatur. Maxime vero perturbatus est, ut audivit consules ex Italia profugisse omnesque consulares — sic enim ei nuntiabatur —, cunctum senatum, totam Italiam esse effusam. Talibus enim nuntiis et rumoribus patebat ad orientem via nec ulli veri subsequebantur. Nihil ille de conditionibus tuis, nihil de studio concordiae et pacis, nihil de conspiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam. Quae cum ita essent, tamen usque eo se tenuit, quoad a Cn. Pompeio ad eum legati litteraeque venerunt. 12. Ignosce, ignosce, Caesar, si eius viri auctoritati rex Deiotarus cessit, quem nos omnes secuti sumus; ad quem cum di atque homines omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse plurima et maxima. Neque enim, si tuae res gestae ceterorum laudibus obscuritatem attulerunt, idcirco Cn. Pompei memoriam amisimus. Quantum nomen eius fuerit, quantae opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi Romani, quanti senatus, quanti tui, quis ignorat? Tanto ille superiores vicerat gloria, quanto tu omnibus praestitisti. Itaque Cn. Pompei bella, victorias, triumphos, consulatus admirantes numerabamus: tuos enumerare non possumus.
V. 13. Ad eum igitur rex Deiotarus venit hoc misero fatalique bello, quem antea iustis hostilibusque bellis adiuverat, quocum erat non hospitio solum, verum etiam familiaritate coniunctus; et venit vel rogatus ut amicus, vel arcessitus ut socius, vel evocatus ut is, qui senatui parere didicisset: postremo venit ut ad fugientem, non ut ad insequentem, id est ad periculi, non ad victoriae societatem. Itaque Pharsalico proelio facto a Pompeio discessit; spem infinitam persequi noluit; vel officio, si quid debuerat, vel errori, si quid nescierat, satis factum esse duxit; domum se contulit teque Alexandrinum bellum gerente utilitatibus tuis paruit. 14. Ille exercitum Cn. Domitii, amplissimi viri, suis tectis et copiis sustentavit; ille Ephesum ad eum, quem tu ex tuis fide-

---

1. *ut*] *cum* S — 2. *omnes* G (*et consulares omnes* F) — *ei nuntiabatur* G R F et B corr.: *enuntiabatur* B¹ E S; *enumerabatur* D — 3. *esse effusam* C: *esse* om. G R F Col., ut est in loco simillimo or. Phil. II, § 54. — 4. *nec ulli veri* B D E: *nec ulli veri nuntii* S; *nulli veri nuntii* G R F Col. (in E *nuntii* superscr.) — 5. *tuis* om. R — *nihil de studio c. et pacis* habet G post *audiebat* — 6. *certorum* B D: *ceterorum* E F G R S — 7. *quoad* F G R S: *quo* B D E Col. — *a* om. S — 8. *Pompeii* S — *legati ad eum* 2 codd. Lamb.; *ad eum* om. F — 9. *si eius tum viri* R — *omnes* om. G — 10. *ad quem* C cum Arusiano p. 220: *in quem* G R F et E corr., ut est in imitatione auctoris incerti Panegyrici Max. et Const. V, 7, 5. — 10. *di* B: *dii* O; *dii atque* in E sup. lin. — 11. *Nec enim* F R; *Haec enim* G — 12. *adtulerunt* G; *obtulerunt* R — *pompeio* G — 13. *eius* C: *illius* G R F — 14. *senatus quanti tui* G in marg. habet. — 15. *tanto - - quanto* G R F et Servius ad Aen. XI, 438: *quanto - - tanto* C; cf. Madv. II, p. 310. — 16. *in omnibus* G R Col. etiam contra Servium. — *ita* F — *Pompei* G D: *Pompeii* O — 17. *tuos autem* S — 18. *Deiotarus* om. G — *et fatali* R — 19. *hostilibus* G (*hostibus bellisque* R) — 21. *accersitus* C F G R — *vel evocatus* R F et S corr.: *ut evocatus* G; *vel vocatus* C — *velut is* F — 22. *ut* post *venit* in R sup. lin. — *non ut ad* D F S: *non ad* B E Col.; *non ut* G R. Garatoni cum cod. Barberino praefert: *venit ad fugientem, non ad insequentem*; nam «facillime *ut*, quia erat in superioribus, addi etiam ad haec potuit, quamvis non aeque quadret.» — 23. *ad periculi* B D F R S: *ad periculum* E G — *farsalico* G — 24. *praelio* D R — *constituto facto* D, sed *const.* punctatum. — *sequi* Col. — *noluit. idem vel* F — 26. *teque - - gerente*] *atque - - gerente te* E — 27. *Cn.* in E sup. lin.; *gnei* G; *Gn.* D R — *domiti* B¹ — 28. *tectis*] *ueteris* R — *ex tuis* C: *ex ciuibus* G R F.

lissimum et probatissimum omnibus delegisti, pecuniam misit; ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit, qua ad bellum uterere; ille corpus suum periculo obiecit tecumque in acie contra Pharnacem fuit tuumque hostem esse duxit suum. Quae quidem a te in eam partem accepta sunt, Caesar, ut eum amplissimo regis honore et nomine affeceris.

15. Is igitur non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur domi te suae interficere voluisse: quod tu, nisi eum furiosissimum iudicas, suspicari profecto non potes. Ut enim omittam, cuius tanti sceleris fuerit in conspectu deorum penatium necare hospitem, cuius tantae importunitatis omnium gentium atque omnis memoriae clarissimum lumen exstinguere, cuius tantae ferocitatis victorem orbis terrarum non extimescere, cuius tam inhumani et ingrati animi, a quo rex appellatus esset, in eo tyrannum inveniri: ut haec omittam, cuius tanti furoris fuit omnes reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes socios, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitare? Quonam ille modo cum regno, cum domo, cum coniuge, cum carissimo filio distractus esset, tanto scelere non modo perfecto, sed etiam cogitato? VI. 16. At, credo, haec homo inconsultus et temerarius non videbat. Quis consideratior illo? [quis tectior?] quis prudentior? quamquam hoc loco Deiotarum non tam ingenio et prudentia quam fide et religione vitae defendendum puto. Nota tibi est hominis probitas, C. Caesar, noti mores, nota constantia. Cui porro, qui modo populi Romani nomen audivit, Deiotari integritas, gravitas, virtus, fides non est audita? Quod igitur facinus nec in hominem imprudentem caderet propter metum praesentis exitii,

---

1. *et probat.* om. F G R — *omnibus* om. cod. C. Stephani, Helmstadt. et 2 Oxx.; *et probat. omnibus* Madvigius in ed. 2 uncinis inclusit (non item in 3), quod Garatonio quoque additamentum videbatur. — *elegisti* R — 2. *ille* om. R — *factis* om. S[1] — *in bello* R — *uterere* E: *utereris* B D S; *uteremini* G R F Col. — 3. *in aciem* R — *farnacem* B S; *fornacem* D — 4. *duxit esse* F R; *esse dixit* E Col. — *in ea parte* B D S — 5. *Caesar* mei: *C. Caesar* O — *eum* om. D R — 7. *Is igitur -- voluisse* afferunt Martianus Capella V, p. 492, Isidorus II, 30, 10 (sed hic admodum corrupte), Cassiodorus Vol. II, p. 543 ed. Garet. — *te* om. D S; *a te* om. Col. — *ampl. honore* R — 8. *ornatus*] *ditatus* Cassiodorus et Isidorus. — *domi te suae* B E: *te domi suae* D F G R S Col. (sed R *domui*); *domi suae te* Cassiodorus et Capella; *domi te* Isid. — *quae tu* Col. — 9. *nisi cum* R — *iudicas* G R F: *iudices* C — *profecto suspicari* F G R Col. — 10. *fuit* G R — *penatum* F — 11. *importunitatis -- cuius tantae* om. G — *inportunitatis* Col., *oportunitatis* R — 12. *tantae* R F: om. C Col. — 13. *cuius*] *cum* E[1] — *tam* om. B — 14. *animi* om. Col. — *atque* R — *in eo* C R Col.: *in eum* G F — *tyrannus* G Col. — *ut ergo mittam* S; *ut omittam* F — 15. *essent* R — 16. *omnes socios omnes liberos populos* G R F — 17. *omnium* om. G F — *quonam* B D F G S: *quoniam* R Col.; *quomodo* E — 18. *cum domo* om. G R F — *clarissimo* B D F G R S — 19. *cognito* G F — 20. *considerantior* unus cod. Lamb. — 21. *quis tectior* 2 Parr. 2 Monacenses et Oxon. H: *quis rectior* C F G Col., codd. plerique; om. R et cod. Car. Steph. «Cum antecedat *homo inconsultus et temerarius*, satis est ad oppositionem *quis consideratior? quis prudentior?* ut quidquid adieceris, plane redundet. Facile igitur Patricio adstipulor, qui hoc colon cum cod. C. Steph. omittendum censet.» Garatoni. Cf. tamen etiam Madvig. II, p. 318 not. — *quam prudentia* F — 22. *vitae* om. F — *defendendum a me puto* B — 23. *putem* F — *C. Caesar, hominis probitas* O — 25. *est audita* Lambinus: *sit audita* C; *audita est* G R F O — 26. *inprudentem* D G; *prudentem* E[1] — *caderet* G R F: *cadere posset* C O; cf. Madv. II, p. 310.

nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos et a viro optimo et ab homine minime stulto cogitatum esse confingitis? 17. At quam non modo non credibiliter, sed ne suspiciose quidem! Cum, inquit, in castellum Blucium venisses et domum regis, hospitis tui, devertisses, locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat. Huc te e balneo, prius quam accumberes, ducere volebat; erant enim armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset. Ego me hercules, Caesar, initio, cum est ad me ista causa delata, Phidippum medicum, servum regium, qui cum legatis missus esset, ab isto adolescente esse corruptum, hac sum suspicione percussus: medicum indicem subornavit; finget videlicet aliquod crimen veneni. Etsi a veritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum res abhorrebat. 18. Quid ait medicus? nihil de veneno. At id fieri potuit primum occultius in potione, in cibo; deinde etiam impunius fit, quod cum est factum, negari potest. Si palam te interemisset, omnium in se gentium non solum odia, sed etiam arma convertisset: si veneno, Iovis ille quidem hospitalis numen numquam celare potuisset, homines fortasse celasset. Quod igitur et conari occultius et efficere cautius potuit, id tibi et medico callido et servo, ut putabat, fideli non credidit: de armis, de ferro, de insidiis celare te noluit? 19. At quam festive crimen contexitur! Tua te, inquit, eadem quae semper fortuna servavit: negavisti tum te inspicere velle. VII. Quid postea? an Deiotarus, re illo tempore non perfecta, continuo dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus? At eodem te, cum cenavisses, rediturum dixeras, itaque fecisti. Horam unam aut duas eodem loco armatos, ut collocati fuerant, retinere magnum fuit? Cum in convivio comiter et iucunde fuisses, tum

---

1. *amantissimus* G — 2. *confingitis* O — *At quam* C: *atque* G R F — 3. *ne* om. G R — 4. *Blucium* Garatoni et Orelli ex Strabone XII, 5, 2: *Luceium* B E F G O, *liceium* S, *liceum* D; *lucerum* R — *venisset* Lamb. in marg. — *et -- devertisset* habet Arusianus p. 225 L. — *devertisset* Arusianus; *divertisses* mei. — 5. *rex te* O — *honorare* F¹ — 6. *volebat* C F: *volebant* G et codex Garatoni (qui contulit p. 1214, 14); *volebas* R — 7. *erant enim* G R F Col.: *ibi enim erant* C; *erant enim ibi* codd. alii, ut Lipsiensis. — *qui* C: *ut* G R F — *En -- accuset* habent Priscianus II, p. 90 Kr. et Claudius Sacerdos I. § 155. — 9. *me hercules* E G: *mehercule*⁎ B; *mehercule* D R S O; *me hercle* F — *C. Caesar* O — *cum est ad me inicio causa ista* F — *ista causa ad me* G — *Philippum* G R F — 10. *regium servum* F — *ab isto* G R: *ab ipso* C — 11. *correptum* B — *hac sum suspicione* C G F (sed B E F S *suspitione*): *hac susp. sum* R; *suspicione sum* O — *perculsus* D F R S — *ita medicum* F — 12. *iudicem* B — *subornabit* B; *subordinabat* E — *fingit* G F; *fingere* R. Garatoni *fingit* probat, lectionem *finget*, ut est in C, ex corrupta *subornabit* ortam putans. — 13. *res non multum* F — 14. *ait* B D S: *agit* E G F; *autem* R — *at id* om. B E — *primum* G R F Col.: *primo* C O — 15. *in cibo* C: *vel in cibo* G R F O — *inpunius* D G — *esset* B F R; *et* G — 16. *potuit* R (*impunius fit quicquid negari potest* Col.) — *in* om. R — 17. *odium* Col. — *si*] *sed* G — *ille* Ernesti: *illius* codd. et O; cf. Madvig. II, p. 315. — *quidem* om. R — 18. *numen* F G R ante *Iovis* habent. — *celasset* C: *celavisset* F G O; *potuisset* R — 19. *quid* F R — *conari occultius* C G F: *occultius conari* R O — 20. *callido* om. D — 21. *at quam* C F: *aquam* G; *atque* R — *festine* D G R — *intexeritur* R — 22. *inquid* D G — *eadem* om. R — *semper* C: *saepe* G R F — *negasti* F — 23. *cum te insp. vellet* R — *re illo -- perfecta* B: *rex illo -- perfecta re* D E F G R S, sed in E *re* superscr. — 25. *te* om. E — *cenauisses* D G R S: *caenavisses* B; *coenavisses* O (et sic G semper *cena* cet.) — 26. *unam horam* R — 27. *comiter* B D F G S: *comitum* E; *communiter* R — *et* om. E; *atque* R — *iocunde* D E R S.

illuc isti, ut dixeras. Quo in loco Deiotarum talem erga te cognovisti, qualis rex Attalus in P. Africanum fuit, cui magnificentissima dona, ut scriptum legimus, usque ad Numantiam misit ex Asia, quae Africanus inspectante exercitu accepit. Quod cum praesens Deiotarus regio et animo et more fecisset, tu in cubiculum discessisti. 20. Obsecro, Caesar, repete illius temporis memoriam, pone illum ante oculos diem, vultus hominum te intuentium atque admirantium recordare. Num quae trepidatio? num qui tumultus? num quid nisi modeste, nisi quiete, nisi ex hominis gravissimi et sanctissimi disciplina? Quid igitur causae excogitari potest, cur te lautum voluerit, cenatum noluerit occidere? 21. In posterum, inquit, diem distulit, ut, cum in castellum † Luceium ventum esset, ibi cogitata perficeret. Non video causam mutandi loci, sed tamen acta res criminose est. Cum, inquit, vomere post cenam te velle dixisses, in balneum te ducere coeperunt; ibi enim erant insidiae. At te eadem tua fortuna servavit: in cubiculo malle dixisti. Di te perduint, fugitive! ita non modo nequam et improbus, sed etiam fatuus et amens es. Quid? ille signa aenea in insidiis posuerat, quae e balneo in cubiculum transferri non possent? Habes crimina insidiarum: nihil enim dixit amplius. Horum, inquit, eram conscius. Quid tum? ita ille demens erat, ut eum, quem conscium tanti sceleris haberet, a se dimitteret? Romam etiam mitteret, ubi et inimicissimum sciret esse nepotem suum et C. Caesarem, cui fecisset insidias? praesertim cum is unus esset, qui posset de absente se indicare? 22. Et fratres meos, inquit, quod erant conscii, in vincula coniecit. Cum igitur eos vinciret,

---

1. *isti* C R: *festui* G; *ivisti* F, 3 codd. Monac. et edd. vett. — 2. *rex Antiochus* Schuetz auctore Ursino. — *publium* R; *publicum* G — *affricanum* E G, et sic infra. — 3. *que P. africanus spectante* R — 4. *regio et animo* C: *et regio animo* R; *et* om. G F — 5. *tu* E F G: *tum* R et Lamb.; *tunc* B D S — *decessisti* G R — 6. *temporis illius* O — *ante oculos illum* F G R — 7. *in te* D — *mirantium* D S — *num quid trepidatio? num quid tumultus* G R Col., unde coniicias *num quid trepidationis?* cet. — 8. *num quid* in marg. habet G — *modeste* C: *moderate* F G R O; *modo* Col. — *et quiete* F — 9. *atque* F — *quid igitur -- occidere* in marg. habet B — 10. *te lautum* B D S: *te lotum* E F R O Col. (sed R *locum*); *tecum ire* G — *noluerit* B F — *celatum* R; *cenatum noluit occidere* habet Pompeius in Commento artis Donati p. 374 Lind. — *uoluerit* R — 11. *cum ut* R — *Luceium* B E F G O; *liceium* D S; *Lucerum* R; *Peium* probabiliter Herm. Sauppe ex Strab. XII, 5, 2; nam apparet hic et § 17 duo diversa castella nominari. — 12. *esset excogitata* F — *mutandi loci* C: *loci mutandi* G R O — 13. *sed tunc* Col.; *tamen* om. R — *est res criminose* R; *res criminis est* G — *mouere* Col.; *moueri* G F; *uenire* R — *post cenam te* C: *te post cenam* G R F O (O *coenam*) — 15. *eadem tua* C R: *illa tua* G; *eadem illa* F; *eadem tum illa* Col.; *eadem tua illa* O — *in cubiculo male* G; *in cubiculum male* Col.; *in cubiculum* (*cubiculo* F) *te ire* (*ire te* R) *malle* C F R O, de qua interpolatione v. Madvig. II, p. 310. — *di* B D: *dii* O — *perduint* B S, 2 Palatini, Paris. 11 apud Steinm.: *perdunt* D E; *perdant* F G R — 16. *itaque* G — *nequam et* om. B D S; sup. lin. habet E — *sed fatuus et amens* G R; *et fat. et amens* Col.; *et fat. sed etiam a.* C; cf. Madv. II, p. 312. — 17. *in* sup. lin. B E, om. D F — *a balneo* B G — 18. *transferri* C R: *transire* G F, 6 Oxonn., alii. Cicero servat imaginem de signis sumptam. — *nihil amplius dixit* D S — 19. *eram conscius tanti sceleris conscius* G — *quid tamen* R — *itane* F — *ille demens* mei (sed G R *clemens*): *demens ille* O — 20. *tanti sceleris conscium* E (non item B D S); *conscium tanti criminis* F — *haberet* F G Col. 6 Oxonn.: *habebat* C R O; cf. Madv. II, p. 311. — 21. *esse* om. F — *nepotum* G — 22. *cui*] *cum* R — *insidias fecisset* F — *eis* R — 23. *se de absente* Col. — *indicare* P. Victorius: *uindicare* C G R; *iudicare* aliquot deteriores; cf. Madv. II, p. 311. — 24. *qui erant* R — *uincla* D G S — *vinciret* D R F: *vinceret* B G; *vinxerit* E; cf. Wesenberg. *Observv. ad Sestianam* p. 41 not. 3.

quos secum habebat, te solutum Romam mittebat, qui eadem scires, quae illos scire dicis?

VIII. Reliqua pars accusationis duplex fuit: una regem semper in speculis fuisse, cum a te esset animo alieno, altera exercitum eum contra te magnum comparasse. De exercitu dicam breviter, ut cetera. Numquam eas copias rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellum populo Romano posset, sed quibus fines suos ab excursionibus et latrociniis tueretur et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Atque antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest. 23. At misit ad Caecilium nescio quem; sed eos, quos misit, quod ire noluerunt, in vincula coniecit. Non quaero, quam veri simile sit aut habuisse regem quos mitteret, aut eos, quos misisset, non paruisse, aut, qui dicto audientes in tanta re non fuissent, eos vinctos potius quam necatos. Sed tamen cum ad Caecilium mittebat, utrum causam illam victam esse nesciebat, an Caecilium istum magnum hominem putabat? quem profecto is, qui optime nostros homines novit, vel quia non nosset, vel si nosset, contemneret. 24. Addit etiam illud, equites non optimos misisse. Credo, Caesar, nihil ad tuum equitatum, sed misit ex iis, quos habuit, electos. Ait nescio quem ex eo numero servum iudicatum. Non arbitror, non audivi: sed in eo, etiam si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer.

IX. Alieno autem a te animo quo modo? Speravit, credo, difficiles tibi Alexandriae fore exitus propter regionis naturam et fluminis. At eo

---

3. *in speculis fuisse semper* F G R — 4. *esset animo* B D E: *animo esset* F G R O (*esset a te animo alieno* S) — *eum* om. R — 5. *comperasse* G R — 6. *bellum*] *arma* R — 7. *posset populo R.* D S; *pop. Rom.* om. E, in quo *p. r.* ante *posset* excidit; cf. Madv. II, p. 317. — *ab excursionibus* mei: *ab excursionibus hostium* O — *et latrociniis hostium* F G R Col. — 8. *inperatoribus* G — *amitteret* G — *Atque -- tueri potest* om. R — 9. *exiguis* E — 10. *ad nescio quem Caecilium* F G R Col. (sed F G et Col. *caelium*) — *quia ire* R — 11. *uincla* C G (non R) — *non*] *nunc* D S (*non credo quod vere* R) — *sit* C: *non sit* F G R — *aut habuisse* Cardenus (item Heumannus et Garatoni): *aut non habuisse* codd. et O (sed G *ut* pro *aut*, F om. *aut*). «Illo tempore Deiotarus copias misisse ad Caecilium dicebatur, quo veri simile non erat eum ob exhaustas regni vires mittere potuisse.» Garatoni. — 12. *eos qui missi essent* F G R — 13. *edicto* E — *audientes* F G R: *obaedientes* B, *obedientes* D E S; cf. Madv. II, p. 313. — *necatos* mei et Col.: *necatos [fuisse]* O, cuius loco saltem scribendum erat: *necatos esse* — 14. *tamen* om. R; *tunc* Col. — *ad caelium* F G (et sic paulo post); *ad Caecilium istum* R — 15. *istum* om. F — *hominem esse p.* F — 16. *rex is* F — *vestros* R — *vel quia non nosset vel si nosset* C F (sed B: *non posset*): *vel quia nosset vel quia non nosset* G Col.; *vel quia noscet vel quia non posset vel si noscet* R — 17. *contempneret* D G R — *addit* mei: *addidit* O — *misisse. credo* G F et alii: *misisse. veteres credo* C R O. Cf. Madvig. I, p. 201 et II, p. 313. *Veteres* spurium esse Garatoni quoque in commentario suo egregie demonstravit, sed requirit idem *tibi* post *misisse,* quod comparet in aliquot edd. vett. et in uno Monac. — 18. *nihil*] *non optimos* F — *ex his* B D G R S — 19. *delectos* Matthiae coll. § 28. — *ait* G F: *ait etiam* R; *at* C. Garatoni cum Servio ad Aen. IX, 546 *ait* delendum censet; at apud Servium de lectione non constat; quod quidem ibi legitur in edit. Lionis *et ait,* incertum est Serviine sit an ad verba Tulliana pertineat. Constat autem *ait* saepe in *at* depravatum esse, ut infra § 26. Tuscul. II, § 20 cet. — *servum* om. B — 20. *etiam* om. R — *nullam culpam regis* D contra Servium. — *esse* Servius. — 22. *alienus* F — *a te* in G superscr. — *animo quo modo?* C (cf. Madv. I, p. 201): *animo fuit. quo modo?* G O; *animo fuit. quia* R; *fuit. quo modo* (om. *animo* F); fort. *animo quo modo fuit* (vel *erat*)? — *speravit -- exitus* Prisc. I, p. 89 Kr. — *tibi difficiles* G — 23. *Alexandria* Patricius; *Alexandreae* Prisc. cod. Barberinus, quo Garatoni usus est. — *esse* D — *regionis* D S: *regionum* B E F G R (sed in

tempore ipso pecuniam dedit, exercitum aluit, ei, quem Asiae praefeceras, in nulla re defuit; tibi victori non solum ad hospitium, sed ad periculum etiam atque ad aciem praesto fuit. 25. Secutum est bellum Africanum: graves de te rumores, qui etiam furiosum illum Caecilium excitaverunt. Quo tum rex animo fuit? qui auctionatus sit seseque spoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare. At eo, inquit, tempore ipso Nicaeam Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent et celeriter ad se referrent. Itaque cum esset ei nuntiatum Domitium naufragio perisse, te in castello circumsederi, de Domitio dixit versum Graecum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum:

«Pereant amici, dum inimici una intercidant»:

quod ille, si esset tibi inimicissimus, numquam tamen dixisset; ipse enim mansuetus, versus immanis. Qui autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? tibi porro inimicus cur esset, a quo cum vel interfici belli lege potuisset, regem et se et filium suum constitutos esse meminisset? 26. Quid deinde? furcifer quo progreditur? Ait hac laetitia Deiotarum elatum vino se obruisse in convivioque nudum saltavisse. Quae crux huic fugitivo potest satis supplicii afferre? Deiotarum saltantem quisquam aut ebrium vidit umquam? Omnes in illo sunt rege virtutes, quod te, Caesar, ignorare non arbitror, sed praecipue singularis et admiranda frugalitas: etsi hoc verbo scio laudari regem non solere. Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem, iustum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hae sunt regiae laudes, illa privata est. Ut volet quisque, accipiat: ego tamen frugalitatem, id est modestiam et temperantiam, virtutem maximam iudico. Haec in illo est ab ineunte aetate cum a cuncta Asia, cum

---

B syllaba *um* est in rasura, ut in illo quoque primitus *regionis* fuisse videatur) — 1. *ipso tempore* O — *ei quem* F R: *equidem* G; *ei* om. C — 2. *in nulla re* R: *in* om. B E S (sed in E *in* sup. lin.); *nulla* (om. *in re*) D; *nulla in re* F G O — *ad peric. etiam atque ad aciem* F G R: *ad peric. atque aciem* C — 3. *bellum est* B D S — 4. *rumores* B E: *rumores sparsi* D G R S O (*graves etiam rumores a te sparsi* F) — *Caelium* G — 5. *tunc* F — *rex animo fuit* C: *rex animo erga te fuit* G R; *rex animo fuit erga te* F; *erga te rex animo fuit* O — *sit -- potuisset* (v. 15) om. G — *seseque* C: *et se et filium suum* F R. Apparet ex hac lectione, qui factum sit ut in G aliisque codd. magna lacuna oreretur; aberraverunt enim librarii ab *et se et filium suum* ad eadem verba inferiora. — *spoliare* C F: *exspoliare* R O — 6. *quam qui pec. non subministraret* R — *tibi* om. E — *sumministrare* E — 7. *Niceam* R S; *niceiam* D — 8. *deferrent* R — 9. *periisse -- circumsideri* O contra meos. — 10. *grecum versum eadem sane sententia inhercia* (sic) *qua* R — *quam* D F S — *etiam* om. R — *latinam* D F S — 11. *inimici una* C F R: *una inimici* O — 12. *esset inimicissimus tibi* R; *tibi esset inimicus* F — *tamen* om. S; *tibi* B D — 13. *enim*] *autem* R — 14. *quis* R — *tibi* ante *porro* om. R — 15. *vel*] *nichil* (per compendium) R — *bello potuisset* F¹ — 16. *ait*] *at* R — 17. *Deiocarum delatum hac leticia* R — *se* om. B — *obligauisse* R — 18. *satis potest* D — 19. *omnes*] *communes* R — *in illo sunt rege v.* B E: *in illo sunt regie v.* S; *sunt in illo rege v.* G F; *in illo regie sunt v.* D; *sunt in illo regie v.* R; *sunt in illo rege regiae v.* O — 21. *scires* R — *regem* C: *reges* G F R O — 22. *in regem* G F R — *fortem* om. G — 23. *magni animi* B D — 24. *haec* G R; cf. ad p. 48, 3. — *est. sed ut* F — *quis ut volet accipiat* sic affert Probus in Analectis gramm. Endlicheri: *ut volet, quisque accipiat* O; cf. ad or. p. Rab. Post. § 44. — 25. *virtutem esse maximam* O contra meos. — 26. *aetate*] hic deficit G — *cum -- cum -- tum* B D E: *tum -- tum -- tum* F R S O; *cum -- tum -- tum* Madvigius in ed. 3. Orator equites Ro. praeter Asiaticos et magistratus Ro. effert, quia ad illos referendum est quod statim de rationibus iunctis dicit.

a magistratibus legatisque nostris, tum ab equitibus Romanis, qui in Asia negotiati sunt, perspecta et cognita. 27. Multis ille quidem gradibus officiorum erga rem publicam nostram ad hoc regium nomen ascendit: sed tamen quidquid a bellis populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res rationesque iungebat, ut non solum tetrarches nobilis, sed etiam optimus pater familias et diligentissimus agricola et pecuarius haberetur. Qui igitur adolescens, nondum tanta gloria praeditus, nihil umquam nisi severissime et gravissime fecerit, is ea existimatione eaque aetate saltavit? X. 28. Imitari, Castor, potius avi mores disciplinamque debebas quam optimo et clarissimo viro fugitivi ore male dicere. Quod si saltatorem avum habuisses neque eum virum, unde pudoris pudicitiaeque exempla peterentur, tamen hoc maledictum minime in illam aetatem conveniret. Quibus ille studiis ab ineunte aetate se imbuerat, non saltandi, sed bene ut armis, optime ut equis uteretur, ea tamen illum cuncta iam exacta aetate defecerant. Itaque Deiotarum cum plures in equum sustulissent, quod haerere in eo senex posset, admirari solebamus. Hic vero adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Graecia commilito fuit, cum in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, quos una cum eo ad Pompeium pater miserat, quos concursus facere solebat! quam se iactare, quam ostentare, quam nemini in illa causa studio et cupiditate concedere! 29. Cum vero exercitu amisso ego, qui pacis semper auctor fui, [post Pharsalicum proelium] suasor fuissem armorum non deponendorum, sed abiiciendorum, hunc ad meam auctoritatem non potui adducere, quod et ipse ardebat studio illius belli et patri satis faciendum esse arbitrabatur. Felix ista domus, quae non impunitatem solum adepta sit, sed accu-

---

2. *conspecta* F — *ille quidem* F et 2 Monacenses: *quidem ille* C R; cf. Madvig. II, p. 314. — 3. *regencium nomen* R — 4. *tamen* C R: *etiam* F — *quicquid* D R S — *vacabat* om. R in lacuna. — *cum omnibus n.* D F S — 5. *res rationesque* om. R — 6. *tetrarches* B D E R (etiam scholiastes in argumento orationis): *tetrarcha* F S O — *nobiles* E — *sed etiam* C R: *sed* F O — *pater familias et dilig.* om. F; *et* om. R — 7. *pecorarius* R; *pecularis* F[1] — 8. *gravissime et severissime* F — 9. *eaque* B D R S: *atque* E F — *Castor potius* B E R: *potius Castor* D F S O — *avi* C R: *avi tui* F O — 10. *fugitiuore* E — 11. *habuisset* B D S — *eum virum bonum* F — 12. *tamen -- conveniret* affert Arusianus p. 221. — *hoc*] *id* Arusianus. — *minime*] *nomen* R — 13. *ab eunte* B — 14. *inbuerat* D E — *ut armis fuit optime* R — 15. *tandem* F S — *iam exacta aetate* B D F S (sed F *in iam*): *iam aetate* E et sic Lamb. in marg. cum 2 codd. suis; *exacta iam aetate* R; *iam aetate exacta* O — *ita* E — *quum plures in equum Deiotharum sustulissent* F — 16. *haerere in eo senex* B R: *haerere senex in eo* E; *in eo haerere senex* D S (*haerere in eo quod senex* F) — 17. *ammirari* R — *in sicilia* S — *in ciliciam m. in greciam* R — 19. *cum delectis equitibus suis* D S; *cum s. dilectis e.* F — 20. *quam se ostentare* aliquot dett. — 21. *in illa* om. B — 22. *exercitu amisso et cupiditate post phars.* om. mediis E — *semper auctor fui* B D R S (sed R *actor*): *semper auctor* F; *auctor semper* O — *post Phars. proelium* C F et codd. plerique (sed D S *bellum*): *post Phars. autem proelium* R O; nos *post Ph. pr.* ut glossema inclusimus; contra Soldano *exercitu amisso* spurium videtur. Cf. de loco etiam Madvigii Opusc. I, p. 161, qui tamen suam sententiam ipse retractavit in Praef. ed. III oratt. sell. XII pag. VII. — 23. *fuissem* om. F et habet *fui* post *abiciendorum* — *ponendorum* R, Ambr. (cf. Schol. Cic. II, p. 373) Helmst., ut est in ep. ad Fam. VI, 3: *armis aut conditione positis aut defatigatione abiectis.* — 24. *adducere* B E F R: *revocare* D S — 25. *ipse habebat* R — *illius* R, Monac. d (apud Soldanum), Hauniensis, 5 Oxonn.: *ipsius* C F O, cuius loco Ernesti aut *illius* aut *istius* scribendum esse coniecit. — *satis faciundum* D S — *esse* om. R; *fore* F — 26. *ista domus Castoris et quae* F — *inpunitatem* D — *accusandi*

sandi etiam licentiam: calamitosus Deiotarus, qui et ab eo, qui in eisdem castris fuerit, et a suis accusetur! Vos vestra secunda fortuna, Castor, non potestis sine propinquorum calamitate esse contenti?

XI. 30. Sint sane inimicitiae, quae esse non debebant — rex enim Deiotarus vestram familiam abiectam et obscuram e tenebris in lucem evocavit: quis tuum patrem antea, quis esset, quam cuius gener esset, audivit? — sed quamvis ingrate et impie necessitudinis nomen repudiaretis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere. Esto, concedatur haec quoque acerbitas et odii magnitudo: adeone, ut omnia vitae salutisque communis atque etiam humanitatis iura violentur? Servum sollicitare verbis, spe promissisque corrumpere, abducere domum, contra dominum armare, hoc est non uni propinquo, sed omnibus familiis nefarium bellum indicere. Nam ista corruptela servi si non modo impunita fuerit, sed etiam a tanta auctoritate approbata, nulli parietes nostram salutem, nullae leges, nulla iura custodient. Ubi enim id, quod intus est atque nostrum, impune evolare potest contraque nos pugnare, fit in dominatu servitus, in servitute dominatus. 31. O tempora, o mores! Cn. Domitius ille, quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus, cum tribunus pl. M. Scaurum, principem civitatis, in iudicium populi vocavisset, Scaurique servus ad eum clam domum venisset et crimina in dominum delaturum se esse dixisset, prehendi hominem iussit ad Scaurumque deduci. Vide, quid intersit, etsi inique Castorem cum Domitio comparo: sed tamen ille inimico servum remisit, tu ab avo abduxisti: ille incorruptum audire noluit, tu corrupisti: ille adiutorem servum contra dominum repudiavit, tu etiam accusatorem

---

etiam C: *etiam accusandi* F R O — 1. *qui et ab eo* C R: *quod ab eodem* F; *qui ab eo* O — *eisdem* R: *hisdem* D F S (sed S *hisdem in*); *iisdem* B E O — 2. *fuerit et a suis* scripsi ex codd. vestigiis: *fuerit et non modo apud te sed etiam a suis* R et cod. Helmst.; *fuerit non modo apud te sed etiam a suis* C O; *fuerit non modo a peregrinis sed etiam a suis* F; *qui non modo ab eo qui -- fuerit, apud te, sed etiam a suis* coni. Orelli et similiter Garatoni, nisi quod hic pro *non modo -- sed etiam* verisimilius *et -- et* scripsit. Nam apparet locum sic corruptum esse, ut ad priorem sententiam *qui et ab eo qui -- fuerit* cet. talis interpretatio adscriberetur *non modo apud te* (contra quem ipse arma tulerat), *sed etiam a suis acc.*, qua semel in verborum contextum illata non est mirum, quod alterum *et*, quod priori *(et ab eo)* responderet, in plerisque codd. intercidit. — *accusatur* R — 3. *Castor* om. codd. (duone?) Lamb. — 4. *debeant* F — 5. *deiectam* F — *e*] *et* D; *e ten. -- evocavit* affert Arusianus p. 230. — 6. *evocavit* C et Arusianus: *vocavit* R; *revocavit* F — *antea* C F: *ante* R — *quis* F R: *qui* C O — *quam* om. S¹ — *genere esset* B E; *esset gener* R — 7. *repudiaretis* C: *repudiatis* R; *repudiaveritis* F; *repudiaritis* O et 3 Monacc. — 9. *capiti* R — *accersere* F R; firmat *arcessere* etiam Agroetius p. 2265 P. — 10. *acerbitas* D F S et Paris. XI: *acerbitatis* B E R O — *ut etiam omnia* ed. Lamb. 1566; *ut* om. F — 11. *atque etiam humanitatis* om. E; *etiam* om. D — 12. *abducere* R: *adducere* C F; cf. infra v. 25. — 14. *inducere* D — *si* ante *ista corr.* habet R — 15. *inpunita* D — *adprobata* D — 17. *uos* R — 18. *servitus et in s.* R — 20. *tribunum* B E — 21. *vocavisset* B D F R S: *vocasset* E O — *servus Scauri* F — *clam ad eum* R; *quia ad eum* F — 22. *se delaturum* F — *prehendi* Coloniensis Gulielmi teste Grutero et Dresdensis: *prendi* R; *apprehendi* C F et codd. plerique; *comprehendi* Helmst. et 1 Oxon. — 23. *reduci* malebat Lamb. — 24. *cum* om. B D contra Priscianum, qui *etsi -- comparo* II, p. 239 Kr. affert. — *ille* om. R — 25. *adduxisti* R (*abduxisti* firmat Arusianus p. 213.) — 26. *etiam* om. aliquot codd. Lamb.

adhibuisti. 32. At semel iste est corruptus a vobis. Nonne, cum esset productus et cum tecum fuisset, refugit ad legatos? nonne ad hunc Cn. Domitium venit? nonne audiente hoc Servio Sulpicio, clarissimo viro, qui tum casu apud Domitium cenabat, et hoc Tito Torquato, optimo adolescente, se a te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsum esse confessus est? XII. Quae est ista tam impotens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? Idcirco in hanc urbem venisti, ut huius urbis iura et exempla corrumperes domesticaque immanitate nostrae civitatis humanitatem inquinares?

33. At quam acute collecta crimina! Blesamius, inquit, — eius enim nomine, optimi viri nec tibi ignoti, male dicebat tibi — ad regem scribere solebat te in invidia esse, tyrannum existimari, statua inter reges posita animos hominum vehementer offensos, plaudi tibi non solere. Nonne intelligis, Caesar, ex urbanis malevolorum sermunculis haec ab istis esse collecta? Blesamius tyrannum Caesarem scriberet? Multorum enim capita civium viderat, multos iussu Caesaris vexatos, verberatos, necatos, multas afflictas et eversas domos, armatis militibus refertum forum! Quae semper in civili victoria sensimus, ea te victore non vidimus. 34. Solus, inquam, es, C. Caesar, cuius in victoria ceciderit nemo nisi armatus. Et quem nos liberi, in summa [populi Romani] libertate nati, non modo non tyrannum, sed etiam clementissimum in victoria ducem vidimus, is Blesamio, qui vivit in regno, tyrannus videri potest? Nam de statua quis queritur, una praesertim, cum tam multas videat? Valde enim invidendum est eius statuis, cuius tropaeis non invidimus! Nam si locus affert invidiam, nullus locus est ad statuam quidem rostris clarior. De plausu autem quid respondeam? qui nec desideratus umquam a te est, et non numquam obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est et fortasse eo praetermissus, quia nihil vulgare te dignum videri potest.

XIII. 35. Nihil a me arbitror praeteritum, sed aliquid ad extremam

---

1. *est corruptus iste* R — *a vobis?* S O — 2. *perductus* Lamb. et 3 Oxonn. — *cum* om. F — *nonne* C R: *nonne etiam* F O — 3. *Servio* B D E: *ut ferunt* R; *Ser.* S O — *supplicio* B¹ E — 4. *qui cum casu* R — *Tito* B D E R: *T.* S O — 5. *inpulsum esse* C: *esse impulsum* R; *impulsum se esse* F — 6. *impotens* R et aliquot alii: *potens* 5 Oxonn. et 2 Monacc.; *impudens* C O (*tam crudelis tam impudens* F) — 7. *inmoderata* D — *humanitas* E — *idcircone* F — *huius* om. F — 8. *domestica tua* F — *immanitate* D R S, Col. Gruteri, 3 alii Monacc.: *inhumanitate* B E F — 10. *acuta crimina* F — *Blesanius* R (*Bles. - - maled. tibi* habet Priscianus II, p. 168 et 219 Kr.) — 11. *optimi viri* R et 3 codd. Modii (v. Epist. novant. 131) cum Prisciano: *viri optimi* F O; *optimi hominis* C — *ad regem* S: *ad regem inquit* B D E F R et codd. plerique. — 12. *te in invidia esse* R et 3 codd. Modii (sed ex his duo sine *in*): *te invidia* F; *te invidiose* C — 13. *animis h. v. offensis* F — *tibi* om. R — 14. *non* 2 Monacc., ut voluit Ernesti. — *malivolorum* D E R S — 15. *est* R — *Blesanius* R, sed § 34 *Blesamio* — *Caesarem tyrannum* D S — 16. *civium capita* O — *et multos* F — 17. *necatos afflictos et euersas domos* F — 18. *ea* om. E solus. — 19. *solus, solus* O cum Lambino; at v. Madvig. I, p. 157. — *es inquam* R — *in victoria victoria tua cecidit* R — 20. *populi Rom.* om. Palat. 1, Par. XI, 3 Oxx.; *romani populi* F; *rei publicae* Lamb. — 21. *etiam* om. F R, 3 Oxonn., Lamb. — 22. *ducem vidimus* E: *vidimus ducem* B D F S; *ducimus* Col. Gruteri, R O; *vidimus* Dresd. — *in regno* om. E — 24. *eis* R — *invidimus* C: *invidemus* F R O — 25. *nullus locus est* C: *nullus est locus* R; *locus* om. F et aliquot deteriores. — 28. *est* om. F — 30. *praeteritum* R et lectio varia ex codice in margine exempli editionis Lambinianae, quod exstat in bibliotheca Ber-

causae partem reservatum. Id autem quid est? te ut plane Deiotaro reconciliet oratio mea. Non enim iam metuo ne tu illi suscenseas, illud vereor ne tibi illum suscensere aliquid suspicere: quod abest longissime, mihi crede, Caesar. Quid enim retineat per te meminit, non quid amiserit: neque se a te multatum arbitratur, sed, cum existimares multis tibi multa esse tribuenda, quo minus a se, qui in altera parte fuisset, ea sumeres non recusavit. 36. Etenim si Antiochus Magnus ille, rex Asiae, cum, posteaquam a L. Scipione devictus est, Tauro tenus regnare iussus esset omnemque hanc Asiam, quae est nunc nostra provincia, amisisset, dicere est solitus benigne sibi a populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur: potest multo facilius se Deiotarus consolari. Ille enim furoris multam sustulerat, hic erroris. Omnia tu Deiotaro, Caesar, tribuisti, cum et ipsi et filio nomen regium concessisti. Hoc nomine retento atque servato nullum beneficium populi Romani, nullum iudicium de se senatus imminutum putat. Magno animo et erecto est, nec umquam succumbet inimicis, ne fortunae quidem. 37. Multa se arbitratur et peperisse ante factis et habere in animo atque virtute, quae nullo modo possit amittere. Quae enim fortuna aut quis casus aut quae tanta possit iniuria omnium imperatorum de Deiotaro decreta delere? Ab omnibus enim est ornatus, qui, posteaquam in castris esse potuit per aetatem, in Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria bella gesserunt: senatus vero iudicia de illo tam multa tamque honorifica, quae publicis populi Romani litteris monumentisque consignata sunt, quae umquam vetustas obruet aut quae tanta delebit oblivio? Quid de virtute eius dicam? de magnitudine animi, gravitate, constantia? quae omnes docti atque sapientes summa, quidam

---

nensi, a viro docto (Cuiacio an Bongarsio?) adscripta: *praetermissum* codd. rell. et O — *ad extremam partem causae* F; *ad extremum causae* (sine *partem*) cod. idem in margine ed. Lamb., R et Helmst. — 1. *servatum* F — *quid est* margo Bernensis: *aliquid est* codd. noti et O — *reconcilietur* R (*reconciliet Deiotharo regi* F) — 2. *illi tu* F R — *suscenseas* B D E (et sic § 38): *succenseas* F R S O — 3. *tibi*] *tu* D (*illum aliquid tibi succensere* F) — *suspicer* R; *suspiceris* F — 5. *neque* C R: *non* F — *multatum esse* F — *existimares* B D E R: *existimaret* F S O — 6. *quo*] *que* D — *a se qui in a. p. fuisset* Bern., 2 Monacc. et nonnulli alii: *assequi in altera parte potuisset* C F R, sed E: *in alteram partem* — 7. *sumere* F S — 8. *cum* C R: *qui* F — *L.* R, 3 Monn., 5 Oxonn. cum Valerio Maximo IV, 1, ext. 9: *P.* F; om. C O — *devictus est* Lambinus: *est* om. codd. et O — 9. *iussus est* F R, ex qua lectione Garatoni sic locum constituit: *rex Asiae, qui, posteaquam -- devictus Tauro tenus regnare iussus est, omnem hanc Asiam -- amisisset* cet. — *quam nostri provinciam fecerunt* F — 10. *factum esse* E solus. — 11. *quod -- uteretur* praeter Valerium Maximum habet scholiastes Lucani ad VII, 687. — *modici* F — 12. *facilius hoc se* R — *multa* B E; *penam multam* S — 13. *sustulerat* Coloniensis Gulielmi: *sustinuerat* C R; *subierat* F. Cf. Madv. I, p. 202. II, p. 316, qui comparavit de nat. deor. III, § 82: *poenas sustulit.* — 14. *atque*] *et* F — *servato* C R: *conservato* F O — 15. *iudicium de senatus consulto inimicum putat* R — 16. *erecto* D F R: *recto* B E S — *numquam* F — 17. *nec fort.* F — *peperisse* F R S Schol.: *reperisse* B D; *repperisse* E (*et peperisse se arb.* F) — *antea* F S — 19. *aut etiam quae tanta iniuria omnium imp. deiotharo poterunt decreta d.* F — 20. *de Deiotaro* om. R; *de* om. D — *enim est ornatus* C: *est enim iis ornatus* R, Colon. Gruteri, ed. Veneta 1472 (sed R et Ven. *is*); *enim iis* (*is* F) *ornatus est* F O — 21. *qui*] *per* R — *capadocia* D S; *in capadocia* R — 22. *Ponto* om. B — *siria* B D E R — *iudicio* B E — 23. *puplicis* R — *monimentisque* B D R — 24. *quae cum quam vetustas obrueret* E — 25. *de magnit.* C R: *quid de magnit.* F O — 26. *quidem etiam* R; *quedam et* F.

etiam sola bona esse dixerunt, hisque non modo ad bene, sed etiam ad beate vivendum contentam esse virtutem. 38. Haec ille reputans et dies noctesque cogitans non modo tibi non suscenset — esset enim non solum ingratus, sed etiam amens —, verum omnem tranquillitatem et quietem senectutis acceptam refert clementiae tuae. XIV. Quo quidem animo cum antea fuit, tum non dubito quin tuis litteris, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit ab omnique sollicitudine abstraxerit. Iubes enim eum bene sperare et bono esse animo, quod scio te non frustra scribere solere. Memini enim isdem fere verbis ad me te scribere meque tuis litteris bene sperare non frustra esse iussum. 39. Laboro equidem regis Deiotari causa, quocum mihi amicitiam res publica conciliavit, hospitium voluntas utriusque coniunxit, familiaritatem consuetudo attulit, summam vero necessitudinem magna eius officia in me et in exercitum meum effecerunt: sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, quibus semel ignotum a te esse oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari nec haerere in animis hominum sollicitudinem sempiternam nec accidere ut quisquam te timere incipiat eorum, qui sint semel a te liberati timore. 40. Non debeo, C. Caesar, quod fieri solet in tantis periculis, tentare, ecquonam modo dicendo misericordiam tuam commovere possim; nihil opus est: occurrere solet ipsa supplicibus et calamitosis, nullius oratione evocata. Propone tibi duos reges et id animo contemplare, quod oculis non potes. Dabis profecto id misericordiae, quod iracundiae denegavisti. Multa sunt monumenta clementiae tuae, sed maxime eorum incolumitates, quibus salutem dedisti. Quae si in privatis gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in regibus. Semper regium nomen in hac civitate sanctum fuit, sociorum vero regum et amicorum sanctissimum. XV. 41. Quod nomen hi reges ne amitterent te victore timuerunt, retentum vero et a te confirmatum posteris etiam suis tradituros se esse confidunt. Corpora sua pro salute regum suorum hi legati tibi regii tradunt, Hieras et Blesamius et Antigonus,

---

1. *bona sola* R — 2. *virtutem esse* O — 3. *et noctes* F — *tibi* om. F — *enim ei* R — 4. *omnem* om. F — 5. *refert acceptam* F R — 6. *fuerit* F — *tum*] *tamen* S — *dubita* R — 7. *terracone* R — 8. *solitudine* R — *eum* om. E, *eum bene* om. F — 9. *solere scribere* D S — 10. *enim* om. R — *isdem* D: *iisdem* O — *ad me rescribere* D — 12. *mihi* om. F — 14. *vero*] *etiam* F — *in me* C R: *et in me* F O — 15. *cum*] *tum* F — 16. *tuum beneficium* F R — 18. *accidere* F et B corr.: *accipere* R; *accedere* C — *te* om. D E — *sint semel a te* mei (sed D S *sunt*): *semel a te sint* O — 19. *C.* om. R — *solet fieri* F — 20. *temptare* D E R S — *ecquonam* Gulielmus ex scriptura Basilicani (i. e. Coloniensis) *et quonam*: *quonam* codd. rell. noti et O — *commoveri* R; *movere* F — 21. *nichil est enim opus* F — *ipsa solet* O — 22. *ratione* B D S — *propono* R — *animo tuo* D — 23. *profecto id* mei: *id* om. O — 24. *denegavisti* D E S: *denegasti* B F R O — *monum. clementiae tuae* E F R (sed F R *monim.*): *monimenta clementiae* B; *clem. tuae monum.* D S; *tuae clem. monumenta* O — 25. *maxima* coni. Wesenberg ad Sestianam p. 67; at cf. adnot. nostram in ed. Lips. — *incolumitates* R: *incolumitatis* C; *incolumitatibus* F — 26. *semper enim* F — 27. *regium* mei: *regum* Dresd. et 2 Oxonn., quod probat Wesenberg l. c. p. 18 coll. § 14. — 28. *reges ut non amitterent te vict. tenuerunt* F — 29. *victorem* R — *et a te* C: *etiam a te* F; *est a te* R — 30. *tradituros se esse confidunt* R et Helmst. (sed *se* in R eadem m. superscr.), ut voluit Patricius: *tradituros esse confido* C F O (sed F *traditum,* E om. *esse*); *confidunt* habet etiam cod. Barberinus, quo Garatoni usus est. — *corpora vero sua* F O (*vero* om. etiam Schol.) — 31. *ii legati* R; *legati hi* Schol. — *regii tibi* F; *tibi* om. R — *Hieras*--

tibi nobisque omnibus iam diu noti, eademque fide et virtute praeditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera legatus est ad te missus, cum regum amicissimi, tum tibi etiam, ut spero, probati. 42. Exquire de Blesamio, num quid ad regem contra dignitatem tuam scripserit. Hieras quidem causam omnem suscipit et criminibus illis pro rege se supponit reum; memoriam tuam implorat, qua vales plurimum; negat umquam se a te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse; in primis finibus tibi se praesto fuisse dicit, usque ad ultimos prosecutum; cum e balneo exisses, tecum se fuisse, cum illa munera inspexisses cenatus, cum in cubiculo recubuisses, eandemque assiduitatem tibi se praebuisse postridie. 43. Quam ob rem si quid eorum, quae obiecta sunt, cogitatum sit, non recusat quin id suum facinus iudices. Quocirca, C. Caesar, velim existimes hodierno die sententiam tuam aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus aut incolumem famam cum salute: quorum alterum optare illorum crudelitatis est, alterum conservare clementiae tuae.

Antigonus affert Probus Inst. gramm. II, 1, 50 p. 129 Lind. et ex eo Claudius Sacerdos p. 55. — *Hyeras* R (et sic infra); *hiera* B — *Blaesamius* B, ut Probus et Sacerdos. — *antigronus* R; *antigenus* E; *Antiochus* Probus et Sacerdos. — 2. *Dorylaus* B: *Dorilaus* D E S; *Dorulans* R; *Cloriaus* F — *cum* B D E: *tum* F R S O — 3. *probati ut spero* D S — *exquirere* R — *blaesamio* B — 4. *suam* R — 6. *plurimum vales negat inquam* R — 7. *tetrarcha* D — *pede* R — *presto se* R — 8. *ad ultimum prosecutum fuisse* R — *tecum se fuisse* om. F — 9. *inspexisses munera* R — 10. *eamdemque* R — *sibi te* R; *tibi* om. F — *tribuisse* Lamb. in marg. ex codd. — 12. *id suum fac.* C R: *id fac. suum* O; *fac. id suum* F — *extimes* E — *hodierna* R — 14. *inportaturam* D — 15. *eorum* F — *tuae*] *est* F.

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

ORATIONUM PHILIPPICARUM LIBRI XIV.

EX RECENSIONE

CAROLI HALMII.

NOTARUM EXPLICATIO.

V = codex tabularii basilicae Vaticanae signatus H. 25, quem denuo in usum nostrum contulerunt Car. Bursianus et Otto Ribbeckius, sed maiorem partem Bursianus, qui codicem accuratius quam ante factum est his verbis describit: «*Der erste quaternio fehlt; der zweite, der die rede in Pisonem enthält, ist saec. VIII, in maiuskeln geschrieben; hierauf fehlen 4 quaternionen. Der nächste quaternio (VII) hat zwar keine nummer, wohl aber der zweite folgende: VIII; da dazwischen nirgends eine lücke ist, so muss die bezeichnung des siebenten quaternio aus versehen weggeblieben sein. Dieser 7. quaternio, wie alles folgende saec. VIIII, in minuskeln, beginnt mit den worten:* litterarum si ueras protulissent criminis nihil erat si falsas erat poena (*p. Flacco § 39 extr.*) *und hat auf dem obern rande auf jeder seite die überschrift:* PRO FONTEIO. *Allein eine hand saec. XVI hat darüber geschrieben:* Pro Val. Flacco, *und hat dann fol. 11*ᵇ *col. 2 lin. 20 nach den worten* ut princeps principum esset maeandrius cuius lingua quasi flabello sed illonise inlatum est egentium (*p. Flacco § 54*) *und vor den worten* hoc praetore oppressam esse aere alieniso galliam *an den rand bemerkt* pro fonteio; *in der handschrift aber ist nicht einmal ein absatz zwischen diesen worten. Die rede pro Fonteio endet fol. 17*ᵇ*, die philippicae beginnen fol. 18*ᵃ*. Jede seite des codex ist in 3 columnen getheilt und jede columne enthält durchgängig 30 zeilen, jedes blatt also 180 zeilen. Der originalcodex, woraus der unserige abgeschrieben ist, scheint nicht eine gleichmässige anzahl von zeilen auf jeder seite gehabt zu haben; denn die einschiebungen zweier stücke aus der 12. und aus der 13. rede mitten in der elften lassen sich nur aus vertauschung oder vielmehr versetzung ganzer blätter erklären. Nun macht das stück aus der 12. rede in unserm codex 246, das aus der 13ten 230 zeilen aus; also gewiss je zwei blätter des urcodex, die zusammenhingen und an falsche stelle geriethen. Im allgemeinen kann man wohl annehmen, dass jedes blatt des urcodex ungefähr 120 zeilen unseres codex enthalten habe. Der codex schliesst mit dem letzten blatte des quaternio XV.* Cf. de codice primario etiam propriam commentationem, quam de eo scripsit Ferdinandus Deycks, Monasterii Guestphalorum 1844, 40 pagg.

a = codex Bambergensis saec. XIII, signatus M, IV. 5.

b = codex Bernensis num. 104 saec. XIII, a Baitero collatus.

g = codex Gudianus num. 278, nunc Wolfenbuttelanus, ab Alfredo Fleckeiseno collatus.

t = codex Tegernseensis saec. XI, de quo v. ad p. 753. Hunc et Bambergensem ipsi excussimus.

D = a b g t, qui codices eiusdem familiae praeter aliquot minores lacunas has maiores communes habent in or. II, § 93—96, or. V, § 31 usque ad or. VI, § 18 et in

or. X, § 8—10. Cum a g negligentius scripti et magis vitiati sint quam b t, inde a libro tertio vitia horum propria, a quibus b et t liberi sunt, pleraque praetermittenda putavimus.

i = codex Italicus saec. XV, quem Lagomarsini in manibus habuit et num. 55 signavit. Nunc possidet Henricus Alanus vir clarissimus, qui eum ex Hibernia Baitero nostro misit, quam eximiam benevolentiam animo gratissimo publice profitemur. Lectiones codicis exscripsimus per primum librum et per eas reliquarum orationum partes, quae aut in V aut in D desiderantur.

O = editio Orelliana 1826. Iterum Philippicas Orelli edidit Turici 1827, tertium I. II. et XIV. in orationibus selectis XV. Turici 1836.

LIBER PRIMUS.

I. 1. Ante quam de re publica, patres conscripti, dicam ea, quae dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breviter consilium et profectionis et reversionis meae. Ego cum sperarem aliquando ad vestrum consilium auctoritatemque rem publicam esse revocatam, manendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam consulari ac senatoria. Nec vero usquam discedebam nec a re publica deiiciebam oculos ex eo die, quo in aedem Telluris convocati sumus. In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis Atheniensiumque renovavi vetus exemplum; Graecum etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis usa erat civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui. 2. Praeclara tum oratio M. Antonii, egregia etiam voluntas; pax denique per eum et per liberos eius cum praestantissimis civibus confirmata est. Atque his principiis reliqua consentiebant. Ad deliberationes eas, quas habebat domi de re publica, principes civitatis adhibebat; ad hunc ordinem res optimas deferebat; nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Caesaris commentariis reperiebatur, summa constantia ad ea quae quaesita erant, respondebat. 3. Num qui exsules restituti? Unum aiebat, praeterea neminem. Num immunitates datae? Nullae, respondebat. Assentiri etiam nos Ser. Sulpicio, clarissimo viro,

---

Inscriptio orationis. *Pro Fonteio explic̄. incip̄. philippicarū* V; *Incipit liber Primus Philippicarum* g; a b i t carent inscriptione.

1. *Ante quam -- reversionis meae* affert Grillius fol. 41 eademque verba inde a v. *exponam* Nonius p. 222 et 299 M. — *de rep. dicam p. c. ea* Grillius. — 2. *vobis* om. t — *et* omittunt Grillius et Nonius. — 6. *deiciebam* V a b g i (et sic semper V in hoc verbo et in cognatis, quod semel notasse sufficiet); *deiicibam* t (*nec vero -- oculos* affert Nonius p. 289 M. idemque p. 327. *In quo templo -- fund. pacis.*) — *in eadem* V¹ — 8. *reuocaui* t — 9. *uerbum amnestiam usurpaui* b — *quod* a g t i — *tunc* t; om. b — *usa erat* V b: *usa* om. a g t; *usurparat* i — 11. *marci* g — *antoni* V¹ — *egregiaque uol.* b — 12. *praestantibus* a — 13. *atque princi**** *his* a — *ad*] *quia* b — 14. *civitatis* om. t — 15. *nihil -- reperiebatur* g i post *respondebat* habent. — *nisi quod erat n. omnibus* V i: om. D — 16. *ris commentaris reperiebatur summa* V m. 2 in rasura scriptum habet. — *summa cum dignitate constantia* D i — 17. *nunc* V — *exules* V D i — 18. *restituit* V — *alebat* a g t — *neminem -- respon* om. i initio paginae. — *inmunitates* g t et Nonius p. 30, qui habet *num inm. datae* — 19. *nullae respondebat* om. D; *nullas respondebat* Madvigius in ed. 3 (a. 1848) ex coni. Wesenbergii. — *adsentiri* V g; *assentari* b t — *sulpitio* t i — *clar. viro*] *c. u.* a b i; *v. c.* t; *viro consulari* g.

voluit, ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Caesaris aut beneficii figeretur. Multa praetereo eaque praeclara; ad singulare enim M. Antonii factum festinat oratio. Dictaturam, quae iam vim regiae potestatis obsederat, funditus ex re publica sustulit, de qua ne sententias quidem diximus; scriptum senatus consultum, quod fieri vellet, attulit, quo recitato auctoritatem eius summo studio secuti sumus eique amplissimis verbis per senatus consultum gratias egimus. II. 4. Lux quaedam videbatur oblata, non modo regno, quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato; magnumque pignus ab eo rei publicae datum, se liberam civitatem esse velle, cum dictatoris nomen, quod saepe iustum fuisset, propter perpetuae dictaturae recentem memoriam funditus ex re publica sustulisset. 5. Liberatus periculo caedis paucis post diebus senatus; uncus impactus est fugitivo illi, qui in Marii nomen invaserat. Atque haec omnia communiter cum collega: alia porro propria Dolabellae, quae, nisi collega afuisset, credo iis futura fuisse communia. Nam cum serperet in urbem infinitum malum idque manaret in dies latius, idemque bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant, et quotidie magis magisque perditi homines cum sui similibus servis tectis ac templis urbis minitarentur, talis animadversio fuit Dolabellae cum in audaces sceleratosque servos, tum in impuros et nefarios liberos, talisque eversio illius exsecratae columnae, ut mihi mirum videatur tam valde reliquum tempus ab illo uno die dissensisse. 6. Ecce enim Kalendis Iuniis, quibus ut adessemus edixerant, mutata omnia: nihil per senatum, multa et magna per populum, et absente populo et invito. Consules designati negabant se audere in senatum venire; patriae liberatores urbe carebant ea, cuius a cervicibus iugum servile deiecerant, quos tamen ipsi consules in contionibus et in omni sermone laudabant; veterani qui appellabantur, quibus hic ordo

---

1. *marcias* V b g; *mar* cum lin. t — *benefici* V — 2. *ea quae (que) clara sunt. ad* D — 3. *antoni* V — *dicaturam* V¹ — *iam uim* V i t: *uim iam* a b g — 4. *potestis* V — 5. *consulto* g — *uelit* t — 6. *sequti* a; *recitati* t — 8. *non modo regno, sed etiam regni timore sublato* affert Nonius p. 385. — 10. *esse* om. t — 11. *propter te* (*te* punctatum) *perpetuae dictanturera recente memoram* V — 12. *rep.* V in ras. m. 2. — *liberatus est* b g — *caedis periculo* D i — 13. *senatus* om. t, ante *paucis* habet g — *iunctus* a; *uncus impactus fugitivo, qui C. Marii nomen invaserat* affert Schol. Cruquianus ad Hor. Carm. I, 35, 20. — *inpactus* V b g; *inpautus* t; *in paucis* a — *in* om. cod. Liliensis, quo usus est Gulielmus. — *Mari* V: *C. Marii* i D O — 14. *propria ad dolabellae* V (*dolobellae* i t et sic plerumque) — 15. *conlega* V — *afuisset* V²t: *fuisset* V¹; *abfuisset* i D O (sed b *aff.*) — *is* V, *eis* a b i t O — *fuisse futura* a i — 16. *in urbem* V a: *in urbe* b g t i O — *maneret* a — 17. *idemque* V a b g: *id est qui* t; *iidemque* i O — *sepulturam s efferat* (sic) t — 18. *cottidie* V a, *cotidie* b g t — *que* om. t; *magis ac magis* a — 19. *suis similibus* codd.; emendavit Nic. Angelius in Iunt., ut V habet Phil. II, § 2. — *minitarentur* V: *minarentur* i D O — 20. *audacis* V — *in* om. V t — *inpuros* g t — 21. *et inefarios* V. Saepe librarius codicis V litteram *i* vocabulis praeposuit, in primis ab *s* incipientibus, velut *isceleratus, ispes, ispiritus* cet., de qua re v. Diez *Gramm. der romanischen Sprachen* I, 233. — *execratae* V D i — 22. *videatur mirum* b — *relicuum* V — 23. *iunis* g, *iunii* b t (*Kl. iuñ* V) — *edixerant* V a b: *edixerat* g t i (*Ecce enim Kalendae Iuniae, quibus -- edixerat: mutata* Lamb.) — 24. *populum*] *ipsum* i — *et abs. pop. et invito* affert Arusianus Mess. p. 213 L. — 25. *se audere negabant* a i — 26. *ea cauius* V — *iugum* om. t — 27. *consules in* V: *consules et in* i D O — *concionibus* V (?) O — 28. *omni* om. i — *appellantur* b t; *ueterani quibus hic ordo dilig. kauerat* (sic) affert Arusianus p. 243 L.

diligentissime caverat, non ad conservationem earum rerum, quas habebant, sed ad spem novarum praedarum incitabantur. Quae cum audire mallem quam videre, haberemque ius legationis liberum, ea mente discessi, ut adessem Kalendis Ianuariis, quod initium senatus cogendi fore videbatur.

III. 7. Exposui, patres conscripti, profectionis consilium: nunc reversionis, quae plus admirationis habet, breviter exponam. Cum Brundisium iterque illud, quod tritum in Graeciam est, non sine causa vitavissem, Kalendis Sextilibus veni Syracusas, quod ab ea urbe transmissio in Graeciam laudabatur: quae tamen urbs mihi coniunctissima plus una me nocte cupiens retinere non potuit. Veritus sum ne meus repentinus ad meos necessarios adventus suspicionis aliquid afferret, si essem commoratus. Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promunturium agri Regini venti detulissent, ab eo loco conscendi ut transmitterem; nec ita multum provectus reiectus austro sum in eum ipsum locum, unde conscenderam. 8. Cumque intempesta nox esset mansissemque in villa P. Valerii, comitis et familiaris mei, postridieque apud eundem ventum exspectans manerem, municipes Regini complures ad me venerunt, ex iis quidam Roma recentes: a quibus primum accipio M. Antonii contionem, quae mihi ita placuit, ut ea lecta de reversione primum coeperim cogitare. Nec ita multa post edictum Bruti affertur et Cassii, quod quidem mihi, fortasse quod eos plus etiam rei publicae quam familiaritatis gratia diligo, plenum aequitatis videbatur. Addebant praeterea — fit enim plerumque ut ii, qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id quod nuntiant laetius — rem conventuram; Kalendis † Sextilibus senatum frequentem fore; Antonium repudiatis malis suasoribus, remissis provinciis Galliis, ad auctoritatem senatus esse rediturum. IV. 9. Tum vero tanta sum cupiditate incensus ad reditum, ut mihi nulli neque remi neque venti satis facerent, non quo

---

1. *cauerant* V (sup. lin. m. 2 *timebat*); *timebat. cauerat* t; *timebant cauerant* a — *conuersationem* V t — 2. *audirem* V^1 t — 3. *liberae* Beroaldus. — 4. *ianuariis* corr. m. 1 in *ianuaris* V — 7. *quae*] *q.* V — *brundissium* V; *brundusium* a b i — 8. *illud* om. a — *graecia* t — *uitauisessem* V; *uitassem* g i — 9. *siracusas* a b t — *ab ea urbe* V: *ab urbe ea* D i — 10. *greciam in* V^1 — *urbs mihi* V b t: *mihi urbs* a g i — *plus una nocte cupiens me retinere non potuit* affert Arus. Messius p. 253 L. — 11. *ueritus uertus sum* V, sed *uertus* m. 2 deletum. — 12. *aliquid* om. a — *adferret* V — 13. *leucopetam* V; *leucopetiam* b — *promunturiaut* V; *promuntorium* i; *promunctorium* D; *promontorium* O. Cf. p. 428, 26 et Alschefski ad Liv. XXI, 35. — 14. *regini* V b g t: *regni* a; *genti* i; *Rhegini* O, quod codd. numquam habent. — *dedissent* a — *consecendi* V — *transmitteremus austro* V^1 om. mediis; in ima pagina manus paulo recentior ante *austro* supplevit: *nec ita multum si conuictus proiectus*; ego malim: *nec ita m. prouectus eram, cum reiectus* cet. — 16. *intempestate* V^1 — 17. *Valeri* V b — *posttridieque* V a g t — *aput* V — 18. *expectans* mei. — 19. *iis* b i t: *is* V, *his* a g O et codd. Arusiani, qui affert p. 258 *ex his -- recentes* — *quidem* V^1 corr. m. pr. — 20. *M.* om. V — *antoni* V — *concionem* O (habet hic *contionem* etiam V) — *ita mihi* i — *primum de reuersione* b — 21. *ita* om. a i — *adfertur* V; *aufertur* t — 22. *etiam plus* i — 23. *gratiam* V^1 — 24. *ut hi* a g — *adferre* V — *adfingant* V; *affigant* i, *effingant* g — 25. *quo* a b g i: *quod* V t — *laetius uel leuius* a g — *rem* V t: *rem publ.* a g i *(esse conuenturum* b, add. sup. lin. *rem conuenturam)* — 26. *K. sex.* V. Madvigius Opusc. I, 163 *Sextilibus* delendum censet; mihi verisimilius videtur *Sex.* et *Sept.* confusum esse. — *senatum freq.* V sup. lin. habet sed a pr. m. — *reputatis* b t — 27. *malis* om. t — *prov. Galliis* V b t (V *gallis*, b *gallicis*): *Galliis* (*gallicis* g) *prov.* a g i — 29. *remi* D i: *rasmi* V.

me ad tempus occursurum non putarem, sed ne tardius quam cuperem rei publicae gratularer. Atque ego celeriter Veliam devectus Brutum vidi: quanto meo dolore, non dico. Turpe mihi ipsi videbatur in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus cederet, et ibi velle tuto esse, ubi ille non posset. Neque vero illum similiter atque ipse eram commotum esse vidi: erectus enim maximi ac pulcherrimi facti sui conscientia nihil de suo casu, multa de vestro querebatur. 10. Exque eo primum cognovi quae Kalendis Sextilibus in senatu fuisset L. Pisonis oratio: qui quamquam parum erat — id enim ipsum a Bruto audieram — a quibus debuerat adiutus, tamen et Bruti testimonio — quo quid potest esse gravius? — et omnium praedicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Hunc igitur ut sequerer properavi, quem praesentes non sunt secuti, non ut proficerem aliquid — nec enim sperabam id nec praestare poteram —, sed ut, si quid mihi humanitus accidisset — multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum —, huius tamen diei vocem testem rei publicae relinquerem meae perpetuae erga se voluntatis.

11. Quoniam utriusque consilii causam, patres conscripti, probatam vobis esse confido, prius quam de re publica dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonii iniuria: cui sum amicus, idque me non nullo eius officio debere esse prae me semper tuli. V. Quid tandem erat causae cur in senatum hesterno die tam acerbe cogerer? Solusne aberam? an non saepe minus frequentes fuistis? an ea res agebatur, ut etiam aegrotos deferri oporteret? Hannibal, credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur, ad quam causam etiam Appium illum, et caecum et senem, delatum esse memoriae proditum est. 12. De supplicationibus referebatur, quo in genere senatores deesse non solent. Coguntur enim non pignoribus, sed eorum, de quorum honore agitur, gratia; quod idem fit, cum de triumpho refertur. Ita sine cura consules sunt,

---

1. *non putarem* V: *putarem* D i — 2. *p. (publicae)* om. V^1 — *seduectus* V, *e* m. pr. ante *u* superscr. — 3. *ipse mihi* i — 4. *audire* V^1 — *cęderet* V t — *uellet* $\overset{v}{toto}$ *esset* V — 5. *non posset* in V sup. lin. m. 2 additum est; fort. *ubi ille non esset* scil. tuto. — 6. *esse*] *ipse* g t *(ipse uideram commotum* b pr. m. sine *esse vidi)* — *ac* V i: *et* b t; *atque* a g — *sui* om. a i — 7. *nostro* i — *quaerebatur* V^1, *querebat* b — *exque eo* V: *ex quo* D i — 9. *id* D i: *inde* V — *ipsum* om. a i; *ipso* O errore operarum. — 11. *esse gravius* om. a — 12. *gloriam videbatur* a — *Hunc -- erga se voluntatis* affert Gellius N. A. XIII, 1. — 13. *quem*] *q.* sup. lin. V — *praesentes dixit pro populo praesentes* a t — 14. *nec* V: *neque* D i et codd. Gellii; *nec enim* V etiam habet II, §§ 4. 43 cet. — *enim* om. a t — *neque perficere poteram* i — 15. *accidisse* t — .*inpendere* V a g; *multa autem impendere videntur praeter naturam et praeter fatum* affert Placidus Lactantius in schol. ad Statii Theb. III, 205; *multa mihi imminere videbantur praeter naturam praeterque fatum* Servius ad Verg. Aen. IV, 653. — *uidentur* V et Gellius: *uidebantur* D i — 16. *etiam* om. D(tuetur Gellius quoque) — *factum* a t — *tamen* V: om. D i et Gellius. — 19. *uos* V — *confido etiam* V, sed *etiam* pr. m. deletum. — *incipiam* b — *quaerar hs de hesterna in senatum tam acerbe* V^1 mediis omissis; manu paulo recentiore in ima pagina additum est: *INS* [insere] *de hesterna antoni iniuria cui sum amicus idq. me non nullo eius officio debere esse prae me semper tuli quid tandem erat causae cur,* ut fort. scribendum sit: *cur die hesterno in senatum* cet., nisi *hesterno die* prorsus abiiciendum est. — 20. *externa* t — 21. *esse* omittendum censuit Ernesti. — *prae me* om. a — 22. *in senatu* a g — *hesterna* a; *externo* bt — 23. *non* om. a — *fuistis frequentes* a — 24. *deferre* V, fort. recte. — 25. *pyrri* a g t; om. V^1 — *agitabatur* b — 26. *supplicionibus* t — 27. *esse* b g — 28. *non*] *de* a — *de quorum* V: *quorum de* i D O — 29. *idem*] *diem* V^1 — *ita sint* t.

ut paene liberum sit senatori non adesse. Qui cum mihi mos notus esset cumque e via languerem et mihimet displicerem, misi pro amicitia qui hoc ei diceret. At ille vobis audientibus cum fabris se domum meam venturum esse dixit. Nimis iracunde hoc quidem et valde intemperanter. Cuius enim maleficii tanta ista poena est, ut dicere in hoc ordine auderet se publicis operis disturbaturum publice ex senatus sententia aedificatam domum? Quis autem umquam tanto damno senatorem coëgit? aut quid est ultra pignus aut multam? Quod si scisset quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profecto de severitate cogendi. VI. 13. An me censetis, patres conscripti, quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? ut inexpiabiles religiones in rem publicam inducerentur? ut decernerentur supplicationes mortuo? Nihil dico cui. Fuerit ille Brutus, qui et ipse dominatu regio rem publicam liberavit et ad similem virtutem et simile factum stirpem iam prope in quingentesimum annum propagavit: adduci tamen non possem, ut quemquam mortuum coniungerem cum immortalium religione, ut, cuius sepulchrum usquam exstet ubi parentetur, ei publice supplicetur. Ego vero eam sententiam dixissem, ut me adversus populum Romanum, si qui accidisset gravior rei publicae casus, si bellum, si morbus, si fames, facile possem defendere; quae partim iam sunt, partim timeo ne impendeant. Sed hoc ignoscant di immortales velim et populo Romano, qui id non probat, et huic ordini, qui decrevit invitus. 14. Quid? de reliquis rei publicae malis licetne dicere? Mihi vero licet et semper licebit dignitatem tueri, mortem contemnere. Potestas modo veniendi in hunc locum sit: dicendi periculum non recuso. Atque utinam, patres conscripti, Kalendis Sextilibus adesse potuissem! non quo profici potuerit aliquid, sed ne unus modo consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus re publica inveniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem, homines amplissimis po-

---

1. *pene* V a t — 2. *e via* mei: *de via* O cum 3 codd. Ferrarii. — *displiceret* a — 3. *hoc ei diceret* V: *hoc* (*haec* i) *ediceret* D i — *Ad* V¹ — *audientibus cum fabris se* V sup. lin. a m. 2. — 4. *quidem hoc* a — 5. *malefici* t et V cum ras. post *ci* — *tanta* V: om. D i — *ita* t — 6. *publici* g t — 7. *umquam* V quoque habet (*unquam* O et sic semper) — *coegit aut* V corr. ex *coegitauit* — 8. *Qui si* i — *sciret* maluit Garatoni. — 11. *decretum* t — 12. *religiones* om. t — *in re publica* V, *in r. p.* t, qui plerumque *r. p.* per omnes casus habet. — 13. *mortuo* V: *mortuorum* D i — *cui* a: *qui* V b g t, *quis* i — *fuerit ille licet Brutus, qui et ipse d. r. r. p. liberavit et stirpem prope quingentesimum anuum propagavit* Schol. Lucani VII, 589. — *fuerit* om. b — *Brutus* V: *L. Brutus* i D O — 14. *dominatu regio* V b t: *regio dominatu* a i g — 15. *iam prope in* V: *in prope* a b i; *iam prope* om. g t. Cf. de *iam prope,* quod Goerenzius quondam Latinum esse negavit, Hand. Turs. III, p. 135 sq. et locos quos Ern. Ed. Vogelius in *Observv. ad aliquot Cic. locos* (Biponti 1830) p. 26 attulit: Brut. § 35. de Orat. II, § 7. ad Att. IV, 4. p. Cael. § 25. in Verr. V, § 160. — *quinquagesimum* a (*annum quingent.* g) — 16. *quemq;* a — *mortum* V¹ — *immortalium* V: *deorum immortalium* D i — 17. *sepulchrum* V g t: *sepulcrum* a b i O — *usquam* b g: *nusquam* a i t V O. Cf. Madvigii Opusc. I, p. 202. — *extet* mei. — *ibi* g, qui deinde habet *et supplicetur* — 18 et 19. *publicę* V — *dixissem* V: *dixissem p. c. (patres conscripti)* i D O — 19. *rem publicam* V; at v. in Catil. IV, § 11. — *si qui* V a b: *si quis* g i; *si quid* t — *sei bellum* V; *silibellum* t — 20. *quae*] *quē* t — 21. *inpendeant* V a — *haec* a — *di* V: *dii* O — 22. *id* om. a t — 23. *dicere mihi. Verum* a b; *mihi dicere uerum?* g t — 24. *uero licuit* i — 25. *modo*] *uero* b — *in*] *ut* a — *dicendi* V cum ras. post *ndi*; ante *n* m. 2 *de* superscr. est. — 26. *adesse*] *ad se* t — 27. *non quod* b — 28. *rei p.* b — *inuenitur* t — 29. *amplissimos* i.

puli Romani beneficiis usos L. Pisonem ducem optimae sententiae non secutos. Idcircone nos populus Romanus consules fecit, ut in altissimo gradu dignitatis locati rem publicam pro nihilo haberemus? Non modo voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne vultu quidem assensus est. 15. Quae malum! est ista voluntaria servitus? Fuerit quaedam necessaria: neque ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiam consulari loco dicunt. Alia causa est eorum, quorum silentio ignosco, alia eorum, quorum vocem requiro. Quos quidem doleo in suspicionem populo Romano venire non modo metus, quod ipsum esset turpe, sed alium alia de causa deesse dignitati suae. VII. Quare primum maximas gratias et ago et habeo Pisoni, qui non quid efficere posset in re publica cogitavit, sed quid facere ipse deberet: deinde a vobis, patres conscripti, peto ut, etiam si sequi minus audebitis orationem atque auctoritatem meam, benigne me tamen, ut adhuc fecistis, audiatis.

16. Primum igitur acta Caesaris servanda censeo, non quo probem — quis enim id quidem potest? — sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis atque otii. Vellem adesset M. Antonius, modo sine advocatis — sed, ut opinor, licet ei minus valere, quod mihi heri per illum non licuit —: doceret me vel potius vos, patres conscripti, quem ad modum ipse Caesaris acta defenderet. An in commentariolis et chirographis et libellis se uno auctore prolatis, ne prolatis quidem, sed tantum modo dictis, acta Caesaris firma erunt: quae ille in aes incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? 17. Equidem existimo nihil tam esse in actis Caesaris quam leges Caesaris. An, si cui quid ille promisit, id erit fixum, quod idem non facere potuit? ut multis multa promissa non fecit: quae tamen multo plura illo mortuo reperta sunt, quam a vivo beneficia per omnes annos

---

1. *rei p.* g — *optumae sententiae ne non* V (*o. s. consecutos* t) — 2. *Rom. populus* g — *consularis* i — *altissimo* V[1] D: *altissimo amplissimoque* i V[2] O. Cf. p. 831, 13. 936, 15. — 4. *Pisonis* D — *consulari* i; *consularis orationi* b g — *adsensus* V — 5. *quae* V b t et Aquila Romanus (qui § 45 affert *Quae -- servitus*): *quaedam* a, *quod* g, *quodnam* i — *est ita* b — 6. *necque* V; *nec* D i — *his* D — *consulari loco* V b t: *loco consulari* a g i — 7. *quorum -- alia eorum* om. a — 8. *uocerem* V — *suspitionem* t — *pop. R.*] *pr.* V corr. ex *per*; *p. r.* a; *populi R.* i (*uenire p. r.* t); *populo* omnibus litteris b; cf. p. 334, 28. — 9. *non modo metus* V: *non metu* D i. Cf. Iahnii Ann. nov. XL, p. 223. — *est* i — 10. *de casus adesse* V (ex: *de caussa deesse*) — *dignitatis suae* V a — *Quare gratias pisoni maximas et ago et habeo* affert Grillius fol. 18. — *et ago et habeo* V: *et habeo et ago* D i; at cf. Phil. III, § 25. p. Marc. § 33; inversus ordo est Phil. X, § 1. — 11. *Pisoni* V: *L. Pisoni* i D O — *non*] *nũ* V — *possit* V pr. m. ex *posset* corr. (*effic. posset* om. a) — *in rem p.* g — 12. *quid* om. t — *ipse facere* i — 14. *met tamen* V; *tamen me* i; *me* om. b pr. m. — *fecistis adhuc* D — 16. *enim* V corr. ex *enicam* — 17. *paucis* t — *et otii* i; *aduotii* V[1] — *adesset M.* nos: *adessem* V (sed *m* punctata); *M.* om. i D O — 18. *auocatis* t — *sed aut* V[1] — *heri* V corr. ex *hebipe* — 19. *licuit* V i (sed habet V in ras. a m. sec.): *licebat* D, ut in V pr. m. scriptum fuisse contendit Deycks (in comm. de cod. Phil. Vaticano p. 21), de qua re nostra tacet collatio. — *doceret* om. V[1]; *docere* b — *me*] *te* V — 20. *facta* a — *comentariolis* V — *chirographis* b t: *cyrographis* V a g — 21. *probatis* a g — *ne* V: *ac ne* D i — 22. *quae*] *q.* V; *quae -- incidit* affert Arusianus p. 242 L. — 23. *perpetuas* t — 24. *Et quidem* a — *in actis esse* a — 25. *erat* a — *non facere* Muretus: *facere non* codd. (etiam a, de quo falsa Orellius prodidit in orr. sell. XVII, sed non est error ipsius sed collationis, quam ad manum habuit.) — 26. *ut multais* V[1] — *non fecit*] *soluerit* b — *quae -- et data* om. t — 27. *reperta sunt illo mortuo* i (*reparata* g) — *quam uiuo* a b i g — *omnis* V — *annis* V[1].

tributa et data. Sed ea non muto, non moveo; summo studio illius praeclara acta defendo. Pecunia utinam ad Opis maneret! cruenta illa quidem, sed his temporibus, quoniam iis, quorum est, non redditur, necessaria. Quamquam ea quoque sit effusa, si ita in actis fuit. 18. Ecquid est quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in re publica cum potestate imperioque versatus sit, quam lex? Quaere acta Gracchi; leges Semproniae proferentur: quaere Sullae; Corneliae. Quid? Pompei tertius consulatus in quibus actis constitit? nempe in legibus. De Caesare ipso si quaereres, quidnam egisset in urbe et in toga, leges multas responderet se et praeclaras tulisse, chirographa vero aut mutaret aut non daret, aut, si dedisset, non istas res in actis suis duceret. Sed haec ipsa concedo, quibusdam etiam in rebus coniveo: in maximis vero rebus, id est legibus, acta Caesaris dissolvi ferendum non puto. VIII. 19. Quae lex melior, utilior, optima etiam re publica saepius flagitata, quam ne praetoriae provinciae plus quam annum neve plus quam biennium consulares obtinerentur? Hac lege sublata videnturne vobis posse Caesaris acta servari? Quid? lege, quae promulgata est de tertia decuria nonne omnes iudiciariae leges Caesaris dissolvuntur? Et vos acta Caesaris defenditis, qui leges eius evertitis? nisi forte, si quid memoriae causa rettulit in libellum, id numerabitur in actis et, quamvis iniquum et inutile sit, defendetur: quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Caesaris non habebitur. 20. At quae [est] ista tertia decuria? — Centurionum, inquit. — Quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante Pompeia, Aurelia non patebat? — Census praefiniebatur, inquit. — Non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano: itaque viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res et iudicant et iudicaverunt. — Non quaero, inquit, istos: quicumque ordinem duxit iudicet. — At si ferretis, quicumque equo meruisset, quod est lautius, nemini probaretis; in iudice enim spectari et fortuna debet et

---

1. *non moueo*] *ueo* V¹; *moueo* a — *summo studio illius praeclara* V: *summo etiam studio praeclara illius* i D O — 2. *pecuniam* V¹ — *ad opes* a; *ad opus* t; *ad opis templum* b; *ad aedem opis* i — *quidem illa* i — 3. *his* a b g: *is* V, *iis* i t — *quoniam*] *cum* a i — *iis* b t i: *is* V, *his* a g — *non quorum est non redditur* V; *non redditur quorum est* t — 4. *quanquam* V — *in actis eius* i — *fuisset* b — *haecquid* V (sed *h* punctata); *eo quid* b; *et quid* a g i (*Ecquid - - imperioque* om. t) — 5. *in rem p.* g — 6. *gracci* t — 7. *quaere siullae* V; *qua sillae* a — *cornelii* a g — *Pompei* V: *Cn. Pompei (Pompeii)* i D O (T *gen̄* ex *gnei*) — 8. *constitit* V b t: *consistit* a g i — *nempe* in V sup. lin. est, sed 1 m. — *de* V: *a* D i — 9. *quaeres* i — *urbem* V — *et in togam* V; *et toga* i; *et in totam* a t — *multas leges* t — 10. *se* om. t — *cyrographa* V — 11. *si non dedisset. non* t — *ista* V¹ — *duceret*] *daret* b — 12. *haec* V: *ea* D i — *etiam in rebus* V: *in rebus etiam* a g t i; *etiam in rebus ego ipse* b — *conniveo* i O — 14. *optimas* V¹ — *.rp.* t, *an rei publicae* V (sed *an* punctis deletum); *in re p.* i; *rei p.* a b g — 15. *prouintiae* t — *neue* V b i: *neu* a g t — 16. *optinerentur* V b g t — 17. *posse* V: om. D i et edd. — *acta Caesaris* i — *Quid? lege* V: *Quid ea lege* D i — *de* om. b — 18. *decuria* V: *decuria iudicum* D i — 19. *eius*] *ex* a — *euertistis* b t — 20. *rettulit* V: *retulit* i D O — *inicum* V¹; *inimicum* a — 21. *adefendetur* V, sed *a* punctata; *n̄ defendetur* t — 22. *atque* a b i — *est* om. V, fort. recte; cf. II, § 48 *quae autem domus?* — *tertia* om. g — 23. *inquid* t, item v. 27. — *illi* b — *ordinis* V¹ — *iudicatis* b — 24. *etiam ante* V i: *et iam ne* b; *etiamne* a g t — *census praef. - - etiam Romano* affert Arusianus p. 253 L. — 26. *honest. atque fortissimi* D — *qui* om. a — *duxerunt tres* t — 27. *quicumque* etiam V habet — 28. *ad* V¹ — *feratis* i — 29. *lautius* V: *laudatius* D i — *nomini* t.

dignitas. — Non quaero, inquit, ista: addo etiam iudices manipulares ex legione Alaudarum; aliter enim nostri negant posse se salvos esse. — O contumeliosum honorem iis, quos ad iudicandum nec opinantes vocatis! hic enim est legis index, ut ii res in tertia decuria iudicent, qui libere iudicare non audeant. In quo quantus error est, di immortales! eorum, qui istam legem excogitaverunt! Ut enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime severitate iudicandi sordes suas eluet laborabitque ut honestis decuriis potius dignus videatur quam in turpem iure coniectus. IX. 21. Altera promulgata lex est, ut et de vi et maiestatis damnati ad populum provocent, si velint. Haec utrum tandem lex est an legum omnium dissolutio? Quis est enim hodie, cuius intersit istam legem † manere? Nemo reus est legibus illis, nemo, quem futurum putemus: armis enim gesta numquam profecto in iudicium vocabuntur. At res popularis. Utinam quidem aliquid velletis esse populare! omnes enim iam cives de rei publicae salute una et mente et voce consentiunt. Quae est igitur ista cupiditas legis eius ferendae, quae turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? Quid enim turpius quam qui maiestatem populi Romani minuerit per vim, eum damnatum iudicio ad eam ipsam vim reverti, propter quam sit iure damnatus? 22. Sed quid plura de lege disputo? quasi vero id agatur ut quisquam provocet: id agitur, id fertur, ne quis omnino umquam istis legibus reus fiat. Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui reo condemnato obiicere se multitudini conductae velit, aut iudex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercennarias statim protrahatur? Non igitur provocatio ista lege datur, sed duae maxime salutares leges quaestionesque tolluntur. Quid est aliud hortari adolescentes, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives velint esse? Quam autem ad pestem furor tribunicius impelli non poterit his duabus quaestionibus de vi et maiestatis sublatis? 23. Quid, quod obrogatur legibus Caesaris, quae iubent ei, qui de vi, itemque ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici? quibus

---

1. *iud. manipularis* V¹ — 3. *his* a b g — *opinantis* V — 4. *iudex* i — *ut ii* b i t: *uti* V, *ut hi* a g — *res* V: om. D i — 5. *quo quamuis* b — *est error* i; *horror est* t — *di* V: *dii* O — *inmortales* t — 6. *legem iudicauerunt* a — *ut* om. V¹ — *quique* t — *eleuet* a — 8. *apotius* V, sed *a* punct.; cf. supra ad p. 1230, 21. — *turpe* t; *turpi* a g; *turpes* b i — 9. *ut et* V: *ut* D i — *et maiestatis* scripsi: *et maiestates* V; *et de maiestate* i D O. Cf. infra v. 28 et 30. p. Cluent. § 97. — 10. *haec* V i: *haec cum* g t; *aecum* a; *hec tum* (corr. ex *cum*) b — 11. *enim est* i — *legem istam* t — 12. *manere* V i: *uenire* D; *valere* Orelli (3) probabiliter, nisi malis *sanciri* — *legibus illis* V: *istis legibus* D i — 14. *ad res populares* V D i, sed in V pr. m. *popularis* corr. — *aliquid uelletis quidem* t; *quidem uelletis aliquid* i — 15. *de rei salute* V¹; 2 m. *p.* addidit. — *una salute* t — 16. *ista*] *ea* i; *haec* a; *ista lex* t — *eius legis* i; *legis ex* a — 17. *enim est* b i — 18. *minuerit per uim* V b t: *per uim min.* a g i — 19. *vim* om. a i — 20. *disputata* t — 22. *obicere se* V corr.: *obicere* V¹; *obici se* i D O; fort. *qui se reo c. obicere* — 23. *condemnare* a b — 24. *mercennarii* t; *mercenarias* b O — *protrahantur* V¹ — 25. *due res maxime* b — *maximae* V t — 26. *quid est aliud* V b t: *quid est igitur* a; *quid est aliud igitur nisi* g; *quid est igitur aliud quam* i — *hortari* V: *adhortari* i D O — *adulescentes* V — 27. *pernitiosi* V a i — *quem* g t — *ad rei p. pestem* D — *tribusnicius* V¹, *tribunitius* t — 28. *inpelli* a t; *impellere* g — *non* om. a — *et maiestatis* scripsi: *et maiestate* (ante *subl.*) V; *et de maiestate* i D O. Cf. v. 9 et 30. — 29. *abrogatur* i t — *iis legibus* i — *iubenti* V; *uident ei* b — *qui de* om. a — 30. *itemque ei qui* a g i t: *itemque qui* b; *itemque* V, unde Garatoni *item qui*; at firmat lectionem receptam Arusianus Messius, qui p. 237 L. *iubent -- interdici* et p. 226 *quae iubent -- damnatus sit* affert. — *maiestates* V — *aqueuestigni* V¹ — *igne* a.

cum provocatio datur, nonne acta Caesaris rescinduntur? Quae quidem ego, patres conscripti, qui illa numquam probavi, tamen ita conservanda concordiae causa arbitratus sum, ut non modo, quas vivus leges Caesar tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem, sed ne illas quidem, quas post mortem Caesaris prolatas esse et fixas videtis. X. 24. De exsilio reducti a mortuo, civitas data non solum singulis, sed nationibus et provinciis universis a mortuo, immunitatibus infinitis sublata vectigalia a mortuo. Ergo haec uno, verum optimo auctore domo prolata defendimus: eas leges, quas ipse nobis inspectantibus recitavit, pronuntiavit, tulit, quibus latis gloriabatur, eisque legibus rem publicam contineri putabat, de provinciis, de iudiciis, eas, inquam, Caesaris leges nos, qui defendimus acta Caesaris, evertendas putamus? 25. Ac de his tamen legibus, quae promulgatae sunt, saltem queri possumus: de iis, quae iam latae dicuntur, ne illud quidem licuit; illae enim sine ulla promulgatione latae sunt ante quam scriptae. Quaero autem, quid sit cur aut ego aut quisquam vestrum, patres conscripti, bonis tribunis plebi leges malas metuat. Paratos habemus qui intercedant, paratos qui rem publicam religione defendant; vacui metu esse debemus. — Quas tu mihi, inquit, intercessiones? quas religiones? — Eas scilicet, quibus rei publicae salus continetur. — Negligimus ista et nimis antiqua ac stulta ducimus: forum saepietur, omnes claudentur aditus, armati in praesidiis multis locis collocabuntur. — 26. Quid tum? Quod ita erit gestum, id lex erit? et in aes incidi iubebitis, credo, illa legitima: «consules populum iure rogaverunt» — hocine a maioribus accepimus ius rogandi? — «populusque iure scivit». Qui populus? isne, qui exclusus est? Quo iure? an eo, quod vi et armis omne sublatum est? Atque haec dico de futuris; quod est amicorum ante dicere ea, quae vitari possint: quae si facta non erunt, refelletur oratio mea. Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum vobis: demonstro vitia; tollite! denuntio vim, arma; removete!

---

2. *tamen* V: om. D i — 3. *leges Caesar* V: *leges* om. t; *Caes. leges* a b g i — 4. *non* om. i — 5. *quas*] *trias* a — *exilio* mei. — 6. *reducti sunt* i — *prov. et nat.* a — 7. *universis a mortuo* V t: *a mortuo* om. a b i g — *inmunitatibus* V a t — 8. *uerum* V: *uiro* D i — *auctore optimo* g — 9. *eas*] *aes* V — *nobis* V corr. D i: *nouos* V¹; *vobis* O — 10. *tulit* V corr. ex *ut* — *eisque* V: *iisque* b t; *hisque* a g i — *continere* D — 11. *prouintiis* t, et sic saepissime. — *nos quidem def.* t — 12. *uertendas* D — *putabimus* (vel *putauimus*) D i, sed in b *putamus* corr. — *his* V a g i: *iis* b t O. Illud verum est de legibus, de quibus nunc ipsum Cicero agit et quae adhuc promulgatae sunt, contrariae illae legibus iam latis. — 13. *quae*] *q.* V — *sunt*] *est* a — *de his* a b — 14. *tam* a b g — *illud* om. V¹. Exciditne *id* ante *quidem*? — *sine ulla* V: *nulla* D i — 15. *quaero autem* V b g t: *quae autem* a; *quaerunt* i O (*quaerunt quidam quid sit* coni. Lamb.) — 16. *bonus tr.* b g t — 17. *plebi* V¹: *plebis* V² O — 18. *rem p.*] *R P. R.* (altera *R.* m. 2 addita) V — *vacui* - - *debemus* habet Arusianus p. 265 L. — 19. *inquit mihi* t — *intercessiones inquis* i — *religiones nominas* b — 20. *neclegimus* V t — *anticua* V — *ac* V D: *et* i O — 22. *multis in locis* a g i — *qui tum* a — *quid ita erit gestum?* t — 23. *et in aes* - - *legitima* affert Arusianus p. 242 L. — *uidebitis* b t; *iubetis* g (*iubebitis? Cedo illa legitima* Muretus) — *legitima quae* i — 24. *hocine* V¹: *hoc enim* V corr. 2 m. D i; *hoccine* O; cf. Madv. ad Cic. de Finn. p. 75. — 25. *accipimus* a g — *populusquae* V a i — 26. *quod uitarimis* V¹; *qui uriarmis* b — 27. *atque* V: *atque ego* i D O — *hoc* b i — *est augurum* i — 28. *possint* V a g: *possunt* b t i — 30. *denuntio vim: arma removete* distinxerunt Muretus et Faërnus.

XI. 27. Irasci quidem vos mihi, Dolabella, pro re publica dicenti non oportebit. Quamquam te quidem id facturum non arbitror — novi facilitatem tuam — : collegam tuum aiunt in hac sua fortuna, quae bona ipsi videtur — mihi, ne gravius quippiam dicam, avorum et avunculi sui consulatum si imitaretur, fortunatior videretur — : sed eum iracundum audio esse factum. Video autem quam sit odiosum habere eundem iratum et armatum, cum tanta praesertim gladiorum sit impunitas: sed proponam ius, ut opinor, aequum, quod M. Antonium non arbitror repudiaturum. Ego, si quid in vitam eius aut in mores cum contumelia dixero, quo minus mihi inimicissimus sit, non recusabo: sin consuetudinem meam tenuero, id est, si libere quae sentiam de re publica dixero, primum deprecor ne irascatur, deinde, si hoc non impetro, peto ut sic irascatur ut civi. Armis utatur, si ita necesse est, ut dicit, sui defendendi causa: iis, qui pro re publica quae ipsis visa erunt dixerint, ista arma ne noceant. Quid hac postulatione dici potest aequius? 28. Quod si, ut mihi a quibusdam eius familiaribus dictum est, omnis eum quae habetur contra voluntatem eius oratio graviter offendit, etiam si nulla inest contumelia, feremus amici naturam. Sed îdem illi ita mecum loquuntur: «non idem tibi, adversario Caesaris, licebit, quod Pisoni socero,» et simul admonent quiddam, quod cavebimus: «nec erit iustior in senatum non veniendi morbi causa quam mortis.» XII. 29. Sed per deos immortales! — te enim intuens, Dolabella, [qui es mihi carissimus,] non possum utriusque vestrum errorem reticere — : credo enim vos, nobiles homines, magna quaedam spectantes, non pecuniam, ut quidam nimis creduli suspicantur, quae semper ab amplissimo quoque clarissimoque contempta est, non opes violentas et populo Romano minime ferendam potentiam, sed caritatem civium et gloriam concupivisse. Est autem gloria laus recte factorum magnorumque in rem publicam meritorum, quae

---

1. *quidem vos* V: *vos quidem* a b t i; *te quidem* g — 2. *oportebit* D i: *oportebat* V solus et O (1). «Incipit Tullius hac primum oratione de re publica dicere adversus consules: et quae hic sequuntur, omnia de futuro dicuntur.» Garatoni. — *novi* V: *novi enim* D i — 3. *tum* V^1 — *fortuna sua* b — 4. *mihi -- videretur*] haec verba cum L. C. M. Auberto (*Observv. critt. in I. Cic. Antonianam* Christianiae 1841) signis parentheseos a reliqua oratione seclusimus, id quod cum oratio *ἀναχόλουθος* flagitat, tum illud, ne quis verba sic iungat: *quae* (fortuna) *mihi fortunatior videretur.* — *quippiam* mei: *quidpiam* O — *mauorum* V — 5. *imtaretur* V — 6. *esse* V: om. D i — *eundem iratum* V: *iratum eundem* i D O — 7. *sit gladiorum* b — *inpunitas* a — 8. *promam ius* a i; *propona*mus* V^1 — *aecum* V — *M.* om. g — 9. *mores contumeliae* a i — 10. *sin* V: *si* D i — 11. *meam tenuero* V^1: *meam quam in re publica semper* (*semper in r. p.* i) *habui, tenuero* V sup. lin. m. 2 (non prima, ut ait Garat.), i D O — *liberum* t — *quam sententiam* a — 12. *inpetro* a — *sic*] *sit* t — 13. *civi*] *qui* b — *necesset ẽ* V (sed *ẽ* in ras. a m. sec.) — *dicunt* b — 14. *his* a g — *ipsi* a t — 15. *ne* om. t — 16. *a quibusdam mihi* i — *familiaribus eius* V (?) teste Deycksio. — *eum*] *enim* t — 18. *idem* mei: *iidem* O — *mecum locuntur* V: *mecum* i D O — 19. *pisoniscero* V^1 — 20. *simul admonent -- kavebimus* (sic) affert Arusianus Messius p. 243 Lindem. — *quiddam* V corr. ex *quiddicam* — *iustior* V: *iustior p. c.* i D O. Verba *nec erit -- quam mors* esse familiarium admonentium, vidit Aubertus. — 21. *causa morbi* i — 22. *immortalis* V — vv. *qui -- carissimus* in V m. 2 suppleta sunt. — 23. *utriusque u. errorem* V: *de utriusque u. errore* i D O — 24. *homines nobiles* i — *spectantis* V — 25. *crudeli* g t — *clarissimo* b — 26. *uiolantas* V — 27. *concupiuisse* V: *concupisse* i D O (sed g *concepisse*) — *est autem* V^1: *Ea autem* a; *ea est autem* V corr. m. 2, b t O; *ea autem est* g i — 28. *laus* V^1: *et laus* V^2 (m. sec.) D i — *rem publica* V; *re .p.* b; *.rp.* t — *meritorum* V D i: *fama meritorum* O et codd. Isidori

cum optimi cuiusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur. 30. Dicerem, Dolabella, qui recte factorum fructus esset, nisi te praeter ceteros paulisper esse expertum viderem. Quem potes recordari in vita illuxisse tibi diem laetiorem quam cum expiato foro, dissipato concursu impiorum, principibus sceleris poena affectis, te domum recepisti? Cuius ordinis, cuius generis, cuius denique fortunae studia tum laudi et gratulationi tuae se non obtulerunt? Quin mihi etiam, quo auctore te in his rebus uti arbitrabantur, et gratias boni viri agebant et tuo nomine gratulabantur. Recordare, quaeso, Dolabella, consensum illum theatri, cum omnes earum rerum obliti, propter quas fuerant tibi offensi, significarent se beneficio novo memoriam veteris doloris abiecisse. 31. Hanc tu, P. Dolabella, — magno loquor cum dolore — hanc tu, inquam, potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere? XIII. Tu autem, M. Antoni, — absentem enim appello — unum illum diem, quo in aede Telluris senatus fuit, non omnibus his mensibus, quibus te quidam multum a me dissentientes beatum putant, anteponis? Quae fuit oratio de concordia! quanto metu veterum malorum, quanta sollicitudine civitas tum a te liberata est, cum collegam tuum depositis inimicitiis, oblitus auspiciorum a te ipso augure populi Romani nuntiatorum, illo primum die collegam tibi esse voluisti, tuus parvus filius in Capitolium a te missus pacis obses fuit. 32. Quo senatus die laetior? quo populus Romanus? qui quidem nulla in contione umquam frequentior fuit. Tum denique liberati per viros fortissimos videbamur, quia, ut illi voluerant, libertatem pax consequebatur. Proximo, altero, tertio, denique reliquis

---

Origg. II, 30, 2, ubi locus sic affertur: *gloria est laus recte factorum magnorumque in re publica fama meritorum.* Videtur *fama* adiectum esse ex or. p. Marc. § 26. — *quae*] *q.* V — 1. *tum opt.* i — *testimoni* t — 2. *praeter ceteros* om. D i — 3. *paullisper* O contra meos (*esse paul.* i) — *esse* om. t — *exertum* V¹ — *videremus* a i — 4. *inluxisse* V — *tibi illuxisse* a g i — *cum* om. b — 5. *inpiorum* a — *adfectis* V — *te domum* V¹ D i: *urbe incendio et caedis metu liberata, te domum* O et sic V² m. 2 recentiore, nisi quod in hoc est *et tedis* et *liberato* — 7. *optulerunt* t; *optarent* a; *tulerunt* V i — *quin*] *cum* a t — *mihi* om. a — *quo* om. V — *in his* V a g i: *in iis* b t O — 8. *nomini* a g — 9. *theathri* V — 10. *offensis* V, fort. ex *offensi se* — *significarent* V t i: *significaverunt* a g; *significarunt* b et O cum Mureto. Videtur *significarent* ferri posse, si explices: recordare qui consensus theatri fuerit, cum significarent cet. — 11. *se* om. V — *novo benef.* a — *doloris veteris* i — 12. *dola* V¹ — *loquar* a — *dolore* om. a — 13. *potuisti aequo animo* V D: *aequo a. potuisti* i O (Deycksius falso Vaticano *animo aequo* tribuit) — *tu* V: *te* D i — 14. *antonii* t — *enim* V: om. i D O — *apello* V — *quo* om. b — 15. *his* mei (b¹ *is*): *iis* O — *mensius* V¹ — 16. *dissentientem* a — *oratio tua de conc.* Muretus. — 17. *veterum malorum* scripsi: *ueterani* codd. et O (sed a *ueteri*); *veterani* Manutius delevit; *senatus* coni. Ernesti, *veteris mali* Orelli (3), *incerta* Bake in Schol. Hypomn. I, 197. Cf. etiam Madvigii Opusc. I, p. 203 not. — *solicitudine* V — 18. *cum coll. tuum* V: *cum tuum coll.* i; *tuum coll.* a t (sed t *tum*); *tu coll.* b g. Apud Or. verba sic distincta sunt: *liberata est. Quum collegam -- obses fuit: quo senatus die* cet. — *dispositis* a t — *inimicis* a — 19. *auspiciorum* V i: *auspicia* D O — *a* V: om. D i — *populi R. nuntiatorum* Faërnus: *pronuntiate* V¹; *pronuntiante* V corr. m. 2; *nuntiante* D i; *nuntiata* O cum Ernesto. — *primo* D — 20. *conlegam* V — *esse tibi* g — *tuus* V i: *.k. tuus* t; *karissimus tuus* g; *R. tuus* a; *licet tuus* b; fortasse: *cum tuus* — *parvus* mei: *parvulus* O, qui errore nescio quo hanc lectionem Vaticano tribuit. — *capitolio* a b g — 21. *senatus delitior* V¹ — *quo p. r.* V²; *p. r.* om. V¹ — *contione* V b g i: *contentione* a; *contione erat* t; *concione* O — *laetior fuit* i — 23. *per* om. V — *uidebantur* t — 24. *consequebatur* V a g t i: *sequebatur* b O; cf. Phil. X, § 20. — *proximo altero* O (1) cum Ferrario et Mureto; at v. Madv. Op. I, p. 135. — *alter tercio* t — *denique* om. b.

consecutis diebus non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferre rei publicae, maximum autem illud, quod dictaturae nomen sustulisti. Haec inusta est a te, a te, inquam, mortuo Caesari nota ad ignominiam sempiternam. Ut enim propter unius M. Manlii scelus decreto gentis Manliae neminem patricium Manlium Marcum vocari licet, sic tu propter unius dictatoris odium nomen dictatoris funditus sustulisti. 33. Num te, cum haec pro salute rei publicae tanta gessisses, fortunae tuae, num amplitudinis, num claritatis [num gloriae] paenitebat? Unde igitur subito tanta ista mutatio? Non possum adduci ut suspicer te pecunia captum: licet quod cuique libet loquatur, credere non est necesse; nihil enim umquam in te sordidum, nihil humile cognovi. Quamquam solent domestici depravare non numquam, sed novi firmitatem tuam. Atque utinam ut culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisses! XIV. Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriae gloriosum putes plus te unum posse quam omnes et metui a civibus tuis. Quod si ita putas, totam ignoras viam gloriae. Carum esse civem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est: metui vero et in odio esse invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. 34. Quod videmus etiam in fabula illi ipsi, qui «oderint, dum metuant» dixerit, perniciosum fuisse. Utinam, M. Antoni, avum tuum meminisses! de quo tamen audisti multa ex me eaque saepissime. Putasne illum immortalitatem mereri voluisse, ut propter armorum habendorum licentiam metueretur? Illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem ceteris, principem dignitate. Itaque, ut omittam res avi tui prosperas, acerbissimum eius supremum diem malim quam L. Cinnae dominatum, a quo ille crudelissime est interfectus.

35. Sed quid oratione te flectam? Si enim exitus C. Caesaris efficere non potest ut malis carus esse quam metui, nihil cuiusquam proficiet nec valebit oratio. Quem qui beatum fuisse putant, miseri ipsi

---

1. *quasi domum* t — *cottidie* V a, *cotidie* b g t — *adferre* V; *inferre* a — 2. *magnum* b — *illut quod dicaturae* V — 3. *inusta aestate a te* V; *inista aetate a te* a — *caesaris* V; *caesare* a; *C. Caesari* b g t — *at* V — 4. *manli* b — *decreto senatus gentis* g — 5. *patrinum* t — *Manlium Marcum* Gulielmius: *Marcum* om. codd.; *Marcum Manlium* O. Etiam apud Paulum Diac. p. 125 ed. Muell. scribendum est: *Manlium patriciae familiae neminem Marcum vocari licuit,* ubi editores *Marcum* ante *Manlium* suppleverunt; at v. Paul. D. p. 151. — *licet* i post *patricium* habet. — 6. *num te cum haec* V i: *num haec te cum* D — 7. *pro r. p. salute* i — 8. *amplectudinis* V — *num gloriae* om. V pr. m. — *paenitebat* g t: *penitebat* V a b i; *poenit.* O — 9. *non possum* - - *captum* affert Nonius p. 253. — 10. *nihil enim umquam solent* omissis mediis a t (sed t sine *enim*); *nihil enim umquam tam sanctum est quod non soleant* b g — 12. *tuam* omitit t — 13. *suspitionem* V — *illut* V — 14. *ignores* a — 15. *quam mones* V — *tuis* V: *tuis quam diligi malis* i D O — 16. *re p.* V², *re* V¹ — 18. *et detestabile* V — *inbecillum* V a g t — 19. *in fabula illi ipsi* V: *in fabulis ipsi illi* D O; *in fabulis ipsis illis* i — *oderunt* a b t — *dixerint* D i — 20. *M.* V: om. i D O — *antonii* t — *auum tuum* V corr. ex *autuum.* — *memin.* b ante *Antoni* habet. — 21. *aud. multa ex me* V: *multa aud. ex me* a b g i; *multa ex me aud.* t — *eaque* Faërnus: *aquae* V; om. i D O; *quam* Muretus. — *putasne* - - *voluisse* om. a; affert Servius ad Aen. IV, 348, qui habet *cum* — *inmort.* t — 22. *voluisse mereri* b — *metuendorum* i — 23. *Illi erat vita, illi* coni. Aubert et Ios. Mittermayer in progr. gymn. Aschaffenburgensis a. 1841. — *ceteris* V: *cum ceteris* D i, quod praefert Bake ad Cic. de legg. p. 513. Cf. etiam Reisigii Schol. de L. L. p. 678 et Muetzell. ad Curt. p. 484. — 25. *suppremum diem* V; *diem supremum* a b g — *mallem* D — 26. *interf. est* b — 27. *efficere hoc non p.* D i — 28. *cuiusdam* a g t — 29. *ualet* a — *fuisse* om. g t — *miserrimi* i — *ipsi* om. t.

sunt. Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Quare flecte te, quaeso, et maiores tuos respice atque ita guberna rem publicam ut natum esse te cives tui gaudeant; sine quo nec beatus nec clarus nec tutus quisquam esse omnino potest. XV. 36. Populi quidem Romani iudicia multa ambo habetis, quibus vos non satis moveri permoleste fero. Quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium civium? quid populi versus? quid Pompei statuae plausus infiniti? quid duobus tribunis pl., qui vobis adversantur? parumne haec significant incredibiliter consentientem populi Romani universi voluntatem? Quid? Apollinarium ludorum plausus vel testimonia potius et iudicia populi Romani parum magna vobis videbantur? O beatos illos, qui, cum adesse ipsis propter vim armorum non licebat, aderant tamen et in medullis populi Romani ac visceribus haerebant! nisi forte Attio tum plaudi et sexagesimo post anno palmam dari, non Bruto putabatis, qui ludis suis ita caruit, ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribueret absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausu et clamore leniret.

37. Equidem is sum qui istos plausus, cum popularibus civibus tribuerentur, semper contempserim; idemque cum a summis, mediis, infimis, cum denique ab universis hoc idem fit cumque ii, qui ante sequi populi consensum solebant, fugiunt, non plausum illum, sed iudicium puto. Sin haec leviora vobis videntur, quae sunt gravissima, num etiam hoc contemnitis, quod sensistis, tam caram populo Romano vitam A. Hirtii fuisse? Satis erat enim probatum illum esse populo Romano, ut est, iucundum amicis, in quo vincit omnes, carum suis, quibus est ipse carissimus: tantam tamen sollicitudinem bonorum, tantum timorem in quo meminimus? certe in nullo.

---

1. *inpune* V — 3. *maioris* V¹ — *guberna ita* a — 4. *te esse* g fort. recte; *te* in V m. 2 addidit. — *tui* om. a — *nec tutus* Muretus: *nec unctus* V; *nec sanctus* Deycks; *nec diuturnus* Mittermayerus coll. Phil. II, § 113; om. i D O — 5. *quisquam esse* V i: *esse quisquam* a g t O (*quisquam potest esse* b) — *omnino potest* Muretus: *omnipotestate* V; *potest* D; *potest. Et* i O; *omnino potest. At* Deycks.— 6. *ambo iudicia multa* i — *vos non* i: *uobis non* V; *non* b; *vos non* om. a g t — 7. *gladiatoriis* D i — *cium* V — 8. *cursus* b; *concursus* g — *Pompeii* b t O — *quid* om. b — *duobus tr. pl.* Faërnus: *u. T. R. P.* V (*u* aut *ii* aut *II*); *.u. tr. pl.* t; *hi tribuni pl.* i g; *his tr. pl.* a; *pl.* b; *iis tr. pl.* Ferrarius cum aliquot codd. et Muretus. Cf. Garat. ad h. l. — 9. *significabant* coni. Ernesti. — 10. *appolinarium* t — 12. *parum magna* V i: *parua* D (sed t *praua*) — *uideantur* a, *uidebuntur* t — 14. *ac*] *a* V — *herebant* V — *accio* i V O; *actio* D — *et* om. b g; *ex* t — 15. *post*] *tum* a g — *palma** *daris* V — *non B. putabatis* V: *putabatis non bruto* i; *non putabatis bruto* D (*putabitis* g t) — *qui iis ludis ita* i — *suis ita*] *ista* b — 16. post *studium* in V 2 m. *suum* additum est. — *populi R.* i; *Romanus* om. Muretus. — 17. *tribueret* V corr. m. 2: *tribuerit* V¹ D i O, quam lectionem defendit Nipperdey ad Caes. p. 83. At v. Madv. Opusc. I, p. 493. Post *tribuerit* est in V *ut*, sed punctatum m. 2 (non prima, ut ait Garat.), unde Faërnus coniecit: *absenti, ut desid.* — 18. *liniret* a g (*tribuerit -- lenierit* Lamb.) — 19. *istum qui* a t — *popularibus* V D: *a popularibus* i O. Cf. Madv. Opusc. I, p. 203. — 20. *contempserit* a — 21. *ii* b i t: *hi* V a g — 22. *populi sequi* a — *solebant* om. t — 23. *uobis leuiora* g et Muretus — 24. *quod consensistis et tam* a — 25. *A.* om. V¹; *A. Hirtii* om. b — *Hirti* V — *erat enim* V: *enim* om. t; *enim erat* a g i (*enim probatum erat* b); cf. Handii Tursell. II, p. 403. — 26. *ut esset* D — *uicit* g — *omnis* V b — 27. *ipse* V i: om. D O — 28. *timorem* V: *timorem omnium* D i.

38. Quid igitur? hoc vos, per deos immortales! quale sit non interpretamini? Quid? eos de vestra vita cogitare non censetis, quibus eorum, quos sperant rei publicae consulturos, vita tam cara sit? Cepi fructum, patres conscripti, reversionis meae, quoniam et ea dixi, ut quicumque casus consecutus esset, exstaret constantiae meae testimonium, et sum a vobis benigne ac diligenter auditus. Quae potestas si mihi saepiûs sine meo vestroque periculo fiet, utar: si minus, quantum potero, non tam mihi me quam rei publicae reservabo. Mihi fere satis est quod vixi vel ad aetatem vel ad gloriam: huc si quid accesserit, non tam mihi quam vobis reique publicae accesserit.

---

1. *immortalis* V; *inmortales* t — *quale sit* om. t — 2. *non censetis* V: *censetis* D i et edd., in quibus verba sic distincta sunt: *Quid eos -- cogitare censetis?* — 3. *quod* a — *caras sit* V — *caepi* V g, *coepi* t — 4. *et* V: om. D i — 5. *quicunque* O — *extaret* mei. — *conscientiae* a i — 6. *si* V in ras. habet. — 7. *sin minus* Lamb. — 8. *quam R. praeseruabo Qui mihi* V; fort. *q. rei p. reservabo, quia mihi* — *fere* abest a V (?) teste Garatonio. — 9. *quod*] *qui* b — 10. *Romanoque populo* i. In V est subscriptio: *M. Tulli. Ciceronis phylyppicarum Lib. I. explicit. Incip. Lib. II. felicit.*; *Explicit Liber primus philipicarum. Incipit Secundus* g; *Explicit oratio prima. Incipit oratio secunda* i; a b t subscriptione carent.

ORATIONUM PHILIPPICARUM
LIBER SECUNDUS.

I. 1. Quonam meo fato, patres conscripti, fieri dicam, ut nemo his annis viginti rei publicae fuerit hostis, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? Nec vero necesse est quemquam a me nominari: vobiscum ipsi recordamini. Mihi poenarum illi plus quam optarem dederunt: te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere. Atque hoc in aliis minus mirabar. Nemo enim illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes a me rei publicae causa lacessiti. Tu ne verbo quidem violatus, ut audacior quam Catilina, furiosior quam Clodius viderere, ultro me maledictis lacessisti tuamque a me alienationem commendationem tibi ad impios cives fore putavisti. 2. Quid putem? contemptumne me? Non video nec in vita nec in gratia nec in rebus gestis nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despicere possit Antonius. An in senatu facillime de me detrahi posse credidit? qui ordo clarissimis civibus bene gestae rei publicae testimonium multis, mihi uni conservatae dedit. An decertare mecum voluit contentione dicendi? Hoc quidem est beneficium. Quid enim plenius, quid uberius quam mihi et pro me et contra Antonium dicere? Illud profecto: non existimavit sui similibus probari posse, se esse hostem patriae, nisi mihi esset inimicus. 3. Cui prius quam de ceteris rebus respondeo, de amicitia, quam a me violatam esse criminatus est, quod ego gravissimum crimen iudico, pauca dicam.

II. Contra rem suam me nescio quando venisse questus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari et necessario? non veni-

---

1. *Quoniam* V; *Quo* a — *facto* V a — 2. *rei p.*] *.p. r.* t — 3. *quemquam a me* V: *a me quemquam* D — 4. *ipsi*] *im* V¹ — *paenarum* g t — *optarent* a; *optaram* Madvigius cum Heumanno; at valet *optarem* idem quod *vellem dedissent.* — 5. *te miror - - perhorrescere* affert Isidorus Origg. II, 9, 12. — *facta*] *exempla* Isidorus. — *imittere* V; *imitaris* Isid. — *exitum* Isid. ed. Otton., sed est *exitus* in 3 codd. Monac. vetustissimis. — *pertimescere* t et codd. Isidori. — 6. *atque* om. t — *minas* V¹ — *nemo enim* V b g t: *enim* om. a O — *illorum* a post *fuit* habet. — *mihi inim.* g — 7. *rei publ.*] *re* V — *lacessit q; tu* t — 8. *violatus sed ut* b g — *quam* V¹: *quam L.* D V² — *catileina* V — *furiosius* V¹ — *quam* V¹: *quam P.* D et V m. 2. — 9. *ultro me*] *utromae* V¹; *ultro* V corr. et D — *maledictis me* V corr. m. 2 et D — 10. *commend.* om. a — *inpios* a — *ciuis* V; *cuius* t — *fere* V¹ — *Quid putem - - Antonius* et deinde *An decertare - - 1. dicere* affert Quintilianus XI, I, 25 sq — 11. *contempnere me* t — 12. *haec mea mediocritatẽ* V — *qui* V; *quod* a — 13. *de me* om. a — 14. *gestae eri .p.* V; *rei p. gestae* g — 15. *unei* V — *decertare* a — 16. *est benef.* V b t: *benef. est* Quintil. et a g O — *quid uberius cuiquam quam mihi* coni. M. Seyffertus in *Scholis Latinis* I, p. 102. — 17. *illut* V — *profecto* V: *profecto est* D O; ad *illud profecto* non *est*, sed *putàvit* vel *voluit* supplendum est. — 18. *suis* D — *se esse h.* b g t: *se* om. V; *se hostem esse* a; *esse se h.* Faërnus. — *esset mihi* t — 19. *amicita* V — 20. *ego* om. a — 21. *crimen* om. t — *iudicio* V — *dicamus* a — 22. *familiaria* V — *necessario* V: *necessario meo* D.

rem contra gratiam non virtutis spe, sed aetatis flore collectam? non venirem contra iniuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure praetorio? Sed hoc idcirco commemoratum a te puto, uti te infimo ordini commendares, cum omnes *te* recordarentur libertini generum et liberos tuos nepotes Q. Fadii, libertini hominis, fuisse. At enim te in disciplinam meam tradideras — nam ita dixisti —; domum meam ventitaras. Ne tu, si id fecisses, melius famae, melius pudicitiae tuae consuluisses. Sed neque fecisti nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset. 4. Auguratus petitionem mihi te concessisse dixisti. O incredibilem audaciam! o impudentiam praedicandam! Quo enim tempore me augurem a toto collegio expetitum Cn. Pompeius et Q. Hortensius nominaverunt — nec enim licebat a pluribus nominari —, tu nec solvendo eras nec te ullo modo nisi eversa re publica fore incolumem putabas. Poteras autem eo tempore auguratum petere, cum in Italia C. Curio non esset? aut tum, cum es factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? cuius etiam familiares de vi condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent. III. 5. At beneficio sum tuo usus. Quo? quamquam illud ipsum, quod commemoras, semper prae me tuli. Malui me tibi debere confiteri quam cuiquam minus prudenti non satis gratus videri. Sed quo beneficio? quod me Brundisii non occideris? Quem ipse victor, qui tibi, ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, salvum esse voluisset, in Italiam ire iussisset, eum tu occideres? Fac potuisse. Quod est aliud, patres conscripti, beneficium latronum, nisi ut commemorare possint iis se dedisse vitam, quibus non ademerint? Quod si esset beneficium, numquam qui illum interfecerunt, a quo erant conservati, quos tu clarissimos viros soles appellare, tantam essent gloriam consecuti. Quale autem beneficium est, quod te abstinueris nefario scelere? Qua in re non tam iucundum mihi videri debuit non interfectum me a te, quam miserum te id impune facere potuisse. 6. Sed sit beneficium, quando quidem maius accipi a latrone nullum potuit: in quo potes me dicere ingratum? an de interitu rei publicae queri non debui, ne in te ingratus viderer? At in illa querella, misera

---

1. *spes et aetatis* V — *non*] *con non* V — 3. *optinuit* V b g (*obtin. benef.* a) — *Sed hoc* -- *fuisse* v. 5. om. D — *circo* V¹ corr. in *icirco* — *commoratum* V — 4. *uti* scripsi: *uit* V; *ut* O — *cum omnes te* nos: om. V¹; *cum omnes* V corr. m. 2 et i; *quum te omnes* O — *libertinum* V i — 5. *Fadi* V — 6. *nam ista* b — 7. *uendideras* a — *ne* V D: *nae* O — 8. *consulisses* V — *neque si* a — *id*] *.c. d.* (sic) t — *C.* a b t: om. V g — *curconem faceres* V — 9. *concesse* t — 10. *dixisse. O* t; *dixisso* V — *inpudentiam* V a t — 11. *tepore* V — 12. *Q.*] *quae* V — *nec enim* V: *neque enim* D O; cf. p. 1227, 14.— *nominarit nec* V¹ — 13. *tu nec solvendo eras* affert Prisc. XVIII, 28, § 286. — *solvendo* om. t; *nec solus deeras* a; *nec solvendo aera aderas* b g — *re publ.*] *re* V¹, *re p.* V² — *forte* t — 15. *Italia C.* scripsi: *italiae* V; *C.* om. D O — *aut tu cum* a g; *aut cum tum* V — *una tribunus cum curione* t — 16. *condempnati* V a g t — 17. *Aut* a; *ad* V — *usus tuo* D (*usus* V corr. ex *us*) — *quo*] *q.* V¹ — 18. *malum et ibi* V — *deuere* V; *deberi* t — 20. *quod* V g: *quo* a b t — *Brundisi* V, *brundusii* a — 21. *tute* V corr. ex *tuti* — 22. *tu*] *ut* V; *tum* a; *ut tu* Muretus. — 23. *Quid* t — 24. *ni ut* V — *is* V; *his* a g — 25. *ademerit* V — *qui* V: *ii qui* D (*hi* a g) — 26. *conseruatio* V; *servati* D — *quo* t — *tu* V: *tu ipse* D O — *clar. viros* V D: *viros clar.* i — *soles appellare* V: *app. soles* D — 27. *gloria* V — *qualē* V — *aut* a — 28. *scaelere* V — *mihi videri* V: *videri mihi* D — 29. *interfectum me* Madvig: *me* om. V D O (*me non interf.* Lamb.); cf. p. 1248, 19. — *quam* om. V — *te id* V: *id te* D — *inpune* a b t — 32. *at* V: *an* D (sed t: *A nilla* cum spatio vacuo post *A*) — *quaerela* V; *querela* O.

quidem et luctuosa, sed mihi pro hoc gradu, in quo me senatus populusque Romanus collocavit, necessaria, quid est dictum a me cum contumelia? quid non moderate? quid non amice? Quod quidem cuius temperantiae fuit, de M. Antonio querentem abstinere maledictis, praesertim cum tu reliquias rei publicae dissipavisses, cum domi tuae turpissimo mercatu omnia essent venalia, cum leges eas, quae numquam promulgatae essent, et de te et a te latas confiterere, cum auspicia augur, intercessionem consul sustulisses, cum esses foedissime stipatus armatis, cum omnes impuritates impudica in domo quotidie susciperes vino lustrisque confectus. 7. At ego, tamquam mihi cum M. Crasso contentio esset, quocum multae et tam magnae fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo, de re publica graviter querens de homine nihil dixi. Itaque hodie perficiam ut intelligat, quantum a me beneficium tum acceperit. IV. At etiam litteras, quas me sibi misisse diceret, recitavit homo et humanitatis expers et vitae communis ignarus. Quis enim umquam, qui paulum modo bonorum consuetudinem nosset, litteras ad se ab amico missas offensione aliqua interposita in medium protulit palamque recitavit? Quid est aliud tollere ex vita vitae societatem, tollere amicorum colloquia absentium? Quam multa ioca solent esse in epistolis, quae prolata si sint, inepta videantur! quam multa seria, neque tamen ullo modo divulganda! 8. Sit hoc inhumanitatis tuae: stultitiam incredibilem videte. Quid habes quod mihi opponas, homo diserte, ut Tironi et Mustelae iam esse videris? qui cum hoc ipso tempore stent cum gladiis in conspectu senatus, ego quoque te disertum putabo, si ostenderis, quo modo sis eos inter sicarios defensurus: — sed quid opponas tandem, si negem me umquam ad te istas litteras misisse? Quo me teste

---

1. *gradui in quo men senatus* V — *et p. r.* a — 2. *cum* om. b — 3. *amicae quo quidem* V — 4. *de* om. a — *maledictis* Faërnus: *maledicti* V (*ti* m. 2. corr. in *tu*); *maledicto* D O — 5. *domui* a — 7. *promulta essent* V¹ — *de te aetate latas* V — *conlatas* t; *latas esse* b — *confitere* V; *confiterer* V² a t — *auguri intercessione* V — 8. *sustuli* a — *foed.*] *oedis. s. me* V m. 2 in ras. (item syllaba *sti* in ras.) — 9. *armans* t — *omnis* V — *inpudica* V et Nonius (qui p. 333 affert *cum omnes* -- *confectus*): *pudica* D O — *cottidie* V a; *cotidie* b g t (*suscip. cott.* a) — 10. *illustrisque* t — *tamquam* a b g: *tam* V; *quamquam* t — *m. casso* V — 11. *et tam magnae* nos: *et iam magnae* V; *tam* om. D O — *non*] *nũ* V — 12. *de p. grauiter quaerens de hominem* V — 13. *intellegas* V — *tum* om. a — 14. *qua me sibi misise deceret* V — *dixerat* t — 15. *experse uitae* V — 16. *paulum modo* D: *paulo* V; *paullulum modo* O. Cf. Handii Tursell. III, 630, nisi ex V *paulum* (sine *modo*) corrigendum est. — *a se* V — 17. *palam quam* V — 18. *aliut* V — *ex vita* scripsi: *et vita* V; *e vita* D O — *tollere* V a: *quam tollere* b g t; cf. Madvig. ad *Cic. de Finn.* p. 668. — 19. *conloquia asentium* V — *ioca* edd. vett.: *loca* V D — *esse*, quod om. V, fort. post *epistolis* ponendum est. — *epistulis* V — 20. *prouata* V — 21. *sit in hoc* a — *tuae* om. V — 22. *quod habes quo* V — *disserte* V t — 23. *ut Tironi et Mustelae iam esse videris* scripsi: *mus et laetamesse uideris* V; *ut mustelae tamen scio* (*tantum seius* b, *tantum scius* g) *et tironi numisio uideris* D; *ut Mustelae Tamisio et Tironi Numisio videris* i O. Mustela Anagninus (Phil. II, § 106) in nullo alio loco, quo eius mentio fit (II, § 106. V, § 18. VIII, § 26. XII, § 14. XIII, § 3. ad Att. XVI, 11, 3) *Tamisius* audit, apparetque iam ex scriptura codicis V, hoc cognomen ab interpolatore aliquo ex corrupta lectione *tamesse* prave factum esse. Neque maior videtur fides lectionis *et Tironi Numisio*, saltem si testem locupletiorem Vaticanum audias. — *videaris* b g — *cum* om. a — *ipsũo tempore* V; *isto tempore* D — 24. *quoque te* D: *te quoque* V — 25. *defensus* V — 26. *sin gem me* V — *a te istas litteras* V b t; *istas litteras ad te* a g O — *me teste*] *in te* a.

convincas? an chirographo? in quo habes scientiam quaestuosam. Qui possis? sunt enim librarii manu. Iam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere doceat. 9. Quid enim est minus non dico oratoris, sed hominis, quam id obiicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit qui obiecerit? At ego non nego, teque in isto ipso convinco non inhumanitatis solum, sed etiam amentiae. Quod enim verbum in istis litteris est non plenum humanitatis, officii, benevolentiae? Omne autem crimen tuum est, quod de te in his litteris non male existimem, quod scribam tamquam ad civem, tamquam ad bonum virum, non tamquam ad sceleratum et latronem. At ego tuas litteras, etsi iure poteram a te lacessitus, tamen non proferam: quibus petis ut tibi per me liceat quendam de exsilio reducere, adiurasque id te invito me non esse facturum, idque a me impetras. Quid enim me interponerem audaciae tuae, quam neque auctoritas huius ordinis neque existimatio populi Romani neque leges ullae possent coërcere? 10. Verum tamen quid erat quod me rogares, si erat is, de quo rogabas, Caesaris lege reductus? Sed videlicet meam gratiam voluit esse, in quo ne ipsius quidem ulla esse poterat lege lata.

V. Sed cum mihi, patres conscripti, et pro me aliquid et in M. Antonium multa dicenda sint, alterum peto a vobis ut me pro me dicentem benigne, alterum ipse efficiam ut, contra illum cum dicam, attente audiatis. Simul illud oro: si meam cum in omni vita, tum in dicendo moderationem modestiamque cognostis, ne me hodie, cum isti, ut provocavit, respondero, oblitum esse putetis mei. Non tractabo ut consulem: ne ille quidem me ut consularem. Etsi ille nullo modo consul, vel quod ita vivit vel quod ita rem publicam gerit vel quod ita factus est: ego sine ulla controversia consularis. 11. Ut igitur intelligeretis, qualem ipse se consulem profiteretur, obiecit mihi consulatum meum. Qui consulatus verbo meus, patres conscripti, re vester fuit. Quid enim ego constitui, quid gessi, quid egi nisi ex huius ordinis consilio, auctoritate, sententia? Haec tu homo sapiens, non solum eloquens, apud eos, quorum consilio sapientiaque gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autem meum consulatum praeter te Publiumque Clodium, qui vitupera-

---

1. *convinces* D — *cirographi* a — *sententiam* t — *quin* b — 2. *possunt enim* V — *librari* V; *libera* D — 3. *quantam miam proferre* V — *doceat* V: *docuit* D O; cf. or. II, c. 17. — *enim* (*nim* V) *est* V D: *est enim* O — 4. *obicere* V D et sic semper. — 5. *uereo* V — 6. *in ipso isto* g — *convincam* a — *non*] *nomine* b g — *solum* - - *humanitatis* om. D — 8. *officiis* V — *benivolentiae* V D et sic semper. — *tuum crimen* t — *estu quod det ei in* V — *quod his litteris dē non male existima* a — 9. *iis* t — *scribebam* V, ut Muretus edidit. — *tamquam ad civem* om. b — 10. *a bonum* V — *ad celeritum* V — 11. *etsi*] *et* t — 12. *exilio* V D et sic semper — *redducere adiuras quid et inuito* V — 13. *inpetras* a; *impetrasti* Wesenb. — 14. *quam* V: *quem* D O — 15. *possunt* g — 16. *cohercere* g t — *veruntamen* g t — 17. *esse voluit* g — 18. *nulla* t — *poterat esse* a t — *data* t — 19. *p. conscr.*] *PRC* V — *aliquit* V — 20. *sunt* a t — *uouis* V — *me* post *ut* om. a — 21. *benigni* a — 23. *cognoscitis* a — 24. *respondero* V: *respondeo* t; *respondebo* a b g — *non contractabo* t — 27. *est* V: *est consul* D — *intellegeretis* V a (et sic V t semper, quod non iam notabimus); *intellegeritis* t — 28. *se* om. a — *consul* D — *profitetur* a b g — 29. *uerbo*] *uer* V¹; *uero* V corr. 2 m. — 31. *sententiae* V — *aput* V — 32. *uitiperare* V¹ — 33. *cons. meum* b — *praeter te Publiumque Clodium* P. Ric. Muellerus (in Philologo IX, p. 186): *praeter te .p. aut clodium* V; *pr. te et P. Clodium* Muretus; *praeter P. Clodium* D O.

ret, inventus est? Cuius quidem tibi fatum, sicut C. Curioni, manet, quoniam id domi tuae est, quod fuit illorum utrique fatale. 12. Non placet M. Antonio consulatus meus. At placuit P. Servilio, ut eum primum nominem ex illius temporis consularibus, qui proxime est mortuus; placuit Q. Catulo, cuius semper in hac re publica vivet auctoritas; placuit duobus Lucullis[1], M. Crasso, Q. Hortensio, C. Curioni, C. Pisoni, M'. Glabrioni, M'. Lepido, L. Volcatio, C. Figulo, D. Silano, L. Murenae, qui tum erant consules designati; placuit idem quod consularibus M. Catoni, qui cum multa vita excedens providit, tum quod te consulem non vidit. Maxime vero consulatum meum Cn. Pompeius probavit, qui, ut me primum decedens ex Syria vidit, complexus et gratulans meo beneficio patriam se visurum esse dixit. Sed quid singulos commemoro? Frequentissimo senatui sic placuit, ut esset nemo, qui mihi non ut parenti gratias ageret, qui mihi non vitam suam, fortunas, liberos, rem publicam referret acceptam. VI. 13. Sed quoniam illis, quos nominavi, tot et talibus viris res publica orbata est, veniamus ad vivos, qui duo de consularium numero reliqui sunt. L. Cotta, vir summo ingenio summaque prudentia, rebus iis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decrevit verbis amplissimis, eique illi ipsi, quos modo nominavi, consulares senatusque cunctus assensus est, qui honos post conditam hanc urbem habitus est togato ante me nemini. 14. L. Caesar, avunculus tuus, qua oratione, qua constantia, qua gravitate sententiam dixit in sororis suae virum, vitricum tuum! Hunc tu cum auctorem et praeceptorem omnium consiliorum totiusque vitae debuisses habere, vitrici te similem quam avunculi maluisti. Huius ego alienus consiliis consul tum usus sum: tu, sororis filius, ecquid ad eum umquam de re publica rettulisti? At ad quos refert? di immortales! Ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt. 15. Hodie non descendit Antonius. Cur? dat nataliciam in hortis. Cui? neminem nominabo: putate tum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum etiam Ballioni. O foedi-

---

1. *est* om. a — *tibi* V a b t: *te* g; at v. Maur. Hauptii *Observv. critt.* p. 9 et Klotz. in *Ann. nov. philol. et paed.* Vol. XXXX, p. 48. — *factum* a t — *sicut* V D: *siculi* O — *C.* om. V pr. m. — *Curioni* V: *Curionem* D — 2. *domi* D O: *domus* V; *domui* Klotzius. Arusianus p. 246 locum sic corrupte habet: *quando tibi domi manet, quod fuit illorum utrique fatale.* — 3. *conculatus* V — *primo* D — 4. *temporis* om. t — 5. *placuit Q.*] *placuitquae* V; *placuitque .L.* D (sed b: *placuit .q. l.* t: *placuit q; l.*) — *in hac p. r.* a — *vivet* V a: *vivit* b g t — 7. *M'. Glabrioni* Muretus: *M. Glabrioni* codices (in D *M. Lepido* locum habet ante nomen *C. Pisoni*) — *M'. Lepido* b: *M. Lepido* ceteri codd. — *Vulcatio* V t (*Volcatio* b corr. ex *Volcano*) — *M. Figulo* V (significatur *C. Marcius Figulus* consul a. 64 a. Ch. n.) — 9. *tum -- vidit* om. a — 11. *me* om. b; *te* a g; *ut primum te* t — *siria* a — *conplexus* V t — 12. *se uirum* V — *dixit esse* t; *esse* om. a — *quid ego* b — *commemorabo* a — 13. *nemo esset* t — 14. *qui mihi non vitam* V: *qui non mihi vitam* D O (sed t *cui*) — *fortunam* a — 15. *referet* V¹ — *accepta* a — *illi* V¹ — 16. *nominavit* V d t — *ad uos* t; *ad eos* a — 17. *quid duo* V¹ — *de consularium* V: *e consulari* D (sed g *ex*, a *et*) — 18. *his* a g — 19. *mihi decrevit* g — 20. *adsensus* V (post *est* add. in V m. 2: *pi.*) — 21. *L. caesae* t — 22. *queagra grauitate* V¹ — *sententia* t — 23. *cum tu* a — 25. *te esse* b — *auunculi esse m.* D — 26. *consul tum usus sum* nos: *consultus ussum* V; *tum* om. D O — *ecquid* g t: *haecquid* V; *et quid* a b — *de re* V¹, *p.* addidit m. 2. — 27. *retulisti* V D O -- *at*] *ad* V; om. D — *referte* V — *di inmort.* t: *dii immort.* O — 29. *Cur non?* Muretus. — *nataliciam* (scil. *cenam*) V: *natalicia* D O — *pulate tum* V: *putatote cum* D — 30. *formioni* D — *gnattoni* V; *gnatoni* a b g; *g gnationi* t — *etiam* om. D — *balioni* V;

tatem hominis flagitiosam! o impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam! Tu cum principem senatorem, civem singularem, tam propinquum habeas, ad eum de re publica nihil referas, referas ad eos, qui suam rem nullam habent, tuam exhauriunt? VII. Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus. Adeone pudorem cum pudicitia perdidisti, ut hoc in eo templo dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quondam florens orbi terrarum praesidebat, consulebam, tu homines perditissimos cum gladiis collocavisti? 16. At etiam ausus es — quid autem est quod tu non audeas? — clivum Capitolinum dicere me consule plenum servorum armatorum fuisse. Ut illa, credo, nefaria senatus consulta fierent, vim afferebam senatui. O miser, sive illa tibi nota non sunt — nihil enim boni nosti — sive sunt, qui apud tales viros tam impudenter loquare! Quis enim eques Romanus, quis praeter te adolescens nobilis, quis ullius ordinis, qui se civem esse meminisset, cum senatus in hoc templo esset, in clivo Capitolino non fuit? quis nomen non dedit? quamquam nec scribae sufficere nec tabulae nomina illorum capere potuerunt. 17. Etenim cum homines nefarii de patriae parricidio confiterentur, consciorum indiciis, sua manu, voce paene litterarum coacti, se urbem inflammare, cives trucidare, vastare Italiam, delere rem publicam consensisse, quis esset qui ad salutem communem defendendam non excitaretur? praesertim cum senatus populusque Romanus haberet ducem, qualis si qui nunc esset, tibi idem quod illis accidit contigisset. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum. Hoc vero ne Publius quidem Clodius dixit umquam: quem, quia iure ei inimicus fui, doleo a te omnibus vitiis [eum] esse superatum. 18. Qui autem tibi venit in mentem redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum? An verebare ne non putaremus natura te potuisse tam improbum evadere, nisi accessisset etiam disciplina? VIII. Tam autem eras excors, ut tota in oratione tua tecum ipse pugnares, non modo non cohaerentia inter se diceres, sed maxime disiuncta atque contraria, ut non tanta mecum, quanta tibi tecum esset contentio. Vitricum tuum fuisse in tanto scelere fatebare, poena affectum querebare. Ita

---

balbioni t; at v. *Com. Graec. fragm.* III, p. 530 ed. Meineke. — 1. *inpudentiam* a — 2. *se senatorem* V — *propincum* V — 3. *referas* V: *refers* D — *referas ad eos* V: *ad eos refers* D; *ad eos referas* O — 4. *suam rem* V: *domum suam* D — *exauriunt* V — 6. *in eo tempore* V^1 — *ausus* om. a — 8. *gladis* V — *conlocauisti* V; *collocasti* g — 9. *est autem* t; *quid enim est quod tu non audeas* affert Arusianus p. 217 L. — *non* om. a — *diuum* t — *capitolium* a b — *consules* V^1 — 10. *armatorum servorum* a — 11. *tum fierent* D (sed om. t *fierent*) — *adferebam* V — *miserum* a g t — 12. *enim* om. a — *aput talis* V — 13. *inpudenter* a — *nob. adulescens* t; *adulescens* etiam V habet ut semper. — 14. *civem esse* V: *esse* om. D O — 16. *quemquam* t — 18. *cum consciorum indicis* V — 20. *consensissent* V — 21. *excitarentur* V — *cum s. pōp. pr. haberet* t — 22. *si quis* g t — *nunc* V corr. ex *non* — 23. *At* a; fort. *At ad* — *corporis* a — *tui* t — *a* om. a — 24. *ne P.* om. V^1; *ne quidem .p. clodius* V corr. m. 2. — 25. *inim. fui* V: *fui inimicus* D — *uitis* V^1 — *eum* V: *iam* D (*cui quia iure inimicus fui, d. a te o. v. eum esse sup.* coni. Stuerenburg ad *or. Arch.* p. 185 ed. I.) — 26. *im memoriam* V — *te domi* V a: *de domo* t; *in domo* b g — 27. *esse te educ.* b — *An - - evadere* habet Nonius p. 293. — *non* om. t — 28. *inprobum* a g t — *etiam* om. a — 29. *ut tanta in ratione* a — *tua* V: om. D — *ipse* om. t — *non modo* V: *ut non modo* D O; *et non m.* Faërnus; equidem malim *cum non modo* — 30. *non* om. a t — *diiuncta* Klotzius, ut alias V habet. — 31. *tibi tecum* V D: *tecum tibi* O — 32. *fuisse* t post *fateb.* habet, b post *scelere* — *adfectum quaerebare* V.

quod proprie meum est, laudasti, quod totum est senatus, reprehendisti: nam comprehensio sontium mea, animadversio senatus fuit. Homo disertus non intelligit eum, quem contra dicit, laudari a se, eos, apud quos dicit, vituperari. 19. Iam illud cuius est, non dico audaciae — cupit enim se audacem —, sed, quod minime vult, stultitiae, qua vincit omnes, clivi Capitolini mentionem facere, cum inter subsellia nostra versentur armati? cum in hac cella Concordiae, di immortales! in qua me consule salutares sententiae dictae sunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis homines collocati stent? Accusa senatum, accusa equestrem ordinem, qui tum cum senatu copulatus fuit, accusa omnes ordines, omnes cives, dum confiteare hunc ordinem hoc ipso tempore ab Ityraeis circumsederi. Haec tu non propter audaciam dicis tam impudenter, sed quia, *qui* tantam rerum repugnantiam non videas, nihil profecto sapis. Quid est enim dementius quam, cum rei publicae perniciosa arma ipse ceperis, obiicere alteri salutaria? 20. At etiam quodam loco facetus esse voluisti. Quam id te, di boni, non decebat! In quo est tua culpa non nulla; aliquid enim salis a mima uxore trahere potuisti. C e d a n t a r m a t o g a e. Quid? tum nonne cesserunt? At postea tuis armis cessit toga. Quaeramus igitur, utrum melius fuerit, libertati populi Romani sceleratorum arma an libertatem nostram armis tuis cedere. Nec vero tibi de versibus plura respondebo: tantum dicam breviter, te neque illos neque ullas omnino litteras nosse, me nec rei publicae nec amicis umquam defuisse, et tamen omni genere monimentorum meorum perfecisse ut meae vigiliae meaeque litterae et iuventuti utilitatis et nomini Romano laudis aliquid afferrent. Sed haec non huius temporis: maiora videamus.

IX. 21. P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum in foro spectante populo Romano gladio insecutus es negotiumque transegisses, nisi se ille in scalas tabernae librariae coniecisset iisque oppilatis impetum tuum compressisset? Quod quidem ego favisse me tibi fateor, suasisse ne tu

---

1. *est* post *totum* om. D — 2. *conpraehesio* V; *cum comprehensio* a g — *animaaduersio* V — *dissertus* V — 3. *aput* V — 5. *audacem* V: *audacem dici* D — 6. *omnis* V — *subselia* V — *versantur* t — 7. *di* t: *dii* V b O; *o dii* a g — 9. *cum gladis h. conlocati* V — *sunt* b — 10. *cum senatum* V¹ — *copul. est* t — *omnis ord. omnis* V — 11. *yturaeis* t ex *Ituraeis*, quae vera scriptura videtur. — 12. *tu* om. b — *inpudenter* a g — 13. *quia qui* scripsi: *quia* V; *qui* D O (*sed quia tantam - - non videns* cet. Frotscherus.) — 14. *cum ipse rei p. pern. arma ceperis* D — 15. *factus* t — 16. *quam - - decebat* affert Arusianus p. 223 L. — *id te* V et Arusianus: *te* om. D — *dii* V corr. ex *dio* (*boni dii* t) — *culpa nulla* D — 17. *a roma uxore* a — 18. *qui tum* V (*quid tum? nonne* b t) — *at*] *ad* V — 19. *publicae rei* g — *isceleratorum* V — 20. *tuis armis* a — 21. *versibus tuis* t — *plura* om. D — *te* V: om. D, sed habent a g ante *omnino* — *neque ullas* om. b; *neque illas* a t — *nec p. r.* a — 23. *et* V: *ut* D — *monumentorum* O contra meos. — *perfecisse ut* V: *perfecissem subseciuis ut* t; *perfecisse* (*perfecissem* b g) *operis subsecivis ut* codd. rell. et O (sed g *operibus*). De Orat. II, § 364 dixit Cic. *subsicivis operis, ut aiunt*, novitatem metaphorae significans, et similiter de Legg. I, § 9 et 13. — 24. *maeque* V — *nomine* t — 25. *adferrent* V — *ad maiora veniamus* D — 27. *spectante* V a: *inspectante* b g t O et Schol. Bob. ad or. p. Mil. § 40, qui affert verba *quidnam homines - - coniecisset.* Secuti sumus Vaticanum; saepius enim a librariis *inspectare* in locum v. *spectare* illatum videmus, ut p. 342, 10. — 28. *gladio* V et Schol.: *gladio stricto* D O — *nisi sub scalas* a — *se* Schol. ante *coniecisset* habet, b post *ille* — 29. *iisque - - compress.* om. a — *hisque* g — *opitulatis* (*tu* expunctum) g — 30. *Quod quidem* V: *Sed quid* D — *ego fatuissime tibi fateor* t.

quidem dicis. At Miloni ne favere quidem potui; prius enim rem transegit quam quisquam eum facturum id suspicaretur. At ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis, ut prodesse rei publicae sine suasore non posset! At laetatus sum. Quid ergo? in tanta laetitia cunctae civitatis me unum tristem esse oportebat? 22. Quamquam de morte Clodii fuit quaestio — non satis prudenter illa quidem constituta; quid enim attinebat nova lege quaeri de eo, qui hominem occidisset, cum esset legibus quaestio constituta? quaesitum est tamen —: quod igitur, cum res agebatur, nemo in me dixit, id tot annis post tu es inventus qui diceres?

23. Quod vero dicere ausus es idque multis verbis, opera mea Pompeium a Caesaris amicitia esse diiunctum ob eamque causam culpa mea bellum civile esse natum, in eo non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, temporibus errasti. X. Ego M. Bibulo, praestantissimo cive, consule nihil praetermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocarem. In quo Caesar felicior fuit; ipse enim Pompeium a mea familiaritate diiunxit. Postea vero quam se totum Pompeius Caesari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere conarer? Stulti erat sperare, suadere impudentis. 24. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Caesarem Pompeio suaserim. Ea velim reprehendas, si potes: unum, ne quinquennii imperium Caesari prorogaret, alterum, ne pateretur ferri ut absentis eius ratio haberetur. Quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias numquam incidissemus. Atque idem ego, cum iam opes omnes et suas et populi Romani Pompeius ad Caesarem detulisset seroque ea sentire coepisset, quae ego multo ante provideram, inferrique patriae bellum viderem nefarium, pacis, concordiae, compositionis auctor esse non destiti, meaque illa vox est nota multis: «Utinam, Pompei, cum Caesare societatem aut numquam coisses aut numquam diremisses! fuit alterum gravitatis, alterum

---

1. *fabere* V; *suadere vel favere* b — *potui suadere* V, sed *suad.* m. 2 punctatum est. — 2. *eum sciscitaretur rem fact. esse* t; *suspicaretur eum fact. esse* b; *eum suspic. fact. esse* g; *eum susp. eum fact. esse* a — 4. *At*] *ad* V — *Quid? ergo* Lamb. (*quid ergo?* habet t) — 5. *esse* om. t — *de more* V. In edd. verba sic distincta sunt: *Quamquam de morte P. Clodii fuit quaestio non satis prudenter illa quidem constituta. Quid enim -- est tamen. Quod igitur* cet. — *clodi* V; *P. Clodii* D O — 8. *quid* b — 9. *id* V: *ut* a; *at* t; *a* g — 11. *disiunctum* D — 12. *bellum civile* V D: *civile b.* O — 13. *cive* V b g: *civi* a O; *cui* t — 14. *inutique* t; *innitique* a g; *nitique* b, quod edidit Graevius, ut est Phil. IV, § 16 *quantum cura -- niti atque efficere potero*; at v. Div. in Caec. § 26 *in quo quid eniti aut quid efficere possim* cet. — *quin*] *quintum* t — 15. *coniunctionise* V, quae est vitiosae et verae lectionis coniunctio, ut supra p. 1240, 23 *ipsumo*, infra p. 1254, 10. 1269, 5 et sic compluribus aliis locis. — *felicior fuit* V: *fuit felicior* D — 16. *disiunxit* D — 17. *ab eo* om. a — 18. *stulti enim erat* a — *inpudentis* g — *tempora tamen* a — 20. *quinquenni* V[1] — *inperium* a — *progaret* b; *propugnaret* t; *prorogarem* a; *prorogaretur* ed. Iunt. — 21. *ferri* V: *fieri* D — *oratio* O errore operarum. — 24. *ego* om. a — *opes omnis* V; *omnes opes* D — *et* ante *suas* om. a — 24. *ea esentire* V; *eadem sentire* a — *cepisset* V a g — *ego* om. a — 25. *ante multo* a g — *praevideram* codd. aliquot dett.; at v. §§ 37. 83. in Verr. V, § 22 cet. — *viderem nefarium* V: *nef. viderem* D O — 26. *auctores sed non destisti* V — *non* om. D — *nostraque* b — 27. *Utinam -- diremisses* affert Priscianus VIII, 5, § 27. et 8, § 42. — *Pompei cum Caesare* V: *Cn. Pompei* (*pompeius* a) *cum C. Caesare* D O et Prisc. — 28. *coniunxisses* Prisc. VIII, 8, § 42. — *gravitatis alterum* om. V[1]. Vereor ut particula, quae in cod. archetypo intercidit, recte in dett. suppleta sit; loco enim *gravitatis* malis *pietatis* vel *amoris in rem p.*

prudentiae tuae.» Haec mea, M. Antoni, semper et de Pompeio et de re publica consilia fuerunt: quae si valuissent, res publica staret, tu tuis flagitiis, egestate, infamia concidisses.

XI. 25. Sed haec vetera, illud vero recens, Caesarem meo consilio interfectum. Iam vereor, patres conscripti, ne, quod turpissimum est, praevaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam alienis. Quis enim meum in ista societate gloriosissimi facti nomen audivit? cuius autem, qui in eo numero fuisset, nomen est occultatum? occultatum dico? cuius non statim divulgatum? Citius dixerim iactasse se aliquos, ut fuisse in ea societate viderentur, cum conscii non fuissent, quam ut quisquam celari vellet qui fuisset. 26. Quam veri simile porro est in tot hominibus partim obscuris, partim adolescentibus neminem occultantibus, meum nomen latere potuisse? Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur illis auctoribus, Brutos ego impellerem, quorum uterque L. Bruti imaginem quotidie videret, alter etiam Ahalae? Hi igitur his maioribus ab alienis potius consilium peterent quam a suis? et foris potius quam domo? Quid? C. Cassius, in ea familia natus, quae non modo dominatum, sed ne potentiam quidem cuiusquam ferre potuit, me auctorem, credo, desideravit: qui etiam sine his clarissimis viris hanc rem in Cilicia ad ostium fluminis Cydni confecisset, si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam naves appulisset. 27. Cn. Domitium non patris interitus, clarissimi viri, non avunculi mors, non spoliatio dignitatis ad reciperandam libertatem, sed mea auctoritas excitavit? An C. Trebonio ego persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem: quo etiam maiorem ei res publica gratiam debet, qui libertatem populi Romani unius amicitiae praeposuit depulsorque dominatus quam particeps esse maluit. An L. Tillius Cimber me est auctorem secutus? quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus, quam facturum putavi, admiratus autem ob eam causam, quod immemor beneficiorum, memor patriae fuisset. Quid?

---

1. *mea* om. t — 2. *ualuis* t — 4. *recen* V¹ — 6. *adposuisse* V — 7. *sed iam* b — *alienis* V: *oneraret alienis* D O (sed g *honeraret*, t *onoraret*) — *qui enim* t — *in ista societate glor. facti* V: *in istius conscientia glor. facti* b g t (sed habet t *facti* etiam post *istius*); *in istius facti conscientia glor.* a; *in istius glor. facti conscientia* O — 8. *cur autem* a; *cuius -- divulgatum* om. t — 9. *occultatum* semel habent a b g — 10. *ea* V: *ista* D — 11. *cum*] *qui* a — *conscii* V: *socii* D; [*conscii*] Madvigius ex Ferrarii coni. — *celare* D — *qui* om. g — *fuisset* om. D — 12. *in toto* V — 13. *adulescentibus* V t — 14. *patram* V¹ — *actoribus* Madvigius, nisi potius vv. *illis auctoribus* cum Ernestio pro glossemate habenda sunt. — 15. *brutus inpellerim* t; *brutos eos inpellerem* a — *L.* om. t — *cottidie* V a, *cotidie* b g t — 16. *alter* om. b — *hahale* t — *hi igitur his maioribus* V: *his igitur maioribus orti* D — 17. *et fortis* V — *domo* V: *domi* b g t; *modo* a — 18. *C.* om. V¹ a t — 19. *cuius* t; *quam* additum est post *potuit* — 20. *quid etiam* V — *iis* b t — *cilitia* g t; *ciliciam* V b — *hostium* V t — 21. *cydoni* V — *ad quam* Muretus. — *non*] *cum* t — 22. *nauis* V a b t — post *appulisset* in V sequuntur vv. *An C. Trebonio -- gratiam debet* v. 24 — 26. — *Gn.* V g — 23. *uiri nauunculi mor non* V — *ad reciperandam* V: *ad liberandam* (add. b *patriam*) *ad recipiendam* D; *ad recuperandam* O — 24. *me auctoritas* V a — *excitavit*] sequitur in V: *qui libertatem* cet.; v. supra ad v. 22. — *ego* V: om. D — 25. *essem ausus* a — *quae etiam* V; fort. ex *quare etiam* — 26. *gratiam deueta* V — 27. *depulsor quod domintus* V — *uoluit* b — 28. *Tillius* Barbadorius: *T.* V; *Tullius* D — *Cimbrem est* V — *illamem suoadmiratus* V — 29. *autem* V: *sum* a; *autem sum* g t; *sum autem* b O — *ob meam* t — 30. *in memor* a — *memor*] *meorum* V — *Quo* V¹.

duos Servilios — Cascas dicam an Ahalas? — et hos auctoritate mea censes excitatos potius quam caritate rei publicae? Longum est persequi ceteros, idque rei publicae praeclarum, fuisse tam multos, ipsis gloriosum.

XII. 28. At quem ad modum me coarguerit homo acutus recordamini. Caesare interfecto, inquit, statim cruentum alte extollens Brutus pugionem Ciceronem nominatim exclamavit atque ei recuperatam libertatem est gratulatus. Cur mihi potissimum? quia sciebam? Vide ne illa causa fuerit appellandi mei, quod, cum rem gessisset consimilem rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimum testatus est se aemulum mearum laudium exstitisse. 29. Tu autem, omnium stultissime, non intelligis, si, id quod me arguis, voluisse interfici Caesarem crimen sit, etiam laetatum esse morte Caesaris crimen esse? Quid enim interest inter suasorem facti et probatorem? aut quid refert, utrum voluerim fieri an gaudeam factum? Ecquis est igitur exceptis iis, qui illum regnare gaudebant, qui illud aut fieri noluerit aut factum improbarit? Omnes ergo in culpa: etenim omnes boni, quantum in ipsis fuit, Caesarem occiderunt. Aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit: voluntas nemini. 30. Sed stuporem hominis vel dicam pecudis attendite; sic enim dixit: «Brutus, quem ego honoris causa nomino, cruentum pugionem tenens Ciceronem exclamavit: ex quo intelligi debet eum conscium fuisse.» Ergo ego sceleratus appellor a te, quem tu suspicatum aliquid suspicaris: ille, qui stillantem prae se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur? Esto; sit in verbis tuis hic stupor: quanto in rebus sententiisque maior? Constitue hoc, consul, aliquando, Brutorum, C. Cassii, Cn. Domitii, C. Trebonii, reliquorum quam velis esse causam; edormi crapulam, inquam, et exala. An faces admovendae sunt, quae [te] excitent tantae causae indormientem? Numquamne intelliges statuendum tibi esse, utrum illi, qui istam rem gesserunt, homicidae sint an vindices libertatis? XIII. 31. Attende enim paulisper cogitationemque sobrii ho-

---

1. *seruilios? nomina propria* a t (*Quid duos Servilios?* in O distinctum) — *cascam dicam* V; *cassas dicam* a g; *dicam dicam causas* t — *ahalam* V — *et os* t; *etiam hos* susp. Orelli. — *mea*] *mae* V — 2. *publica* V — 3. *idquaeri publicae* V — *praeclara* a — *fuisset tam* V — *tamen* (*tum* a) *multo ipsis gloriosius est* D — 5. *arguerit* g — 6. *Brutus* V: *M. Brutus* D O — 8. *gratulatus est* t — *quia* Graevius: *qui* V D; *quod* Ferrarius. — 9. *adpellandi* V — *mei* V: *me* D — 10. *iis* b t: *is* V; *his* a g — *me* om. a — 11. *laudium* V: *laudum* D O. Cf. ad p. 1082, 7. — *extitisse* V D et sic semper. — *hominum* Lamb. — 13. *laetandum* t — *quit* V (*Quid est inter s.* a) — 14. *aut*] *et* b — *urum* V — 15. *factam* V^1 — *ecquis* g t: *Haecquis* V; *et quis* a b — *exceptis his qui* V; *te excepto is qui* a t; *te excepto et is* (*his* g, *ii* b^1, *hiis* b^2) *qui* b g et sic O, sed *iis* — *gaudebat* a g — 16. *qui illut* V; *qui illum* a — *aut fieri*] *auferri* a t — *inprobauit* V; fort. ex *inprobauerit* — *ergo* V: *enim* D — 17. *quãtum* V — 18. *uolunta* V — 19. *saporem* b — *velut pecudis* g; at v. Madv. ad Cic. de Finn. p. 24. — *attenditet* V — 20. *Brutus* V: *M. Brutus* D O — *nominio* V — *pugioem* V^1 — 22. *ego isceleratus appelloratho quem* V — *tu* om. a b — 23. *a te*] *aute* V, fort. ex *abs te* — *noris causa* V — 24. *sit*] *si* t — *in* om. a — *tuus hi stupor* V — *sententiisqui* V — 25. *hoc*] *o* b g t — *consularii quando* V — *cass cn. domiti* V — 26. *treboni* t — *et reliquorum* b — *edormi crapulam et exhala* (*exala* cod. Mai) affert Arusianus p. 229 et 233 ed. L. — 27. *exala* V b t: *exhala* a g O — *an*] *a* V — *te* om. V^1; *t* (non *te*) addidit 2 m. — 28. *causae tantae* a — *intelleges* V t: *intelligis* a b g — *tibi stat.* b — 29. *gessere* a — *homicidae* V b^1 g t: *homicidaene* b^2 O; *homicide rei* a — 30. *paullisper* O.

minis punctum temporis suscipe. Ego, qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris, ut a te arguor, socius, nego quidquam esse medium: confiteor eos, nisi liberatores populi Romani conservatoresque rei publicae sint, plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse, si quidem est atrocius patriae parentem quam suum occidere. Tu homo sapiens et considerate, quid dicis? Si parricidas, cur honoris causa a te sunt et in hoc ordine et apud populum Romanum semper appellati? cur M. Brutus referente te legibus est solutus, si ab urbe plus quam decem dies afuisset? cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur provinciae Bruto et Cassio datae? cur quaestores additi? cur legatorum numerus auctus? Atqui haec acta per te; non igitur homicidas. Sequitur ut liberatores tuo iudicio, quando quidem tertium nihil potest esse. 32. Quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis quae diiunctius dicuntur intelligis. Sed tamen haec summa est conclusionis meae: quoniam scelere a te liberati sunt, ab eodem amplissimis praemiis dignissimos iudicatos. Itaque iam retexo orationem meam. Scribam ad illos ut, si qui forte quod a te mihi obiectum est quaerent sitne verum, ne cui negent. Etenim vereor ne aut celatum me illis ipsis non honestum, aut invitatum refugisse mihi sit turpissimum. Quae enim res umquam, pro sancte Iuppiter! non modo in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta maior? quae gloriosior? quae commendatior hominum memoriae sempiternae? In huius me tu consilii societatem tamquam in equum Troianum cum principibus includis? 33. Non recuso; ago etiam gratias, quoquo animo facis. Tanta enim res est, ut invidiam istam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem. Quid enim beatius illis, quos tu expulsos a te praedicas et relegatos? qui locus est aut tam desertus aut tam inhumanus, qui illos, cum accesserint, non affari atque appetere videatur? qui homines tam agrestes, qui se, cum eos adspexerint, non maximum cepisse vitae fructum putent? quae vero tam immemor posteritas, quae

---

1. *ad punctum* g; *puncto* b — 2. *aut ut a te* b g t — *quicquam* V D et sic semper. — 4. *patricidas* Lamb. et G. Nauck in *Spicil. philol.* (Cottbus 1848) p. 12. — 5. *quam*] *que* b — 6. *si parricidas* V: *si parricidae* D O — 7. *hoc in* a — *aput* V — 8. *semper appellati? cur* om. V — *brutius* V — *referente te* V: *te referente* D O — *si*] *se* V — 9. *afuisset* V t: *aff.* b; *abfuisset* a g O — *apolinares* V — *incrediuilem bruli* V¹ — 10. *prouintiae* g t — *bruto casso* V; *cassio et bruto* D — 11. *questores addi* V — *numerus est additus* a — *Atqui* O. Iahnius (in *Schneidew. Philol.* III, p. 168): *atque* codd. et O. Cf. Madvig. ad Cic. de finn. p. 111. et Seyfferti Schol. Lat. I, p. 185. — *acta per te* D: *aut aperte* V — 12. *homicidas* V: *homicidae* D O — *iudicio* V: *iudicio sint* D O — 14. *diiunctius* V: *distinctius* D. Cf. Cic. Acad. II, § 97. Top. § 56. Gellii N. A. V, 11, 8 et v. Seyffertum l. c. p. 126. — 15. *summa est* a: *summas* V; *est summa* g² t; *est* om. b g¹ — *conclusi omnis me* V — 16. *eodem* V: *eodem te* D O — *dignissimi iudicantur* a g t (sed a *iudicati sunt*) — *itaqui* V — 17. *sciram* V — *quod*] *quo* t — 18. *quaerenti* D — *sine* V — *utrum* a — *nec cui* a t; *ne qui* V — 19. *caelatum me* V g; *celatum me esse* Lamb.; at v. supra § 5. Tac. Ann. XV, c. 58. — *illis ipsis* V: *ab ipsis illis* D — 20. *res enim* t — *Iuppiter* V g: *Iupiter* a b t O — 21. *in monibus* V — *est*] *et* V — 22. *commodatior* t — *hominum* V: *erit hominum* D — *me tu*] *mecũ* a — 23. *in ecum* V¹ — 24. *ago*] *ego* a t (*ego quoque gratias animo facio* a) — 25. *me vis*] *muis* V — *cum*] *sine* g — 26. *beatius*] *uentius* V — *quo tu* V — *a te* om. t — 27. *religatos* a t; *silegatos* V — *inhumanas* V — 28. *cum* (sive *quom*) Ernesti: *quo* V D (sed t *quos* [littera *s* expuncta]); *quoquo* O cum ed. Iuntina. — *adfari adque adpetere* V — 29. *aspexerint* V D, ut fere semper in hoc verbo. — *coepisse* V t, *caepisse* a g — 30. *inmemor* a — *quaetiam ingratae* V.

tam ingratae litterae reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? Tu vero adscribe me talem in numerum. XIV. 34. Sed unam rem vereor ne non probes. Si enim fuissem, non solum regem, sed etiam regnum de re publica sustulissem; et, si meus stilus ille fuisset, ut dicitur, mihi crede, non solum unum actum, sed totam fabulam confecissem. Quamquam si interfici Caesarem voluisse crimen est, vide, quaeso, Antoni, quid tibi futurum sit, quem et Narbone hoc consilium cum Trebonio cepisse notissimum est, et ob eius consilii societatem, cum interficeretur Caesar, tum te a Trebonio vidimus sevocari. Ego autem — vide quam tecum agam non inimice — quod bene cogitasti aliquando, laudo; quod non indicasti, gratias ago; quod non fecisti, ignosco: virum res illa quaerebat. 35. Quod si te in iudicium quis adducat usurpetque illud Cassianum, c u i b o n o f u e r i t, vide, quaeso, ne haereas. Quamquam illud fuit, ut dicebas quidem, omnibus bono, qui servire nolebant, tibi tamen praecipue, qui non modo non servis, sed etiam regnas, qui maximo te aere alieno ad aedem Opis liberavisti, qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam dissipavisti, ad quem e domo Caesaris tam multa delata sunt, cuius domi quaestuosissima est falsorum commentariorum et chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatium, vectigalium flagitiosissimae nundinae. 36. Etenim quae res egestati et aeri alieno tuo praeter mortem Caesaris subvenire potuisset? Nescio quid conturbatus esse videris: num quid subtimes ne ad te hoc crimen pertinere videatur? Libero te metu: nemo credet umquam; non est tuum de re publica bene mereri; habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros res publica auctores: ego te tantum gaudere dico, fecisse non arguo. Respondi maximis criminibus: nunc etiam reliquis respondendum est.

XV. 37. Castra mihi Pompei atque illud omne tempus obiecisti. Quo quidem tempore si, ut dixi, meum consilium auctoritasque valuisset, tu hodie egeres, nos liberi essemus, res publica non tot duces et exercitus amisisset. Fateor enim me, cum ea quae acciderunt providerem futura,

---

1. *repperientur* g t; *reperiuntur* a b — *inmortalitatis* D — 2. *me asscribe* t — *tale in numerum* V; *in talem num.* t solus. — 3. *fuisse* V; *non fuissem* a — 4. *etiam regnum* V: *regnum etiam* D O — *publica* om. V¹ — *sustulisem* V — 6. *si*] *non* b — *interfeci* V — *voluissem* t — 7. *narrabone* V¹; *narbonē* b — 8. *hoc consilium* om. t — *Trebonio* V: *C. Trebonio* D O — *notum* a — 9. *rebonio* V — *uidemus* a t — 10. *sebocari* V — *video* D — *agan* V — 11. *aliquando* om. a — *non* om. V — 12. *virum*] *uerum* a g t — *te in iusdictum quis* V; *in iudicium quis te* b — 13. *addicat* V — *cassianus* V; *Cassii nomen* g t; *illud Cassianum cui bono* affert Prisc. XVIII, 30. § 293. — 14. *quam* t — *illud fuit, ut dicebas quidem* nos: *illud fuit tu ut dicebas quidem* V; *illud quidem fuit, ut tu dicebas* D O, sed a g: *quidem illud* — *ut tum dicebas* Madvigius. — 15. *bonis* t — *seruire bant* V — *non* om. a — 16. *maxime* t — *aere*] *re* V — 17. *liberauisti* b t: *liberabis* V; *liberasti* a g O — 18. *ad quem*] *atque* t; *at qui* b; *quin* g — *dilata* a — 19. *domus* D — *quaestiosisia* V; *quaestiosissiā* b — *chyrographorum* t, *cyrographorum* V g, *cirogr.* a b — 20. *officina agrorum oppidorum* om. V (*officia* t) — *immunitatium* V: *immunitatis* D; *immunitatum* O — *flagitiossimae* V — 21. *aere* t — 22. *caesari subunere potuisses* (ultima *s* exp.) V — *esse* V: *mihi esse* D — 23. *suptimes* V — *uidetur* V — 24. *metu*] *mecū* a — *enemo* V — 26. *te* om. a — *dico gaudere* a g — 27. *num* V a b g; *tunc* t — 28. *Pompei* V a b: *Cn. (gn.) Pompeii* g t; *Pompeii* O — *illut* V — *obiecistis* V — *quod* t — 29. *sicut* t — *dixi meum* D: *diximus* V — *ualuisse* V — 30. *et*] *et non* t — 31. *amiset* V¹ — *ea quae*] *equae* V; *ea* om. a — *acciderint* t — *prouidem futuram* V (*praeviderem* et deinde *praevidissem* Lamb. at v. ad § 24.)

tanta in maestitia fuisse, quanta ceteri optimi cives, si idem providissent, fuissent. Dolebam, dolebam, patres conscripti, rem publicam vestris quondam meisque consiliis conservatam brevi tempore esse perituram. Nec vero eram tam indoctus ignarusque rerum, ut frangerer animo propter vitae cupiditatem, quae me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberaret. Illos ego praestantissimos viros, lumina rei publicae, vivere volebam, tot consulares, tot praetorios, tot honestissimos senatores, omnem praeterea florem nobilitatis ac iuventutis, tum optimorum civium exercitus; qui si viverent, quamvis iniqua conditione pacis — mihi enim omnis pax cum civibus bello civili utilior videbatur — rem publicam hodie teneremus. 38. Quae sententia si valuisset, ac non ei maxime mihi, quorum ego vitae consulebam, spe victoriae elati obstitissent, ut alia omittam, tu certe numquam in hoc ordine, vel potius numquam in hac urbe mansisses. At vero Cn. Pompei voluntatem a me alienabat oratio mea. An ille quemquam plus dilexit? cum ullo aut sermones aut consilia contulit saepius? quod quidem erat magnum, de summa re publica dissentientes in eadem consuetudine amicitiae permanere. Ego, quid ille, et contra ille, quid ego sentirem et spectarem, videbat. Ego incolumitati civium primum, ut postea dignitati possemus, ille praesenti dignitati potius consulebat. Quod autem habebat uterque quid sequeretur, idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. 39. Quid vero ille singularis vir ac paene divinus de me senserit, sciunt qui eum de Pharsalia fuga Paphum persecuti sunt. Numquam ab eo mentio de me nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii, cum me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora. Et eius viri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem esse fateare? XVI. Sed omittatur bellum illud, in quo tu nimium felix fuisti. Ne *de* iocis quidem respondebo, quibus me in castris usum esse dixisti. Erant quidem illa castra plena curae; verum tamen homines quamvis in turbidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. 40. Quod autem idem mae-

---

1. *maiestate* V (*te* in *ti* corr.) — *ceteri* om. t — 2. *publicam* om. V — 3. *eisque* V — *esse tempore* b — 4. *iam* t — *animo* t — 5. *quememnens conficere* V — *molestis* V — 6. *liberasset* a; *liberauisset* b — *ergo* g t — 7. *videre* Muretus. — *consularis* V — *praetrios* V — 9. *civium*] *virorum* t — *uiuerem* V — *qua iniqua* a — *condicione* V t — 10. *utilio uideatur* V — 11. *sentia* V^1 — 12. *ei* V b t: *hi* a g; *ii* O — *uitoriae* V — 13. *certe* om. a — 14. *numquam* om. a t; cf. ad p. 939, 25. — *at uro* V — *Pompei* V a (sic V semper): *Pompeii* O — *a me* om. t — 15. *abalienabat* D — 16. *contuli* V (*contulit cons.* b) — *de summa* om. a — 17. *publica* om. D — *dissentientis* V b; *dissidentes* a g — *consuetudinem* V^1 — 18. *Ego* V: *Sed et ego* D O — *uideat* V^1 — 19. *ut* V: *et* a g; *ac* b t — *possemus* om. D — 20. *dignitati* om. D — *potius* codd.: *plus* O errore. — *quid* V D (sed b *quidquid*): *quod* edd. vett. Lamb. et Madvigius. — 21. *singularis* V: *consularis* D; cf. Phil. II, § 68. III, § 1. de Offic. II, § 20. — 22. *pene* V g t — *me* om. a — *eum de* V: *de* om. D — *pharsalia* V b: *Pharsalica* a g t O. Adiectivum *Pharsalius* etiam Phil. XIV, § 23 et de Divin. I, § 68 codd. optimi habent. — 23. *phaphum* V — *secuti* t; *prosecuti* maluit Ernesti; at v. Garat. ad h. l. et ad Phil. III, c. 3. — *ment de me* V — 24. *uidisset* b g — *speravisse se* g — 25. *me* om. V^1; V^2 *m* addidit; vide ne *me* post *amicum* locum habuerit. — 26. *sector* a; *sectatorem* b t — *fateare* D: *fatere* V; fort. *fateris* — *illut* V; *istud* g — 27. *ne de iocis* Wesenbergius: *ne totis* V; *ne iocis* D O — *quide* V — 28. *illa quidem* b t; at v. Madvigii Opusc. II, p. 315 not. 2. — 29. *ueruntamen* t — *quamvis -- homines sunt* om. b — *turpidis* V — *tam si* V — *modo* om. t — 30. *animis* V in rasura habet.

stitiam meam reprehendit, idem iocum, magno argumento est me in utroque fuisse moderatum.

Hereditatem mihi negasti venire. Utinam hoc tuum verum crimen esset! plures amici mei et necessarii viverent. Sed qui istuc tibi venit in mentem? ego enim amplius sestertium ducentiens acceptum hereditatibus rettuli. Quamquam in hoc genere fateor feliciorem esse te. Me nemo nisi amicus fecit heredem, ut cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeretur: te is, quem tu vidisti numquam, L. Rubrius Casinas fecit heredem. 41. Et quidem vide, quam te amarit is, qui albus aterne fuerit ignoras. Fratris filium praeteriit, Q. Fufii, honestissimi equitis Romani suique amicissimi, quem palam heredem semper factitarat, ne nominat quidem: te, quem numquam viderat aut certe numquam salutaverat, fecit heredem. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu. «Nihil scio» inquies «nisi quae praedia habuerit». Igitur fratrem exheredans te faciebat heredem. In multas praeterea pecunias alienissimorum hominum vi eiectis veris heredibus, tamquam heres esset, invasit. 42. Quamquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere, cum ipse hereditatem patris non adisses.

XVII. Haec ut colligeres, homo amentissime, tot dies in aliena villa declamasti? quamquam tu quidem, ut tui familiarissimi dictitant, vini exalandi, non ingenii acuendi causa declamas. At vero adhibes ioci causa magistrum, suffragio tuo et compotorum tuorum rhetorem, cui concessisti ut in te quae vellet diceret, salsum omnino hominem, sed materia facilis est in te et in tuos dicta dicere. Vide autem quid

1. *reprendit* t — *idemque* g — *eundem locum* a — *idem locumagno agrumento* V — *est me*] *simul* a; *me* om. g — 3. *hereditatem* D: *hereditate* V; *hereditates* edd. — 4. *istud* t — *uenii im mentem* V^1 — 5. *enim* om. a — *sestertium* V D: *HS* O — *ducentiens* V^1 a: *ducenties* O — 6. *retuli* V D O — *felic. te esse fateor* a — 7. *quomodo* V — 8. *quidem* t — *te is* V corr. ex *eis* — *tu* om. a — *ruabrius* b; *rurabrius* t — 9. *Casinas* V b t: *casina* a g — *fecit heredem* Madvigius uncis inclusit. — *uidem* V — 10. *aternae* V; *aeternae* t — *fuerit* V D: *fueris* O — *ignoras* D, ut Garatoni coniecit: *ignorans* V et L O sine puncto. — *fratri* V — *praeterit* V; *praetereo* t — *fufi* V; *futii* D — 11. *amicissimi* V D: *amantissimi* O cum cod. Ienensi. — *semper heredem* a — 12. *ne nominat quidem* V: *ne nomen quidem perscripsit* D (sed habet a post *factitarat*); O ex coni. Heusingeri vv. *ne nom. quidem* ut spuria inclusit. At omnia sana sunt, modo cogites *filium* ad *Q. Fufii* repetendum esse. Nominat Cicero duos filios, alterum fratris L. Rubrii, alterum amicissimi eius, Q. Fufii, quos ambos ab eo, ut Antonio gratificaretur, praeteritos esse conqueritur. — *te* om. D — *aut* (*ut* V^1) *cere numquam* V (*certe* corr. Faërnus); *ac ne umquam* D; *certe nunquam* (sine *aut*) Lambinus. — 14. *tursecius* D (sed b^1 *turseius*) — *quo*] *q̃* t — *tribuni* V, *tribus* a — 15. *iscio* V — *inques* V; *inquis* Klotz — *qui* t — *habuerint* V — ante *igitur* in V *is* m. 2 additum est. — *exeredan* (sic) V — 16. *praeterea*] *quippe* t — 17. *ui eiectis* V g t: *vi* om. a O (*reiectis* b, sed *r* in ras.) — *veteris* t — *heredes* V^1 (*t. heres esses invasisti* Heumannus) — 18. *mentionum* V — 22. *exalandi* V: *exhalandi* D O — *ingeniendi causa* V. Vereor ne *acuendi* falsum sit supplementum veteris lacunae; nam exspectatur potius: *ingeni exercendi causa.* — *declamas* V: *declamitas* D O — *at* V g t: *tu* a; *et* b^2 O; in b^1 est rasura. — *adhibe soci causã* V; *adhibes - - dicere* (v. 25) et deinde *At quanta - - disceres* (v. 5) affert Suetonius de clar. rhet. c. 5. — 23. *magisterium* t — *et* om. V — *conpotorum* V; *competitorum* codd. Suetonii. In verbis distinguendis secuti sumus Madvigium; est enim sententia: adhibes magistrum, qui suffragio tuo et compotorum tuorum rhetor est. — *rahetorem* V — 24. *ut* om. V^1; *ut in quem vellet diceret* codd. Suet. — *in te*] *ante* b — *falsum* b — 25. *est* V: om. D et Suet., sed in b littera erasa est. — *dicta* om. codd. Suetonii praeter B apud Osannum. — *dicerem* b g t — *vide autem* om. D — *quid* om. t.

intersit inter te et avum tuum. Ille sensim dicebat, quod causae prodesset: tu cursim dicis aliena. 43. At quanta merces rhetori data est! Audite, audite, patres conscripti, et cognoscite rei publicae vulnera. Duo milia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti et quidem immunia, ut populi Romani tanta mercede nihil sapere disceres. Num etiam hoc, homo audacissime, ex Caesaris commentariis? Sed dicam alio loco et de Leontino agro et de Campano, quos iste agros ereptos rei publicae turpissimis possessoribus inquinavit. Iam enim, quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore et correctore nostro quaedam dicenda sunt. Nec enim omnia effundam, ut, si saepius decertandum sit, ut erit, semper novus veniam: quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur.

XVIII. 44. Visne igitur te inspiciamus a puero? Sic, opinor; a principio ordiamur. Tenesne memoria praetextatum te decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est. Concedo; etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciae tuae, quod sedisti in quattuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus, quamvis quis fortunae vitio, non suo decoxisset. Sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti. Primo vulgare scortum; certa flagitii merces nec ea parva; sed cito Curio intervenit, qui te a meretricio quaestu abduxit et, tamquam stolam dedisset, in matrimonio stabili et certo collocavit. 45. Nemo umquam puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate quam tu in Curionis. Quotiens te pater eius domu sua eiecit? quotiens custodes posuit, ne limen intrares? cum tu tamen nocte socia, hortante libidine, cogente mercede per tegulas demitterere. Quae flagitia domus illa diutius ferre non potuit. Scisne me de rebus mihi notissimis dicere? Recordare tempus illud, cum pater Curio maerens iacebat in lecto; filius se ad pedes meos prosternens lacrimans te mihi commendabat; orabat ut se contra suum patrem, si sestertium sexagiens peteret, defenderem:

---

1. *intersit* a g t post *avum* habent, b post *tuum* — *abum tum tuum* V — *sensim* om. V. Locus affertur in Anecd. Paris. rhet. p. 6 Eckst., ubi in cod. locus corrupte sic scriptus est: *ille sensim dicebat quae ad causam adtinebant. tu currens indicias alienam*; item a Grillio fol. 7b, ubi cod. Bamb. habet: *ille sensim dicebat cum causam perdidisset, tu cursim dicis aliena.* — *prodesset turun dictis* V — 3. *audite* semel habent codd. Suetonii. — 4. *millia* O — *iugera* a — *leoninis* t — *clodios* V — *adsignasti* V — 5. *inmunia* D — *populi Romani* V: *pro* D; om. Suet. — *tantae* V — *iam* b — 6. *hoc* om. t — *commendaris* V — 7. *alioco et* V — *quods iste* V; *quis istos* t — *ereptus* V — 8. *quia* t — 9. *respondit* V — 10. *ut*] *ui* V — *si* om. a — 12. *uitiorum istius* t — 13. *inspiciamus* V, sed *spici* m. 2 in ras. — *Sic opinor. A princ.* distinxit O; at v. Madvig. ad Cic. de finn. p. 358. — 14. *ordinamur* V — *ne* V sup. lin. habet. — *memoriam* a — *decocxisse* V; *coxisse* a — 15. *ista inquies* b — 16. *illut* V1 — *XIIII.* V a; *quatuordecim* b g t — *ordinibus* delevit Faërnus. — 17. *certus* V corr. ex *cetu* — *locus* V1: *locus constitutus* V sup. lin. 2 m. D O — *qui* D — 18. *decocxisset* V — *uirilem* V: *uirilem togam* D — *quam istatim muliherem* V — *togam* V: *stolam* D — 20. *sed sito* V; *si cito* a — *curto* V — *te am* V — *mercurio* a — *questu* V — 21. *et certo et* V1; fort. *et certo te* — *collocavit* V: *locavit* D O. Cf. de Rep. II, § 12. — 22. *eptus* V — *domini* V corr. ex *omni* — 23. *quotiens* V a b g (bis): *quoties* t O — *domu* V: *domo* D; de forma *domu,* quam Paris. in Verr. V, § 128 habet, v. Garat. ad h. l. et Conr. Leop. Schneider *latein. Formenlehre* p. 448 sq. — 24. *limem* V — *tamen tu* a — *orante* t — 25. *demitterere* Ferrarius: *dimitterere* V D — *domo illa stare non p.* a — 26. *ferre*] *uisere* b1 — *mihi*] *tibi* t — 27. *illut* V — *Curionis* g — *merens iaceuat* V — 28. *se ad pedes meos se* t — *prosternes* V — 29. *se* V: *te* D O; at tum exspectares: *si ... peteres.* (*te contra te* a) — *setertium* V, *sextertium* t — *sexagiens* V1t: *sexagies* O.

tantum enim se pro te intercessisse dicebat. Ipse autem amore ardens confirmavit, quod desiderium tui discidii ferre non posset, se in exsilium iturum. 46. Quo tempore ego quanta mala florentissimae familiae sedavi vel potius sustuli! Patri persuasi ut aes alienum filii dissolveret, redimeret adolescentem, summa spe et animi et ingenii praeditum, rei familiaris facultatibus eumque non modo tua familiaritate, sed etiam congressione patrio iure et potestate prohiberet. Haec tu cum per me acta meminisses, nisi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me provocare ausus esses? XIX. 47. Sed iam stupra et flagitia omittamus: sunt quaedam, quae honeste non possum dicere, tu autem eo liberior, quod ea in te admisisti, quae a verecundo inimico audire non posses. Sed reliquum vitae cursum videte, quem quidem celeriter perstringam. Ad haec enim, quae in civili bello, in maximis rei publicae miseriis fecit, et ad ea, quae quotidie facit, festinat animus. Quae peto ut, quamquam multo notiora vobis quam mihi sunt, tamen, ut facitis, attente audiatis: debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solum rerum, sed etiam recordatio: etsi incidamus, opinor, media, ne nimis sero ad extrema veniamus.

48. Intimus erat in tribunatu Clodio, qui sua erga me beneficia commemorat; eius omnium incendiorum fax, cuius etiam domi iam tum quiddam molitus est. Quid dicam ipse optime intelligit. Inde iter Alexandream contra senatus auctoritatem, contra rem publicam et religiones: sed habebat ducem Gabinium, quicum quidvis rectissime facere posset. Qui tum inde reditus aut qualis? prius in ultimam Galliam ex Aegypto quam domum. Quae autem domus? suam enim quisque domum tum obtinebat, nec erat usquam tua. Domum dico? quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres praeter unum Misenum, quod cum sociis tamquam Sisaponem tenebas? XX. 49. Venis e Gallia ad quaesturam petendam. Aude dicere te prius ad parentem tum venisse quam ad me. Acceperam iam ante Caesaris litteras, ut mihi satis fieri paterer a te: itaque ne loqui quidem sum te passus de gratia. Postea sum cultus a

---

1. *enim* om. t — *se* om. a — *intercessisse dicebat* V D: *dicebat* om. O cum 3 codd. Ferrarii. — 2. *confirmavit* nos: *confirmauiat* V; *confirmabat* D O — *quo* V — *discidi* t — 3. *iturum* V: *esse iturum* D — *tempore ego* V b t: *ego tempore* a g — *quanta* V: *tanta* D (sed a *tota*) — *sedaui familiae* a — 4. *fili* V — 5. *adulescentem* V et sic semper — *ingenis* V — 6. *non modo tua* V: *a tua non modo* D O — 9. *flagitiosa* g — *omitamus* V; *omittam* a g — 12. *relicuum* V — *cursum uitae* t; *uitae* om. a — *caeleriter perscringam* V — 13. *cibili* V; *uili* a — 14. *et ea* Faërnus. — *cottidie* V a, *cotidie* b t — 15. *sint* g — 16. *in talibus* a — *cogitio* V (*animos incognitos* a) — 17. *etsi* V: *tametsi* a O; *iam etsi* t; *sed iam* b g — *opinor* V: *oportet* D O — 18. *ne minimis* V — 19. *clodius* a — *qui su aegra* V — 20. *cuius* b — *pax* t — *iam tum quiddam* V: *quiddam iam tum* D — 21. *ise* V — *Alexandirieam* V; *Alexandriam* D O — 22. *rem publ. et* om. D — 23. *gauinium* V; *gabinum* a b — 24. *potuisset* a — 25. *egupto* V — *domus* V¹ b¹: *erat domus* V m. 2, a b² g t O — *quisquam* g — 26. *optinebant* V fort. recte; *optinebat* a b — *nec* V: *neque* D — 27. *misellum* t — *socis* V — 28. *Venis e Gallia* scripsi: *venisse gallia (galliam* t*)* V t; *venisti galliam* a b g; *Venisti e Gallia* edd. — *quaeturam* V — 29. *te* om. a — *parentem* V b t: *patrem* a g — *tum* Frotscherus: *tuum* codd. et O; *tuam* Bisciola et Buchananus. — 30. *acceperas* a — *paterere te obque ne* V — 31. *passus* om. t — *gatria* V — *postea sum cultus* Muretus: *potensesum cultus* V; *postea custoditus sum* a g t; *p. cultus sum* b O; fort. *postea ego sum cultus.*

te, tu a me observatus in petitione quaesturae. Quo quidem tempore P. Clodium approbante populo Romano in foro es conatus occidere, cumque eam rem tua sponte conarere, non impulsu meo, tamen ita praedicabas, te non existimare, nisi illum interfecisses, umquam mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum. In quo demiror, cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cum te ultro mihi idem illud deferentem numquam sim adhortatus. Quamquam, si in eo perseverares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam quam ad meam gratiam. 50. Quaestor es factus: deinde continuo sine senatus consulto, sine sorte, sine lege ad Caesarem cucurristi; id enim unum in terris egestatis, aeris alieni, nequitiae perditis vitae rationibus perfugium esse ducebas. Ibi te cum et illius largitionibus et tuis rapinis explevisses, si hoc est explere, * * quod statim effundas, advolasti egens ad tribunatum, ut in eo magistratu, si posses, viri tui similis esses.

XXI. Accipite nunc, quaeso, non ea, quae ipse in se atque in domesticum decus impure et intemperanter, sed quae in nos fortunasque nostras, id est in universam rem publicam, impie ac nefarie fecerit: ab huius enim scelere omnium malorum principium natum reperietis. 51. Nam cum L. Lentulo C. Marcello consulibus Kalendis Ianuariis labentem et prope cadentem rem publicam fulcire cuperetis, ipsique C. Caesari, si sana mente esset, consulere velletis: tum iste venditum atque emancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit cervicesque suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis occiderunt. In te, M. Antoni, id decrevit senatus et quidem incolumis, nondum tot luminibus exstinctis, quod in hostem togatum decerni est solitum more maiorum. Et tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es, cum ab hoc ordine ego conservator essem, tu hostis rei publicae iudicatus? Commemoratio illius tui sceleris intermissa est, non memoria deleta. Dum

---

1. *obseruatus* D: *ouatus* V, unde coniecerunt *ornatus*, *adiutus*, *subleuatus*, *comitatus*. — *in potitiōn turae* V — 2. *adprobante* V t — *.rp.* t — *conatus es* b t — 3. *inpulsu* V D — 4. *ni* a — *infecisses* V — 6. *inpulsu* a b g, *inplusu* V — *illum* a — 7. *quamquam* codd. «Sententia postulat *quoniam*; subiicitur enim causa, cur eum non sit adhortatus.» Manutius. «Codd. lectio sic defendi potest, ut dicamus ita cohaerere sententias: te numquam sum cohortatus, etiam quia praevidebam, ut re vera accidit, te non perseveraturum. Quamquam, si modo in eo perseverares cet.» Orelli (3). — 8. *rem illam referri malebam* om. V, a quo cum haec absint, lectionem *quamquam* relinquere noluimus, quoniam incertum est sitne vetus, ut videtur, lacuna in reliquis codd. recte expleta. — 9. *sortes* V^1 — 10. *teris* V — *acris alienis alieni* V — 11. *ducebas ut ibi* t — 12. *illi* V^1 — *et*] *cum* t — post *explere* intercidit verbum velut *haurire* vel *devorare* (Faërnus), *ingerere* (Schuetz), *corripere* cet. Ad sententiae conformationem cf. p. Quinct. § 7. — 13. *aduolasti* V: *aduolas* D — 14. *si posses* om. t — *uiri tui* (sc. Curionis) D: *uirtuti* V — *consimilis* b — 16. *decus* Madvigius (v. Opusc. I, p. 166. II, p. 322 sq.): *dedecus* codd. (sed t *deditus*) et O — *inpure* V a g — *et* V: *atque* D O — 17. *in* om. Muretus. — *publica* V — *inpie* a — 18. *principium natum reperietis* V in ras. habet (*repperietis natum* t) — 20. *labentem* V a t: *labantem* b g O; cf. p. 1149, 9: *labentem fulsit.* — *ipseque* t; *ipsi quoque* g — 22. *emencipatum* V^1; *emancupatum* g t; *mancipatum* a, ut edidit Faërnus. — *cervicisque* (sic) - - *occiderunt* affert Nonius p. 387. — 23. *in te* V b: *in mente* t; *in te autem* a g — 24. *deceuit* V — *et* V corr. ex *est* — *luminaribus* a g t — 25. *extinctis* mei. — *derogatum* t, *te rogatum* a — *solutum* t; *solitus* a — *malorum* t — 26. *tu p. c. aput contra me* V — *me* om. t — *hoc cordine* V — 27. *conseruator ego* t — *publice* V — *conseruatus* t — 28. *illius* om. a — *tuis* V — *memora* V.

genus hominum, dum populi Romani nomen exstabit — quod quidem erit, si per te licebit, sempiternum —, tua illa pestifera intercessio nominabitur. 52. Quid cupide a senatu, quid temere fiebat, cum tu unus adolescens universum ordinem decernere de salute rei publicae prohibuisti, neque semel, sed saepius? neque tu tecum de senatus auctoritate agi passus es? Quid autem agebatur, nisi ne deleri et everti rem publicam funditus velles, cum te neque principes civitatis rogando neque maiores natu monendo neque frequens senatus agendo de vendita atque addicta sententia movere potuit? Tum illud multis rebus ante tentatis necessario tibi vulnus inflictum est, quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo: tum contra te dedit arma hic ordo consulibus reliquisque imperiis et potestatibus: quae non effugisses, nisi te ad arma Caesaris contulisses. XXII. 53. Tu, tu, inquam, M. Antoni, princeps C. Caesari omnia perturbare cupienti causam belli contra patriam inferendi dedisti. Quid enim aliud ille dicebat? quam causam sui dementissimi consilii et facti afferebat, nisi quod intercessio neglecta, ius tribunicium sublatum, circumscriptus a senatu esset Antonius? Omitto quam haec falsa, quam levia, praesertim cum omnino nulla causa iusta cuiquam esse possit contra patriam arma capiendi. Sed nihil de Caesare: tibi certe confitendum est causam perniciosissimi belli persona tua constitisse. 54. O miserum te, si haec intelligis, miseriorem, si non intelligis, hoc litteris mandari, hoc memoriae prodi, huius rei ne posteritatem quidem omnium saeculorum umquam immemorem fore, consules ex Italia expulsos cumque iis Cn. Pompeium, quod imperii populi Romani decus ac lumen fuit, omnes consulares, qui per valetudinem exsequi cladem illam fugamque potuissent, praetores, praetorios, tribunos pl., magnam partem senatus, omnem subolem iuventutis, unoque verbo rem publicam expulsam atque exterminatam suis sedibus! 55. Ut igitur in seminibus est

---

1. *exstabit* a: *extabit* V b g; *excitauit* t — 2. *per* D: *pro* V — *licebit* V: *licuerit* D — *sempiternum et in sempiternum* g — *intercessio pestifera* a — 3. *Quid* cet.] vide ne verba rectius sic distinguantur: *Quid cupide a senatu, quid temere fiebat? Cum tu unus -- prohibuisti neque semel sed saepius, neque -- passus es (quid autem agebatur nisi ne -- velles?), cum te -- potuit: tum illud* cet. — *tempore* t — 5. *neque* V: *neque id* D O — 6. *agis* V^1; om. t — *ne* om. a b t; *quod* g — *deleri* a b: *delere* V g t — *euertere* a g t (*deleri et euerti* habet b) — 7. *te* om. t — *rogando ciuitatis* a; *ciuitatis regnando* t — *neque maiores natu monendo* om. V; cf. ad § 72. — 8. *frequens*] *fi eques* t, *r. eques aut* a — 9. *addita* b — *sententiam obere* V; *sententia demovere* coni. Ernesti. — *illut* V — *rebus* V b g t (sed t *rebus multis*): om. a — *temptatis* mei. — 10. *est* V: om. D — 11. *nomo* V — 12. *inperiis* a — *te* om. t, post *Caesaris* habet b — 13. *tu* semel habet a; Aquila Romanus § 29 locum sic affert: *Tu, tu, Antoni, Caesari ruenti atque omnia permiscere cupienti causam belli civilis dedisti.* — *imquam* V — 14. *perturbare omnia* a g — 15. *aliut illiedicebat* V — *quam*] *cum* t — 16. *adferebat* V — *necleta* V — 17. *sublatum circumscriptus* V in ras. habet sed a m. pr. — *a senatu* om. a — 19. *capiendis sed* V^1 (*capientis sed* corr. m. 2) — *de* V: om. D — *caesari* g t, *cesaris* a — 20. *est* V: *si* b g t (ex *confitendumst*); *sit* a — *causa* D — *belli* V^1: *bellin* V corr. m. 2; *belli in* D O; cf. or. Phil. III, § 19. — *constitisset* g; *constituisset* b — 21. *si te* a — *haec* V: om. D O — *intelleges* t — *miseriorem s. n. int.* om. a — 22. *literis* h. l. t — *mandri* V; *mandare* t — *prodi* om. V^1 — *reinne* V; *re ne* t — 23. *saeculorum* V (et sic semper): *seculorum* O — *inquam* b — *inmemorem* a b; *meorum* V — *italiae* V — 24. *cumque iis* V^2: *que iis* V^1; *cum querelis* g t; *cumque his* a b O — *imperi* V, *inperii* a — 25. *omnis* V — *ualetudinem* V t: *ualitudinem* a b g — *exequi* b g t — 26. *praetoros* V — 28. *sobulem* V, *sobolem* D — *iuuentitutis* V — *uno verbo* Ferrarius. — *publica exculsam atque arborum* (ex p. 1256, 1) *exterminatam* V.

causa arborum et stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. Doletis tres exercitus populi Romani interfectos: interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives: eos quoque nobis eripuit Antonius. Auctoritas huius ordinis afflicta est: afflixit Antonius. Omnia denique, quae postea vidimus — quid autem mali non vidimus? — si recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Ut Helena Troianis, sic iste huic rei publicae belli causa, causa pestis atque exitii fuit. Reliquae partes tribunatus principii similes. Omnia perfecit, quae senatus salva re publica ne fieri possent perfecerat. Cuius tamen scelus in scelere cognoscite. XXIII. 56. Restituebat multos calamitosos: in iis patrui nulla mentio. Si severus, cur non in omnes? si misericors, cur non in suos? Sed omitto ceteros: Licinium Denticulam de alea condemnatum, collusorem suum, restituit, quasi vero ludere cum condemnato non liceret: sed ut, quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolveret. Quam attulisti rationem populo Romano cur eum restitui oporteret? Absentem credo in reos relatum; rem indicta causa iudicatam; nullum fuisse de alea lege iudicium; vi oppressum et armis; postremo, quod de patruo tuo dicebatur, pecunia iudicium esse corruptum. Nihil horum. At vir bonus et re publica dignus. Nihil id quidem ad rem, ego tamen, quoniam condemnatum esse pro nihilo est, ita ignoscerem. Hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege, quae est de alea, condemnatum qui in integrum restituit, is non apertissime studium suum ipse profitetur? 57. In eodem vero tribunatu, cum Caesar in Hispaniam proficiscens huic conculcandam Italiam tradidisset, quae fuit eius peragratio itinerum! lustratio municipiorum! Scio me in rebus celebratissimis omnium sermone versari eaque, quae dico dicturusque sum, notiora esse omnibus, qui in Italia tum fuerunt, quam mihi, qui non fui: notabo tamen singulas res, etsi nullo modo poterit oratio mea satis facere vestrae scientiae. Etenim quod umquam in terris tantum flagitium exstitisse auditum est? tantam turpitudinem? tantum dedecus?

---

1. *et istripium* V — *luctiosissimi* V — 2. *tris* V — *interfectos* om. a — 3. *ciuis* V — *nobis* nos: *bonis* V; *uobis* D O, sed D *eripuit uobis* — 4. *adflicta est adflixit* V (*auctoritas* -- *Antonius* om. a) — 5. *non* om. V — *ratiocinauimus* V — 6. *elena* V — *hoc* V — 7. *belli causa, causa* Klotz: *belli causa* V; *causa belli, causa* D O — *exicii* a g t; *eximi* V — *pertres* V — 8. *principii* g, ut voluit Garatoni: *principio* a; *principiis* V b t O — 10. *restituerat* V — *in his* a g — 11. *seuero* V[1], *seueros* V[2]; *si seuerus* -- *omnes* Arusianus p. 241. — *in* om. a — *omnis* V — *inmisericors* b — 12. *licinnium* t, *licinum* a — *Denticulam* V b t: *Lenticulam* a g O; *Λεντίκουλος* nominatur a Dione 45, 47. — *condempnatum* mei. — *conlusorem* V a g — 13. *non quasi ludere* Muretus. — *cum*] *non* g — *condempnato* D — 14. *quod ille in alea* Lamb. — *attulitritationem populi romani* V (*populo* corr.) — 15. *opropteret* V — 16. *reum* g — *uindicatam* t — *de ea ealgelem* V — 17. *iudicium lege* t — 19. *rei p.* b — *publicae dinus* V — *ego* V: *et ego* D — 20. *pro nihilost*, *ita* scripsi: *pro nihilo* (*nihilocii* V[2] m. 2) *si ita* V (cf. de genere mendi *si* pro *st* ad p. 1255, 20. 1259, 15. 1264, 23. 1266, 26. 1275, 4); *pro nihilo est, si ita esset* D O (*ita esse cognoscerem neminem omnium* a) — *hominem*] *In eodem uero hominem* V (aberravit scriba ad v. 23); *nemo inest* t — 21. *nequissime* t — *qui non dubitaret uel foro* (sic) *alea ludere* Arusianus p. 244 L. — *uel in foro dubitaret* t — *lege* V: *uel lege* D — 22. *condempnatum* D — *in* om. a t — 23. *stidium sum ipse profiteretur* V — post *Caesar* in V voc. erasum est. — 24. *hispania* t — 25. *municiporum scio eme* V — 26. *omnium sermonem* V; *sermone omnium* a — *dicturus* a — 27. *esse omnibus* V b t: *omnibus esse* a g O — *itala* V — *tum* om. t — 28. *fuit* V[1] — *tamen in* V — *singulares res* b — 29. *facere* om. a — *uestra et scientiae* V — 30. *tantam turpitudinem* Ernesti inclusit.

XXIV. 58. Vehebatur in essedo tribunus pl.; lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur, quam ex oppidis municipales homines honesti, obviam necessario prodeuntes, non noto illo et mimico nomine, sed Volumniam consalutabant. Sequebatur reda cum lenonibus, comites nequissimi: reiecta mater amicam impuri filii tamquam nurum sequebatur. O miserae mulieris fecunditatem calamitosam! Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, praefecturas, colonias, totam denique Italiam impressit.

59. Reliquorum factorum eius, patres conscripti, difficilis est sane reprehensio et lubrica. Versatus in bello est; saturavit se sanguine dissimillimorum sui civium: felix fuit, si potest ulla in scelere esse felicitas. Sed quoniam veteranis cautum esse volumus, quamquam dissimilis est militum causa et tua — illi secuti sunt, tu quaesisti ducem —, tamen, ne apud illos me in invidiam voces, nihil de genere belli dicam. Victor e Thessalia Brundisium cum legionibus revertisti. Ibi me non occidisti. Magnum beneficium! potuisse enim fateor: quamquam nemo erat eorum, qui tum tecum fuerunt, qui mihi non censeret parci oportere. 60. Tanta est enim caritas patriae, ut vestris etiam legionibus sanctus essem, quod eam a me servatam esse meminissent. Sed fac id te dedisse mihi, quod non ademisti, meque a te habere vitam, quia non a te sit erepta: licuitne mihi per tuas contumelias hoc tuum beneficium sic tueri, ut tuebar, praesertim cum te haec auditurum videres? XXV. 61. Venisti Brundisium, in sinum quidem et in complexum tuae mimulae. Quid est? num mentior? Quam miserum est id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri! Si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus? quis enim miles fuit qui Brundisii illam non viderit? quis qui nescierit venisse eam tibi tot dierum via gratulatum? quis qui non indoluerit tam sero se quam nequam hominem secutus esset cognoscere? 62. Italiae rursus percursatio eadem comite mima, in oppida militum crudelis et misera deductio, in urbe auri, argenti maximeque vini foeda direptio. Accessit ut Caesare ignaro, cum esset ille Alexandreae, beneficio amicorum eius magister equitum con-

---

1. *essedo* V: *esse genus uehiculi do* t (cf. ad p. 1260, 3); *essendo* b; *exedo* a; *exeda* g — *litores* V — 2. *inte* V — *mimi* a — *portabatur in essedot R. pl. lictores laureati antecedebant inter quosq. ex* V verbis superioribus repetitis; *q.* ante *ex* addidit m. 2. — 3. *homines* om. a — *necessario* om. t — *toto* b — 4. *et inimico* a b — *set bolumniam* V — *reda* D: *raeda* V; *rheda* O — 5. *necquissimi recta* V — *amica* t — *inpuri* V a g (*inp. fili* V, *filii impuri* t) — 6. *misera* V — *faecunditatem* g t — 8. *tantam* t — *inpressit* V g; *compressit* a — 9. *sane*] *sa* V — 10. *lubirca* V; *lubrice* D — *est in bello* t — *uello staturauit* V — *se* om. a — *dissimilimorum* V — 11. *felix fuit* V: *fuit felix* D — *in iscelere esse* V; *esse in scelere* a g — 13. *illi consecuti* b; *liscentutis* V — 14. *aput* V — *uoce* V — *genere belli* V: *belli genere* D — 15. *e* om. a — 16. *enim* a post *magnum* habet. — 17. *eorum erat qui cum tecum* t — 18. *enim est* t — *etia* V; *enim* t; om. a — 19. *menimissent* V — *faciut edidisse* V, fort. ex *fac illut te dedisse* — *id* om. a g t — 20. *quia* D: *qua* V — 21. *non sit a te* t; *a te non sit* a; in g *sit* sup. lin. — *licuitne* V: *licealne* D — *mihi* om. t — *tuum benef.* V b t (sed V *uenef.*): *benef. tuum* g; *tuum* om. a — 24. *mimolae* b g t — *num*] *non* b g t — *est* om. a — *id near non posse quod quod si* V — 25. *confiter* V — *non* om. V — *pudeat* t — 26. *brundisi* V — 27. *tibi tot* V D: *tot tibi* O — *uia* V: *viam* D O — 28. *quam necquam* V; *quem* D — *secutus* om. a — 29. *rurus* V — 30. *argenti* V b g: *et argenti* a t — 31. *feoda* V, *faeda* g t (*direptio foeda* a) — 32. *ipse* a — *alexandriae* V D O, sed in V *xandriae* in ras. m. 2.

stitueretur. Tum existimavit se suo iure cum Hippia vivere et equos vectigales Sergio mimo tradere. Tum sibi non hanc, quam nunc male tuetur, sed M. Pisonis domum ubi habitaret legerat. Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? Cogebat egestas; quo se verteret, non habebat: nondum ei tanta a L. Rubrio, non a L. Turselio hereditas venerat; nondum in Pompei locum multorumque aliorum, qui aberant, repentinus heres successerat. Erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset.

63. Sed haec, quae robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potius de nequissimo genere levitatis. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. O rem non modo visu foedam, sed etiam auditu! Si inter cenam in ipsis tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in coetu vero populi Romani, negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum et totum tribunal implevit. Sed haec ipse fatetur esse in suis sordibus: veniamus ad splendidiora.

XXVI. 64. Caesar Alexandria se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur, mea autem sententia, qui rei publicae sit hostis, felix esse nemo potest. Hasta posita pro aede Iovis Statoris bona subiecta Cn. Pompei — miserum me! consumptis enim lacrimis tamen infixus haeret animo dolor —, bona, inquam, Cn. Pompei magni voci acerbissimae subiecta praeconis. Una in illa re servitutis oblita civitas ingemuit servientibusque animis, cum omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi

---

1. *hyppia* t; *proprio* a — 2. *uectigalis* V — *tradere* V in ras. m. 2 habet. — *Tum -- legerat* om. D — 3. *sed mari pisoni* V — *auitaret* V — *Quid -- proferam* affert Quintil. IX, 2, 47. — *ergo* b t — 5. *proferamus* t — *ei tatam a* V — 6. *tursellio* V b t; *tursecio* a g — 7. *Pompei* V: *Cn. Pompei (Pompeii)* D O — 8. *ei* a g: om. V b t — *tritu* V, fort. ex *ei ritu* — *quantum* V — 11. *iniquissimo* a g — *genere probitatis* t — *Tu -- firmitate* habet Quintil. VIII, 4, 16 et IX, 4, 23 ac deinde IX, 4, 29: *ut tibi n. e. in conspectu pop. R. vomere postridie.* — 12. *hyppiae* a g t — 13. *esset* om. a — 14. *posttridie* a g — *foeodam* V; *faedam* g; *fedã* b — *Si -- accidisset* affert Arusianus p. 237 L. et Quintil. V, 10, 99 idemque VIII, 4, 10 usque ad *populi Ro.* v. 16. — 15. *inter caenam* g t; *internam* V — *atque in ipsis* Arusianus; *ipsis* om. Quintil. habens: *in illis imm. poc. tuis* — *tuis manibus in illis* g t; *in manibus in tuis illis* a; *illis* om. Arus. — 16. *duceret* Quintil. et b pr. m.: *diceret* V a b² g t; conf. etiam Quintil. IX, 4, 107. — *in coetu -- magister equitum* Quintilianus VIII, 4, 8. XI, 3, 39. — *populi R.*] *pulir.* V; *populi* D — *negocium* V t — 17. *gens* V; *regens* D; *magister equitum negotium publicum gerens* affert Arusianus p. 232. — *vomens -- implevit* afferunt Quintil. VIII, 6, 68 et Diomedes p. 463 P. — *uomet* a g t; *uomeret* b — *frusti exsculentis* V — 18. *inpleuit* a — 19. *haec* V D; *hoc* O — *addisplendidiora* V; *ad splendida* D O — 20. *Alexandriam* D — *sei* V — *ut sibi -- sit hostis* om. a — *uideatur* V — 21. *qui* V: *si qui* b; *si quis* g; *ut si qui* t — *hostis* V: *infelix* b g t O — *nemo esse* t; *esse non* g — 22. *potes asta* V — *pro edei utsi* V; *pro aede unus* t; *praedae iouis* a — *bona subiecta Cn. Pompei* V D: *bona* O cum Quintiliano, qui IX, 3, 29 affert *bona -- praeconis* et IX, 2, 26 *miserum me -- dolor.* Nulla causa erat, cur in figura conduplicationis, ut eam nominat Auctor ad Herennium IV, c. 28, librorum lectio ab editoribus sperneretur; cf. adnot. meam ad or. Verr. V, § 107 in ed. Lips. — 23. *consumtis* V — *haberet animo* V; *animo haeret* D O et Quint. IX, 3, 29; *pectori haeret* Quint. IX, 2, 26. Cf. Madvig. Op. I, p. 145. — 24. *imquam* V — *Pompeii* O — *Magni* om. Quintil. — *uoce* t — *aceruissimae* V — 25. *in re illa* a — 26. *cum -- tenerentur* V: om. D. Locum ob oculos habuit Haterius, cuius hanc sententiam Seneca

Romani liber fuit. Exspectantibus omnibus quisnam esset tam impius, tam demens, tam dis hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inventus est nemo praeter Antonium, praesertim cum tot essent circum hastam illam, qui alia omnia auderent: unus inventus est qui id auderet, quod omnium fugisset et reformidasset audacia. 65. Tantus igitur te stupor oppressit vel, ut verius dicam, tantus furor, ut primum, cum sector sis isto loco natus, deinde cum Pompei sector, non te exsecratum populo Romano, non detestabilem, non omnes tibi deos, non omnes homines esse inimicos et futuros scias? At quam insolenter statim helluo invasit in eius viri fortunas, cuius virtute terribilior erat populus Romanus exteris gentibus, iustitia carior! XXVII. In eius igitur viri copias cum se subito ingurgitasset, exsultabat gaudio persona de mimo, modo egens, repente dives. Sed, ut est apud poëtam nescio quem, m a l e p a r t a m a l e d i l a b u n t u r. 66. Incredibile ac simile portenti est, quonam modo illa tam multa quam paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit. Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa et lauta supellex et magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis: horum paucis diebus nihil erat. 67. Quae Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quae si fuit, animal unum fuit: Oceanus, me dius fidius, vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas tam cito absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum. Apothecae totae nequissimis hominibus condonabantur. Alia mimi rapiebant, alia mimae: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabatur atque id locis pluribus: suggerebantur etiam saepe — non enim semper iste felix — damna aleatoria. Conchyliatis Cn. Pompei peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres. Quam ob rem desinite mirari haec tam celeriter esse consumpta: non modo unius patrimonium quamvis amplum, ut illud fuit, sed urbes et regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset. At idem aedes etiam

---

rhetor p. 218 Bip. proposuit: *Proposito in rostris capite Ciceronis, cum unius metu omnia tenerentur, gemitus tamen populi liber fuit.* — *gemitu* V — 1. *libe* V — *expect.* D — *inpius* a — 2. *demes* V corr. ex *dees* — *diis* V (?) D O — *omnibusque* V — *illut* V — *scelus* om. t — 3. *accederet* V — *est* om. a — *praeterea antoninum* V — 4. *circa* a g t — *astam* V — 5. *quid auderet* V — *refugisset* t — *formidasset* a — 6. *igitur*] *enim* a — 8. *exsecratum* V: *execrandum* D — *pop. R.*] *populorum* V — *deos omnes* om. *tibi* g t (*omnis* V) — 9. *non* om. b, ut Madvigius edidit; *non omnes homines* om. a — *esse* V: *et esse* D O — *et duros* a — *Ad* t — 10. *helluo* V D: *heluo* O — 11. *exterris* V — 12. *uiri* V: om. D — *ingugitaset* V¹; *ingurgitauisset* V² (m. s.) D — *exsulabat* V; *exultabat* D — 13. *de minimo* a — *aput* V — 14. *partam* V; *parata* a g — 15. *potenti* V — *est* om. b g t; *si* a (ex *portentist*) — 16. *effunderit* V — 17. *praeciosa* V — *lau* V¹ — *suppellex* V a g t — 18. *mulis* V — *habundantis* V a t — 19. *Quae -- potuisse* affert Quintil. VIII, 6, 70. — *caribdis* D — *borax* V — 20. *Charybdim* V: *caribdim* b t, *caribdin* a g; *Charybdin* edd. Quint. et O; at v. p. 429, 1. 926, 21 et v. ad p. 225, 10. — *si fuit* om. t — *anima unum fuit* V; *fuit unum animal* Quintil. et a g t O (*uiuum* a); *fuit al' uiuum* b; *Charybdis, quae si fuit, animal fuit unum* affert Servius ad Aen. III, 420. — 21. *uixidetur* V — *tot res ditam* V — *loci* V — 22. *absoruere* V — 23. *obscriptum* b — *apothaecae* V — 24. *alia mimi rapiebantur malia mimae* V; *alii mimi alia mimae rapiebant* t — 26. *iste* V: *ipse* D — *conchyrliatis* V; *conchiliatis* a b g; *conchiliacis* t; *conchyliatis -- videres* affert Quintil. VIII, 4, 25. — 27. *Cn.* om. a — *serborum* V — *caellis* t, *caelis* V, *celsis* g — *stracto* V — 28. *cosumpta* V¹ — 29. *amulum ut illut* V — 30. *eidem* a t; *eadem* g — *edis* V.

et hortos. 68. O audaciam immanem! tu etiam ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? tu illarum aedium dis penatibus os impurissimum ostendere? Quam domum aliquamdiu nemo adspicere poterat, nemo sine lacrimis praeterire, hac te in domo tam diu deversari non pudet? in qua, quamvis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse iucundum. XXVIII. An tu, illa in vestibulo rostra [spolia] cum adspexisti, domum tuam te introire putas? fieri non potest. Quamvis enim sine mente, sine sensu sis, ut es, tamen et te et tua et tuos nosti. Nec vero te umquam neque vigilantem neque in somnis credo posse mente consistere. Necesse est, quamvis sis, ut es, violentus et furens, cum tibi obiecta sit species singularis viri, perterritum te de somno excitari, furere etiam saepe vigilantem. 69. Me quidem miseret parietum ipsorum atque tectorum. Quid enim umquam domus illa viderat nisi pudicum, quid nisi ex optimo more et sanctissima disciplina? Fuit enim ille vir, patres conscripti, sicuti scitis, cum foris clarus tum domi admirandus, neque rebus externis magis laudandus quam institutis domesticis. Huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro conclavibus popinae sunt. Etsi iam negat: nolite quaerere; frugi factus est: illam † suam suas res sibi habere iussit, ex duodecim tabulis claves ademit, exegit. Quam porro spectatus civis, quam probatus! cuius ex omni vita nihil est honestius quam quod cum mima fecit divortium. 70. At quam crebro usurpat «et consul et Antonius»: hoc est dicere: et consul et impudicissimus, et consul et homo nequissimus. Quid est enim aliud Antonius? Nam si dignitas significaretur in nomine, dixisset, credo, aliquando avus tuus se et consulem et Antonium — numquam dixit —: dixisset etiam collega meus, patruus tuus, nisi si tu es solus Antonius. Sed omitto ea peccata, quae non sunt earum partium propria, quibus tu rem publicam vexavisti: ad ipsas tuas partes redeo, id est ad civile

---

1. *inmanem* a — *etiam* V: om. D — *ingrede* V¹ — 2. post *es* in V est rasura. — *illut* V — *dis* b: *diis* V a g t O — 3. *poenatibus* V — *inpurissimum* V: *inportunissimum* D — *ostendere*] *osten inportunissimum dere* V; cf. simile monstrum vocabuli glossemate disrupti ad p. 1257, 1. — *aliquandiu* a t — 4. *haec* V — 5. *diuersari* D — *in quam* t — *nihil sapias tamen* om. a — *potest tibi* g; *tibi* om. t — 6. *illa in uestibuloa* V; *illa uestibula* D — *rostran spolia* V; *rostra ac spolia* Graevius; nos *spolia* cum O ut glossema inclusimus. — 7. *putaras* t — *fleri* V — 8. *tamen te* (*te* in ras. m. 2) *et* (*et* exp.) *ei tua et uos nosti* V — 9. *umquam necq.* (sic) V — 10. *uiolentus* V a b: *uinolentus* g t O; at illud magis ad *furens* quadrare videtur. — 11. *ibi* a t — *ispecies* V — *viri*] *bir* V — *de somno te* t; *ex somno* om. *te* a — 12. *suscitari* a — *misere* V — 14. *quid nisi* V: *nisi* D — 15. *illeur po. scutis scitet* (*utis* et *et* in ras. m. 2) *cum floris* V — *sicuti* b t: *sicut* a g O — *fortis* t — 16. *aeternis* V — *inistituis* V — *in aedibus* Ursinus. — 17. *pro conclavibus popinae* scripsi: *pro conclauibus popinae triclinis* V; *pro tricliniis* (*triclinis* t) *popinae* D O. Ex loco in quo exstat *triclinis* in V apparet hoc esse glossema, non *conclauibus* — 18. *nolite* V b t: *nolite inclite* a g; *nolite, nolite* O — *suam suas res* V in ras. m. 2, sed antiqua habet; fort. *illam mimam res suas sibi habere* — 19. *ex duodecim tabulis: claves* distinxit O — *clauis* V b; *clausa* a t; *claves ademit forasque exegit* affert Nonius p. 291 M. — 21. *cum* om. a t — 22. *et* ante *Ant.* om. a — *et* ante *cos.* om. V — *inpudicissimus* V a — 23. *homi nesquissimus* V — *est enim* V b²: *enim est* a g; *enim* om. b¹ t — *aliut* V — 24. *gnitas* V — *in* om. Lambinus. — *credo aliquando* V D: *aliquando credo* O — 25. *se*] *sed* V — *et* post *se* om. D — *numquam dixit* D: *Numquid* V, unde Muretus: *numquid dixit?* — 26. *conlega meius* V; *collega eius* t — *tuus* om. V — *nisi si* V b t: *nisi* a g O. Cf. Hand. Turs. IV, p. 239 sqq. — *tu esses* b; om. a — 28. *partis* V — *id es a ciuile* V.

bellum, quod natum, conflatum, susceptum opera tua est. XXIX. 71. Cui bello cum propter timiditatem tuam, tum propter libidines defuisti. Gustaras civilem sanguinem vel potius exsorbueras; fueras in acie Pharsalica antesignanus; L. Domitium, clarissimum et nobilissimum virum, occideras multosque praeterea qui e proelio effugerant, quos Caesar, ut non nullos, fortasse servasset, crudelissime persecutus trucidaras. Quibus rebus tantis talibus gestis, quid fuit causae cur in Africam Caesarem non sequerere, cum praesertim belli pars tanta restaret? Itaque quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? Cuius tu imperatoris quaestor fueras, dictatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis auctor, praedae socius, testamento, ut dicebas ipse, filius, appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. 72. Primo respondisti plane ferociter, et, ne omnia videar contra te, prope modum aequa et iusta dicebas. A me C. Caesar pecuniam? cur potius quam ego ab illo? an sine me ille vicit? At ne potuit quidem. Ego ad illum belli civilis causam attuli; ego leges perniciosas rogavi; ego arma contra consules imperatoresque populi Romani, contra senatum populumque Romanum, contra deos patrios arasque et focos, contra patriam tuli. Num sibi soli vicit? Quorum facinus est commune, cur non sit eorum praeda communis? Ius postulabas, sed quid ad rem? plus ille poterat. 73. Itaque excussis tuis vocibus et ad te et ad praedes tuos milites misit, cum repente a te praeclara illa tabula prolata est. Qui risus hominum! tantam esse tabulam, tam varias, tam multas possessiones, ex quibus praeter partem Miseni nihil erat, quod is qui auctionaretur posset suum dicere. Auctionis vero miserabilis adspectus: vestis Pompei non multa eaque maculosa, eiusdem quaedam argentea vasa collisa, sordidata mancipia, ut doleremus quidquam esse ex illis reliquiis, quod videre possemus. 74. Hanc tamen auctionem heredes L. Rubrii decreto Caesaris prohibuerunt. Haerebat nebulo: quo se verteret non habebat. Quin his ipsis temporibus

---

1. *tua opera* a — *tuast* V — *Cur ei bello tum p. timid. tuam et propter* D — 3. *sanguinem civilem exhausit vel potius exorbuit* affert Prisc. IX, 10, § 56. — *ciuillem* V — *exorbueras* V D — *in arcem* a — *pharsaliga* V — 4. *antesignatus* a — *virum* om. b — 5. *multoq. praerea* V; *multosque* D O (*multos* b) — *e* V b: *eo* t (fort. *ex*); *de* a g — 6. *nonnullo* V — *seruaret* t — 7. *antis* V; *tantis ac* Schuetz — *quid fuit* - - *Africam* om. V — *cur*] *quod* b corr. — 8. *tanta pars* g t — *praestaret* V; cf. ad p. 945, 2. — 9. *redictum* V — 10. *Cui* b[1] — *inperatoris* a; *imperiis* b — *fuerat* V — 11. *praedes socius* V — *testamento* V: *testamenti* D — 12. *diceuas* V; *dicebat* D — *es* om. t — 13. *dabas* t — *promo* V — 14. *te* om. t — *diceuas* V — 15. *C.* V: om. D — *ille sine me* a g — 16. *at ne* V: *ac ne* g t; *anne* a b — *ego l. p. rogavi* om. V, sed firmatur hoc colon Nonii testimonio, qui p. 383 haec affert: *ego ad eum* (sic) *belli* - - *rogavi.* — 17 et 18. *contra*] *con* V — 19. *et* om. V — *contar* V — *num*] *non* b — 20. *est* V: om. D — *sit* om. t — *sostulabas sed quid a rem* V — 21. *excussis* V D: *exclusis* 2 codd. Barberini, quod recepit Madvigius. — *tuis bocibus* V; *uocibus tuis* t — 22. *predas tuas* a; *pedissecos tuos* b g — *misit milites* t — *pepente* V (*cumde te repente* a) — 23. *ita* V — *prolatast* nos: *prolatas* V; *prolata* D O — *ribus* V — *hominum* V: *hominum de te erat* D — 24. *tam uarias* D: *tabularias* V — *multas esse* t — *ex*] *sex* V — 25. *is* om. V — 26. *mirabilis* t — *aspectus mis.* a — 27. *eius eiusdem* V — *conlisa* V, *collissa* t — *sordidatam* V b; *sordida* g — *mancupia* a; *mancupla* t; *maucupla* b; *mancupia tamen ampla* g — *ut*] *ui* t — *dolerem* a — 28. *reliquis* V t — 29. *Rubri* V b — *herebat* V; *here* t. Nonius affert p. 182 ut ex l. XIV (?) Philipp.: *titubare, haesitare, quo se uertere nescire.* — 30. *quin* V: *quippe in* D — *hiis* b; *iis* malim.

domi Caesaris percussor ab isto missus deprehensus dicebatur esse cum sica: de quo Caesar in senatu aperte in te invehens questus est. Proficiscitur in Hispaniam Caesar, paucis tibi ad solvendum propter inopiam tuam prorogatis diebus. Ne tum quidem sequeris. Tam bonus gladiator rudem tam cito? Hunc igitur quisquam, qui in suis partibus, id est in suis fortunis tam timidus fuerit, pertimescat?

XXX. 75. Profectus est aliquando tandem in Hispaniam, sed tuto, ut ait, pervenire non potuit. Quonam modo igitur Dolabella pervenit? Aut non suscipienda fuit ista causa, Antoni, aut, cum suscepisses, defendenda usque ad extremum. Ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania. Omnibus adfuit his pugnis Dolabella: in Hispaniensi etiam vulnus accepit. Si de meo iudicio quaeris, nollem; sed tamen consilium a primo reprehendendum, laudanda constantia: tu vero quid es? Cn. Pompei liberi tum primum patriam repetebant — esto; fuerit haec partium causa communis —: repetebant praeterea deos patrios, aras, focos, larem suum familiarem, in quae tu invaseras. Haec cum peterent armis ii, quorum erant legibus — etsi in rebus iniquissimis quid potest esse aequi? — tamen quem erat aequissimum contra Cn. Pompei liberos pugnare? quem? te, sectorem. An cum tu Narbone mensas hospitum convomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret?

76. Qui vero Narbone reditus? Etiam quaerebat, cur ego ex ipso cursu tam subito revertissem. Exposui nuper, patres conscripti, causam reditus mei: volui, si possem, etiam ante Kalendas Ianuarias prodesse rei publicae. Nam quod quaerebas, quo modo redissem: primum luce, non tenebris; deinde cum calceis et toga, nullis nec Gallicis nec lacerna. At etiam adspicis me et quidem, ut videris, iratus. Ne tu iam mecum in gratiam redeas, si scias quam me pudeat nequitiae tuae, cuius te ipsum non pudet. Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi. Qui magister equitum fuisse tibi viderere, in proximum

---

1. *percursor* t — *esse cum in te inuehens sicad quo caesar* V — 2. *quaestus* V g — 4. *equeris tam monus* V — 5. *rudem tam*] *prudenta* V — *cito* V: *cito accepisti* D O — 6. *fuerit* D: *fuerat* V — 7. *tandem aliquando* D — 8. *quo modo* b¹ — 9. *suscipienda non* t — 9. *defendende* V — 11. *affuit* a g — *in* a g: om. V b t — 12. *quaeri* V — 13. *a principio* ed. Iunt.; at v. Madv. ad Cic. de Finn. p. 401. — *repetendum* g t — *laudania* V — 14. *es* V a t: *censes* b g; fort. *ais* — *liber* V — *tum* V: om. D O — *primo* b — *estot* V — 15. *deos partios* V; *deos proprios* t; *deos penates patrios* a b g O — 16. *sum* V — *in quae tu* b g t: *in quem tu* a; *in quencumque* V; *in quae cuncta tu* (potius *tu cuncta*) coni. Orelli, at displicet *cuncta* in hac sententia. — 17. *peterent* V a: *repeterent* b g t — *ii* V: *ei* t; *hi* a g; om. b — *etsi*] *est* V — *iniquissimis rum erant legibus quid potest* V — 18. *tamen - - sectorem* V: *tamen erat aequissimum contra Cn. Pompei liberos Cn.* (*gnei* b) *Pompei pugnare te* (*te* om. a t) *sectorem* D — 19. *An cum tu* Klotz: *an tutu* V; *an tu* D O — *cum Narbone - - convomeres* afferunt Servius *in artem sec. Donati* p. 1793 P. et Cledonius p. 1876. — 20. *in mensas* a — *hospitium* V et Servius. — *conbomeres* V; *cum conuomeres* t; *cum uomeres* a b g — 21. *narbona* a b g — *reditas* V — *etiam* V: *ẽ. iam* t; *ẽ. et tamen* b; *et tamen* a g; *reditus eius! tamen* Ferrarius; at v. adn. meam ad Verr. V, § 57 in ed. altera Lips. — 22. *reuertisem* V — *patribus conscriptis* V — 23. *etiam si possem* (om. *ante*) b — *ianuarias* b t: *iuñ.* V — 24. *Nam - - lacerna* affert Rufinianus de fig. sent. et eloc. § 6. — *prima* Rufin. — 25. *tebris* t — *calcis* a — *Gallicis* A. Gellius (qui XIII, 22, 6 vv. inferiora *cum gallicis et lacerna cucurristi* affert): *caligis* Rufin. et V D (sed b *calceis caligis*) — 26. *me equidem* a — *ne* V b g: *me* t; *nec* a; *nae* O — *tuam* t — 27. *tuae cum ius* V — 28. *flagitis nullum audiui* med. om. V — 29. *qui* V b t: *quam qui* a g — *equitum tibi uidere* t.

annum consulatum peteres vel potius rogares, per municipia coloniasque Galliae, e qua nos tum, cum consulatus petebatur, non rogabatur, petere consulatum solebamus, cum Gallicis et lacerna cucurristi. XXXI. 77. At videte levitatem hominis. Cum hora diei decima fere ad Saxa rubra venisset, delituit in quadam cauponula atque ibi se occultans perpotavit ad vesperam; inde cisio celeriter ad urbem advectus domum venit capite obvoluto. Ianitor: «Quis tu?» «A Marco tabellarius.» Confestim ad eam, cuius causa venerat, eique epistolam tradidit. Quam cum illa legeret flens — erat enim scripta amatorie; caput autem litterarum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum; omnem se amorem abiecisse illim atque in hanc transfudisse —: cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit, in collum invasit. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. Ergo ut te catamitum, nec opinato cum te ostendisses, praeter spem mulier adspiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? 78. Et domi quidem causam amoris habuisti, foris etiam turpiorem, ne L. Plancus praedes tuos venderet. Productus autem in contionem a tribuno pl. cum respondisses te rei tuae causa venisse, populum etiam dicacem in te reddidisti. Sed nimis multa de nugis: ad maiora veniamus.

XXXII. C. Caesari ex Hispania redeunti obviam longissime processisti. Celeriter isti redisti, ut cognosceret te, si minus fortem, at tamen strenuum. Factus es ei rursus nescio quo modo familiaris. Habebat hoc omnino Caesar: quem plane perditum aere alieno egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognorat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat. 79. His igitur rebus praeclare commendatus iussus es renuntiari consul et quidem cum ipso. Nihil queror de Dolabella,

---

1. *per* V: *is per* b g t O; *is qui per* a — *colonias* t — 2. *Galliae e qua* scripsi: *e* om. V; *Galliae a qua* D O; *e qua* sic dictum est ut illud *ex provincia triumphare,* quod si recte correximus, loco nostro male usus est Gul. Ad. Beckerus in *Antiq. Rom.* II, 2, p. 42 not. 80.— *nos tum* V: *nrĩn* t; *ñr* b; om. a g — *cum* om. b — *consulatus noster* a g — 3. *calligis* V; *caligis* D — 4. *At videte -- perturbasti* v. 16. affert Gellius VI (VII), 11, 6. — *aut* V — *hominis* V et Gellius: om. D — *ora* t — *decima fere* a b g et Gellius: *fere* om. t; *fere X.* V teste Garatonio; at ex Bursiani collatione *decima* ab V abesse putes.— 5. *delituit -- venit* affert Nonius p. 86.— *caupona* Nonius.— 6. *perportauit* V[1], *potauit* t *(perpotum cissim domum uenit* codd. Nonii.) — *uesperam* V: *uesperum* D et Gellius; cf. p. 676, 4. — *casio* a — 7. *obuoluto* V: *inuoluto* D O cum Gellio. Cf. p. 432, 6 et ad p. 402, 18, ubi palimps. Vat. *involutis capitibus*, cod. Paris. *obuolutis* habet. — *quis tuam marco* V — *tabernarius* t — 8. *uenerat deducitur* (*adducitur* b) *eique* D et Gellius. — *epistulam* V — *illa cum* Gellius. — *scripta amatorie* V et Gellius: *amatorie (ae) scripta* a b g; *amatoriae causa scripta* t — *caput tem* V — 10. *siui* V; *hoc erat sibi* Gellius. — 11. *illim* Lambinus: *illinon* V; *illi* codd. Gellii; *illic* t; *illinc* a b g; v. Phil. III, § 12 et ad p. 1146, 5. Cf. tamen Handium in Tursell. III, p. 214. — *transfuisse* V — 13. *nequam; nihil enim magis proprie possum d.* Gellius. — 14. *ut*] *ui* V — *catimitum* a — *nec* V et Gellius: *neque* D — *cum te* V: *te* om. D O et Gellius; *cum os* Cobetus, quo non iam opus loco ex V emendato — *perterispem* V — 16. *habuisti* Ferrarius: *habuit* V D O — 17. *foris* om. t — *tuos* D: *tus* V; *suos* O cum cod. Colon. et Mauriciano. — 18. *autem* om. a — *contione* V D — *a tribus pl.* V — *tuae*] *tu* V — 19. *dicace in terdidisti* V; *in te dicacem r.* t — 21. *C.* V: om. D O — *ex*] *ab* a — 22. *isti et redisti* D; at cf. § 89. — *te simus* V — 23. *qum̃modo* V — *habeat* t — *haec* g — 24. *caesa quem pane* V — 25. *audecemque* V — *cognoram* V; *cognouerat* D — 26. *lubentissime* V, sed *u* m. 2. — *praedare* t — 27. *es* V: *est* D — *renuntiare* g t — *equidem* a b — *de* om. V[1].

qui tum est impulsus, inductus, elusus. Qua in re quanta fuerit uterque vestrum perfidia in Dolabellam, quis ignorat? Ille [induxit ut peteret,] promissum et receptum intervertit ad seque transtulit: tu eius perfidiae voluntatem tuam adscripsisti. Veniunt Kalendae Ianuariae: cogimur in senatum; invectus est copiosius multo in istum et paratius Dolabella quam nunc ego. 80. Hic autem iratus quae dixit, di boni! Primum cum Caesar ostendisset se, prius quam proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum — quem negant regem, qui et faceret semper eius modi aliquid et diceret —: sed cum Caesar ita dixisset, tum hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut comitia auspiciis vel impedire vel vitiare posset, idque se facturum esse asseveravit. In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. 81. Quid enim? istud, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si augur non esses et consul esses, minus facere potuisses? Vide ne etiam facilius. Nos enim nuntiationem solum habemus, consules et reliqui magistratus etiam spectionem. Esto: hoc imperite; nec enim est ab homine numquam sobrio postulanda prudentia: sed videte impudentiam. Multis ante mensibus in senatu dixit se Dolabellae comitia aut prohibiturum auspiciis aut id facturum esse, quod fecit. Quisquamne divinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de caelo servare constituit? quod neque licet comitiis per leges, et, si qui servavit, non comitiis habitis, sed prius quam habeantur debet nuntiare. Verum implicata inscientia impudentia est; nec scit quod augurem, nec facit quod pudentem decet. 82. Itaque ex illo die recordamini eius usque ad Idus Martias consulatum. Quis umquam apparitor tam humilis, tam abiectus? Nihil ipse poterat; omnia rogabat; caput in aversam lecticam inserens beneficia, quae venderet, a collega petebat. XXXIII. Ecce Dolabellae comitiorum dies; sortitio praerogativae; quiescit. Renuntiatur; tacet. Prima classis vocatur, renuntiatur; deinde, ita ut assolet, suffragia; tum secunda classis vocatur: quae omnia sunt citius facta quam dixi. 83. Confecto negotio

---

1. *qui tum -- in dolabella* (sic) in V m. 2 in marg. suppleta sunt. — *inpulsus* V a g — *illusus* a t — *quan fuerit* V — *utterque* V; *utriusque* b g t; *utrisque* a — 2. *nostrum* t — *in dolabella* V g; *de dolabella* a — *induxit ut peteret* om. V, quae salva sententia abesse posse iam Garatoni vidit. — 3. *inteuertit* V b — 4. *ianuarii* b — 5. *est* om. a — *copioius* V, *copiosus* t — 6. *irtusq.* V; *mihi iratus quae* D — *di* V: *dii* O — *cum primum* a g — 7. *proficiscerentur* g — 8. *negant* D: *negat* V, fort. recte, ut Antonius solus intelligatur. — 10. *eos sacerdotio praetitum* V — 11. *inpedire* V a — *adseuerauit* V — 12. *incediuilem* V — 13. *istuc* D; *est istud* V — *sacerdoti* V — *non esse et consul eses* V — 14. *ne* om. V — 16. *spectionem* V¹ t: *isspectionem* V²; *inspectionem* a b g — *inperite* a; *imperiete* V; *inpericie* b — 17. *sobio* V — *inpudentiam* a b g: *nepudentiam* V — *mentibus* V — 18. *dixit se* V: *dixisse* D — 19. *quisnamne* t — *posset* V — 20. *quod* a — 21. *comitiis habitis* V: *habitis comitiis* D — 22. *decet* a — *inplicata* V D — *inscientia* V a: *inscitia* b g t — 23. *inpudentia* V a g — *est nec scit* V: *si nec scit* b g; *si nescit* a t; cf. ad p. 1256, 20. — *quid augurem* V — 24. *Itaque* V: *Atque* D O — *recorda*mini* V (*da* in ras. m. 2.) — *eius* om. t — *marcias* V t — 25. *quis* V D: *qui* O, sic in V exstare opinatus. — *adparitor* V: *apparatior* a — *nihil spe* V — 26. *aursam* V; *aduersam* D — *inferens* D — 27. *uenderet* D: *uideret* V — 28. *des* V — *renunciat* b ex corr. — *iacet prima classis. quae omnia* t mediis omissis. — 29. *renunciatur* V — *ita ut adsolet* V: *ut assolet* a b g O — *suffragiatum* V — 30. *uocatur* V: om. D O. Allatis scripturis loci, de quo tot eruditi homines disputaverunt, iam placet potiores emendandi rationes quae propositae sunt recognoscere. Atque A. Augustinus quidem coniecit: *deinde -- suffragatum secunda classis vocatur*;

bonus augur — C. Laelium diceres — alio die inquit. O impudentiam singularem! Quid videras? quid senseras? quid audieras? neque enim te de caelo servasse dixisti, nec hodie dicis. Id igitur obvenit vitium, quod tu iam Kalendis Ianuariis futurum esse provideras et tanto ante praedixeras. Ergo hercule magna, ut spero, tua potius quam rei publicae calamitate ementitus es auspicia, obstrinxisti religione populum Romanum, augur auguri, consul consuli obnuntiasti. Nolo plura, ne acta Dolabellae videar convellere, quae necesse est aliquando ad nostrum collegium deferantur. 84. Sed arrogantiam hominis insolentiamque cognoscite. Quam diu tu voles, vitiosus consul Dolabella: rursus, cum voles, salvis auspiciis creatus. Si nihil est, cum augur iis verbis nuntiat, quibus tu nuntiasti, confitere te, cum alio die dixeris, sobrium non fuisse: sin est aliqua vis in istis verbis, ea quae sit augur a collega requiro.

XXXIV. Sed ne forte ex multis rebus gestis Antonii rem unam pulcherrimam transiliat oratio, ad Lupercalia veniamus. Non dissimulat, patres conscripti: apparet esse commotum; sudat, pallet. Quidlibet, modo ne nauseet, faciat, quod in porticu Minucia fecit. Quae potest esse turpitudinis tantae defensio? Cupio audire, ut videam, ubi rhetoris sit tanta merces, id est ubi campus Leontinus appareat. 85. Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus. Escendis, accedis ad sellam — ita eras Lupercus, ut te consulem esse meminisse deberes —, diadema ostendis. Gemitus toto foro. Unde diadema? non enim abiectum sustuleras, sed attuleras domo meditatum et cogitatum scelus. Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu reiiciebat. Tu ergo unus, scelerate, inventus es qui, cum auctor regni esses, eum, quem collegam habebas, dominum habere velles; idem tentares, quid populus Romanus ferre et pati posset. 86. At etiam mi-

---

Urlichs (N. *Mus. Rhen.* V, p. 153): *deinde -- it suffragatum secunda classis*; Kahnt (*Animadv. critt.* Tizae 1829 p. 6): *deinde -- suffragatur secunda classis*; Madvigius (Op. II, p. 330) Garatonium et Zumptium (*die Abstimmung des röm. Volks* Berol. 1837 p. 16) secutus *renuntiatur* ante *deinde* delendum censet, a quibus ita Car. Peter (*die Epochen der Verfassungsgesch. der röm. Republik* p. 59) dissentit, ut legere malit: *renuntiantur deinde -- suffragia.* Nos in loci interpunctione Niebuhrium secuti sumus (v. eius Hist. Rom. III, p. 398 sqq.), cuius sententia ita Mommsenio probatur (cf. *die römischen Tribus* p. 97, not. 74), ut aut *sex* ante *suffragia* addendum aut ita corrigendum esse censeat: *deinde equitum, ut* (vel *ita ut*) *adsolet*, *suffragia.* Cf. de loco etiam Orellii excursum in ed. a. 1836 p. 453 sqq. et Marquardtii Antiq. Rom. II, 3, p. 16. — 1. *C.* V: om. D — *dieceres* V¹ — *inpudentiam* V a — 2. *nec enim* D; cf. ad or. Phil. I, § 10. — 3. *nec* V: *neque* D — 4. *prouideras* mei: *praevideras* Lamb.; at v. ad § 24. — 6. *ementius* V — *obstrinxis* V¹; *obstrinxi* t, ut in a ex *obstrinxisti* correctum est. — *religione p. R.* V: *p. R. religione* D — 7. *obnuntiasti* V: *nuntiauisti* D — *ne ata dolibellae* V — 8. *est tali quando* V — 9. *deferentur* V — *adrogantiam* V — 10. *Quandiu* t — *rursum* g — 11. *auspicis* V — *si* V b: *sed* a g t — *is* V; *his* a g t; *hiis* b — 12. *tu* om. D — *cum* om. t — 13. *aliquam* V — *auguris* a g t — 15. *gentis* V — *Antoni* V: *M. Antonii* (*antoni* t) DO — *pulcherrimam forte transiliat* V — 17. *adparet* V — *sudet* t — *quilibet* g — 18. *nausiet* V D, quae scriptura notanda est. — *porticum* V — *Minucia* V b: *minuncia (minuntia)* a g t; *Minutia* O — 19. *tanta* b — *rethoris* V g t — *sit* V: om. D O — 20. *id est* V: om. D O — *campu* V — 21. *conlega* V — 22. *escendis* V: *ascendis* D — *sellam miteras* V — 23. *meminisse esse* t — 24. *adtuleras* V — 25. *inponebas* V a t — *placore* V — 26. *plusu* V — *reiciebat* V: *recipiebat* a b g; *accipiebat* t — *scelerati* V — *cum* om. b¹ — 27. *regi* V — *eumque quem* b — *collegam* V b: *collegam regni* a g t — *idem* V: *eundem* b; *et idem* a g t O — 28. *temptares* mei. — *populi romani* V — *potuisset* a.

sericordiam captabas: supplex te ad pedes abiiciebas. Quid petens? ut servires? Tibi uni peteres, qui ita a puero vixeras, ut omnia paterere, ut facile servires: a nobis populoque Romano mandatum id certe non habebas. O praeclaram illam eloquentiam tuam, cum es nudus contionatus! Quid hoc turpius? quid foedius? quid suppliciis omnibus dignius? Num exspectas, dum te stimulis fodiamus? haec te, si ullam partem habes sensus, lacerat, haec cruentat oratio. Vereor ne imminuam summorum virorum gloriam; dicam tamen dolore commotus. Quid indignius quam vivere eum qui imposuerit diadema, cum omnes fateantur iure interfectum esse qui abiecerit? 87. At etiam adscribi iussit in fastis ad Lupercalia: C. Caesari, dictatori perpetuo, M. Antonium consulem populi iussu regnum detulisse, Caesarem uti noluisse. Iam iam minime miror te otium perturbare; non modo urbem odisse, sed etiam lucem; cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere. Ubi enim tu in pace consistes? qui locus tibi in legibus et in iudiciis esse potest, quae tu, quantum in te fuit, dominatu regio sustulisti? Ideone L. Tarquinius exactus, Sp. Cassius, Sp. Maelius, M. Manlius necati, ut multis post saeculis a M. Antonio, quod fas non est, rex Romae constitueretur?

XXXV. 88. Sed ad auspicia redeamus, de quibus Idibus Martiis fuit in senatu Caesar acturus. Quaero: tum tu quid egisses? Audiebam equidem te paratum venisse, quod me de ementitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum. Sustulit illum diem Fortuna rei publicae. Num etiam tuum de auspiciis iudicium interitus Caesaris sustulit? Sed incidi in id tempus, quod iis rebus, in quas ingressa erat oratio, praevertendum est. Quae tua fuga! quae formido praeclaro illo die! quae propter conscientiam scelerum desperatio vitae! cum ex illa fuga beneficio eorum, qui te, si sanus esses, salvum esse voluerunt,

---

1. *supex* V; *suppellex* t — *abiciebas* b t: *eiciebas* V; *obiciebas* a g; cf. p. 1027, 3. — *ut struires* V — 2. *peterens* V — *uixcreat* V — 3. *facilies aruspres a nouis* V — 4. *habeas* t — *cum esses* t — *concionatus* O — 5. *faedius* g, *faedidius* t; *quid foedius* om. a — 6. *fodiamus* V: *fodiam* D O — 7. *habes sen* V; *sensus habes* t — *ruenta* V — *inminuam* a t; *imminam* V — 8. *Quid indignius quam uiuere* V: *nonne indignus* (*indignis* a) *tutueri* (*tutuere* t) D ex *nonne indignumst uiuere*, ut videtur. Conf. epist. ad Att. XVI, 11, 2: *Illud etiam malo* (sc. *corrigere*): *indignissimum est hunc vivere, quam quid indignius?* — 9. *inposuerit* V; *inposuerat* a; *imposueris* g — *faceantur* V (*iure fat.* a) — 10. *at enim* t — *ascribi* g t; *scribi* a — *tussit* V — 11. *M.* om. V — 12. *caesare* t — *uti utinluisse* V — 13. *iam enim* g — *ocium* V — 14. *non solum -- vivere* affert Arusianus p. 226 L. — *de* om. V — 15. *ad diem* Arusianus. — *consitstes* V — 16. *iudicis* V — *interfuit domintu* V — 17. *exactus* V b t: *regno pulsus exactus* a g — *Spurius* (ante *Cassius*) t: *purius* V; *sic* b; *Spurii* O cum Lambino (Madvigius erravit de scriptura Vaticani, de quo iam Garatoni verum docuit). — *Spurius* Schuetz: om. V D O. Sic propter similem locum § 114 potius restituendum putavimus quam ut scriberemus *Spurii Cassius, Maelius.* — 18. *Melius* V D; corr. Garatoni. — *manilius* V — *ut militis post saeculi amnatonio* V — 20. *de quibus Idibus* scripsi: *Idibus* om. V; *de quibus rebus idibus* D O, hic puncto ante *de quibus* posito. — *martis* g t; *matris* V — 21. *actur* V; *aucturus* g; *acturus, quaero* O; at v. Madvigii Opusc. II, p. 227 not. 2. — *equidem* V: *quidem* D O — 22. *partum* V — *mentitis* V; *ementiciis* t — *auspicis* V — 23. *fortunae* V — 24. *rei publicae* V b: *populi Ro.* (*p. r.*) a g t O — *etiam tum* V — *indicium* t — 25. *hiis* b; *his* a g (*rebus iis* t) — *est* g — 26. *praeuertendum* V: *praetereundum* D — *est* V: *si* t (cf. ad p. 1256, 20); *non sit* a b g — *praeclaro* V: om. D — *illa die* b — 27. *concientiam* V — *scelerum* om. t — 28. *sanus esse* V.

clam te domum recepisti. 89. O mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! Dicebam illis in Capitolio liberatoribus nostris, cum me ad te ire vellent, ut ad defendendam rem publicam te adhortarer: quoad metueres, omnia te promissurum; simul ac timere desisses, similem te futurum tui. Itaque cum ceteri consulares irent redirent, in sententia mansi: neque te illo die neque postero vidi, neque ullam societatem optimis civibus cum importunissimo hoste foedere ullo confirmari posse credidi. Post diem tertium veni in aedem Telluris, et quidem invitus, cum omnes aditus armati obsiderent. 90. Qui tibi dies ille, Antoni, fuit! Quamquam mihi inimicus subito exstitisti, tamen me tui miseret, quod tibi invideris. XXXVI. Qui tu vir, di immortales, et quantus fuisses, si illius diei mentem servare potuisses! Pacem haberemus, quae erat facta per obsidem puerum nobilem, M. Bambalionis nepotem. Quamquam bonum te timor faciebat, non diuturnus magister officii, improbum fecit ea, quae, dum timor abest, a te non discedit, audacia. Etsi tum, cum optimum te putabant me quidem dissentiente, funeri tyranni, si illud funus fuit, sceleratissime praefuisti. 91. Tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio; tu, tu, inquam, illas faces incendisti et eas, quibus semustilatus ille est, et eas, quibus incensa L. Bellieni domus deflagravit. Tu illos impetus perditorum hominum et ex maxima parte servorum, quos nos vi manuque reppulimus, in nostras domos immisisti. Idem tamen quasi fuligine abstersa reliquis diebus in Capitolio praeclara senatus consulta fecisti, ne qua post Idus Martias immunitatis tabula neve cuius beneficii figeretur. Meministi ipse de exsulibus, scis de immunitate quid dixeris. Optimum vero, quod dictaturae nomen in perpetuum de re publica sustulisti: quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur, ut eius omne nomen propter proximi dictatoris metum tolleres. 92. Constituta res publica videbatur aliis, mihi vero nullo modo, qui omnia te gubernante naufragia metuebam. Num igitur me fefellit? aut num diutius sui potuit dissimilis esse? Inspectantibus vobis toto Capitolio tabulae figebantur, neque solum singulis venibant immunitates, sed etiam populis universis:

---

1. *o mea*] *omnia* b — *semper frustra* a — 2. *futurarum rerum* t — 3. *adortare* V — 4. *metuere* a — *omnia* om. t — 7. *inportunissimo* t; *interportunissimo* V — *nullo* t — 8. *in eadem* V — 9. *omnis* b t — *obsidererent* t — *dis ille* V; *ille dies* D — 10. *Antoni* V: *M. Antoni* D O — *subito inimicus* a g — 11. *quo tibi* V; *tibi* om. b — *et* D: *sed* V — 12. *illus* V — 13. *facia* V — *nobilem ambalionis* V[1]; *nobilem m. antonii filium m. bambalionis* D — 14. *bonum te* V: *te bonum* D — 15. *inprobum* a t — 16. *dissentiente ente funerit pranni* V (*ente fu* in ras.); *dissentiente* (*tẽ* t) *funeri tyranni illius sceleratissimi* D — 17. *funu fuit isceleratissime* V — 18. *pulcra* a t — *tu tui inquam* V; *inquam* om. D — 19. *semustilatus* V b (conf. pag. 93, 13): *semusti locus* t; *semustulatus* a g O — *illest eas* (ante *eas* spatio vacuo) t; *illius est et eas* a g — 20. *billeni* V — *inpetus* a — *hominum* om. V — 21. *reppulimus* V g: *repulimus* a b t O — 22. *domus* t; cf. ad p. 1005, 29. — *inmisisti* V D — *fuligne* V — 23. *cons. senatus* g — 24. *inmunitatis* b g; *immunitates* V — *nebe* V — *cuius* V b: *cuiusquam* a g t — *memisti ipse dexulibus* V — 26. *perpetum* V — *publicã* V — *quidem*] *quod* V — 27. *odiem* V — *eiu* V; *regni eius* a — *omne -- tolleres* scripsi cum Mureto: *omen nomen propter proximum dictatoris metum tolleres* V; *omnem propter proximum dictatorem tolleres metum* D O, sed b: *metum tolleres.* — 28. *res* V bis habet — 29. *naufragiam et uerbam* V — 30. *igitur me* V D: *me igitur* i O — *aut unum* V — *potuit suis* t — 31. *diss. esse* V: *esse diss.* D O — *inispectantibus bouis* V — *fingebantur* t — 32. *solum* om. t — *venibant* Heusinger (coll. ep. ad Att. V, 20, 5, ubi tamen *uenibant* in

civitas non iam singillatim, sed provinciis totis dabatur. Itaque si manent, quae stante re publica manere non possunt, provincias u sas, patres conscripti, perdidistis, neque vectigalia solum, sed imperium populi Romani huius domesticis nundinis deminutum XXXVII. 93. Ubi est septiens miliens, quod est in tabulis, quae ad Opis? funestae illius quidem pecuniae, sed tamen, quae nos, quorum erat, non redderetur, a tributis posset vindicare. Tu quadringentiens sestertium, quod Idibus Martiis debuisti, quonam ante Kalendas Apriles debere desisti? Sunt ea quidem innumer quae a tuis emebantur non insciente te, sed unum egregium de Deiotaro, populi Romani amicissimo, decretum in Capitolio fixum: proposito nemo erat, qui in ipso dolore risum posset continere. 94. enim cuiquam inimicior quam Deiotaro Caesar? aeque atque huic o ut equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus, quibus rem publicam p Romani caram esse sentiebat. Igitur a quo vivo nec praesens ne sens rex Deiotarus quidquam aequi boni impetravit, apud mortuum est gratiosus. Compellarat hospitem praesens, computarat, pec impetrarat, in eius tetrarchia unum ex Graecis comitibus suis collo Armeniam abstulerat a senatu datam. Haec vivus eripuit: reddit tuus. 95. At quibus verbis? modo aequum sibi videri, modo no quum. Mira verborum complexio! At ille numquam — semper absenti adfui Deiotaro — quidquam sibi, quod nos pro illo postular aequum dixit videri. Syngrapha sestertii centiens per legatos, bonos, sed timidos et imperitos, sine nostra, sine reliquorum hos regis sententia facta in gynaecio est, quo in loco plurimae res v

---

codd. non videtur exstare. Plin. N. H. IX, 39, 63, § 136. Quintil. VI, 3, 51): *bant* V D. Cf. Zumpt. ad Verr. p. 531, a cuius iudicio discedit Haase ad Reis. L. L. p. 226. At ut saepissime in codd. formam *uenierunt* in *uenerunt* corruptam i mis, sic idem in *ueniebam* usu venisse probabile est. Non magis ferendum est *tr bas*, quod habet cod. Vat. in or. Pison. § 57, quae lectio ex *transiciebas* orta vide — *inmun.* a g — *populis suis uniuersis* V — 1. *tam* a b t — *singulatim* b — 3. *uectiga* — 4. *inperium* a — *nundinis* V — *diminutum* a b g — 5. *septiens miliens* V t: *septies* b: *septies milies sestertium* a g: *septies millies* O — *est* V: om. D O — 6. *Opis* V: *Op tebat* D O — *quae nos* D *post redderetur* habent. — *his* a g — 8. *quadringentiens* t: *qu genties* V O (*sestertium quadr.* D) — *martis debuis* V — 9. *ate* V — *dedisti* V — *Sunt ea q* -- *acta defendimus* p. 1269, 10 desunt in D; V i ante *Sunt ea* haec habent: *Quid commentaris caesaris infinitis quid de innumerabilibus* (*infinitos quiden numerabilibus* V) *rographis caesaris loquar?* quae male huc illata sunt ex loco inferiore cap. 38 in. gelsbachio vv. *Ubi est septiens miliens* -- *debere desisti?* post *acta defendimus* p. 10 transponenda videntur. — 10. *a tuis* Faërnus: *aduis* V; *a diuersis* i O — *in tes te* V — 11. *populi Romani* V plenis litteris: *populo R.* aliquot edd. — 12. *p* — 14. *rem publi* V — 15. *Igitur* V^1: *Is igitur* V m. 2 et i; *Sed* [*igitur*] O. Lecti *is igitur* etiam in Teg. et Gudiano exstare ait Wernsdorfius oblitus hanc totam o nis partem ab iis abesse. — 16. *rex Deiotarus* V: om. i O — *imperauit aput* V — V — 17. *gratiosus* Ubaldinus: *gratus* V i; fort. rectius *gratiosus?* — *compellerat* V: *pulerat* i — *conputarat* V — 18. *inpetrarat* V: *imperarat* i O — *tetrerchianum ex* V *trarchiam ex* i; *tetrarchiam unum ex* O errore operarum. — 19. *a setu* V — *redd reddidit* i — 20. *quibus ursibus* V, fort. ex *q. uersibus.* — *eacum* (pro *aecum*) *sivi inicum* V — 21. *cōpleat ille* V — *nunquam* i; *umquam* V — 23. *equum* V — *syingr* — *centies* O — *uiros*] *urtos* V — 24. *sinestra* V; *sine sua* i; *sine Sexti* (sc. Pompe ep. ad Att. XVI, 3, 6) Ferrarius. — 25. *sententia* V in ras. m. 2 habet. — *gyna nos*: *gynicaeo et* V; *gynaeceo* i O.

runt et veneunt. Qua ex syngrapha quid sis acturus meditere censeo: rex enim ipse sua sponte, nullis commentariis Caesaris, simul atque audivit eius interitum, suo Marte res suas reciperavit. 96. Sciebat homo sapiens ius semper hoc fuisse, ut, quae tyranni eripuissent, ea tyrannis interfectis ii, quibus erepta essent, reciperarent. Nemo igitur iure consultus, ne iste quidem, qui tibi uni est iure consultus, per quem haec agis, ex ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus, quae erant ante syngrapham reciperatae: non enim a te emit, sed prius, quam tu suum sibi venderes, ipse possedit. Ille vir fuit, nos quidem contemnendi, qui auctorem odimus, acta defendimus. XXXVIII. 97. Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? quorum etiam institores sunt, qui ea tamquam gladiatorum libellos palam venditent. Itaque tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut iam expendantur, non numerentur pecuniae. At quam caeca avaritia est! Nuper fixa tabula est, qua civitates locupletissimae Cretensium vectigalibus liberantur, statuiturque ne post M. Brutum pro consule sit Creta provincia. Tu mentis es compos? tu non constringendus? In Caesaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari, cum Creta nihil ad Brutum Caesare vivo pertineret? At huius venditione decreti, ne nihil actum putetis, provinciam Cretam perdidistis. Omnino nemo ullius rei fuit emptor, cui defuerit hic venditor. 98. Et de exsulibus legem, quam fixisti, Caesar tulit? Nullius insector calamitatem: tantum queror, primum eorum reditus inquinatos, quorum causam Caesar dissimilem iudicarit; deinde nescio cur non reliquis idem tribuas: neque enim plus quam tres aut quattuor reliqui sunt. Qui simili in calamitate sunt, cur tua misericordia non simili fruuntur? cur eos habes in loco patrui? de quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad censuram petendam impulisti, eamque petitionem comparasti, quae et risus hominum et querellas moveret. 99. Cur autem ea comitia non habuisti? an quia tribunus pl. sinistrum fulmen nuntiabat? Cum tua quid interest, nulla auspicia sunt, cum tuorum, tum fis religiosus. Quid? eundem in septemviratu nonne destituisti? intervenit enim, cui metuisti, credo, ne

---

1. *quae ex syngrafa* V — 2. *commentaris* V — 3. *materres suas* V — *reciperauit* V¹i: *recuperavit* V² O — 4. *ut qui* V¹ — 5 et 8. *recup.* O — 5. *iureis consultus ne* V; cf. ad p. 1245, 15. — 7. *syngrafa* V et sic plerumque. — *dicet* malim. — *iis* i: *his* V — 9. *siui uendere* V — 11. *infinitiis* V — 12. *institores* Pantagathus: *immitatores* V; *mittatores* t; *metatores* g; *imitatores* a b O — *quea* V — *pilam* t — *ueditent* V — 13. *aput* V — 14. *expendantur* V t: *appendantur* a b g — *numerantur* t — *Ad quam* t — *auaritia est* D: *auaritias et* V¹ (m. s. *e* sup. *as* addidit); *avaritia est. Et* O — 15. *tabulas qua* V¹ — *loculentissimae* V — *uectigalibus* V: om. D O — 16. *pro consule* nos: *pro coñs.* t; *procos.* V; *proconsulem* O — 17. *es* om. V¹, fort. recte, ut est § 110 in. — *conpos* V — *in* V D i: *in* O — 19. *uiuo caesare* a — *ad huius* V a — *uenditionem* a — 20. *actum potestis* V — *nemo* om. t — *illus* V (*ullius rei nemo* a) — 21. *qui* t — *defuerit* D: *defuit* V — *exulibus* nei, ut semper. — 22. *tulit.* edd.; interrogationis signum auctore Gul. Christio addidimus. — 23. *reditus aequatos* Camerarius. — *causam sam* V — *dissimilem Caesar* D — *iudicarit* V b: *iudicauerit* a g t — 24. *non reliquis* V: *reliquis non* D (sed a *rel. idem non*) — *enim* om. a — 25. *calamitate sunt* Faërnus: *calamitates at* V; *calamitate fuerint* D — 26. *non simili* V: *simili non* D O — 27. *feres* V — 28. *inpulisti* a t — *eam* a — 29. *querellas* V; *querelas* D O — *an quia* D: *aut qua* V — 30. *sin. fulmen* V: *fulmen sin.* D — *cum* om. b — *tua qui id* V — 31. *cum* om. D — *tum* V t: *cum* a b g — *sis* D — 32. *septemuiratum* V — *cui* Madvigius (Op. I, p. 171): *cũ* V; *quem* D (*Quid metuisti? Credo* cet. O).

salvo capite negare non posses. Omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, si ulla in te pietas esset, colere debebas. Filiam eius, sororem tuam, eiecisti, alia conditione quaesita et ante perspecta. Non est satis: probri insimulasti pudicissimam feminam. Quid est quod addi possit? contentus eo non fuisti. Frequentissimo senatu Kalendis Ianuariis sedente patruo hanc tibi esse cum Dolabella causam odii dicere ausus es, quod ab eo sorori et uxori tuae stuprum esse oblatum comperisses. Quis interpretari potest, impudentiorne, qui in senatu, an improbior, qui in Dolabellam, an impurior, qui patruo audiente, an crudelior, qui in illam miseram tam spurce, tam impie dixeris? XXXIX. 100. Sed ad chirographa redeamus. Quae tua fuit cognitio? Acta enim Caesaris pacis causa confirmata sunt a senatu, quae quidem Caesar egisset, non ea, quae egisse Caesarem dixisset Antonius. Unde ista erumpunt? quo auctore proferuntur? si sunt falsa, cur probantur? si vera, cur veneunt? At sic placuerat, ut Kalendis Iuniis de Caesaris actis cum consilio cognosceretis. Quod fuit consilium? quem umquam convocasti? quas Kalendas Iunias exspectasti? an eas, ad quas te peragratis veteranorum coloniis stipatum armis rettulisti?

O praeclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Maio, tum cum etiam Capuam coloniam deducere conatus es! Quem ad modum illinc abieris vel potius paene non abieris, scimus. 101. Cui tu urbi minitaris. Utinam conere, ut aliquando illud p a e n e tollatur! At quam nobilis est tua illa peregrinatio! Quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? Tua ista detrimenta sunt, illa nostra. Agrum Campanum, qui cum de vectigalibus eximebatur ut militibus daretur, tamen infligi magnum rei publicae vulnus putabamus, hunc tu compransoribus tuis et collusoribus dividebas. Mimos dico et mimas, patres conscripti, in agro Campano collocatos. Quid iam querar de agro Leontino? quoniam quidem hae quondam arationes Campana et

---

1. *contumelis* V — 2. *si nulla in te* V; *si in te ulla* a g — *esses* V — *afiliam* V¹ — 3. *uxorem tuam* cod. A. Augustini. — *alia condicione* t; *aliam condicionem* V — *perispectia* V; *perfecta* t; *prospecta* Graevius; at significatur Antonium iam ante quam cum Antonia divortium faceret, cum Fulvia rem habuisse. — 4. *probrii* V — 5. *frequentissimeo* V — 6. *causam cum dolab.* a — *idii* V — *ausus dicere es* D — 7. *esse oblatum* V b t: *obl. esse* a g O — 8. *Quis -- impie dixeris* affert Priscianus III, 2, 15. — *potes* V¹ — *inpudentiorne* V a g — *inprobior* a g t — 9. *inpurior* V a t (*qui -- impurior* om. g) — *patruo* V: *patre* D O et Prisc. — 10. *misram purce* V — *inpie* a — 11. *cyrographa* V — *fuit tua* D — 12. *confirma* V¹ — *egessit* t — 13. *quaequae* V a — *egisse Caesarem* b g: *gessisse Caes.* V; *Caes. egisse* a t O — *inde* V — *erumpunt ista* t — 15. *Ac sic* t — *ut Kal.* Muretus: *Kal.* V; *ut ex Kal.* D O — *iuñ.* V — 16. *aduocasti* D — 17. *exspectati* V; *expectasti* D — *ueterannorum colonis* V; *ueteratorum consiliis* t — 18. *sitaptum* V¹ — *arma* a — *retulisti* V D O — 19. *Maio* om. a — 20. *coloniam* om. D — *donatus* t — *est* V — 21. *illĩ cauieris* V; *illam audieris* t; *illam adieris* a b g; emendavit Faërnus, nisi potius *illim* scribendum est. — *habueris* V; *audieris* t; *adieris* a b g — *scimus enim cui* a — *urbi tu* t — 22. *minitariis* V — *conare* t — *illut pane* V — *Ad* t — 23. *nobilis est* V: *nobilitata sit* D — *illa tua* b — *quod* t — *pandiorum adparatus* V — 24. *uinulentia* V; *uiolentiam* t — *illa* a — 25. *de*] *se* V — 26. *magnum* om. a — 27. *cum pransoribus* b g t — *tus* V — *conlusoribus* a g; *conclusoribus* V; *cum lusoribus* b; *collisoribus* t — *diuideuas* V — *minos d. et minas* t — 28. *p. c. in agro* V: *in agro p. c.* D — *colocatos* V; om. t — *queror de agro leontio* V — 29. *quoniam quidem* V D: *Quandoquidem* O — *arat. quondam* a: *quidem arat.* t — *campani et leontini* D.

Leontina in populi Romani patrimonio grandiferae et fructuosae ferebantur. Medico tria milia iugerum: quid, si te sanasset? rhetori duo: quid, si te disertum facere potuisset? Sed ad iter Italiamque redeamus. XL. 102. Deduxisti coloniam Casilinum, quo Caesar ante deduxerat. Consuluisti me per litteras de Capua tu quidem, sed idem de Casilino respondissem: possesne, ubi colonia esset, eo coloniam novam iure deducere. Negavi in eam coloniam, quae esset auspicato deducta, dum esset incolumis, coloniam novam iure deduci: colonos novos adscribi posse rescripsi. Tu autem insolentia elatus omni auspiciorum iure turbato Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum tolleres, ut aratrum circumduceres: cuius quidem vomere portam Capuae paene perstrinxisti, ut florentis coloniae territorium minueretur. 103. Ab hac perturbatione religionum advolas in M. Varronis, sanctissimi atque integerrimi viri, fundum Casinatem. Quo iure? quo ore? Eodem, inquies, quo in heredum L. Rubrii, quo in heredum L. Turselii praedia, quo in reliquas innumerabiles possessiones. Et si ab hasta, valeat hasta, valeant tabulae, modo Caesaris, non tuae; quibus debuisti, non quibus tu te liberavisti. Varronis quidem Casinatem fundum quis venisse dicit? quis hastam istius venditionis vidit? quis vocem praeconis audivit? Misisse te dicis Alexandream, qui emeret a Caesare. Ipsum enim exspectare magnum fuit! 104. Quis vero audivit umquam — nullius autem salus curae pluribus fuit — de fortunis Varronis rem ullam esse detractam? Quid? si etiam scripsit ad te Caesar ut redderes, quid satis potest dici de tanta impudentia? Remove gladios parumper illos, quos videmus: iam intelliges aliam causam esse hastae Caesaris, aliam confidentiae et temeritatis tuae; non enim te dominus modo illis sedibus, sed quivis amicus, vicinus, hospes, procurator arcebit. XLI. At quam multos dies in ea villa turpissime es perbacchatus! Ab hora tertia

---

1. *grandiferae* V g: *grandi facere* a t; *grandi fenore* b O. Martianus Capella V, § 511: «*His plerumque grammatice utitur, licet Tullius grandiferas possessiones dicat et grandiloquos oratores.*— 2. *tria milia* om. V^1, in cuius archetypo *III* (cum linea) post *iugerum* videtur intercidisse. — *quid si* V^1: *quasi* V^2 D (t *quas*) — *sanum fecisset* D — *duo*]*ca* V^1 — 3. *quid si*] *quidiste* V^1; *quasiste* V^2; *quasi* D — 4. *quod* V — *deduxerant* V — 5. *caput tu* V — 6. *respondisset* V t^1 — *eo* om. b — 7. *quae esset* V: *quae est* D — 8. *adiscribi* V; *etscribi* t — 9. *omnia* V; *omne* a — *sublato* t — 10. *erant* V — 11. *tolleres* V: *uideres* D; lectionem Vat. firmat scholiastes Cruqu. ad Horat. Carm. I, 16, 21 haec afferens: *ut vexillum tolleret et aratrum circumduceret.* — *et* a t — 12. *perstrixisti* V^1; *praestrinxisti* Nonius p. 374, qui affert *cuius -- praestr.*— 13. *pert. relig.* V D: *relig. pert.* O — *regionum* t — *adbolas* V — 14. *sanctissimis aquae* V — *fundum* om. a — *casinatem* b: *casintaem* V (*nta* in ras.); *cassinatem* a g; *cassinantem* t — *quore* V — 15. *eredum* V corr. ex *erem* — *Rubri* V b — *quo in heredum L.* om. b^1 (*herem* V^1) — 16. *Turseli* V b; *Tursellii* a g t — *praedia* om. t — *relequas* V — 17. *ualeant hasta* V; om. D — 18. *tu te* V: *tute te* (*tu tete*) D — *cassinatem* a g; *cassinantem* t — 19. *qui* V — *uenisse* V b g t: *ueniisse* a O — *dicet* V — *stius* V — 20. *mississe dicis* V — *alexandram* V; *Alexandriam* D O — 21. *expectarem agrum* V — 22. *saluus* V; om. a — 23. *ulam* V — *quid si etiam scripsit ad te* D: *quod etiam sit a* (*scripsit at* corr.) *te* V. Haud scio an *quod si* ferri possit, ut sit nostrum *wenn nun aber,* ut est in simili loco or. Verr. V, § 79 ex scriptura in R: *quod si aufugisset --, quid diceres?* Cf. Seyfferti Schol. Lat. I, p. 167 sqq. — *descripsit* t — 24. *inpud.* a g — *paulisper* a — 25. *esse causam* a — *hastaea caesaris* V — 26. *temeritati* t — *dominas* V (*dominus modo te* t) — 27. *se quibus* V — *ad quam* V — 28. *ulla* V — *turpissime* om. t — *es* V a: *est* b g t O — *perbaccatus* b; *perbachatus* a g t.

bibebatur, ludebatur, vomebatur. O tecta ipsa misera quam dispari domino! Quamquam quo modo iste dominus? sed tamen quam ab dispari tenebantur! studiorum enim suorum M. Varro voluit illud, non libidinum deversorium. 105. Quae in illa villa antea dicebantur! quae cogitabantur! quae litteris mandabantur! Iura populi Romani, monimenta maiorum, omnis sapientiae ratio omnisque doctrinae. At vero te inquilino — non enim domino — personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes, ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matres familias versabantur. Casino salutatum veniebant, Aquino, Interamna. Admissus est nemo. Iure id quidem; in homine enim turpissimo obsolefiebant dignitatis insignia. 106. Cum inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obviam ei processit, ut est frequens municipium, magna sane multitudo. At iste operta lectica latus per oppidum est ut mortuus. Stulte Aquinates: sed tamen in via habitabant. Quid, Anagnini? Qui cum essent devii, descenderunt, ut istum, tamquam si esset, consulem salutarent. Incredibile dictu, † sed tum nimis inter omnes constabat neminem esse resalutatum, praesertim cum duos secum Anagninos haberet, Mustelam et Laconem, quorum alter gladiorum est princeps, alter poculorum. 107. Quid ego illas istius minas contumeliasque commemorem, quibus invectus est in Sidicinos, vexavit Puteolanos, quod C. Cassium et Brutos patronos adoptassent? Magno quidem studio, iudicio, benevolentia, caritate, non, ut te et Basilum, vi et armis, et alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non modo illorum cliens esse. XLII. Interea dum tu abes, qui dies ille collegae tui fuit, cum illud, quod venerari solebas, bustum in foro evertit! qua re tibi nuntiata, ut constabat inter eos, qui una fuerunt, concidisti. Quid evenerit postea nescio — metum credo valuisse et arma —; collegam quidem de caelo detraxisti effecistique, non tu quidem etiam nunc, ut similis tui, sed certe ut dissimilis esset sui.

---

1. *mouebatur* t — *tecata* V — *quam a* a — 2. *sed tāquam* t — *ab* V: *a* D — 3. *tenbantur* V; *tenebatur* t — *M.* om. V¹ — *barro* V — *boliuit* V; *uelud* t — *illud* V: *esse illud* D O — 4. *deuersorum* V; *diuersorium* D — *antea* V: *ante* D — *quae cogitabantur* V: om. D — 5. *monimenta* V a g: *monumenta* b t O — 6. *omni* ante *sap.* V (*omnisque sapientia erat* om. *ratio* t) — *doctrinae* V: *doctrina* D — *te uero* t — 7. *omnia - - natabant* om. t — 8. *ingenio* V — 9. *iscorta* V — *matris* t — *Casilino (Cass.)* D — 10. *interim* b — 11. *enim* om. t — *obsolebant* a g t; *obsolefaciebant* b; *obsolescebant* cod. Colot. — 12. *obiam* V — 13. *aperta* a — *est per oppidum* D — 14. *iamen* V — 15. *deuii* V: *de uia ei* b; *deuii obuiam ei* a g; *deuia obuiam ei* t — 16. *colem* V^1; *consul* V^2 D — *salutaret* V^1 — *dictum* V — *sed tum nimis* cod. Colotianus et Palat. primus Gruteri: *sed cum uinus* V; *et sermulcinus* t; *et simul* a b g (sed om. *et* a); *dictust, tamen* Ferrarius; *dictu est; sed sum vicinus* Madvig; *sed tum uisu* Nipperdey in *Philologo* III, 144; *sed tamen nimis* Naegelsbach; fort. *dictust, tamen uicinos inter omnes* cet. — 17. *omnis* V — *nemine* t — 18. *anagninos secum* t — *mustellam* t — *gladiatorum* a t — 19. *esti* V^1 — *populorum* t — *ergo* a b t — *istas illius* t — 20. *fidicinos* t — 21. *in quod* V — *et* V: *quod* D — 22. *studio iudicio* V b t: *iudicio studio* a g O — *beniuol.* mei. — *contu te* V — *et* V b t: om. g; *ut* a O — *basillum* D — 23. *es alios uitri* V — *nostri* b — *clientis* V b — 24. *ill. cliens esse* V: *esse ill. cliens* b t; *ill. esse cliens* g; *esse cliens* a — *habes* V a t — *conlega et tu* V — 25. *fuit* V: om. D — *quod* V: *quod tu* D O (sed in a *tu* sup. lin. ead. m.) — *bustum* D: *b. tum* V (*b.* a m. sec.) — 26. *nunciata* V — *ut*] *aut* t — *fuerant* coni. Ernesti. — 27. *mecum* t — 28. *conlegam* V — *effecisti quae* V; *et fecisti quae* (*que* b) D — 29. *ut similis* V: *ut sit similis* D O — *ut*] *ui* V — *sui esset* b.

108. Qui vero inde reditus Romam! quae perturbatio totius urbis! Memineramus Cinnam nimis potentem, Sullam postea dominantem, modo regnantem Caesarem videramus. Erant fortasse gladii, sed absconditi nec ita multi. Ista vero quae et quanta barbaria est! Agmine quadrato cum gladiis sequuntur: scutorum lecticas portari videmus. Atque his quidem iam inveteratis, patres conscripti, consuetudine obduruimus. Kalendis Iuniis cum in senatum, ut erat constitutum, venire vellemus, metu perterriti repente diffugimus. 109. At iste, qui senatu non egeret, neque desideravit quemquam, sed potius discessu nostro laetatus est, statimque illa mirabilia facinora effecit. Qui chirographa Caesaris defendisset lucri sui causa, is leges Caesaris easque praeclaras, ut rem publicam concutere posset, evertit. Numerum annorum provinciis prorogavit, idemque, cum actorum Caesaris defensor esse deberet, et in publicis et in privatis rebus acta Caesaris rescidit. In publicis nihil est lege gravius, in privatis firmissimum est testamentum. Leges alias sine promulgatione sustulit, alias ut tolleret, promulgavit. Testamentum irritum fecit, quod etiam infimis civibus semper obtentum est. Signa, tabulas, quas populo Caesar una cum hortis legavit, eas hic partim in hortos Pompei deportavit, partim in villam Scipionis.

XLIII. 110. Et tu in Caesaris memoria diligens? tu illum amas mortuum? Quem is honorem maiorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? Est ergo flamen, ut Iovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Iulio M. Antonius. Quid igitur cessas? cur non inauguraris? Sume diem, vide qui te inauguret: collegae sumus; nemo negabit. O detestabilem hominem, sive quod Caesaris sacerdos es, sive quod mortui! Quaero deinceps, num hodiernus dies qui sit ignores? Nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse ut quintus praeterea dies Caesari tribueretur? Cur non sumus praetextati? cur honorem Caesaris tua lege datum deseri patimur? an supplicationes addendo diem contaminari passus es, pulvinaria contaminari noluisti? Aut undique religionem tolle aut usque quaque conserva. 111. Quaeris placeatne mihi pulvinar esse, fastigium,

---

1. *inde reditus* V: *reditus inde* D — 2. *l. cinam* V — *syllam* (V) vel *sillam* mei. — 3. *caesarem regnantem* a g — *erat fortasse gladiis* V — *sed* V: *sed tamen* D; *sed ii* cod. Colot. — *asconditi* t — 4. *barbariast* V — 5. *secuntur* V a b t — *scutati milites lecticas* a g — 6. *obdurimus* V — 7. *uter ad constitutum* V — 8. *repete* V; om. t — 9. *sed* scripsi: *est* V; *et* D O. In partitione sibi respondent *neque desideravit quemquam* et *statimque effecit*; cf. Handii Turs. IV, p. 137. — *statim quae* t — 10. *cyrografa* V — 11. *eas quae* V — 12. *prouincis* V — 13. *defensores sed beret* V — *deberet cum publicis et priu.* t — 14. *rescindit* V — *in publicis* V: *in publicis actis* D — 15. *firmitissimum* t — *est* om. a — *alias* D: *uas* V; fort. *aliquas* — 16. *tolleret promulgatas promulgauit* a g — 17. *optentum* V — 18. *ortis* V — *partim hic* a — 20. *tū* ante *illum* a — *mortum* V — 21. *onorem* V (*maiorem hon.* a g) — 22. *ergo*] *enim* t — 23. *sic* V corr. ex *set*; *sicut* b — *caesas* V[1] — 24. *inauguraris* nos: *inauguraras* V; *inaugurare* D O — *uide* V corr. ex *ui* — *conlege* V; *collae* t — 25. *negauit* V a t — *destabilem* V — *quod* D: *eo quod* V — *Caesaris* V: *tyranni* D O — *ē* V m. 2 in ras.; *est* D — 26. *dedeinceps* V — *dies* om. t — 27. *quartum iddcirco* b — *romano* t — 28. *dices* V — 29. *simus* t — *Caesaris* V D i: *Caesari* O — *adtum* V — 30. *supplicationis* b t — *es* om. a g — 31. *contaminari noluisti* V: *noluisti* D O — *aut ad usque quaque* V; *aut usquequa* g — 32. *quaeris* V: *quaeres* D O.

flaminem. Mihi vero nihil istorum placet: sed tu, qui acta Caesaris defendis, quid potes dicere cur alia defendas, alia non cures? nisi forte vis fateri te omnia quaestu tuo, non illius dignitate metiri. Quid ad haec tandem? — exspecto enim eloquentiam tuam: disertissimum cognovi avum tuum, at te etiam apertiorem in dicendo; ille numquam nudus est contionatus, tuum hominis simplicis pectus vidimus —: respondebisne ad haec aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione mea, cui te respondere posse confidas?

XLIV. 112. Sed praeterita omittamus: hunc unum diem, unum, inquam, hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. Cur armatorum corona senatus saeptus est? cur me tui satellites cum gladiis audiunt? cur valvae Concordiae non patent? cur homines omnium gentium maxime barbaros, Ityraeos, cum sagittis deducis in forum? Praesidii sui causa se facere dicit. Non igitur miliens perire est melius quam in sua civitate sine armatorum praesidio non posse vivere? Sed nullum est istud, mihi crede, praesidium: caritate te et benevolentia civium saeptum oportet esse, non armis. 113. Eripiet et extorquebit tibi ista populus Romanus, utinam salvis nobis! sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis consiliis uteris, non potes, mihi crede, esse diuturnus. Etenim ista tua minime avara coniunx, quam ego sine contumelia describo, nimium diu debet populo Romano tertiam pensionem. Habet populus Romanus ad quos gubernacula rei publicae deferat: qui ubicumque terrarum sunt, ibi omne est rei publicae praesidium vel potius ipsa res publica, quae se adhuc tantum modo ulta est, nondum reciperavit. Habet quidem certe res publica adolescentes nobilissimos, paratos defensores: quam volent illi cedant otio consulentes, tamen a re publica revocabuntur. Et nomen pacis dulce est et ipsa res salutaris; sed inter pacem et servitutem plurimum interest. Pax est tranquilla libertas, servitus postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum. 114. Quod si se ipsos illi nostri liberatores e conspectu nostro abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt. Illi, quod nemo fecerat, fecerunt. Tarquinium Brutus bello est persecutus, qui tum rex fuit, cum esse Romae licebat; Sp. Cassius, Sp. Maelius, M. Man-

---

2. *ni* a — 4. *expecto* mei — *tuam* a (sed vox punctata ead. m.): om. V b g t — 5. *pertiorem* V — *nudus numquam* t — 6. *concionatus* a O — *supplicis* a — 7. *ecquid* a g t: *etquid* V b — *repperies* t — 8. *mea* (*ea* pr. m.) *cu uite* V — 9. *praeterea* t — *unum inquam* V: *hunc unum inquam* D O — 10. *loquar* a — 12. *glatis* V — 13. *itureos* t; *itiraeos* b; *ytyreos* V; *ityreos* a g — *deduces* t — 14. *causae facere* V — *non* V: *nonne* D O — *miliens* V: *milies* D; *millies* O — *perire* om. a in lac. — 15. *es* V¹ — 16. *uidere* V¹ — *istud* V¹: *istuc* V² D O — *te et* V: *te* om. D O — 17. *septim* V¹ — *et* V et b corr.: om. D O — 18. *nouis* V — 19. *nouiscum* V — *consilis* V — *putes* b¹ — *esse mihi crede* g; *esse crede mihi* a; *mihi esse crede* b — 20. *Est enim* t — *coniunx* D: *coiunx* V; *coniux* O — 21. *diu debet* V b t: *debet diu* a g O — *populus romanus* V; *rei p.* D — 22. *publice* V — 23. *qui uicumque* V — *tibi* b — *omne est* V a b g: *est omne* O (*omni r. p. est* t) — 24. *publica* om. V — *ulta* b: *uita* V t; *uicta* a g — *pondum reciperauit* V — 25. *adulescentis* V — 27. *a re preuocabuntur* V — *pacis nomen* b — 28. *pax - - morte quoque repellenda* (sic) affert Isidorus Origg. II, 29, 13. — 30. *etiam* om. a — *sis ipsos* V¹ — 31. *leriquaerunt* V — 32. *Tarquinius* t — *percussus* t — 33. *esset* t — *Romae* Muretus: *romate* V¹; *romae te* V²; *Romae regem* D O — *liceret* g t — *Spurii Cassius, Maelius* O contra meos.

lius propter suspicionem regni appetendi sunt necati: hi primum cum gladiis non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt. Quod cum ipsum factum per se praeclarum est atque divinum, tum expositum ad imitandum est, praesertim cum illi eam gloriam consecuti sint, quae vix caelo capi posse videatur. Etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen mortali immortalitatem non arbitror esse contemnendam.

XLV. 115. Recordare igitur illum, M. Antoni, diem, quo dictaturam sustulisti; pone ante oculos laetitiam senatus populique Romani, confer cum hac immani nundinatione tua tuorumque: tum intelliges quantum inter lucrum et laudem intersit. Sed nimirum, ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt, sic libidinosi, avari, facinerosi verae laudis gustatum non habent. Sed si te laus allicere ad recte faciendum non potest, ne metus quidem a foedissimis factis potest avocare? Iudicia non metuis. Si propter innocentiam, laudo: sin propter vim, non intelligis, qui isto modo iudicia non timeat, ei quid timendum sit. 116. Quod si non metuis viros fortes egregiosque cives, quod a corpore tuo prohibentur armis, tui te, mihi crede, diutius non ferent. Quae est autem vita dies et noctes timere a suis? nisi vero aut maioribus habes beneficiis obligatos, quam ille quosdam habuit ex iis, a quibus est interfectus, aut tu es ulla re cum eo comparandus. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litterae, cura, cogitatio, diligentia; res bello gesserat quamvis rei publicae calamitosas, at tamen magnas; multos annos regnare meditatus magno labore, multis periculis quod cogitarat effecerat; muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam delenierat; suos praemiis, adversarios clementiae specie devinxerat: quid multa? attulerat iam liberae civitati partim metu, partim patientia consuetudinem serviendi. XLVI. 117. Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, ceteris vero rebus nullo modo com-

---

1. *suspitionem* a — *regni* om. t — *adpetendi* V — *hii* b — *primum* V g: *primi* a b t O. Cf. in Verr. V, § 60: *cognoscite nunc novam praedandi rationem, ab hoc primum excogitatam.* in Cat. III, § 15: *quod mihi primum -- togato contigit.* or. Phil. IX, § 13.— 2. *adpetentem* V — *in* om. t — *inpetum* a — 3. *factum* Ernestio suspectum. — *est atque diu.* V: *atque diu. est* D — 4. *est* V: *si* a b; om. g t O — *illi etiam* g — 5. *sunt* a b — 6. *tamen mortali inmortali inmortalitatem* V; *tamen inmortalitatem* D — 7. *esse* V: om. D — *contempnendem* V^1 — 8. *igitur* om. D — *diem quod dicitorem* V — 9. *ante* om. V — 10. *cum hac immani nundinatione* A. Augustinus: *cum hac inmanum latione* V; *cum nūmatione* D; *cum hac nundinatione* Madvigius cum Lambino. — *intelligis* b — 11. *lucrum et laudem* (*et itaidem* m. pr.) V: *laudem et lucrum* D O — *quada morbo aliquo* t; *quodam morbo aliqui* a b g — 12. *suauitate* t (*cibi suauitatem* b) — *abari* V — *facinerosi* V: *facinorosi* D O — 13. *gustatum* V: *gustum* D — *habeant* V^1 — *illicere* t — *ad recte* om. a — 14. *ne metus -- potest* in V bis scripta sunt. — *factis non potest euocare* t — 15. *metus* t — *si* om. a — *laudos in* V^1 (sup. *in* est a m. 2 *si*): *laudo si* D — 16. *intellegeris* V; *intellegis ei* D — *iudicia* om. t — *ei* om. D; *et* V — 17. *est. Quo si* t — *fortis* V — *ciuis* V; om. b — *quod ad cor perpetuo* t — 18. *tuis* t — *dituius* V — 19. *Quid* a g — *uita* V: *uita multa* b; *multas* a g t — *et multas noctes* a — *timere* t: *timer* V^1; *timeri* V^2 a b g — *uero aut* om. a — 20. *iis* t: *hiis* b; *his* V a g O — 21. *cum illo* D (*cum illo ulla re* t) — 22. *littere cura* V b; *litteratura* a g t — 23. *atamen* V — *multos* V^1 b: *non multos* V^2 (m. 2) a g t — 24. *regnar* V^1; *regnare est* V^2 D — *magmultis* V^1 (sed *mag* punctatum); *magnis* D — *cogitarat* Colot. et D: *cogitabat* V — 25. *congitariis* V — *inper.* a — 26. *deleniebat* V; *lenierat* D — *deuixerat* V^1 — 27. *Quid multa? attulerat* om. V^1 — *libere* V t — 28. *nominandi* V^1 — 29. *conferes* V.

parandus es. Sed ex plurimis malis, quae ab illo rei publicae sunt inusta, hoc tamen boni est, quod didicit iam populus Romanus, quantum cuique crederet, quibus se committeret, a quibus caveret. Haec non cogitas? neque intelligis satis esse viris fortibus didicisse, quam sit re pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum tyrannum occidere? An, cum illum homines non tulerint, te ferent? 118. Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur neque occasionis tarditas exspectabitur.

Respice, quaeso, aliquando [rem publicam, M. Antoni]; quibus ortus sis, non quibuscum vivas considera; mecum, uti voles: redi cum re publica in gratiam. Sed de te tu videris, ego de me ipse profitebor. Defendi rem publicam adolescens, non deseram senex: contempsi Catilinae gladios, non pertimescam tuos. Quin etiam corpus libenter obtulerim, si repraesentari morte mea libertas civitatis potest, ut aliquando dolor populi Romani pariat, quod iam diu parturit. 119. Etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari, quanto verius nunc negabo seni! Mihi vero, patres conscripti, iam etiam optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas *adeptus sum quasque gessi. Duo modo haec opto, unum, ut* moriens populum Romanum liberum relinquam — hoc mihi maius ab dis immortalibus dari nihil potest —; alterum, ut ita cuique eveniat, ut de re publica quisque mereatur.

---

1. *comp. est* V; *es comp.* D — *pluribus* a t — 2. *bonis ẽ et* V¹ — 3. *haec* V: *haec igitur* D — 4. *neque* V: *sed* t; *nec* a b g O — *intelleges* t — *uiri* V¹ — 5. *re* V: om. D — *pulcrum* a g — *accidere* t — *an* V: *et* D — 6. *ferrent* t — 7. *neque* V: *nec* D — *occansionis* V — *expect.* mei — 8. *ali quibus* V med. omissis, corruptum ex *aliquando; quibus*, ut videtur. Nam verendum est ut parva lacuna, quae in archetypo fuit, adiectis vv. *rem p. M. Antoni* in reliquis codd. recte suppleta sit. — 9. *quibus conuiuas* V a — *uti uoles* nos: *utiles* V (sup. *i* est a m. 2 *v*); *ut uoles* D O (*uolens* t) — *redi cum rep.* V: *cum re p. redi* D O (sed g *p. R.*) — 10. *tu* V: *tu ipse* D — *ego*] *co* V — *ipse* V b: *ipse ipso* t; *ipso* a g — 11. *publica* V — *contempsi Cat. gladios non per* om. V — 12. *optulerim* V g t; *eis obtulerim* Lamb. — 13. *repraetari* t — 14. *populo romano* b — *parturii* D (*iam part. diu* t) — 15. *posse inmaturam consulari* t mediis om. — 16. *nunc* V b²: *non* D — 17. *is* V; *eis* D (*eis rebus* a) — *adeptus - - unum ut* om. V¹, supplevit man. 2. Nos haec litteris inclinatis imprimenda curavimus, qui vehementer vereamur ne falsum sit supplementum lacunae antiquissimae. — 18. *populus romanus* V¹ — 19. *aius abus* V; *maius a diis* (*dis* b) D — 20. *re* om. V — 21. *mereat* a — *M. Tulli Ciceronis Phylyppicarū. Lib̄. II explicit. Incipit Lib. III feliciter.* V.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER TERTIUS.

I. 1. Serius omnino, patres conscripti, quam tempus rei publicae postulabat, aliquando tamen convocati sumus: quod flagitabam equidem quotidie, quippe cum bellum nefarium contra aras et focos, contra vitam fortunasque nostras ab homine profligato ac perdito non comparari, sed geri iam viderem. Exspectantur Kalendae Ianuariae, quas non exspectat Antonius, qui in provinciam D. Bruti, summi et singularis viri, cum exercitu impetum facere conatur; ex qua se instructum et paratum ad urbem venturum esse minitatur. 2. Quae est igitur exspectatio aut quae vel minimi dilatio temporis? quamquam enim adsunt Kalendae Ianuariae, tamen breve tempus longum est imparatis. Dies enim affert vel hora potius, si nihil provisum est, magnas saepe clades. Certus autem dies non ut sacrificiis, sic consiliis exspectari solet. Quod si aut Kalendae Ianuariae fuissent eo die, quo primum ex urbe fugit Antonius, aut eae non essent exspectatae, bellum iam nullum haberemus. Auctoritate enim senatus consensuque populi Romani facile hominis amentis fregissemus audaciam. Quod confido equidem consules designatos, simul ut magistratum inierint, esse facturos; sunt enim optimo animo, summo consilio, singulari concordia: mea autem festinatio non victoriae solum avida est, sed etiam celeritatis.

3. Quo enim usque tantum bellum, tam crudele, tam nefarium privatis consiliis propulsabitur? cur non quam primum publica accedit auctoritas? II. C. Caesar adolescens, paene potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute, cum maxime furor arderet Antonii cumque eius a Brundisio crudelis et pestifer reditus timeretur, nec po-

---

1. *tempus* om. V^1 — 2. *postulabatuit* V (duabus lectionibus, ut saepius, coniunctis); *postulauit* D — *aliquodo* V^1 — *conuocatis uitius quod* V^1 — 3. *cotidie* V D — 4. *ac*] *at* V — *conparari* V; *compari* t (*cum bellum nefarium contra vitam fortunasque nostras non cogitari sed geri iam viderem* habet Arusianus p. 217.) — 5. *expectantur* V D et sic statim post et infra. — *Ianuariae* Garatoni: *Ian.* mei; *Ianuarii* aliquot dett.— 6. *D.* om. V^1 — *D. summi bruti* t — 7. *inpetum* a — *contur* V^1, fort. ex *conetur* — *ex que* V — 8. *uenaturum* V; *se uenturum* t — *igitur* om. a — 9. *minimi* V: *minima* D — *assunt* a g t — 10. *inparatis* V a g — *adfert* V — *uel* V: *et* D — 11. *si nihil* scripsi: *nihil* V; *nisi* D O — *dis* V — 12. *sacrificiis, sic consiliis* scripsi: *sacrificii sic consiliis* V; *sacrificii sic consilii* D O — *Quod si Kl. iañ. autẽ fuissent* t — 13. *eae* nos: *ae* V; *hae* D O — 14. *auctoritatẽ* V — 15. *populus romanus* V — *fregisemus* V — 16. *cons.*] *quos* V — *simul ut* V: *simul ac* D; cf. Madvig. ad Cic. de finn. p. 203 et 869. — 17. *animo* in V post *summo* iterum scriptum est. — 18. *mea* D: *ea* V — *non uicto solum auidem est etiam* V — 19. *celeritas* t — 21. *consili* V — *prosabitur* V^1 — *cur nunquam* a — 22. *ac* om. t — 23. *cum* V^1 (sed *c* in ras.): *tunc cum* D (sed om. a *cum*); *tum cum* V^2 O — *antoni* V — 24. *eius* om. t.

stulantibus nec cogitantibus, ne optantibus quidem nobis, quia non posse fieri videbatur, firmissimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum comparavit patrimoniumque suum effudit: quamquam non sum usus eo verbo quo debui; non enim effudit: in rei publicae salute collocavit. 4. Cui quamquam gratia referri tanta non potest quanta debetur, habenda tamen est tanta, quantam maximam animi nostri capere possunt. Quis enim est tam ignarus rerum, tam nihil de re publica cogitans, qui hoc non intelligat, si M. Antonius a Brundisio cum iis copiis, quas se habiturum putabat, Romam, ut minabatur, venire potuisset, nullum genus eum crudelitatis praeteriturum fuisse? quippe qui in hospitis tectis Brundisii fortissimos viros optimosque cives iugulari iusserit; quorum ante pedes eius morientium sanguine os uxoris respersum esse constabat. Hac ille crudelitate imbutus, cum multo nobis omnibus veniret iratior, quam illis fuerat, quos trucidarat, cui tandem nostrum aut cui omnino bono pepercisset? 5. Qua peste privato consilio rem publicam — neque enim fieri potuit aliter — Caesar liberavit. Qui nisi in hac re publica natus esset, rem publicam scelere Antonii nullam haberemus. Sic enim perspicio, sic iudico, nisi unus adolescens illius furentis impetus crudelissimosque conatus cohibuisset, rem publicam funditus interituram fuisse. Cui quidem hodierno die, patres conscripti, — nunc enim primum ita convenimus, ut illius beneficio possemus ea, quae sentiremus, libere dicere — tribuenda est auctoritas, ut rem publicam non modo a se susceptam, sed etiam a nobis commendatam possit defendere.

III. 6. Nec vero de legione Martia, quoniam longo intervallo loqui nobis de re publica licet, sileri potest. Quis enim unus fortior, quis amicior umquam rei publicae fuit quam legio Martia universa? quae cum hostem populi Romani Antonium iudicasset, comes esse eius amentiae noluit: reliquit consulem, quod profecto non fecisset, si eum consulem iudicasset, quem nihil aliud agere, nihil moliri nisi caedem civium atque

---

1. *ne optantibus* Lambinus: *nec optantibus* V O; *nec opinantibus* D; cf. Madv. ad Cic. de finn. p. 826 sqq. et Tac. Ann. III, 14. — *equidem* t — *nouis* V — *qua* V — *non posse fieri* V: *fieri posse non* D — 2. *ex* V: om. D — *ueterannorum* V — 3. *sum etfuitq. quam* V — *sum usus* V: *sumus usi* D (*sumus eo uerbo usi* a) — 4. *debui* V: *decuit* D — *etfudit* V (pro *ecfudit*) — *in re publica salute* V; *sed in salute rei p.* D — *conlocauit* V — 6. *tamen tanta est* D — *quanta* V — 7. *ignarius* V — 8. *his* V D — 9. *putabat* V: *putauerat* D; *putarat* O cum Garatonio coll. lectione Vaticani in or. Phil. II, § 116. — 10. *eum* om. a — *qui* om. t — 11. *brundissi* V; cf. infra § 10. — *optimosque ciues* V: *ciues optimos* D — *iugularis* V — *iusserit* V: *iussit* D — 12. *os euxoris* V — 13. *nobis omnibus* Guil. Christ (coll. or. V, § 22: *quo animo hunc futurum fuisse censetis in nos, quos oderat, cum in eos, quos numquam viderat, tam crudelis fuisset?*): *bonis omnibus* V O; *bonis hominibus* D — *uenire ratior* V^1 — 14. *uestrum* D — 15. *priuato consiliore publica neque* V; *rem p. priuato consilio nec* D — 16. *potuit fieri* b — *quin si* V — 17. *rem publica* V; *re .p.* b — *scelere* V b: *ob scelera* a g t — *antonulla* V — 20. *intereituram* V — *Cui -- convenimus* affert Nonius p. 271. — *hodieero* V — 21. *ut de illius* b t — *possimus* a b^1 t — *ea* V: om. D — 22. *publica* V — 23. *a uobis* b — *commendata* V — 26. *nobis* om. t — *unus*] *umquam* t — 27. *re publica* V — 28. *Antonium* V: *M. Antonium* D O (sed a: *p. rm. antonium*) — *iudicas sed* V; *iudicauisset* D — *eius esse* g — *mentiae* V^1; *amicitiae* a t — 29. *quod -- iudicasset* om. t — 30. *iudicas sed* V: *iudicauisset* a b g — *aliut* V; *quem -- videret* habet Nonius p. 346 M.

interitum civitatis videret. Atque ea legio consedit Albae. Quam potuit urbem eligere aut opportuniorem ad res gerundas aut fideliorem aut fortiorum virorum aut amiciorum rei publicae civium? 7. Huius legionis virtutem imitata quarta legio duce L. Egnatuleio quaestore, civi optimo et fortissimo, C. Caesaris auctoritatem atque exercitum persecuta est. Faciundum est igitur nobis, patres conscripti, ut ea, quae sua sponte clarissimus adolescens atque omnium praestantissimus gessit et gerit, haec auctoritate nostra comprobentur, veteranorumque, fortissimorum virorum, tum legionis Martiae quartaeque mirabilis consensus ad rem publicam reciperandam laude et testimonio nostro confirmetur, eorumque commoda, honores, praemia, cum consules designati magistratum inierint, curae nobis fore hodierno die spondeamus.

IV. 8. Atque ea quidem, quae dixi de Caesare deque eius exercitu, iam diu nota sunt nobis. Virtute enim admirabili Caesaris constantiaque militum veteranorum legionumque earum, quae optimo iudicio auctoritatem vestram, libertatem populi Romani, virtutem Caesaris secutae sunt, a cervicibus nostris est depulsus Antonius. Sed haec, ut dixi, superiora: hoc vero recens edictum D. Bruti, quod paulo ante propositum est, certe silentio non potest praeteriri. Pollicetur enim se provinciam Galliam retenturum in senatus populique Romani potestate. O civem natum rei publicae, memorem sui nominis imitatoremque maiorum! Neque enim Tarquinio expulso maioribus nostris tam fuit optata libertas, quam est depulso iam Antonio retinenda nobis. 9. Illi regibus parere iam a condita urbe didicerant: nos post reges exactos servitutis oblivio ceperat. Atque ille Tarquinius, quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius, sed superbus est habitus et dictus: quod nos vitium in privatis saepe tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus regem superbum non tulit: D. Brutus sceleratum atque impium regnare patietur Antonium? Quid Tarquinius tale, qualia innumerabilia et facit et fecit Antonius? Senatum etiam reges habebant: nec tamen, ut Antonio senatum habente, in consilio regis versabantur

---

1. *ea* D: om. V; fort. *atque haec legio* — *urbem potuit* a — 2. *oportuniorem* D — *gerundas* V: *gerendas* D O — *fortiorum v. aut amiciorum* ed. Iunt.: *fortium u. aut amicorum* V; *fortiorem u. aut amicorum* D — 3. *rei publice* V; *populi R.* g; *p. r.* t — *huius* V: *huiusce* D O — 4. *immitata ẽ* t — *religio* V¹ — *egnatio* a g t — *ciui* V: *ciue* D — 5. *C.* V: om. D — 6. *facundum* b t; *faciendum* a g — *est nobis igitur* a; *igitur est nobis* g; *igitur nobis est* t — post *ut* est in V rasura. — 7. *clarissimas* V — *praestantissimas* V — *haec* Ernestio aut delendum aut eius loco *ea* scribendum videbatur; at v. or. Phil. VII, § 15 extr. — 8. *auctoritatem* V — *ueterannorumque* V — 9. *tum* D: *tu* V — *mirabillis* V — *publica reciperandum* V¹ — 10. *laude* V b: *laudetur* a g t — *uestro* g — *commodoa honoris* V — 11. *cum* om. V¹ — *consule* V — *interierint* t — 13. *quidem*] *denique* t — 15. *ueterannorum* V, et sic saepius, quod non iam notabimus. — *quae optimo iudicio* V: *optimo iudicio quae* D O — 16. *uestram* V b t: *nostram* a g O — *Caesaris* V: *C. (G.) Caesaris* D — 17. *haec ut dixi* V: *ut dixi haec* D — *sunt superiora* b — 18. *haec uero* t — *D.*] *a* V, unde Muretus praenomen omisit. — 20. *recenturum* t; *redempturum* b — *populi* V — *potestate* V: *potestatem* D O — 21. *malorum* V — 22. *optanda* Muretus. — 23. *depluso* (*lu* in ras.) *maioribus nostris tam antonio* V; *repulso Antonio* D — *nouis* V — *a* om. D, sed habet g sup. lin. — 24. *post reges* V corr. ex *trae gens* — *coeperant* V — 25. *que maiores* V¹ — 26. *non* om. D — *est habitus* V a t: *habitus est* b g — 29. *patietur Antonium* V: *patiatur* D; *patietur* O — 30. *et facit et fecit* V a b: *et fecit et facit* g t — 31. *habente* V: *habenti* D — *reges* t.

barbari armati. Servabant auspicia reges; quae hic consul augurque neglexit, neque solum legibus contra auspicia ferendis, sed etiam collega una ferente eo, quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat. 10. Quis autem rex umquam fuit tam insignite impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia? Quam hic immunitatem, quam civitatem, quod praemium non vel singulis hominibus vel civitatibus vel universis provinciis vendidit? Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus: at vero huius domi inter quasilla pendebatur aurum, numerabatur pecunia; una in domo omnes, quorum intererat, totum imperium populi Romani nundinabantur. Supplicia vero in cives Romanos nulla Tarquinii accepimus: at hic et Suessae iugulavit eos, quos in custodiam dederat, et Brundisii ad trecentos fortissimos viros civesque optimos trucidavit. 11. Postremo Tarquinius pro populo Romano bellum gerebat tum, cum est expulsus: Antonius contra populum Romanum exercitum adducebat tum, cum a legionibus relictus nomen Caesaris exercitumque pertimuit neglectisque sacrificiis sollemnibus ante lucem vota ea, quae numquam solveret, nuncupavit, et hoc tempore in provinciam populi Romani conatur invadere. Maius igitur a D. Bruto beneficium populus Romanus et habet et exspectat, quam maiores nostri acceperunt a L. Bruto, principe huius maxime conservandi generis et nominis. V. 12. Cum autem omnis servitus est misera, tum vero intolerabilis est servire impuro, impudico, effeminato, numquam ne in metu quidem sobrio. Hunc igitur qui Gallia prohibet, privato praesertim consilio, iudicat verissimeque iudicat non esse consulem. Faciendum est igitur nobis, patres conscripti, ut D. Bruti privatum consilium auctoritate publica comprobemus. Nec vero M. Antonium consulem post Lupercalia debuistis putare. Quo enim ille die populo Romano inspectante nudus, unctus, ebrius est contionatus et id egit ut collegae diadema imponeret, eo die se non modo consulatu, sed etiam libertate abdicavit. Esset enim ipsi certe

---

2. *auspica* V^1 — *conlega* V — 3. *referente* D — *eo equem* V; *quem -- fecerat* affert Priscianus VIII, 4, § 19. — *quis* mei: *qui* O — 4. *insignitate* t — *inpudens* V g — 5. *inmun.* g — 6. *hominibus* om. b — 8. *ad uero* V — *in* a — *quasilla* V^1 a t: *quas sylla* b; *quasilla illius* g; *ciues illis* V^2; lectionem *i. quasilla pendebatur* firmant Servius ad Verg. Ecl. II, 45. Isidorus Origg. XIX, 29, 3. Valerius Probus de nom. § 32 in Anal. gramm. p. 220. — *appendebatur* g — *numerabantur* V (*pendebatur aurum*, *non numerabatur* om. *pecunia* coni. Cobet, ut iam Curio voluerat ex or. II, § 97, sed retento *pecunia*) — 9. *omnis* g t — *intereat* t — 10. *populus R.* g — *nundinabatur* D — *in ciuis* V; *in ces* t — 11. *tarquini* t; *tarquin* V — *suesce* b; *sociū esse* a — *eos quo* V^1 — 12. *brundisi at .CCC.* V — *ad* om. D — *ciuisque* V — 13. *pro .p. ri.* t — 14. *expulsus est* D — *populo romano* V^1 — 15. *a legionibus omnibus* V, quae mera geminatio videtur. — *est relictus* g — 16. *timuit* V^1; *pertimuit uota. et hoc tempore* mediis om. t — *neclectisque* V — *uota ea* V: *ea uota* a b g — 17. *nunccupauit* V — 18. *igitur*] *autem* t — *a D.*] *ad* V — *beneficiom* V^1 — *populi romani* V — 19. *et spectat* V — *acceperunt* om. t — *L.*] *o* V — 21. *omnis seru. est* g t: *est omnis seru.* V; *omnis est seru.* a b — *intolerabilis* V D: *intolerabile* edd., ut est in cod. i. At quidni repetatur *servitus*? — *inpuro* V g — 22. *inpudico* V g t — *sobrio* om. t — 23. *priuato* om. V^1 — *consiliumo* V — *uerisimeque* V — 24. *faciundum* a t — *nobis p. c. d.* (sic) V; *p. c. nobis* D — 25. *decimi* V — *bruto* b — *pribatum* V — 26. *debuistis putare* V D: *putare debuistis* i O — 27. *populi romani* V^1 — *inspectantes* V — *est cont.* V b: *cont. est* a g t, ut est Phil. II, § 111. — 28. *collegaca* V^1, *collegae ea* V^2 corr. m. 2. — *se* ante *abdicavit* D habent. — 29. *libertatē* t — *certe* post *serv.* habet t.

statim serviendum, si Caesar ab eo regni insignia accipere voluisset. Hunc igitur ego consulem, hunc civem Romanum, hunc liberum, hunc denique hominem putem, qui foedo illo et flagitioso die et quid pati C. Caesare vivo posset et quid eo mortuo consequi ipse cuperet ostendit? 13. Nec vero de virtute, constantia, gravitate provinciae Galliae taceri potest. Est enim ille flos Italiae, illud firmamentum imperii populi Romani, illud ornamentum dignitatis. Tantus autem est consensus municipiorum coloniarumque provinciae Galliae, ut omnes ad auctoritatem huius ordinis maiestatemque populi Romani defendendam conspirasse videantur. Quam ob rem, tribuni pl., quamquam vos nihil aliud nisi de praesidio, ut senatum tuto consules Kalendis Ianuariis habere possent, rettulistis, tamen mihi videmini magno consilio atque optima mente potestatem nobis de tota re publica fecisse dicendi. Cum enim tuto haberi senatum sine praesidio non posse iudicavistis, tum statuistis etiam intra muros Antonii scelus audaciamque versari.

VI. 14. Quam ob rem omnia mea sententia complectar, vobis, ut intelligo, non invitis, ut et praestantissimis ducibus a nobis detur auctoritas, et fortissimis militibus spes ostendatur praemiorum, et iudicetur non verbo, sed re non modo non consul, sed etiam hostis Antonius. Nam si ille consul, fustuarium meruerunt legiones, quae consulem reliquerunt; sceleratus Caesar, Brutus nefarius, qui contra consulem privato consilio exercitus comparaverunt: si autem militibus exquirendi sunt honores novi propter eorum divinum atque immortale meritum, ducibus autem ne referri quidem potest gratia, quis est qui eum hostem non existimet, quem qui armis persequantur, conservatores rei publicae iudicantur? 15. At quam contumeliosus in edictis! quam barbarus! quam rudis! Primum in Caesarem maledicta congessit deprompta ex recordatione impudicitiae et stuprorum suorum. Quis enim hoc adolescente castior? quis modestior? quod in iuventute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis? quis autem illo, qui male dicit, impurior? Ignobilitatem obiicit C. Caesaris filio, cuius etiam natura pater, si vita suppeditasset, consul factus esset. — Aricina mater. — Trallianam aut Ephe-

---

1. *istatim* V — *insignia* Faërnus: *insigni* V; *insigne* D O — 2. *ego* om. b — *consul* V — 3. *et* V corr. ex *e* — *quit* V — *C.* nos: *e* V; om. D O — 4. *caesare uno* V; *uiuo caesare* t — *cupiret* V — 6. *potes* V^1 — *imprimi* V — 7. *tantus est enim* t — *consensus est* g — 9. *magistatemque* V — 10. *uideatur* V^1 t — *quam O. R. T. R. P. L. quamquam* V — *vos* om. t — *aliut* V — 11. *consul* V^1 — *possent* D: *possetint* V; *possint* O cum Faërno — 12. *retulissent is* V — *videmini* om. t — 13. *tutu* V^1 — *habere senatum* V; *senatum haberi* D O — 14. *iudicabistis* V; *iudicastis* a — *tum st. etiam* V: *istud etiam stat.* D (sed g *illud*) — 15. *antoni* V — 17. *annobis* V; *a uobis* g — 18. *ispes* V; *merces* a t — 19. *non* ante *cons.* om. t — 20. *si ille consul fustuarium meruerit, legiones quid quae consulem reliquerunt?* sic affert Martianus Capella V, § 488. — *merunt* V — 21. *caeleratus* V^1 — 22. *conparauerunt* V — *si autem* V: *sin autem* D O; cf. Phil. V, § 34; contra Verr. IV, § 113. ad Fam. XIV, 3, 5 *sin autem* — 23. *inm.* V g t — 24. *ferri* V^1 t — *grata* V^1 — *hostem non* V b^2 g: *non hostem* a b^1 t O — 25. *existimaret* b — *persequantur* V: *persequuntur* D O (*persecuntur* a b t) — 26. *iudicantur* V b: *iudicentur* a g t — 27. *meledicta* V; *ut maledicta* D O — 28. *inpud.* V — 29. *in* om. V^1; fort. *quod iuventuti* — *inlustrius* V a — 30. *illo qui maledict* V^1 (*maledico* corr. m. 2); *illo maledico* D — 31. *natura* V: *naturalis* D. Cf. p. 293, 8. 1149, 30 et v. Naegelsbach *lat. Stilistik* p. 201 ed. sec. — *subped.* g — 32. *consul factus* V corr. ex *conpactus* — *arigina* t — *tralianam* a t — *ephessiam* V.

siam putes dicere. Videte quam despiciamur omnes, qui sumus e municipiis, id est omnes plane: quotus enim quisque nostrum non est? Quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tanto opere despicit, vetustate antiquissimum, iure foederatum, propinquitate paene finitimum, splendore municipum honestissimum? 16. Hinc Voconiae, hinc Atiniae leges; hinc multae sellae curules et patrum memoria et nostra; hinc equites Romani lautissimi et plurimi. Sed si Aricinam uxorem non probas, cur probas Tusculanam? Quamquam huius sanctissimae feminae atque optimae pater, M. Atius Balbus, in primis honestus, praetorius fuit: tuae coniugis, bonae feminae, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero. Nihil illo contemptius, qui propter haesitantiam linguae stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerat. — At avus nobilis. — Tuditanus nempe ille, qui cum palla et cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat. Vellem hanc contemptionem pecuniae suis reliquisset! Habetis nobilitatem generis gloriosam. 17. Qui autem evenit ut tibi † Iulia natus ignobilis videatur, cum tu eodem materno genere soleas gloriari? Quae porro amentia est eum dicere aliquid de uxorum ignobilitate, cuius pater Numitoriam Fregellanam, proditoris filiam, habuerit uxorem, ipse ex libertini filia susceperit liberos? Sed hoc clarissimi viri viderint, L. Philippus, qui habet Aricinam uxorem, C. Marcellus, qui Aricinae filiam: quos certo scio dignitatis optimarum feminarum non paenitere. VII. Idem etiam Q. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Quid enim accidere huic adolescenti potuit optatius quam cognosci ab omnibus Caesaris consiliorum esse socium, Antonii furoris inimicum? 18. At etiam gladiator ausus est scribere hunc de patris et patrui parricidio cogitasse. O admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem! in eum adolescentem hoc scribere audere, quem ego et frater meus propter eius suavissimos atque optimos mores praestantissimumque ingenium certatim amamus omnibusque horis

---

1. *displiceamus* a — *e*] *de* b — 2. *quotus* V^1: *notus* V^2 D — *nostrum* om. D — 3. *non contempnit is qui aricinum* in V 2 m. addidit. — *arigium* t — *tanto opere* V a: *tantopere* b g t — 4. *ueliustate* V — 5. *municipium* a t — 6. *atini*tae* V; *Attiniae* cod. Colot.; *santiniae* t, *scantiniae* g, *scantinae* a, *annie* b — 7. *eques romanus* V^1 — *lautissimi plurimi et honestissimi* D — *ariginam* t — 9. *optumae* t — *Atius* g (sed in rasura): *Attius* V a b t; cf. Eckhel *doctr. num. vet.* V, 145. — 10. *bonae famae* a — *locuplentis* V — *certa* V^1 — 12. *hesitantiam* V — *soporemque* t — 13. *traxerat* nos: *traxit tarxerat* (sic) V; *traxerit* D O — *auus* V^1 a b: *huius* t; *auus huius* V^2 g — *tuditantus* V — *nempelle* V^1; *nempe ille ille* D — 14. *pallet* V^1 — *conturnis* V; *corturnis* a; *cortinis* t — *popullio* V^2 — 15. *habetis* V^1: *haberetis* V^2 D — 16. *euenit* V D (sed V pr. m. *uenit*): *convenit* Ferrarius; at v. Phil. VII, § 4.— *ut* V: *ut is* D — *Iulia* V: *Aricina* D O; *Iuliae filia natus* coni. Ferrarius; *Iulia prognatus* vel *Iulia nata* Muretus; fort. *Iulia avia natus* — 17. *genere* om. t — *solebas* a — *amentiae sunt* g — 18. *cum dicere aliquit* V; *eum aliquid d.* a — *munitoriam* t — 19. *uxorem habuerit* a — *susceperat* t — 20. *uiderant* t — 21. *certo* D: *cetero* V^1; *certe* V^2 — 22. *faeminarum* V — *paenitere* g: *penitere* V a b t — *etitam* V (*Idem quintum etiamque Cic.* b) — 23. *fratri* t — *laudat an compellat edicto* affert Acro ad Hor. Serm. II, 3, 297; cf. p. 1283, 1. — *nescentit* V — *amen* V^1 — *commendationem* V b: *communem* a g t — 24. *conpellationem am quid* V — *huic adulescenti accidere* a (*accedere* g t) — 25. *ab hominibus* g — *consiliarium* t — 26. *antoni* V — 27. *et de patrui* b — 28. *inpud.* V g.

oculis, auribus, complexu tenemus! Nam me isdem edictis nescit laedat an laudet. Cum idem supplicium minatur optimis civibus, quod ego de sceleratissimis ac pessimis sumpserim, laudare videtur, quasi imitari velit: cum autem illam pulcherrimi facti memoriam refricat, tum a sui similibus invidiam aliquam in me commoveri putat.

VIII. 19. Sed quid fecit ipse? Cum tot edicta proposuisset, edixit ut adesset senatus frequens a. d. viii Kalendas Decembres: eo die ipse non adfuit. At quo modo edixit? Haec sunt, ut opinor, verba in extremo: S i q u i s n o n a d f u e r i t, h u n c e x i s t i m a r e o m n e s p o t e r u n t e t i n t e r i t u s m e i e t p e r d i t i s s i m o r u m c o n s i l i o r u m a u c t o r e m f u i s s e. Quae sunt perdita consilia? an ea, quae pertineant ad libertatem populi Romani reciperandam? quorum consiliorum Caesari me auctorem et hortatorem et esse et fuisse fateor. Quamquam ille non eguit consilio cuiusquam, sed tamen currentem, ut dicitur, incitavi. Nam interitus quidem tui quis bonus non esset auctor, cum eo salus et vita optimi cuiusque, libertas populi Romani dignitasque consisteret? 20. Sed cum tam atroci edicto nos concitavisset, cur ipse non adfuit? Num putatis aliqua re tristi ac severa? vino atque epulis retentus, si illae epulae potius quam popinae nominandae sunt. Diem edicti obire neglexit: in ante diem quartum Kalendas Decembres distulit. Adesse in Capitolio iussit: quod in templum ipse nescio qua per Gallorum cuniculum adscendit. Convenerunt corrogati, et quidem ampli quidam homines, sed immemores dignitatis suae. Is enim erat dies, ea fama, is qui senatum vocarat, ut turpe senatori esset nihil timere. Ad eos tamen ipsos, qui convenerant, ne verbum quidem ausus est facere de Caesare, cum de eo constituisset ad senatum referre: scriptam attulerat consularis quidam sententiam. 21. Quid est aliud de eo referre non audere, qui contra se consulem exercitum duceret, nisi se ipsum hostem iudicare? Necesse erat enim alterutrum esse hostem; nec poterat aliter de adversariis

---

1. *me isdem edictis* V t: *meis de me dictis* a b g (*eisdem* O) — *nescit* om. V^1; fort. *nescio* vel *nescias* — *ledat* V corr. ex *leat* — 2. *an*] *na* V — *cum idem*] *quidem* t — 3. *ac pessimis* V: om. D — 4. *pulcherrimi* V b: *pulcherrimam* a g t — *sui* b t: *suis* V a g — 6. *quit fecit ipse* V: *ipse quid fecit* D O — *proposuisset* edd. (ut est §§ 8. 37 et iuris quoque auctores dicere solent): *posuisset* mei, etiam i. Sic item peccatum est in V or. IV, § 9 extr. — 7. *a. d.*] *ad* V D — 8. *affuit* g; *fuit* a t — *dixit* D — *ut* om. b g — *uerba* V corr. ex *barba* — 9. *quis* V: *qui* D O — *hunc* om. V^1; fort. *existimare eum* — *exist. omnes* V: *omnes exist.* D O — *posuerunt* V^1 — 10. *perdistimorum* V — 11. *an ea*] *mea* t — *pertineant* scripsi: *pertitnenat* V^1; *pertinent* V^2 D O — 12. *recup.* D O — *Caesari* V^1: *Caesaris* V^2 D — 13. *oratorem* t — *et* ante *esse* om. a — *fateor et esse et f.* g — 14. *ut dicitur curr.* g — 15. *eo* V^1: *in eo* V^2 D O; cf. Phil. II, § 53. — 16. *libertas* V: *et libertas* D — *dignitas* a — 17. *tam* om. t — *concitasset* Lamb. — *num* D: *nõ* V — *putasti* V^1; *putastis* V^2 — 18. *uinciaq. epulis* V^1 — *retentus si* V: *retentus est (et)* D; *retentus est, si* O. Ad *retentus* repetendum est *non adfuit.* — *ille* V; *ęlea* t; *hee* b in ras.; *alea* a; *alea est* g — 20. *in* V^1: *et* V^2 D — *ante diem* D: *ad* V — 21. *quod in templ.* om. a b^1; *quod intemptum* t; *quo in tempore tum* g; *quod in templum tum* b^2 in marg. — *per gallorum qua* t — *ascendit* mei. — 22. *conrogati* a g — *homines quidam* a — 23. *inm.* V g t — *is qui*] *his* b — 24. *esset senatori* a — *ad* V corr. ex *aut* — 25. *de caesare* V, sed *ec* in ras. — 26. *iscriptam* V^1 — *adtulerat* t — 27. *aliut* V, ut fere semper, quod non iam nec *illut* notabimus. — 28. *consul* V t — *duceret -- iudicare* V: *duceret* D O, in quibus *se ipsum h. iudicare nisi* est post *Quid est aliud.* Cf. Handii Tursell. IV, p. 251. — 29. *enim erat* g t — *alterutrum* V: *alterum* D — *alter* t; *aliter ci. aliteri* (sic) V — *aduersaris* V; *aduersis* t.

iudicari ducibus. Si igitur Caesar hostis, cur consul nihil referebat ad senatum? sin ille a senatu notandus non fuit, quid potest dicere, quin, cum de illo tacuerit, se hostem confessus sit? Quem in edictis Spartacum appellat, hunc in senatu ne improbum quidem dicere audet. IX. At in rebus tristissimis quantos excitat risus! Sententiolas edicti cuiusdam memoriae mandavi, quas videtur ille peracutas putare: ego autem qui intelligeret, quid dicere vellet, adhuc neminem inveni. 22. Nulla contumelia est, quam facit dignus. Primum quid est dignus? nam etiam malo multi digni, sicut ipse. An quam facit is, qui cum dignitate est? quae autem potest esse maior? Quid est porro facere contumeliam? quis sic loquitur? Deinde: nec timor, quem denuntiat inimicus. Quid ergo? ab amico timor denuntiari solet? Horum similia deinceps. Nonne satius est mutum esse quam quod nemo intelligat dicere? En, cur magister eius ex oratore arator factus sit, possideat in agro publico campi Leontini duo milia iugerum immunia, ut hominem stupidum magis etiam infatuet mercede publica. 23. Sed haec leviora fortasse: illud quaero, cur tam mansuetus in senatu fuerit, cum in edictis tam ferus fuisset. Quid enim attinuerat L. Cassio, tribuno pl., fortissimo et constantissimo civi, mortem denuntiare, si in senatum venisset, D. Carfulenum, bene de re publica sentientem, senatu vi et minis mortis expellere, Ti. Cannutium, a quo erat honestissimis contentionibus et saepe et iure vexatus, non templo solum, verum etiam aditu prohibere Capitolii? Cui senatus consulto ne intercederent verebatur? De supplicatione, credo, M. Lepidi, clarissimi viri. Atque id erat periculum, de cuius honore extraordinario quotidie aliquid cogitabamus, ne eius usitatus honos impediretur. 24. Ac ne sine causa videretur edixisse ut senatus adesset, cum de re publica relaturus fuisset, allato nuntio de legione quarta mente concidit, et fugere festinans senatus consultum de supplicatione per discessionem fecit, cum id factum esset antea numquam.

X. Quae vero profectio postea! quod iter paludati! quae vitatio

---

1. *iud. ducibus* V: *ducibus iud.* D O — *igur* V — *Caesar* V: *C. Caesar* D O, sed b *si* pro *c.* — *referebat* scripsi: *referat* V; *refert* D O — *ad senatum* om. t — 2. *nutandus* t — 3. *hostem* V: *hostem esse* D — *quam* V¹ — 4. *ne* om. t — *inpr.* g t — *audet dicere* a b — 5. *quantus* V — *exercitat* a — *quiusdam* V¹ — 6. *qui* V corr. ex *quin* — 8. *quidē dignus* a t — 9. *multi digni* V: *digni multi* D O — *qui* V corr. ex *quid* — 10. *potestse maior* V¹; *maior potest esse* b — 12. *quid ego* a — *ab amicis* a; *ab inimico* g t — *denuntiare* V¹ — 13. *mulutum* V — *intellegitat* V — 14. *arator* om. t (*ex orat. arator* affert Quintil. IX, 3, 13) — *factus sit* mei (sed a *est*, b *sic*): *factus* O cum Faërno. — 15. *publico* V: *publico populi R.* D O — *mialia* V — *inmunia* t — *hominum* V — 16. *stupidum* V: *stultum* D; *stolidum* O, ut Faërnus falso ex V rettulit. — 17. *tam* V¹: *tam subito* V² D O — *factus fuerit* a — 18. *in dictis* a b t — *ferus fuisset* V: *f. ferus* D O — *enim* V: om. t; *autem* a b g — *attinuerit* D (b *annuerit*) — *trib. plebis fortissimo* O interpunxit; at v. Phil. V, § 52. XIII, § 33. — 20. *carphulenum* t — *sententia senatui et minis* a — *senatu* V¹ b g t: *e senatu* V² O — 21. *expelleret* V om. praenom. *Ti.*, quod firmat Cassius Dio 45, 6. 48, 14. — *tiberinum* a g t — *Cannutium* V b (sic etiam cod. Med. in ep. ad Fam. XII, 3, 2. 23, 2): *Canutium* a g t O — *contionibus et saepe et iure contentionibusq. uexatus* V — 23. *capitoli* V — 24. *clar. viri*] *cur.* V — fort. *At quod erat -- impediretur?* — 25. *extraordinariū* t — *cotidie* V g t (*cott.* a) — 26. *usitiatus honos imperiretur* V — *sine* om. t — 28. *adlato* V t — *et fugere* V: *effugere* D — 31. *profectio* om. a — post *paludati* habet b *chlamydibus induti* idemque t ante *paludati.*

oculorum, lucis, urbis, fori! quam misera fuga! quam foeda! quam turpis! Praeclara tamen senatus consulta illo ipso die vespertina, provinciarum religiosa sortitio, divina vero opportunitas, ut, quae cuique apta esset, ea cuique obveniret. 25. Praeclare igitur facitis, tribuni pl., qui de praesidio consulum senatusque referatis, meritoque vestro maximas vobis gratias omnes et agere et habere debemus. Qui enim periculo carere possumus in tanta hominum cupiditate et audacia? ille autem homo afflictus et perditus quae de se exspectat iudicia graviora quam amicorum suorum? Familiarissimus eius, mihi homo coniunctus, L. Lentulus et P. Naso, omni carens cupiditate, [nullam se habere provinciam,] nullam Antonii sortitionem fuisse iudicaverunt. Quod idem fecit L. Philippus, vir patre, avo, maioribus suis dignissimus. In eadem sententia fuit homo summa integritate atque innocentia, C. Turranius. Idem fecit Sp. Oppius; ipsi etiam, qui amicitiam M. Antonii veriti plus ei tribuerunt, quam fortasse vellent, M. Piso, necessarius meus, et vir et civis egregius, parique innocentia M. Vehilius senatus auctoritati se obtemperaturos esse dixerunt. 26. Quid ego de L. Cinna loquar? cuius spectata multis magnisque rebus singularis integritas minus admirabilem facit huius honestissimi facti gloriam: qui omnino provinciam neglexit, quam item magno animo et constanti C. Cestius repudiavit. Qui sunt igitur reliqui, quos sors divina delectet? † L. Annius, M. Antonius. O felicem utrumque! nihil enim maluerunt. C. Antonius Macedoniam. Hunc quoque felicem! hanc enim habebat semper in ore provinciam. C. Calvisius Africam. Nihil felicius! modo enim ex Africa decesserat et quasi divinans se rediturum duos legatos Uticae reliquerat. Deinde M. † Cusini Sicilia, Q. Cassii Hispania. Non habeo quid suspicer: duarum credo provinciarum sortes minus divinas fuisse. XI. 27. O C. Caesar — adolescentem appello —, quam tu salutem rei publicae attulisti! quam improvisam! quam repentinam! qui enim haec fugiens fecit, quid faceret insequens? Etenim in contione dixerat se custodem fore urbis seque

---

1. *populorum* t — *misaera* V — 2. *in illo ipso* a b g; *in ipso illo* t — *uespretina* V — 3. *oportunitas* a g t — *aptasset* V — 4. *ea* V corr. ex *a* — *oueniret* V — *qui de residio consulis* V; *qui praesidio consilium* t — 6. *periculo carere* V: *carere metu et periculo* D O, ut est in Phil. VII, § 27 extr. — 7. *possemus* b g — 8. *adflitum* V¹ — *ac* a — *expectat* mei, ut fere semper. — 10. *naso m*ni* V¹ — *nullam se hab. prov.* om. V¹, quod vereor ne sit glossema. — 11 et 14. *antoni* V — 12. *vir* om. V¹ — *maioribus* V t: *maioribusque* a b g, ut in V quoque exstare dicit Garatoni; cf. in Verr. IV, § 67. in Cat. I, § 4. — *suisque* a t — *sententiam* V — 13. *sum* V — *C. Turranius* V: *m. anturranius* D; *M'. Turanius* O cum Grutero. — 14. *Sp.* V: *P.* D O — *plus ei* V corr. ex *pus et* — 15. *M. Piso*] *in ipso* t — *nec. meus* V: *meus et nec.* D — 16. *M. Vehilius* V: *uel* D — *auctoritate* a b t — *optemperaturos* V t — 17. *ergo* a t — *delicinna loquor* t — 19. *fecit* a — 20. *c. estius* V; *c. cesetius* a; *c. cessedius* t; *c. cessecius* g; *c. cesarius* b — *repudiati* V¹, fort. *repudiat* — 21. *igur* V — *L. Annius* V: *T. Antonius* D (sed t om. *T.*); † *L. Antonius* O — *M.* V D: *et M.* O — 22 et 23. *enim* om. t — 22. *maluerunt* V: *metuerunt* D — *anatonius* V¹ — 23. *hab. semper* V: *semper hab.* D — *Caluisius* D: *celusius* V — 25. *M. cusini sicilia* V: *micus nisi illa* (*illam* a b) a b t; *m. iccius nisi illam* g; *M. Iccius Siciliam* O; ex *cusini* coni. Garatoni *Cossinii*, immo *Cosinii* — 26. *Q.*] *quae* a g — *Cassii* a g t: *cassi* V b; *Cassius* O — *Hispania* V t: *hispania est* a g; *hispaniam est* b; *Hispaniam* O — 27. *prouintiarum credo* t — *caesarem* a g — 28. *adtulisti* V — *inprouisam* V g; *impulsam* t — 29. *fugiens haec* t — *fecit* V (*fec̃*): *fecerit* D O — 30. *persequens* a — *fore* V b: *futurum* a g t — *seque usque* Muretus: *sequasq.* V; *usque* D O.

usque ad Kalendas Maias ad urbem exercitum habiturum. O praeclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! custosne urbis an direptor et vexator esset Antonius? Et quidem se introiturum in urbem dixit exiturumque, cum vellet. Quid illud? nonne audiente populo sedens pro aede Castoris dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem?

28. Hodierno die primum longo intervallo in possessionem libertatis pedem ponimus: cuius quidem ego, quoad potui, non modo defensor, sed etiam conservator fui. Cum autem id facere non possem, *quievi*, nec abiecte nec sine aliqua dignitate casum illum temporum et dolorem tuli. Hanc vero taeterrimam beluam quis ferre potest aut quo modo? Quid est in Antonio praeter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? Ex his totus conglutinatus est. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. 29. Quapropter, quoniam res in id discrimen adducta est, utrum ille poenas rei publicae luat an nos serviamus, aliquando, per deos immortales! patres conscripti, patrium animum virtutemque capiamus, ut aut libertatem propriam Romani et generis et nominis reciperemus aut mortem servituti anteponamus. Multa, quae in libera civitate ferenda non essent, tulimus et perpessi sumus: alii spe forsitan reciperandae libertatis, alii vivendi nimia cupiditate: sed, si illa tulimus, quae nos necessitas ferre coëgit, quae vis quaedam paene fatalis, quae tamen ipsa non tulimus: etiamne huius impuri latronis feremus taeterrimum crudelissimumque dominatum? XII. 30. Quid hic faciet, si poterit, iratus, qui cum suscensere nemini posset, omnibus bonis fuerit inimicus? quid hic victor non audebit, qui nullam adeptus victoriam tanta scelera post Caesaris interitum fecerit? refertam eius domum exhauserit? hortos compilaverit? ad se ex iis omnia ornamenta transtulerit? caedis et incendiorum causam quaesierit ex funere? duobus aut tribus senatus consultis bene et e re publica factis reliquas res ad lucrum praedamque revocaverit? vendiderit immunitates? civitates liberaverit? provincias universas ex imperii populi Romani iure sustulerit? exsules reduxerit? falsas leges C. Caesaris nomine et falsa decreta in aes incidenda et in Capitolio figenda curaverit earumque rerum omnium domesticum mercatum instituerit? populo Romano

---

3. *esse* V — *intr. se* t — 4. *illud* om. t — *audientem* V¹ — 5. *dixit* om. D — post *neminem* est in g: *explicit liber tercius. Incipit quartus philippicarum.* Pariter in a b t post *neminem* novus versus incipit spatio relicto ad titulum explendum. — 6. *die criminum* V¹ — *longo* V: *patres conscripti longo* D O — 7. *cuis* V — *quo ad* V — 8. *quieui* P. Victorius: *ui* (vel *iu*) V¹; *qui* V²; *qui fui* a g t; om. b; fort. *afui* — 9. *nec abiecte* om. t; *nec abiec* V¹ — *illorum temporum* Lambinus. — 10. *taeterrimam* V: *deterrimam* a; *teterr.* b g t O et sic infra. — *belluam* O et sic semper. — *potest* V: *posset* D O — 12. *ex his totus* D: *ex iis totus uiciis* V — *nil* ter V, sed quarto loco *nihil*; *Nihil -- pudicum* om. b¹ — *amparet in eo ingennum* V¹; *in eo apparet i.* a — 15. *an non nos* a — *inmort.* t — 16. *ut* V: om. D — 17. *et gen.* V: *et* om. D — 17 et 19. *recip.* V: *recup.* D O et sic alias. — 19. *forsitan* V: om. D O — 20. *nos* om. Muretus. — 21. *paene facta aliis* V — 22. *impuri huius* t — 23. *faciat* a b g — *poterit* V: *potuerit* D O — *suscensere* a t: *suscepere* V¹; *succensere* V² b g O — 25. *interitum* V corr. ex *iterum* — 26. *repertam* V — *domum eius* g; *domum caesaris eius* t; *domum caesaris* a b — *conpilauerit* V: *compilarit* D O — *iis* nos: *is* V; *his* D O (*omnia ex his* t) — 27. *caedi* V¹ — 28. *bene de re p. factis* a b; *e* (*de* t) *re p. bene factis* g t — 29. *inmunitate* a g; *inmunitates tres* t — 30. *imperio* D — 32. *curarit* a b.

leges imposuerit? armis et praesidiis populum et magistratus foro excluserit, senatum stiparit [armatis]? armatos in cella Concordiae, cum senatum haberet, incluserit? ad legiones Brundisium cucurrerit? ex iis optime sentientes centuriones iugulaverit? cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum et ad dispersionem urbis venire conatus? 31. Atque is ab hoc impetu abstractus consilio et copiis Caesaris, consensu veteranorum, virtute legionum, ne fortuna quidem fractus minuit audaciam nec ruere demens nec furere desinit. In Galliam mutilatum ducit exercitum, cum una legione et ea vacillante L. fratrem exspectat, quo neminem reperire potest sui similiorem. Ille autem ex myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas effecit strages, ubicumque posuit vestigium! Fundit apothecas, caedit greges armentorum reliquique pecoris, quodcumque nactus est; epulantur milites; ipse autem se, ut fratrem imitetur, obruit vino; vastantur agri, diripiuntur villae, matres familiae, virgines, pueri ingenui abripiuntur, militibus traduntur. Haec eadem, quacumque exercitum duxit, fecit M. Antonius. XIII. 32. His vos taeterrimis fratribus portas aperietis? hos umquam in urbem recipietis? non tempore oblato, ducibus paratis, animis militum incitatis, populo Romano conspirante, Italia tota ad libertatem reciperandam excitata, deorum immortalium beneficio utemini? Nullum erit tempus hoc amisso. A tergo, fronte, lateribus tenebitur, si in Galliam venerit. Nec ille armis solum, sed etiam decretis nostris urguendus est. Magna vis est, magnum numen unum et idem sentientis senatus. Videtisne refertum forum populumque Romanum ad spem reciperandae libertatis erectum? qui longo intervallo cum frequentes hic videt nos, tum sperat etiam liberos convenisse. 33. Hunc ego diem exspectans M. Antonii scelerata arma vitavi tum, cum ille in me absentem invehens non intelligebat, ad quod tempus me et meas vires reservarem. Si enim tum illi caedis

---

1. *praesides* D — *populum* V: *et pop.* DO — *exciuserit* V¹; *excusserit* V² — 2. *stipauerit* g; *stipare* t — *armatis* V: *armis* D; nos cum Madvigio uncinos addidimus; v. ad p. 1290. — 3. *is* V; *his* DO — 4. *optume* a — *sentientis* V — *iugularit* ab — 5. *dispersionem* Vt: *disperditionem* abgO; *dispertitionem* Klotz; *direptionem* Lamb.; cf. Frotscherum ad Mureti Opp. I, p. 356. Ellendt. ad Cic. de Orat. II, p. 211. — *atque is* V: *at* (*aut* g) *qualis* agt; *at uel quae uel qua ui* b — 6. *copis* V¹ — 7. *ne* Vb: *nec* agt — *fratus* V — *audacim* V¹ — 8. *In Galliam -- vaccillante* affert Nonius p. 34 M. — 9. *cum* om. V¹ (habet Nonius) — *uaccillante* V et Nonius; v. Lachmanni Comment. in Lucret. p. 37. — 10. *autem* om. b — *myrmillone* agt: *myrimillone* V; *mirmillone* bO; *myrmillo* V etiam habet V, § 20. VI, §§ 10. 13. XII, 20, sed scriptura *murmillo* rectior videtur. — 11. *effecit* Klotz: *effecerit* V; *fecit* D; *facit* O cum Mureto. Vide tamen ne in V recte *effecerit* scriptum sit, si statuas post *vestigium* praeter *fundit apoth.* aliud colon (velut *quis vestrum ignorat*) intercidisse. — *uestigium* V: *uestigia* D — 12. *fundit apothecas* Ernesti: om. codd. haec duo verba, quae ex Servio recepta sunt, qui affert ad Verg. Ecl. VI, 55: *fudit apothecas, cecidit greges armentorum* (*effundit ap.* Schuetz) — *reliqui* a — 13. *autem* om. t — 14. *imittetur obfuit* V¹ — *familiae* V: *familias* DO — 16. *quoque* t — *M.* om. V — *taeterrimis* V corr. ex *tãaeterris* — 20. *inm.* t — 21. *a tergo fronte lateribus* Garatoni: *a tergo fronte alteribus* (*a lateribus* corr. m. 2) V; *a tergo a fronte a lat.* DO — *tenetur* D — *non ille* ag — 22. *decretis nostris* V: *nostris* (*uestris* b) *decr.* DO — *urguendus et* V; *urgendus est* DO — *uis et* V — 23. *numen* mei: *nomen* O et aliquot dett. cf. p. 858, 9. 855, 10. Liv. VII, 30. VIII, 34. — 24. *forum* om. V¹ — *populumque* D: *populũsq.* V; *que* om. O — *romanũs* V (*populum r. forumque* a) — *ereptum* t — 25. *frequentis* V — *uidet nos hic* t — 26. *expectans* mei, ut fere semper. — *antoni* V — 28. *ad quod* Vagt: *quod ad* bO et cod. Colot.

a me initium quaerenti respondere voluissem, nunc rei publicae consulere non possem. Hanc vero nactus facultatem, nullum tempus, patres conscripti, dimittam neque diurnum neque nocturnum, quin de libertate populi Romani et dignitate vestra quod cogitandum sit cogitem, quod agendum atque faciendum, id non modo non recusem, sed etiam appetam atque deposcam. Hoc feci, dum licuit: intermisi, quoad non licuit. Iam non solum licet, sed etiam necesse est, nisi servire malumus quam, ne serviamus, armis animisque decernere. 34. Di immortales nobis haec praesidia dederunt: urbi Caesarem, Brutum Galliae. Si enim ille opprimere urbem potuisset, statim, si Galliam tenere, paulo post optimo cuique pereundum *erat*, reliquis serviendum. XIV. Hanc igitur occasionem oblatam tenete, per deos immortales! patres conscripti, et amplissimi orbis terrae consilii principes vos esse aliquando recordamini. Signum date populo Romano consilium vestrum non deesse rei publicae, quoniam ille virtutem suam non defuturam esse profitetur. Nihil est quod moneam vos. Nemo est tam stultus qui non intelligat, si indormierimus huic tempori, non modo crudelem superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam etiam et flagitiosam ferendam esse. 35. Nostis insolentiam Antonii, nostis amicos, nostis totam domum. Libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis servire, ea summa miseria est summo dedecore coniuncta. Quod si iam — quod di omen avertant! — fatum extremum rei publicae venit, quod gladiatores nobiles faciunt ut honeste decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarum gentiumque omnium, ut cum dignitate potius cadamus quam cum ignominia serviamus. 36. Nihil est detestabilius dedecore, nihil foedius servitute. Ad decus et ad libertatem nati sumus: aut haec teneamus aut cum dignitate moriamur. Nimium diu teximus quid sentiremus: nunc iam apertum est; omnes patefaciunt, in utramque partem quid sentiant, quid velint. Sunt impii cives, sed pro caritate rei publicae nimium multi, contra multitu-

---

1. *a me init.* V: *init. a me* D — *consule* t — 3. *neque noct.* om. a (*necque* V) — *et dionitate* V; *et* om. b; *de dignitate* a g t O — *uestram* V — *quid* a — 5. *id* om. t; *i.* (sic) b; *idem* a g — *non modo non* V a b g: *non modo* t O, non item V, ut falso tradidit Garatoni. — *etiam adpetam* V: *etiam* om. a; *appetam etiam* b g t — 6. *feci semper dum* D — *quodad* V¹ g — 7. *necesse est etiam* D — *malimus* V; *maluimus* b t — 8. *armis animisque* V: *animis armisque* D O; cf. or. X, § 21: *irrupit in Galliam, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit.* Nonius p. 285 affert: *quam ne serviam animis armisque decernere.* — *decenere* V — *di* V: *dii* D O — *inm.* g t — 9. *oppr. urbem* V: *urbem oppr.* D O — 10. *potus sed* V — *teneret* D — 11. *pereundum erat, reliquis* scripsi: *pereundem reliquis* V; *pereundum reliquis* a b t; *pereundum reliquis esset* g i O — *occansionem* V — 13. *uos esse principes* g — *aliquando esse* a — 14. *populi romani* V — 16. *vos* om. D — 17. *huic*] *hoc* t — 18. *ferendam esse* Muretus: *ferendē* V; *esse ferendam* D; *ferendam* O — 19. *antoni* V — *nostis amicos* om. t — *totam* V bis habet. — 20. *inpuris inpud.* g t — *ebris* V — *ea sunt summa* a g — *est* om. D — 21. *di* V t: *dii* O — 22. *factum* t — *extermum* V — 24. *cum* post *quam* om. b — *seuisamus* V — 25. *at decus* V — 26. *et ad* V a: *et* b g t — 27. *nuntiam* V — 28. *omnes* V: *omnes iam* D O, sed O [*iam*] — *patefaciunt* nos: *patefaciunt fecerunt* V, sed *faciunt* m. 2 expunctum; *patefecerant* t; *patefecerunt* a b g O. Cum oppositum sit *teximus quid sentiremus*, fere apparet *patefaciunt*, non illam alteram lectionem genuinam esse. — *quid sentiat quid uelit* V fort. recte, ut cogitatione suppleas *quisque*; cf. de simili usu Th. Mommsen *die Stadtrechte von Salpensa und Malaca* p. 457. — 29. *sed* V: om. D O. Referendum est *sed* ad vv. *admodum pauci*, cum sit sententia: sunt impii cives, sed, quamquam pro caritate rei p.

dinem bene sentientium admodum pauci: quorum opprimendorum di immortales incredibilem rei publicae potestatem et fortunam dederunt. Ad ea enim praesidia, quae habemus, iam accedent consules summa prudentia, virtute, concordia, multos menses de rei publicae libertate commentati atque meditati. His auctoribus et ducibus, dis iuvantibus, nobis vigilantibus et multum in posterum providentibus, populo Romano consentiente, erimus profecto liberi brevi tempore. Iucundiorem autem faciet libertatem servitutis recordatio.

XV. 37. Quas ob res, quod tribuni pl. verba fecerunt, uti senatus Kalendis Ianuariis tuto haberi sententiaeque de summa re publica libere dici possint, de ea re ita censeo, uti C. Pansa A. Hirtius, consules designati, dent operam uti senatus Kalendis Ianuariis tuto haberi possit: quodque edictum D. Bruti, imperatoris, consulis designati, propositum sit, senatum existimare D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, optime de re publica mereri, cum senatus auctoritatem populique Romani libertatem imperiumque defendat: 38. quodque provinciam Galliam citeriorem, optimorum et fortissimorum amicissimorumque rei publicae civium, exercitumque in senatus potestate retineat, id eum exercitumque eius, municipia, colonias provinciae Galliae recte atque ordine exque re publica fecisse et facere: senatum ad summam rem publicam pertinere arbitrari ab D. Bruto et L. Planco, imperatoribus, consulibus designatis, itemque a ceteris, qui provincias obtinent, obtineri ex lege Iulia, quoad ex senatus consulto cuique eorum successum sit; eosque dare operam ut eae provinciae atque exercitus in senati populique potestate praesidioque rei publicae sint: cumque opera, virtute, consilio C. Caesaris summoque consensu militum veteranorum, qui eius auctoritatem secuti rei publicae praesidio sunt et fuerunt, a gravissimis periculis populus Romanus defensus sit et hoc tempore defendatur; 39. cumque legio Martia Albae constiterit, in municipio fidelissimo et fortissimo, seseque ad senatus auctoritatem populique Romani libertatem contulerit;

---

nimium multi, contra multitudinem tamen bene sentientium admodum pauci. Simillimi sunt loci p. 801, 20—22 et p. 968, 1 sq. — *capitate* V — *contra multitudinem* V: *pro multitudine* D O — 1. *sententium* V¹ — *di* V: *dii* O — 2. *rei publicem* V; *populo R.* g — 3. *accedunt* D — *consul suma* V — 4. *multo* V — *de r. p.* b t: *dei publice* V; *rei p.* om. a; *de populi R.* g O; *de publica* Muretus. — *liberate commenti* V; *lib. conmentati* a — 5. *dulcibus* t — *dis* V a b t: *diis* O — 7. *consentientẽ* V — 9. *uti* V: *ut* D — 10. *suma* V — 11. *de qua re* b — *ut* D — *A.* om. V¹ — *cos designati den* V — 12. *ut* D — *Kal.* om. V — 13. *quodque* D: *quoque* V — *D.* om. D — *imp. cos.* V et sic infra; *in p. cos.* b — post *designati* habent D *optime de re p. meriti,* sed t *mereri,* nec absunt ab iis eadem verba in versu 15. — 15. *senatum* V — *auctoritatem p. q. r.* g t: *auctoritatemq. R.* V; *auctoritatemq. p. r.* a; *auctoritatem p. r.* b — 16. *prouintiam* V — 17. *amicorumque* V; *uirorum amicissimorumque* D O; *virorum* invectum est aut ex III, § 6 aut ex IV, § 6. — *populi R.* g — 19. *erecte* V — *ex consensu .R. p.* g — 20. *face* V — *et senatum* b — *rem p.* (sic) habet V, non *rei p.*; reliqui mei aut *r. p.* aut *rem p.* — 21. *ab D. Bruto* D: *bdbr*io* V; *a D. Bruto* O — *et* V: *et ab* D O — 22. *optinent optineri* V g t — 23. *Iulia* V: *tullia* D — *quodad* t — 24. *hae* b in ras. — *atque exercitus* Muretus: *que exercitus* V; *galliaeque exercitus* D; *exercitusque* O — *senati* V: *senatus* D; cf. ad p. 107, 28. — *populique* V: *populique Rom.* D O, sed b *populi r. que* — 25. *rei p.* V: *populi R.* D — 26. *C.* om. V — *militum consensu ueterannorum* V — *qui eius* om. a — 27. *a* V b: *et a* a g t — 28. *populi romani* V — 29. *legio -- senatus* om. t — *contiterit* V.

et quod pari consilio eademque virtute legio quarta usa L. Egnatuleio duce, civi egregio, senatus auctoritatem populique Romani libertatem defendat ac defenderit: senatui magnae curae esse ac fore, ut pro tantis eorum in rem publicam meritis honores eis habeantur gratiaeque referantur: senatui placere uti C. Pansa A. Hirtius, consules designati, cum magistratum inissent, si eis videretur, primo quoque tempore de his rebus ad hunc ordinem referrent, ita uti e re publica fideque sua videretur.

---

1. *equod* V; *quod* D — *uirtutem* V — *legatinusa* V (ex *legio. IIII. usa*) — *L. Egnatuleio duce civi egregio* scripsi: *L. egnatuleio que opti egregio mo* V; *legnatio tuleio* (*tuleio* in ras.) *duce ciui egregio* b; *l. egnatio lecto duce ciui egr.* a g t (sed g om. *lecto*); *L. Egn. duce, quaestore optimo, cive egregio* Muretus; *L. Egn. quaest. duce, civi egr.* Garatoni; *duce L. Egn. quaestore, civi egr.* O, ut est supra § 7. Cf. etiam or. IV, § 6. — 3. *defendat defendant ac defenderit* V — *senatu* V; cf. C. L. Schneideri *Formenlehre* p. 332 sqq. — 4. *in re publica meris* V; *in rem p.* om. D — *honores* om. a — *eis* D: *his* V — *grauaeque* t; *gratiaque referatur: tum senatui* coni. Lambinus; at cf. or. p. Planc. § 101. — 5. *ut* D — 6. *magistr.*] *mags* V — *inierint* g — *si eis vid.* om. t — 7. *referent* a t; *referant* g — *ista* b — *uideretur* V: *uiderentur* t; *uideretur censuerunt* a b; *censuerint* g — *M. Tulli. Ciceronis philippicarum Lib. III. explicit incip. Lib. IIII.* V; *explicit Liber quartus. Incipit Philippicarum liber quintus* g (cf. supra ad p. 1286, 5); a b t subscriptione carent.

Ad pag. 1287, 2. «Recte haec geminantur: *armis et praesidiis* - - *armatos*; inepte haec quasi contraria ponuntur (eodem casu): *armis et praesidiis* - - *armatis*; inepte etiam haec concurrunt: *stiparit armatis? armatos* cet.; neque enim anaphorae figura efficitur. Cicero, opinor, non tria membra fecerat, sed duo haec: *armis et praesidiis populum et magistratus foro excluserit, senatum stiparit? armatos in cella Concordiae* - - *incluserit?* Non animadverso, ablativos illos *armis et praesidiis* et ad *excluserit* et ad *stiparit* pertinere, natum est molestum illud *armatis* in Vaticano codice, in aliis *armis*.» Madvigius in litteris ad nos datis.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER QUARTUS.

I. 1. Frequentia vestrum incredibilis, Quirites, contioque tanta, quantam meminisse non videor, et alacritatem mihi summam defendendae rei publicae affert et spem reciperandae. Quamquam animus mihi quidem numquam defuit, tempora defuerunt: quae simulac primum aliquid lucis ostendere visa sunt, princeps vestrae libertatis defendendae fui. Quod si id ante facere conatus essem, nunc facere non possem. Hodierno enim die, Quirites, ne mediocrem rem actam arbitremini, fundamenta iacta sunt reliquarum actionum. Nam est hostis a senatu nondum verbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius. 2. Nunc vero multo sum erectior, quod vos quoque illum hostem esse tanto consensu tantoque clamore approbavistis. Neque enim, Quirites, fieri potest, ut non aut ii sint impii, qui contra consulem exercitus comparaverunt, aut ille hostis, contra quem iure arma sumpta sunt. Hanc igitur dubitationem, quamquam nulla erat, tamen ne qua posset esse, senatus hodierno die sustulit. C. Caesar, qui rem publicam libertatemque vestram suo studio, consilio, patrimonio denique tutatus est et tutatur, maximis senatus laudibus ornatus est. 3. Laudo, laudo vos, Quirites, quod gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis vel pueri potius; sunt enim facta eius immortalitatis, nomen aetatis. Multa memini, multa audivi, multa legi, Quirites: nihil ex omnium saeculorum memoria tale cognovi: qui, cum servitute premeremur, in dies malum cresceret, praesidii nihil haberemus, capitalem et pestiferum a Brundisio tum M. Antonii reditum timeremus, hoc insperatum omnibus consilium, incognitum

---

1. *uestra* g; cf. Wunder ad or. Planc. p. 80 sq. — *qui .r̃. a*; om. b g t; *quam* V — 2. *summa* t — *def. rei publice adfert* V: *affert rei p. def.* a g t; *r. p. affert def.* b — 3. *recuperande* V (plerumque tamen habet *reciperare*); *recuperandae libertatis* D — *mihi quidem* V: *quidem mihi* b g t; *mihi animus quidem* a; *mihi* om. O — 4. *aliquit* V — 6. *it* V; om. D — 7. *Quirites ne*] *quia* (*quanquam* g) *adhuc* a g t; *quia ad hunc diem* b — 8. *lacta* V — 9. *adpellatus* V — *vero* om. a t — 10. *erecitior* V; *erectior uero* t — *illum hostem* V: *hostem illum* D O — *tanto* t — 11. *adprobauistis* V a — *neque* V: *nec* D — *Quirites* om D — 12. *ii* V t: *ui* a; *hi* b g — *consul* V — *exercitum* i — *conparauerunt* V a; *parauerunt* t — *aut* om. V — 13. *armi* V — 14. *ne qua*] *neq; neq;* t — 15. *nostram* b — 16. *denique*] *quoque* t — 17. *uos qui* (corr. *quir*) V; *uosque Quir.* a; *uosq;* t — *quod* V: *cum* D O (sed b t *congratissimis*) — *grauissimis* g — 19. *inmort.* V t (et sic t fere semper *inmortalis*, quod non amplius exscribemus) — *nomen aetatis* mei: *non aetatis* aliquot codd. dett.; at v. or. XIII. § 24. — *multam enim multa* V — 20. *Quirites* nos: *qui* V; *quod* b; om. a g t O — *omnium saeculorum* V b²: *omnium singulorum* D (sed a *omni*, t *omnium memoria sing.*); *omni seculorum* O cum cod. Colot., ut est de Orat. I, § 16: *ex omni memoria aetatum, temporum* cet. (*ex omni omnium s. m.* coni. Schuetz) — 22. *a Brundisio tum M. Antoni* V: *a* et *tum* om. D.

certe ceperit, ut exercitum invictum ex paternis militibus conficeret Antoniique furorem crudelissimis consiliis incitatum a pernicie rei publicae averteret. II. 4. Quis est enim qui hoc non intelligat, nisi Caesar exercitum paravisset, non sine exitio nostro futurum Antonii reditum fuisse? Ita enim se recipiebat ardens odio vestri, cruentus sanguine civium Romanorum, quos Suessae, quos Brundisii occiderat, ut nihil nisi de pernicie populi Romani cogitaret. Quod autem praesidium erat salutis libertatisque vestrae, si C. Caesaris fortissimorum sui patris militum exercitus non fuisset? cuius de laudibus et honoribus, qui ei pro divinis et immortalibus meritis divini immortalesque debentur, mihi senatus assensus paulo ante decrevit ut primo quoque tempore referretur. 5. Quo decreto quis non perspicit hostem esse Antonium iudicatum? quem enim possumus appellare eum, contra quem qui exercitus ducunt, iis senatus arbitratur singulares exquirendos honores? Quid? legio Martia, quae mihi videtur divinitus ab eo deo traxisse nomen, a quo populum Romanum generatum accepimus, non ipsa suis decretis prius quam senatus hostem iudicavit Antonium? Nam si ille non hostis, hos, qui consulem reliquerunt, hostes necesse est iudicemus. Praeclare et loco, Quirites, reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobavistis: qui se ad senatus auctoritatem, ad libertatem vestram, ad universam rem publicam contulerunt, hostem illum et latronem et parricidam patriae reliquerunt. 6. Nec solum id animose et fortiter, sed considerate etiam sapienterque fecerunt. Albae constiterunt, in urbe opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum civium atque optimorum. Huius Martiae legionis legio quarta imitata virtutem duce L. Egnatuleio, quem senatus merito paulo ante laudavit, C. Caesaris exercitum persecuta est.

III. Quae exspectas, M. Antoni, iudicia graviora? Caesar fertur in caelum, qui contra te exercitum comparavit. Laudantur exquisitissimis verbis legiones, quae te reliquerunt, quae a te arcessitae sunt, quae essent, si te consulem quam hostem maluisses, tuae. Quarum legionum

---

1. *ceteri reperit* V — *paternis* V: *hispanis* D — *conduceret* D — *antonique* V — 2. *consiliis* om. V — 3. *intellagat* V — 4. *antoni* V — 5. *odi* t — *Romanorum* V: om. D — 6. *suessat* V; *suesse* a g; *suesce* b; *fuisse* t — *brundisi* a b g; *brundisio* V — 7. *populi Romani* V: *rei p.* D O — *praes. erat* V a: *erat praes.* b g t — 8. *C.* om. V t — *sui* V b: *suique* a g t; *sui* delendum censuit Lamb.; *si C. Caesar, si fort.* cet. coni. Faërnus. «Male habuit librarios duplex ille genitivus. Est: si C. Caesaris exercitus, constans ex fortiss. sui patris militibus, non f.» Orelli. Cf. Madvigii Opusc. II, p. 48 not. 2. — 9. *inm.* V t — 10. *adsensus* V a — 11. *ferretur* b — 12. *respicit* V — *hostem esse Ant.* mei: *Ant. hostem esse* O — *iudicatum* om. a t — 13. *possiumus appellare* V; *app. possumus* D O — *qui* om. b — *his* a g — 14. *lego* V; *michi legio* t — 15. *traxisset* V — *populi romani* V — 16. *non* V: *nonne* D — *ipsa uis* V — 17. *si ille* V: *ille si* D — *hos* om. D; *eos* coni. Schuetz; at *hos* bene se habet, cum pronomen *ille* ex adverso positum sit. — *consule* V — 18. *hostis* a b — *est quidicemus* V — *praeclara* g — *loco* V: *iocose* a b t; *luculenta* g — *Quirites* V: om. D — 19. *conprobauistis* V b g: *comprobastis* a t O — 22. *considerante* t — 23. *sepinterquae* V — *oportuna* D — 24. *fidelissimorum* om. V[1], m. 2 in marg. habet; fort. *fortissimorum virorum civiumque optimorum*, cum fieri possit ut locus ex or. III, § 6 (cf. etiam III, § 39) interpolatus sit. — 25. *Martiae* suspectum erat Manutio. — *leg. IIII.* V — *virtutem* b post *Egn.* habet. — *legnatuleio* V; *egnatuleio* (om. *L.*) b; *egnatio* a g t — 27. *prosecuta* i — 30. *arcessitae* V b: *accersitae* a g t; *accitae* Colot. — *quae tuae essent* g — 31. *consul* V — *maluisse siuae* V; *tuae* om. g.

fortissimum verissimumque iudicium confirmat senatus, comprobat universus populus Romanus, nisi forte vos, Quirites, consulem, non hostem iudicatis Antonium. 7. Sic arbitrabar, Quirites, vos iudicare, ut ostenditis. Quid? municipia, colonias, praefecturas num aliter iudicare censetis? Omnes mortales una mente consentiunt: omnia arma eorum, qui haec salva velint, contra illam pestem esse capienda. Quid? D. Bruti iudicium, Quirites, quod ex hodierno eius edicto perspicere potuistis, num cui tandem contemnendum videtur? Recte et vere negatis, Quirites. Est enim quasi deorum immortalium beneficio et munere datum rei publicae Brutorum genus et nomen ad libertatem populi Romani vel constituendam vel recipiendam. 8. Quid igitur D. Brutus de M. Antonio iudicavit? Excludit provincia, exercitu obsistit, Galliam totam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte suoque iudicio excitatam. Si consul Antonius, Brutus hostis: si conservator rei publicae Brutus, hostis Antonius. Num igitur, utrum horum sit, dubitare possumus? IV. Atque ut vos una mente unaque voce dubitare vos negatis, sic modo decrevit senatus, D. Brutum optime de re publica mereri, cum senatus auctoritatem populique Romani libertatem imperiumque defenderet. A quo defenderet? nempe ab hoste: quae est enim alia laudanda defensio? 9. Deinceps laudatur provincia Gallia meritoque ornatur verbis amplissimis ab senatu, quod resistat Antonio. Quem si consulem illa provincia putaret neque eum reciperet, magno scelere se adstringeret: omnes enim in consulis iure et imperio debent esse provinciae. Negat hoc D. Brutus imperator, consul designatus, natus rei publicae civis; negat Gallia, negat cuncta Italia, negat senatus, negatis vos. Quis illum igitur consulem nisi latrones putant? Quamquam ne ii quidem ipsi, quod loquuntur, id sentiunt, nec ab iudicio omnium mortalium, quamvis impii nefariique sint, sicut sunt, dissentire possunt. Sed spes rapiendi atque praedandi obcaecat animos eorum, quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio, non illa infinita hasta satiavit; qui sibi urbem, qui bona et fortunas civium ad praedam proposuerunt; qui, dum hic sit quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur; quibus M. An-

---

1. *conprobat* V — 2. *forte uos qui consul* V; *uos forte q; coñs.* t — 3. *arbitror* g — *ostendistis* a — 4. *quit* V; *qui* b; om. a g t — *municipa* V — *iudicar cesetis* V — 5. *omni arma* V — 6. *uelin* V — *illa* t — 7. *Quir.* om. b g; *quam* V; *q;* a t — *edicto* V b: *dicto* a g t — 8. *contempnendum recte uidetur et uere* V — *negatis* V b: *negastis* a g t — *Quir.*] *quam* V — 9. *datus* b — 10. *Brutorum -- Romani* om. D — *uel ad constituendam* b g — 11. *uel ad rec.* b — *recipiendam* V a g t: *recuperandam* b O; *reciperandam* Lamb. — *igitur*] *enim* a t — 12. *iudicat* coni. Ernesti. — *excludit* V t: *exclusit* a b g — *prouinciã* t — *obisistit* V; *obstitit* D — *ad bellum hortatur* a — 13. *si consul* om. t; *si consul -- hostis Antonius* affert Quintil. IX, 3, 86. — 15. *atque ut* V: *atqui* D (ex *atq. ut*) — 16. *dubitar* V — *uos no negatis* b; *vos nunc negatis* Muretus. — 17. *ca mereri* V in ras. habet. — *senatos* V¹ — *auctoritate* V — 18. *defendereit* V; *defenderit* D — *a qua* V — *defenderit* a b g; *a quo def.* om. t — 19. *est autem laudanda alia* g — 21. *ab* V: *a* D — *consul* V — 22. *putaret magneque eum reciperet nos celere* V — *astringeret* D — 23. *in* om. D; *sub* i — 24. *consule* V — *denegat cuncta* V, fort. ex *denique negat c.* — 25. *negat uos* V — *illum igitur* V: *igitur illum* D — 26. *consul* V — *hi* a g; *hii* b — *locuntur* V a b t — 27. *id sent.*] *intelligunt* b¹ — *ab* Faërnus: *ad* V; *a* D — 28. *sicut sunt* om. D — *spes* om. t; *ipse* V — 29. *obcaecat* V: *caecat* D — *donatio* V b: *dampnatio* a g t — 30. *obsignatio* (ex *ads.*) V; *designatio* a — *infinita Pompei hasta* D — *asta* V t — *bona ciuium et fort.* b — 31. *posuerunt* V; cf. ad p. 1283, 6. — *hic sic* V; *hic* om. D O — 32. *M.* om. b.

tonius — o di immortales, avertite et detestamini, quaeso, hoc omen! — urbem se divisurum esse promisit. 10. Ita vero, Quirites, ut precamini, eveniat, atque huius amentiae poena in ipsum familiamque eius recidat! quod ita futurum esse confido. Iam enim non solum homines, sed etiam deos immortales ad rem publicam conservandam arbitror consensisse. Sive enim prodigiis atque portentis di immortales nobis futura praedicunt, ita sunt aperte pronuntiata, ut et illi poena et nobis libertas appropinquet: sive tantus consensus omnium sine impulsu deorum esse non potuit, quid est quod de voluntate caelestium dubitare possimus?

V. 11. Reliquum est, Quirites, ut vos in ista sententia, quam prae vobis fertis, perseveretis. Faciam igitur, ut imperatores instructa acie solent, quamquam paratissimos milites ad proeliandum videant, ut eos tamen adhortentur, sic ego vos ardentes et erectos ad libertatem reciperandam cohortabor. Non est vobis, Quirites, cum eo hoste certamen, cum quo aliqua pacis conditio esse possit. Neque enim ille servitutem vestram, ut antea, sed iam iratus sanguinem concupivit. Nullus ei ludus videtur esse iucundior quam cruor, quam caedes, quam ante oculos trucidatio civium. 12. Non est vobis res, Quirites, cum scelerato homine ac nefario, sed cum immani taetraque belua, quae quoniam in foveam incidit, obruatur. Si enim illim emerserit, nullius supplicii crudelitas erit recusanda. Sed tenetur, premitur, urguetur nunc iis copiis, quas habemus, mox iis, quas paucis diebus novi consules comparabunt. Incumbite in causam, Quirites, ut facitis. Numquam maior consensus vester in ulla causa fuit, numquam tam vehementer cum senatu consociati fuistis. Nec mirum. Agitur enim non qua conditione victuri, sed victurine simus an cum supplicio ignominiaque perituri. 13. Quamquam mortem quidem natura omnibus proposuit, crudelitatem mortis et dedecus virtus propulsare solet, quae propria est Romani generis et seminis. Hanc retinete, quaeso, quam vobis tamquam hereditatem maiores vestri reliquerunt. Nam cum alia omnia falsa incerta sint, caduca mobilia, virtus

---

1. *aduertite* a t — *omnem* t — 2. *sed diuis.* V — *promistitia uero q̃. ut* V — *ei ut* cod. Colot. (*ut prec., ei eveniat* Lamb.) — 3. *atque* V: *quo* D (*huiusque* cod. Colot.) — *poenam* V — *eius* om. t — *praecidat* V — 5. *re publica* V — *conseruanda* t — *consessisse* t — 6. *di* V b t: *dii* O — *nouis* V; om. a — *praedicant* D (sed t *praedicata*) — 7. *aperte sunt* a — *pronuntiata* V: *denunciata* D O; *populo Ro. nuntiata* coni. Garatoni; at cf. p. 908, 27. — *ut illi* a b — *nobis lib.* V: *lib. nobis* D — *adprop.* V a — 8. *sine*] *siue* t — *inpulsu* V g — 9. *ducitare* V — *possumus* b t — 10. *reliquo* V (pro *reliquŏ*) — *Quir.*] *quae* V — 11. *faciat* V — *structa* a — 12. *ut* om. a g t — 13. *recipiendam* a t, ortum ex *reciperandam,* ut est in V — 14. *non est* V: *non est, non est* D O — *Quir.*] *que* V b — *eo* om. t — 15. *cum quo* V: *quocum* D O — *condicio* V — 16. *concupiuit* V D: *concupiscit* i O — 17. *videtur esse* om. b^1 — 18. *res quam* V; *Quir. res* D — 19. *ac* V b g: *an* t; om. a; *atque* i O — *teutraque* V (ex *taetraque*) — *bellua* O — 20. *illim* V: *illinc* D O — *merserit* a — 21. *urguetur* V: *urgetur* D O — *nunc*] *ñ (non)* t — *his* a b g — *quas* V^1: *quas iam* V^2 (m. 2) D O — 22. *his* b — *diebus paucis* g; *paucis debemus* t — *novi*] *non in* t — *incumbite -- Quir.* affert Arusianus pag. 235. — 23. *ut faciatis* a — *maior cons. uester* V: *uester cons. maior* D; *maior vester cons.* O — 24. *consociati estis cum senatũ* t — 25. *condicione* V — 26. *suplicio* V — 27. *natura omnibus* V: *omnibus natura* D O — *crudelitam* V — 28. *nominis et generis* cod. Graevii, unde Ernesti: *generis et nominis*, ut est Phil. III, § 29. — 29. *quaeso quam* V b: *quaeso quaeso quam* g; *quaeso quaesoq;* (*quaeso q* cum *i* sup. *q* a) *quam* a t; *quaeso, Quirites, quam* O — *uestris* V — 30. *nam cum* P. Ric. Muellerus (in Philol. IX, p. 186): *quamquam* V D O; cf. etiam Madvigii Opusc. II, p. 285. — *omnia alia* D — *falsa* V: om. D O; *fluxa* vel

est una altissimis defixa radicibus, quae numquam vi ulla labefactari potest, numquam demoveri loco. Hac virtute maiores vestri primum universam Italiam devicerunt, deinde Karthaginem exciderunt, Numantiam everterunt, potentissimos reges, bellicosissimas gentes in dicionem huius imperii redegerunt. VI. 14. Ac maioribus quidem vestris, Quirites, cum eo hoste res erat, qui haberet rem publicam, curiam, aerarium, consensum et concordiam civium, rationem aliquam, si ita res tulisset, pacis et foederis: hic vester hostis vestram rem publicam oppugnat, ipse habet nullam: senatum, id est orbis terrae consilium, delere gestit, ipse consilium publicum nullum habet: aerarium vestrum exhausit, suum non habet. Nam concordiam civium qui habere potest, nullam cum habet civitatem? pacis vero quae potest esse cum eo ratio, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla? 15. Est igitur, Quirites, populo Romano, victori omnium gentium, omne certamen cum percussore, cum latrone, cum Spartaco. Nam quod se similem esse Catilinae gloriari solet, scelere par est illi, industria inferior. Ille cum exercitum nullum habuisset, repente conflavit: hic eum exercitum, quem accepit, amisit. Ut igitur Catilinam diligentia mea, senatus auctoritate, vestro studio et virtute fregistis, sic Antonii nefarium latrocinium vestra cum senatu concordia tanta, quanta nunquam fuit, felicitate et virtute exercituum ducumque vestrorum brevi tempore oppressum audietis. 16. Equidem, quantum cura, labore, vigiliis, auctoritate, consilio, niti atque efficere potero, nihil praetermittam, quod ad libertatem vestram pertinere arbitrabor: neque enim id pro vestris amplissimis in me beneficiis sine scelere facere possum. Hodierno autem die primum referente viro fortissimo vobisque amicissimo, hoc M. Servilio, collegisque eius, ornatissimis viris, optimis civibus, longo intervallo me auctore et principe ad spem libertatis exarsimus.

---

fragilia Muellerus l. c.; fortasse *fallacia* — *sint* V: *sunt* D O — *mouilia* V — 1. *numquam ui ulla* V: *nulla umquam ui* b; *numquam ulla vi* a g t O — 2. *dimoueri* a g t — *hac uirtute* mei (sed V *hanc*): *hac* O cum codd. Ferrarii. — 3. *Karthaginem* V: *carth.* D — *euerunt* V — 4. *in dicionem* V: *inde dicionem* t; *in deditionem* g; *in ditionem* a b O — 5. *At* a t — *Quir.*] *quam* V; *que* b — 6. *re publicam* V — 7. *si ita* D: *sta* V — 8. *rei publicae* V — *obpugnat* t — 10. *puplicum* t — *exhausum non habet sit. nam concordia* V — 11. *cum habet* V: *cum hãt* b; *qui habet* g t; *qui habeat* a; *cum habeat* O cum Mureto. — *ciuitate paucis uero* t — 12. *in quos* V — *est* om. t — 13. *igitur quĩ populus romanus uictor* V — 14. *cum percussore, cum* Faërnus: *cum depercursorem* V; *cum excursore cum* D — *ispartaco* V; *spatario* t — *quod se similem* V² t b²: *quod ei similem* V¹; *quod sit ei similis* a; *quod similis* b¹; *quod se d. bruto similem iactat* g — 15. *esse -- scelere*] *re* D reliquis omissis. — *catulenae* V¹ — *illi* V: *belli* D — 16. *habuisset* V: *haberet* D — 17. *eum* V D: *eum ipsum* i O — *quam* V — *catileinam diligentia ea senti* (ex *senati?*) *aritate* V — 18. *antoni* V — 19. *senatus* a g t — 20. *ducumquestrumria breui* V — 21. *quidem* t — *cura* V b: *cum* a g t — 22. *niti* V: *eniti* D O, ut est Phil. II, § 23. — 23. *id enim* b — 24. *in me ampl.* t — *benef. in me* b — *beneficis* V — 25. *primo* a — *uobis* t — *hoc M.* V: *M. hoc* D O — 26. *loginterballo* V — 27. *ad ispem* V; om. a — *M. Tulli. Ciceronis. phylyppicarũ Lib. IIII. expl. Incip. Lib. V. feliciter.* V; *Explicit Liber Quartus* (sic). *Incipit philippicarum liber sextus* g; a b t subscriptione carent. — Nonius p. 373 ed. Merc. ex libro quarto hunc locum, qui neque in hoc libro neque in alio Phil. invenitur, citat: *quid hoc S. C. facit clam te ex urbe proieceris? (si cum fascibus clam* cet. coni. Mercerius, probabilius Roth: *quid? hoc S. C. fecit ut clam te ex urbe proiceres?)* Hoc loco Nonii fretus aliisque levibus argumentis usus Aug. Krause, cum hanc orationem a. 1839 Berolini ederet, eam Ciceroni abiudicandam esse censuit suumque iudicium postea novis argumentis in dissertatione, quae inest in Iahnii Tabul. philol. XIII, p. 297 sqq., confirmare conatus est. Eiusdem sententiae auctor iam ante eum F. G. Ientzen in dissert., quae Lubecae 1820. 8. *(Ueber des Cic. vierte Phil. Rede)* prodiit, exstiterat. Patrocinium orationis suscepit Iordanus in Diario Antiqu. 1840 num. 75 et 76.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER QUINTUS.

I. 1. Nihil umquam longius his Kalendis Ianuariis mihi visum est, patres conscripti: quod idem intelligebam per hos dies uni cuique vestrum videri. Qui enim bellum cum re publica gerunt, hunc diem non exspectabant. Nos autem tum, cum maxime consilio nostro subvenire communi saluti oporteret, in senatum non vocabamur. Sed querellam praeteritorum dierum sustulit oratio consulum; qui ita locuti sunt, ut magis exoptatae Kalendae quam serae esse videantur. Atque ut oratio consulum animum meum erexit spemque attulit non modo salutis conservandae, verum etiam dignitatis pristinae reciperandae, sic me perturbasset eius sententia, qui primus rogatus est, nisi vestrae virtuti constantiaeque confiderem. 2. Hic enim dies vobis, patres conscripti, illuxit, haec potestas data est, ut quantum virtutis, quantum constantiae, quantum gravitatis in huius ordinis consilio esset, populo Romano declarare possetis. Recordamini qui dies nudius tertius decimus fuerit, quantus consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia; quantam sitis a populo Romano laudem, quantam gloriam, quantam gratiam consecuti. Atque illo die, patres conscripti, ea constituistis, ut vobis iam nihil sit integrum nisi aut honesta pax aut bellum necessarium. 3. Pacem vult M. Antonius? Arma deponat, roget, deprecetur. Neminem aequiorem reperiet quam me, cui, dum se civibus impiis commendat, inimicus quam amicus esse maluit. Nihil est profecto, quod possit dari bellum gerenti: erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti: legatos vero ad eum mittere, de quo gravissimum et severissimum iudicium nudius tertius decimus feceritis, non iam levitatis est, sed, ut quod sentio dicam, dementiae. II. Primum duces eos laudavistis, qui contra illum bellum privato consilio suscepissent; deinde milites veteranos, qui

---

1. *his* V: om. D — 4. *nos* V: *non* D — *uestro* a t — 5. *oportuit* a t — *non* om. D; *no* V — *bocabamur* V; *conuocabamur* b g — *quaerellam* V; *querelam* O — 6. *consilium* a t — 7. *exoptant* t, *exoptent* a b g — *Kalendae* V b t: *Kal. Ian.* a g O — *sere* V; *fere* t — 8. *consilium* t — 9. *et sic* t — 11. *dies uobis p. c.* V: *uobis dies p. c.* D; *vobis p. c. dies* i O — 12. *inluxit* V — 13. *populi romani* V — 14. *quis* V — *nudius t. decimus* affert ex hoc l. Charisius II, 14, 131. — 15. *quanta sit ista* V; *quantam sint a* a b t — 16. *quam gloriam* a t; *quantam* om. b g — *quantam* ante *gratiam* om. D — 17. *iam nihil* V: *nihil tam* a g t (*nil* t); *nihil iam* b O — 18. *nisi ut* V¹ — 19. *deponat* V: *ponat* D — 20. *repperiet* t — *quam me cui dum* V: *quam qui dum* a g t; *quam me qui dñs dum se* (litt. *dñs* exp.) b — *comm. impiis* a — 21. *inimicas* V — *esse quam amicus* D — *possit dari* V: *dari possit* D O — 22. *rogati* V — 23. *et seuer.* V: om. D — 25. *eos*] *eorum* t — *contra eum* b.

cum ab Antonio in colonias essent deducti, illius beneficio libertatem populi Romani anteposuerunt. 4. Quid? legio Martia, quid? quarta, cur laudantur? Si enim consulem suum reliquerunt, vituperandae sunt: si inimicum rei publicae, iure laudantur. Atqui cum consules nondum haberetis, decrevistis ut de praemiis militum et de honoribus imperatorum primo quoque tempore referretur. Placet eodem tempore praemia constituere eis, qui contra Antonium arma ceperint, et legatos ad Antonium mittere? ut iam pudendum sit honestiora decreta esse legionum quam senatus: si quidem legiones decreverunt senatum defendere contra Antonium, senatus decernit legatos ad Antonium. Utrum hoc est confirmare militum animos an debilitare virtutem? 5. Hoc dies duodecim profecerunt, ut, quem nemo praeter Cotylam inventus sit qui defenderet, is habeat iam patronos etiam consulares. Qui utinam omnes ante me sententiam rogarentur! — quamquam suspicor, quid dicturi sint quidam eorum, qui post me rogabuntur —: facilius contra dicerem, si quid videretur. Est enim opinio decreturum aliquem Antonio illam ultimam Galliam, quam Plancus obtinet. Quid est aliud omnia ad bellum civile hosti arma largiri? primum nervos belli, pecuniam infinitam, qua nunc eget, deinde equitatum, quantum velit. Equitatum dico? dubitabit, credo, gentes barbaras secum adducere. Hoc qui non videt, excors, qui cum videt decernit, impius est. 6. Tu civem sceleratum et perditum Gallorum et Germanorum pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues? Nullae istae excusationes sunt: «meus amicus est»: sit patriae prius. «Meus cognatus.» An potest cognatio propior ulla esse quam patriae, in qua parentes etiam continentur? «Mihi pecuniam tribuit.» Cupio videre qui id audeat dicere. Quid autem agatur cum aperuero, facile erit statuere quam sententiam dicatis aut quam sequamini.

III. Agitur, utrum M. Antonio facultas detur opprimendae rei publicae, caedis faciendae bonorum, *urbis diripiendae*, agrorum suis latro-

---

1. *uillius* V — 2. *lego* V — 3. *qcur* t — *laudantur* D: *laudatur* V — *sum* V — 4. *adqui* V — 5. *ut de* a: *ut et* V: *ut et de* b g t O — *praemis* V — 6. *tempore* V: *die* D — *deferetur* t — 7. *eis qui* b: *squi* V; *his qui* a g; *iis qui* t O — 8. *legionum* -- *si quidem* om. V¹ — 9. *decreuerunt* V, sed rasura factum *decreuerint* — 10. *M. Antonium* a b g — *decreuit* b — *confirma* V — 11. *hodies* V; *hoc die es* t — *XII* V (*II* est a m. 2, sed est ante *prof.* rasura) — 12. *quem* om. V — *cotyian* (*cotyiam* corr.) *an cotyionem* V; *cotylonem* a b g; *cotilonem significat curionem* t. Cognomen *Cotyla* (nisi malis *Cotula*) aliis locis Philippicarum confirmatur (v. VIII, §§ 24. 28. XIII, § 26), sed V, § 7 mei omnes *Cotylo* habent, ut est apud Plut. v. Ant. c. 18; accusativi autem formam *Cotylam* habet Vaticanus VIII, § 24. — *inventus sit* V a b g: om. t; *tum inventus sit* O cum Ferrario. — 13. *iam patr.* om. b — 14. *sint* V: *sunt* D — 16. *decretum* a t — *aliquam* V — *Antonio* V b: *M. Ant.* a g t — 17. *optinet* b g — *aliud quam omnia* g — *civile* om. t — 18. *hosti* V b: *hostilia* a g t — 19. *equitatu* t; *quitantum* V — 20. *gentis* V — *excors est* O cum cod. Graevii. — 21. *est* Lambinus: om. V D O — 22. *pecunia* V: *exercitu pecunia* D O — *instres* V — 23. *illae* g — *prius*] *plus* t — 24. *proprior ulla esse* V; *ulla propior* (*proprior* t) *esse* a b t; *ulla esse propior* g — 25. *etiam parentes* a — *tribuit* V: *attribuit* D O — 26. *qui id* V: *quid* b g t; *qui* a — *audiat* V¹ — 27. *sentiam* V a — 28. *M.* om. b — *obpr.* t — 29. *faciundae* a b t — *urbis diripiendae*] *urbis eruendorum* V, sed *urbis eruen* m. 2 in ras. scriptum est, ita ut spatium vix ad litteras suppletas suffecerit; *eripiendorum urbis* D i, in quibus *eripiendorum* etiam verborum distinctione cum *bonorum* iunctum est; *diripiendae urbis* O. Quid Cic. scripserit latet. — *agros* ed. Iunt., at v. Madv. ad Cic. de finn. p. 113.

nibus condonandi, populum Romanum servitute opprimendi, an horum ei facere nihil liceat. Dubitate quid agatis. At non cadunt haec in Antonium. 7. Hoc ne Cotyla quidem dicere auderet. Quid enim in eum non cadit? qui, cuius acta se defendere dicit, eius eas leges pervertit, quas maxime laudare poteramus. Ille paludes siccare voluit: hic omnem Italiam moderato homini, L. Antonio, dividendam dedit. Quid? hanc legem populus Romanus accepit? quid? per auspicia ferri potuit? Sed augur verecundus sine collegis de auspiciis: quamquam illa auspicia non egent interpretatione; Iove enim tonante cum populo agi non esse fas quis ignorat? Tribuni plebi tulerunt de provinciis contra acta C. Caesaris: ille biennium, hic sexennium. Etiam hanc legem populus Romanus accepit? quid? promulgata fuit? quid? non ante lata quam scripta est? quid? non ante factum vidimus quam futurum quisquam est suspicatus? 8. Ubi lex Caecilia et Didia? ubi promulgatio trinum nundinum? ubi poena recenti lege Iunia et Licinia? Possuntne hae leges esse ratae sine interitu legum reliquarum? Eccui potestas in forum insinuandi fuit? Quae porro illa tonitrua! quae tempestas! ut, si auspicia M. Antonium non moverent, sustinere tamen eum ac ferre posse tantam vim tempestatis, imbris ac turbinum, mirum videretur. Quam legem igitur se augur dicit tulisse non modo tonante Iove, sed prope caelesti clamore prohibente, hanc dubitabit contra auspicia latam confiteri? 9. Quid? quod cum eo collega tulit, quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosum, nihilne ad auspicia bonus augur pertinere arbitratus est? IV. Sed auspiciorum nos fortasse erimus interpretes, qui sumus eius collegae. Num ergo etiam armorum interpretes quaerimus? Primum omnes fori aditus ita saepti, ut, etiam si nemo obstaret armatus, tamen nisi saeptis revulsis introiri in forum nullo modo posset: sic vero erant disposita praesidia, ut, quo modo hostium aditus urbe prohibentur, ita castellis et operibus ab ingressione fori populum tribunosque plebi propulsari videres. 10. Quibus de causis eas leges, quas M. Antonius tulisse dici-

---

1. *rem p.* a b g; *populi R.* Manutius. — *opprimendum* V — 2. *ei facere nihil* V a b t: *nihil facere ei* g; *ei nihil facere* O ex errore. — *dubitare* b — *An* a b[1] g t — 3. *hec* a — *catulo* V; *cotylo* D; at v. ad p. 1297, 12. — *auderet dicere* a — *enim* D: *enim autem* V — 4. *qui cum eius acta* D — *sed* t — *eas* om. g — 5. *paludis* V — 6. *qui hanc* b — 8. *collegiis* b — *ospiciis* t — 9. *interpraetatione* V; *interpretatione augurum* D — *tonantem* V a — 10. *qui* b — *plebi* V: *plebis* O — *C.* V: om. D O — 11. *ille biennii iste sexennii* (*ille exennii* t) D; *isti* (sc. tribuni) *sexennium* coni. Curio. — *etiam* V: *num etiam* D O. Ortum est *num* ex vera casus terminatione *sexennium.* — *lege* V — *accipit* a — 12. *scripta est* mei (sed i: *lata est quam scripta*): *scripta* O — *quid* V: om. D O — 13. *vidimus* om. t; *videmus* a b g (*quam futurum videmus* b) — 14. *nondinum* b t — 15. *poena* V: *poenae* *(pocne)* D, quod ex *poena ẽ (est)* vel ex *poena e* ortum videtur. — *esse ratae* V: *ratae esse* D O — 16. *etcui* a g; *hęctui* t — *insinuandi* V: *introeundi* D — 17. *illa porro* a — *tonetrua* V — *ut* V: *aut* D — *auspiciam* V; *aspicias* t — 18. *sustinere me non afferre* (*num auferre* b) D — 19. *ac* Wesenbergius in *emendatt. Tuscul.* III, p. 19 ex superiore versu repetitum putat (cf. § 15), quamquam *imbris ac turbinum* unum membrum efficere posse non negat; cf. Madv. Opusc. I, p. 338. — *dicit se augur* b — 20. *tulisse dicit* a — *caeleti* V — 21. *dubitauit* b — 22. *eo* om. V — 23. *nihil* a — *pert. arb. est* V a b: *arb. est pert.* g t O — 24. *qui* V corr. ex *que* — *num ergo* mei: *num* O cum cod. Ferrarii. — 25. *interpretes erimus* coni. Muretus. — 26. *ita sunt saepti* Muretus coni. eius loco quod esse debebat *ita erant s.*; nos punctum post *posset* v. 27 sustulimus. — *tamen* om. a — *septis reuolsis introire* V — 27. *dispos. erant* a — 28. *aditus hostium* g — *urbe* om. D — *ita* om. a — 29. *plebi* V: *plebis* O — 30. *marcus* V.

tur, omnes censeo per vim et contra auspicia latas iisque legibus populum non teneri. Si quam legem de actis Caesaris confirmandis deve dictatura in perpetuum tollenda deve colonis in agros deducendis tulisse M. Antonius dicitur, easdem leges de integro, ut populum teneant, salvis auspiciis ferri placet. Quamvis enim res bonas vitiose per vimque tulerit, tamen eae leges non sunt habendae, omnisque audacia gladiatoris amentis auctoritate nostra repudianda est. 11. Illa vero dissipatio pecuniae publicae ferenda nullo modo est, per quam sestertium septiens miliens falsis perscriptionibus donationibusque avertit, ut portenti simile videatur tantam pecuniam populi Romani tam brevi tempore perire potuisse. Quid? illi immanes quaestus ferendine, quos M. Antonii tota exhausit domus? Decreta falsa vendebat, regna, civitates, immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi. Haec se ex commentariis C. Caesaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat. Calebant in interiore aedium parte totius rei publicae nundinae; mulier, sibi felicior quam viris, auctionem provinciarum regnorumque faciebat; restituebantur exsules quasi lege sine lege: quae nisi auctoritate senatus rescinduntur, quoniam ingressi in spem rei publicae reciperandae sumus, imago nulla liberae civitatis relinquetur. 12. Neque solum commentariis commenticiis chirographisque venalibus innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, cum, quae vendebat Antonius, ea se ex actis Caesaris agere diceret, sed senatus etiam consulta pecunia accepta falsa referebat; syngraphae obsignabantur; senatus consulta numquam facta ad aerarium deferebantur. Huius turpitudinis testes erant etiam exterae nationes. Foedera interea facta, regna data, populi provinciaeque liberatae, ipsarumque rerum falsae tabulae gemente populo Romano toto Capitolio figebantur. Quibus rebus tanta pecunia una in domo coacervata est, ut, si hoc † genus pene in unum redigatur, non sit pecunia rei publicae defutura.

---

1. *isque* V; *suisque* D, fort. ex: *esse iisque*, ut scriptum esse malles. — 3. *perpetum* V — *colonis* VD: *coloniis* g corr. et O. Utriusque lectionis multa exempla interpretes attulerunt. — *agos* V; *agro* b; *agrum* a g t — *deducendū* b — *tulisse*] *lucidissime* t — 4. *marcus* V — *eadem* t — 5. *ferre* b — *enim res* V: *ergo leges* D — *uitiosu* V¹ — *per uim uitioseque* t — 6. *tulerint* V ante ras. — *eae* nos: *ae* V; *a* t; *haec* a; *hae* b g O — *non* om. D — *omnesque* V — 7. *dissupatio* V² — 8. *sestertium* V: om. D O — *septiens* t: *septies* V (?) a b g O — 9. *miliens* t: *milis* V; *milies* a b g; *millies* O — *scriptionibus* t — *uertit* D — 10. *tempore dissipasse. quid* t — *potuisse perire* a — post *potuisse* est in V: *K. (Kaput?)* — 11. *marci antoni* V; *in antonii* t — *toto* t; *una* Ernesti; fort. *tot una* — 12. *inmunitates* V g — 13. *in es* V — *iuuebat* V — *C.* V: om. D O — 14. *dicebat agere* g — *calebant* om. D — 15. *nundinae* t post *felicior* habet; *munditie* b — *felitior sibi* a — 16. *uir* a g² — *actionem* b — 17. *leges sine* V a — *rescindantur* aliquot codd. dett. — 18. *in spem ingressi* b — *reciperandae* t (hoc loco): *recuperandae* O, ut hic V quoque praeter suam consuetudinem habet. — 19. *conmenticiis* g — 20. *cyrographisque* V b g t (*chirogr.* est in a) — *pecunia -- domum* affert Arusianus p. 220. — 21. *cum* om. V — *eas ex* V — *actis Caesaris agere* V: *caesare* D — 22. *consultu* t — 23. *numquam* V: *tanquam* D — 24. *deferebantur* V: *referebantur* D — *etiam* om. t — 25. *prouintiae* a — *ipsarumque* V: *earumque* D O; *earumque ipsarum* Muretus. — 26. *rerum* om. g — *gente populo romani* V — *fingebantur* V — 27. *unam in domo* V, unde probabiliter Garatoni *unam in domum* — 28. *genus pene* V: *genus* D O; *genus pecuniae* (vel *penu*) Ursinus; *legis poena* coni. Orelli; *genus in unum redig.* Ernesti; *ut si hoc genus populi in usum redigatur* P. Ric. Muellerus (in Philol. IX, p. 187), speciose, nisi v. *genus* obstaret, quod probabilem sententiam nullam habet; fort. *ingens fenus* — *rei publicae* mei: *populo Ro.* O.

V. Legem etiam iudiciariam tulit, homo castus atque integer, iudiciorum et iuris auctor. In quo nos fefellit. Antesignanos et manipulares et Alaudas iudices se constituisse dicebat. At ille legit aleatores, legit exsules, legit Graecos. O consessum iudicum praeclarum! o dignitatem consilii admirandam! 13. Avet animus apud consilium illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portentum insulae, hominem audacissimum et perditissimum. Sed fac non esse: num Latine scit? num est ex iudicum genere et forma? num, quod maximum est, leges nostras moresve novit? num denique homines? est enim Creta vobis notior quam Roma Cydae; dilectus autem et notatio iudicum etiam in nostris civibus haberi solet. Cortynium vero iudicem quis novit aut quis nosse potuit? Nam Lysiaden Atheniensem plerique novimus; est enim Phaedri, philosophi nobilis, filius, homo praeterea festivus, ut ei cum Curio, consessore eodemque collusore, facillime possit convenire. 14. Quaero igitur, si Lysiades citatus iudex non responderit excuseturque Areopagites esse nec debere eodem tempore Romae et Athenis res iudicare: accipietne excusationem is, qui quaestioni praeerit, Graeculi iudicis, modo palliati, modo togati? an Atheniensium antiquissimas leges negliget? Qui porro ille consessus, di boni! Cretensis iudex, isque nequissimus. Quem ad modum ad hunc reus alleget? quo modo accedat? dura natio est. At Athenienses misericordes. Puto ne Curium quidem esse crudelem, qui periculum fortunae quotidie facit. Sunt item lecti iudices, qui fortasse excusabuntur; habent enim legitimam excusationem, exsilii causa solum vertisse nec esse postea restitutos. 15. Hos ille demens iudices legisset, horum nomina ad aerarium detulisset, his magnam partem rei publicae credidisset, si ullam speciem rei publicae cogitavisset? VI. Atque ego de notis iudicibus dixi: quos minus nostis, nolui nominare: saltatores, citharistas, totum denique comissationis Antonianae chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse coniectum. En causam cur lex tam egregia tamque praeclara maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina et tonitrua ferretur, ut eos

---

1. *legem* V: *is legem* D — *iudicariam* V — 2. *fellit* V¹ — 3. *alaudes* t — 4. *consensum* a b t — *iudicium* V — 5. *auet* V (*u* in ras. m. 2): *pauet* D — *animas aput* V — *illud consilium* b¹ g; *illos consilium* a b² t — 6. *audacem.* b — 7. *fac* Faërnus: *faci* V; *fac ita* D O — 8. *iudicium* g t — *et forma genere* t; *genere et fortuna* aliquot libri Ferrarii. — *quod max. est* V: om. D — *uestras* t — 9. *hominis* V¹ — *est etenim* D — *creta iouis* t; *uobis creta* a b g — 10. *cydae quam roma* t — *dilectus* V D: *delectus* i O — 11. *habere* t — *Cortynium* V D: *Gortynium* O — 12. *poterit* t — *Lysiaden* V: *lisiadẽ* b; *siadem* t; *lisiade* a; *silisiadem* g — *plerisque* t — *fedri filosofi* V — 13. *homo* V: *onemo* t; *quo nemo* a b g — *Curio* V: *m. curio* D; *M'. Curio* O cum Lamb. Sine praenomine homo etiam or. VIII, § 27 nominatur. — 14. *consessere* V — *eodemque conlusore* V: *et collusore eodem* t; *eodem et coll.* a b g O — *facillume* V — *quaepro* V — 15. *sy lyriades* V; *si liade* b — *ariopagites* a g t; *retopagites* b — 16. *re* V — 17. *expositionem his* V — 18. *palleati* t — *thaheniensium* V — *leges ant.* b — *necleget* V; *negligit* b — 19. *di boni* a t: *dioni* V; *dii boni* O — *necquissimus* V — 20. *quem ad modum* V: *quae* t; *quem* a b g O — *hoc* g — *adleget* a g — 21. *At* om. V a — *curiam* D — 22. *per. fort. cottidiae* V; *cotidie per. fort.* D — *facit* mei (sed V *facti*): *faciat* O — 24. *exili* V; *ex illa* g t — 25. *at* V — *is* a t — 26. *parte* V — *populi R.* g — *cedidisset* V — 27. *nolui*] *noui* V — 28. *comisatponis* V; *commessationis* D — 29. *conactum* b; *collectum* a g t — *en causam* Lambinus: *em* (ex *hem*? ut est in b¹) *causam* V; *haec (hec) causa* D — 31. *flumina* b t — *tonetrua feretur* V.

iudices haberemus, quos hospites habere nemo velit. Scelerum magnitudo, conscientia maleficiorum, direptio eius pecuniae, cuius ratio in aede Opis confecta est, hanc tertiam decuriam excogitavit: nec ante turpes iudices quaesiti quam honestis iudicibus nocentium salus desperata est. 16. Sed illud os, illam impuritatem caeni fuisse, ut hos iudices legere auderet! quorum lectione duplex imprimeretur rei publicae dedecus: unum, quod tam turpes iudices essent; alterum, quod patefactum cognitumque esset, quam multos in civitate turpes haberemus. Hanc ergo et reliquas eius modi leges, etiam si sine vi salvis auspiciis essent rogatae, censerem tamen abrogandas: nunc vero cur abrogandas censeam, quas iudico non rogatas?

17. An illa non gravissimis ignominiis monumentisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda, quod unus M. Antonius in hac urbe post conditam urbem palam secum habuerit armatos: quod neque reges nostri fecerunt neque ii, qui regibus exactis regnum occupare voluerunt. Cinnam memini, vidi Sullam, modo Caesarem: hi enim tres post civitatem a L. Bruto liberatam plus potuerunt quam universa res publica. Non possum affirmare nullis telis eos stipatos fuisse: hoc dico nec multis et occultis. 18. At hanc pestem agmen armatorum sequebatur: Cassius, Mustela, Tiro, gladios ostentantes, sui similes greges ducebant per forum; certum agminis locum tenebant barbari sagittarii. Cum autem erat ventum ad aedem Concordiae, gradus complebantur, lecticae collocabantur, non quo ille scuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. VII. Illud vero taeterrimum non modo adspectu, sed etiam auditu, in cella Concordiae collocari armatos, latrones, sicarios; de templo carcerem fieri; opertis valvis Concordiae, cum inter subsellia senatus versarentur latrones, patres conscriptos sententias dicere. 19. Huc nisi venirem Kalendis Septembribus, etiam fabros se missurum et domum meam disturbaturum esse dixit. Magna res, credo, agebatur: de supplicatione referebat. Veni postridie: ipse non venit. Locutus sum de re publica, minus equidem libere quam

---

1. *quos socios ad epulas hospites* D — *seclerum* V — 3. *ducuriam* V — 5. *illam turpitudinem* b — *coeni* O — *fuisse* V: *fecissent* D — 6. *inprimeret* D — 8. *cognitumque* V: om. D — *turpis* V — 9. *ego* b, ut edidit Faërnus; at v. Handii Turs. II, 444. — *huius modi* D — *vi* om. V — *auspicis* V — 10. *curabis rogandas* V; *cur rogandas* t — 11. *censeam -- rogatas* om. a — 12. *monimentisque* D — 13. *ad* om. V — *marcus* V — 14. *post cond. urbem* V: om. D, in quibus post *armatos* est: *si post conditam urbem — secum palam* a — *habuerit* V: *habuit* D; cf. Madvig. ad Cic. de finn. p. 51. — 15. *nostri* V: om. D O — 16. *ii* t: *i* V; *hii* b; *hi* a g — *hi enim*] *inim* V, sed prior *i* in ras., fort. ex *ii enim* — 18. *publice* V — *adfirmare* V a — *ullis* g — 19. *nec ita multis* b, ut ed. Muretus. — *ocultis* V — *at* om. D; *ad* V — 20. *Cassius* V (fort. *Barba Cassius*, v. or. XIII, § 3): *classicius* g t et b in marg.; *cassinus* b[1]; *classicus* a; *Classitius* O; *Crassicius* Bardili ex or. XIII, § 3. — *tyro* b g t — *sui miles* V — 21. *sagittari* V — 22. *conplebantur lecticae conlocabantur* V — 23. *non quod* Lamb. — *uellet esse* a — 24. *familiares sui si* b — *aeterrimum* V — 25. *non modo aspectu, sed etiam auditu* P. Ric. Muellerus coll. II, § 63 (v. Philol. IX, p. 187): *non modo auditus sed etiam aspectu* V; *auditu, non modo aspectu* D O — *conlocari* V — 26. *de* V: *e* D — *apertis* Muretus. — 27. *sena**** V; fuerat fort. *senati* — *seruaretur* t — *p. c.* addidit in V m. 2. — 28. *hic* V — *Kal. Sept. etiam* nos: *etiam Kal. sept.* V; D O *etiam* post *Huc* habent. — *septembris* b — 30. *referebat* V b t: *referebatur* a g — *posttridie* V a g.

mea consuetudo, liberius tamen quam periculi minae postulabant. At ille homo vehemens et violentus, qui hanc consuetudinem libere dicendi excluderet — fecerat enim hoc idem maxima cum laude L. Piso triginta diebus ante —, inimicitias mihi denuntiavit; adesse in senatum iussit a. d. XIII Kalendas Octobres. Ipse interea septemdecim dies de me in Tiburtino Scipionis declamitavit, sitim quaerens: haec enim ei causa esse declamandi solet. 20. Cum is dies, quo me adesse iusserat, venisset, tum vero agmine quadrato in aedem Concordiae venit atque in me absentem orationem ex ore impurissimo evomuit. Quo die, si per amicos mihi cupienti in senatum venire licuisset, caedis initium fecisset a me; sic enim statuerat. Cum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem caedendi nisi defatigatio et satietas attulisset. Etenim aderat Lucius frater, gladiator Asiaticus, qui myrmillo Mylasis depugnarat; sanguinem nostrum sitiebat, suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. Hic pecunias vestras aestimabat; possessiones notabat et urbanas et rusticas; huius mendicitas aviditate coniuncta in fortunas nostras imminebat; dividebat agros quibus et quos volebat; nullus aditus erat privato, nulla aequitatis deprecatio: tantum quisque habebat possessor, quantum reliquerat divisor Antonius. 21. Quae quamquam, si leges irritas feceritis, rata esse non possunt, tamen separatim suo nomine notanda censeo, iudicandumque nullos septemviros fuisse, nihil placere ratum esse, quod ab iis actum diceretur.

VIII. M. vero Antonium quis est qui civem possit iudicare potius quam taeterrimum et crudelissimum hostem, qui pro aede Castoris sedens audiente populo Romano dixerit, nisi victorem victurum neminem? Num putatis, patres conscripti, dixisse eum minacius quam facturum fuisse? Quid vero, quod in contione dicere ausus est, se, cum magistratu abisset, ad urbem futurum cum exercitu, introiturum quotienscumque vellet, quid erat aliud nisi denuntiare populo Romano servitutem? 22. Quod autem eius iter Brundisium! quae festinatio! quae spes, nisi ad urbem vel in urbem potius exercitum maximum adduceret? Qui

---

1. *liberi tamen quod* V; *libe tamen quam* t — *periculi* V: *pericula* D — *mimae* a; *mine* b — *expostulabant* b g t — 2. *dicendi* om. a — 3. *faceret* V — *hoc* (sup. lin. m. 2 *em) maxi*adie 'cum laudes* V; *hoc idem cum maxima laude* t — 4. *ante* V: *ante me* D — *senatum* V g: *senatu* a b t — *iubet* V teste Garatonio. — 5. *a. d.*] *ad* D; om. V — *intereas* V — *septemdecim* V: *decem et septem* a g; *septem decem* b; *XVII* t O — *dies* b: *diebus* V (at cf. Phil. II, c. 17 in.); *dies ut digestio potius quam declamatio uideretur* a g t — *in tiburtino scipioni* D; *in titispicionis* V — 6. *causa ei* g — 7. *decl. esse* b — *adesse* D: *ad* V — 8. *quadrat in eadem* V — 9. *apsentem* V — *oratione* t — *ex* V: om. D — *inpur.* g t — *dies ipse amicos* V — 10. *fecisse tamen sic* V — 12. *nisi* om. a — *sapientas* V — 13. *myrmillo* V g t: *murmillo* a; *mirmillo* b O — *milasis* V b t; at v. ad or. VI, § 13. — 14. *suum -- notabat* om. t — *in* om. a b g — 15. *uestras* (*urás* V) V a b g: *nostras* i O — 16. *auiditati* ed. Iunt.; at v. p. Cluent. § 12. Phil. III, § 35 cet. — *coniunctas* V — 18. *erat priuato aditus* t — *era* V — *equitas* b — *tantum quisquerat* (*quisque erat* a g) *diuisor* med. om. D — 20. *rata*] *arte* V — *possum* V — 22. *quod* V: *quod elegissent aut quod* D — *ab his* V D — 23. *M. vero*] *quaero* t — *possim* V¹ — 24. *pro caede* t — 26. *num* D: *non* V — *futurum fuisse* a t — 27. *vero* om. b — *in contentione* a — *magistratus* V D, sed in V *s* punctata. — 28. *futurum* V b: *uenturum* a g t — *quotienscumque* mei: *quotiescunque* O — 29. *quod erat aliut* V — 30. *iter eius* t — 31. *nisi ad* V t: *nisi ut ad* a b g O. Iam eximendus est locus ex iis, de quibus egit Nipperdeius in *quaestt. Caesar.* p. 185. — *vel in urbem* om. a g — *in urbe* b — *adduceret!* O.

autem dilectus centurionum! quae effrenatio impotentis animi! Cum eius promissis legiones fortissimae reclamassent, domum ad se venire iussit centuriones, quos bene sentire de re publica cognoverat, eosque ante pedes suos uxorisque suae, quam secum gravis imperator ad exercitum duxerat, iugulari coëgit. Quo animo hunc futurum fuisse censetis in nos, quos oderat, cum in eos, quos numquam viderat, tam crudelis fuisset? et quam avidum in pecuniis locupletium, qui pauperum sanguinem concupisset? quorum ipsorum bona, quantacumque erant, statim suis comitibus compotoribusque descripsit. 23. Atque ille furens infesta iam patriae signa a Brundisio inferebat, cum C. Caesar deorum immortalium beneficio, divina animi, ingenii, consilii magnitudine, quamquam sua sponte eximiaque virtute, tamen approbatione auctoritatis meae colonias patrias adiit, veteranos milites convocavit, paucis diebus exercitum fecit, incitatos latronum impetus retardavit. Postea vero quam legio Martia ducem praestantissimum vidit, nihil egit aliud nisi ut aliquando liberi essemus: quam est imitata quarta legio. IX. Quo ille nuntio audito cum senatum vocasset adhibuissetque consularem, qui sua sententia C. Caesarem hostem iudicaret, repente concidit. 24. Post autem, neque sacrificiis sollemnibus factis neque votis nuncupatis, non profectus est, sed profugit paludatus. At quo? In provinciam firmissimorum [et fortissimorum] civium, qui illum, ne si ita quidem venisset, ut nullum bellum inferret, ferre potuissent, impotentem, iracundum, contumeliosum, superbum, semper poscentem, semper rapientem, semper ebrium. At ille, cuius ne pacatam quidem nequitiam quisquam ferre posset, bellum intulit provinciae Galliae; circumsedet Mutinam, firmissimam et splendidissimam populi Romani coloniam; oppugnat D. Brutum imperatorem, consulem designatum, civem non sibi, sed nobis et rei publicae natum. 25. Ergo Hannibal hostis, civis Antonius? Quid ille fecit hostiliter, quod hic non aut fecerit aut faciat aut moliatur et cogitet? Totum iter Antoniorum quid habuit nisi depopulationes, vastationes, caedes, rapinas? quas non faciebat Hannibal, quia multa ad usum suum reservabat: at hi, qui in horam viverent, non modo de fortunis et de bonis civium, sed ne de utilitate quidem sua cogitaverunt.

---

1. *dilectus* V a b t: *del.* O — *inpot.* V g t — *eius* om. t — 2. *clamassent* V; *reclassent* t — 3. *sentire de re publica* V: *de re p. sentire* D O — 4. *tuos* V^1 — *grauissimam ad* t (ex *grauis imp. ad*) — 5. *quo* V^2: *quam* V^1, fort. ex *quonam* — *hinc* a — *in* om. V — 7. *et -- concupisset* om. a — *locuplentium* V, *locupletum* b g t — 8. *quantulacumque* Muretus. — 9. *compotoribus comitibusq;* t — *compotatoribusque* b^1; *compotoribus* a — 10. *a* om. D — *C.* om. D — 11. *diuina* b, ut coni. Madvigius in litteris ad nos datis: *diuini* V a g t O — *ingeni consili* V — *quam sua* D — 12. *tam* b; *tum* g — *adprob.* V — 13. *patrias* V: *patris* D — *adit* V^1 — 14. *confecit* Lamb., ut est Phil. IV, § 3. V, §§ 43. 44 cet., at v. infra § 44: *Caesar ipse princeps exercitus faciendi et praesidii comparandi fuit.* — *latronum* V: *latronis* D O (sed t *laconis*) — 16. *legio quarta* a — 17. *sua* om. a — 18. *C.*] *cui* b — 19. *neque* V corr. ex *ne* — *sacrificis sollempnibus* V — 20. *sed*] *et* a; Orelli: «fort. *sed* delendum»; at v. in Verr. V, § 63 cum adnot. mea in ed. Lips. — *at quo*] *Atq.* V — 21. *et fortissimorum* om. V^1, quod videtur glossema vocis *firmissimorum* fort. ex or. III, § 38. — *nec si* V — 22. *bellum ferret ferre p.* t; *bellum inferre p.* V — *inpot.* V — 24. *quidem* om. t — 25. *circumsede* V^1; *circumsedit* V^2 D — 26. *obpugnat* t — *D.* om. a — 27. *uobis* a — *rei publice* V; *p. r.* D — 29. *hostibiliter* t — *hic aut non* a — *aut* ante *mol.* om. V — 30. *Antoniorum* V^1: *Antonii* D V^2 — 31. *quas* V: *quae* D O — *quia* D: *qui* V corr. m. 2 in *quam* — *ad usum suum* V: *aduersum* t; *ad usum* a b g O — 32. *at hi* Naugerius: *haec* V; *et hii* b; *haec ii* t; *haec hi* a g O — *uiuent* V — 33. *et bonis* D.

Ad hunc di boni! legatos mitti placet? Norunt isti homines formam rei publicae, iura belli, exempla maiorum? cogitant quid populi Romani maiestas, quid senatus severitas postulet? Legatos decernis? Si, ut deprecere, contemnet: si, ut imperes, non audiet: denique quamvis severa legatis mandata dederimus, nomen ipsum legatorum hunc, quem videmus, populi Romani restinguet ardorem, municipiorum atque Italiae franget animos. Ut omittam haec, quae magna sunt, certe ista legatio moram et tarditatem afferet bello. 26. Quamvis dicant, quod quosdam audio dicturos: «legati proficiscantur: bellum nihilo minus paretur», tamen legatorum nomen ipsum et animos hominum et belli celeritatem morabitur. X. Minimis momentis, patres conscripti, maximae inclinationes temporum fiunt, cum in omni casu rei publicae, tum in bello et maxime civili, quod opinione plerumque et fama gubernatur. Nemo quaeret, quibus cum mandatis legatos miserimus: nomen ipsum legationis ultro missae timoris esse signum videbitur. Recedat a Mutina, desinat oppugnare Brutum, decedat ex Gallia: non est verbis rogandus, cogendus est armis. 27. Non enim ad Hannibalem mittimus ut a Sagunto recedat, ad quem miserat olim senatus P. Valerium Flaccum et Q. Baebium Tampilum, qui, si Hannibal non pareret, Karthaginem ire iussi erant: — nostros quo iubemus ire, si non paruerit Antonius? — ad nostrum civem mittimus, ne imperatorem, ne coloniam populi Romani oppugnet. Itane vero? hoc per legatos rogandum est? Quid interest, per deos immortales! utrum hanc urbem oppugnet an huius urbis propugnaculum, coloniam populi Romani praesidii causa collocatam? Belli Punici secundi, quod contra maiores nostros Hannibal gessit, causa fuit Sagunti oppugnatio. Recte ad eum legati missi: mittebantur ad Poenum, mittebantur pro Hannibalis hostibus, nostris sociis. Quid simile tandem? nos ad civem mittimus, ne imperatorem populi Romani, ne exercitum, ne coloniam circumsedeat, ne oppugnet, ne agros depopuletur, ne sit hostis?

XI. 28. Age, si paruerit, hoc cive uti aut volumus aut possumus? Ante diem XIII Kalendas Ianuarias decretis vestris eum concidistis: constituistis ut haec ad vos Kalendis Ianuariis referrentur, quae referri

---

1. *di* V b t: *dii* O — *formam*] *famam* b, ut est in codd. Tac. Agric. c. 46 *famamque* pro *formamque* et in cod. Periz. Dial. de Orat. 40 *formam* pro *famam* cet. — 3. *decernis si ut depreceres* (*ris* corr. m. 2) V; *decernitis* (*cernitis* t) *si ut deprecentur* D — 4. *contempnet* V b — *imperetis* a b g; *impetretis* t et g sup. lin. — *seuera allegatis* t — 5. *mandata* om. a — *nonme* V^1 — *uidimus* D — 6. *restringet* t — 7. *legio* a — 8. *caritatem* V^1 — *adferet* V; *afferret* a b — *quod* V in ras. habet. — 10. *animos hominum* V: *animos molliet* D; *animos hominum molliet* O — 11. *morabimur* V — *mouentis* t — *maxime* g t — 14. *quaerit* V — *legatus* V — 15. *missa* V^1 — 16. *oppunare* V — *uerbis* V corr. ex *uerus* — 17. *est* D: *et* V^1; *est et* V corr. m. 2. — 18. *flacum* V; *anfalcum* D — 19. *Q.*] *qui* V^1; om. b — *bebium pamphilum* V D, quam scripturam correxit Faërnus; v. Sigonium ad Liv. XXI, 6. — *quasi* a — *Karthaginem* habet V — 20. *iussi erant* scripsi: *iusserunt* V; *iussi sunt* V corr. m. 2 D O — *nostros legatos* D — *quod* V, sed *d* punctata; *quos* t — *iubebimus* a g — *ad* - - *mittimus* om. D — 21. *ne imperatorem coloniamque* D — 22. *obpugnet* a; *oppugnet?* edd. — *hoc* om. t; *hec* b — *rogandum* V: *rogandus* D — 24. *coloniamque* D — *causae* V, sed *e* punctata. — *conlocotam* V — *punicis* V — 26. *mittebantur ad hannibalem. hostibus pro n. s.* b — 27. *hannibal* t; *hannibale* a g — *hoste* g — *nostris et sociis* a — *tandem nos? Ad* a b — 28. *mittimus* V b: *mittemus* a g t — *ne imp. r. ne* t — 29. *circumsideat* g corr., ut Lamb. edidit. — 31. *XIIII.* g t — *concedistis* t — 32. *referentur quae referre* t.

videtis, de honoribus et praemiis bene de re publica meritorum et merentium: quorum principem iudicastis eum, qui fuit, C. Caesarem, qui M. Antonii impetus nefarios ab urbe in Galliam avertit: tum milites veteranos, qui primi Caesarem secuti sunt, atque illas caelestes divinasque legiones Martiam et quartam comprobastis, quibus, cum consulem suum non modo reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores et praemia spopondistis: eodemque die D. Bruti, praestantissimi civis, edicto allato atque proposito, factum eius collaudastis, quodque ille bellum privato consilio susceperat, id vos auctoritate publica comprobastis. 29. Quid igitur illo die aliud egistis nisi ut hostem iudicaretis Antonium? His vestris decretis aut ille vos aequo animo adspicere poterit aut vos illum sine dolore summo videbitis? Exclusit illum a re publica, distraxit, segregavit non solum scelus ipsius, sed etiam, ut mihi videtur, fortuna quaedam rei publicae. Qui si legatis paruerit Romamque redierit, num umquam perditis civibus vexillum quo concurrant defuturum putatis? Sed hoc minus vereor: sunt alia, quae magis timeam et cogitem. Numquam parebit ille legatis: novi hominis insaniam, arrogantiam; novi perdita consilia amicorum, quibus ille est deditus. 30. Lucius quidem frater eius, utpote qui peregre depugnarit, familiam ducit. Sit per se ipse sanus, quod numquam erit: per hos esse ei tamen non licebit. Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescent. Unde est adhuc bellum tractum nisi ex retardatione et mora? Ut primum post discessum latronis vel potius desperatam fugam libere senatus haberi potuit, semper flagitavi ut convocaremur. Quo die primum convocati sumus, cum designati consules non adessent, ieci sententia mea maximo vestro consensu fundamenta rei publicae, serius omnino quam decuit — nec enim ante potui —, sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset, bellum profecto nullum haberemus. 31. Omne malum nascens facile opprimitur: inveteratum fit plerumque robustius. Sed tum exspectabantur Kalendae Ianuariae, fortasse non recte. XII. Verum praeterita omittamus. Etiamne hanc moram [afferemus], dum pro-

---

1. *praemis* V^1 — 2. *iudicauistis* D — 3. *marcus* V^1 — *antoni* V; *ab urbe M. Antonii impetus in Galliam avertit* affert Arusianus p. 209 et Prisc. XVIII, 19, § 154, in quo tamen legitur *avertere* — *galiam* V — *uertit* D — *tum deinde* V; *deinde* D O — 4. *primum* V — *tum atque* V; *tum* DO. In duplici scriptura incertum est quid Cic. scripserit; nos tamen *tum - - atque* praeferendum existimavimus eam potissimum ob causam, quod *deinde - - tum* est lectio vulgata codd. deteriorum, quae ad propriam quae fuerat in archetypo videtur adiecta esse. — *illeas* V — *caelestis* V b — 5. *comprobastis* Faërnus: *comprobatis* V; om. D O — 6. *sum* V — *perseuerentur* V — 7. *spopondítis* V — *D.* om. D — 8. *adlato adque* V — *conlaudatis* V; *collaudauistis* D — 9. *conprouatis* V; *comprobauistis* D — 10. *aliut* V corr. ex *aut* — *nisi* V corr. ex *sinsi* — *ut* V: *ut re* a g t; *ut te* b, sed *te* punct.— 11. *animo aequo* D — 12. *a rep* (*p* add. m. 2) V — 13. *illius* a — *ipsius ut etiam mihi* t — 15. *num umquam* P. Ric. Muellerus (Philol. IX, 187), ut iam Garatoni proposuerat: *numquam* V; *num quando* D O — 16. *sed ho** V^1 — *alia ob quae* D — *magis* om. t — *timeam et cogitem* V: om. D — 17. *homines* V — *insanam* Faërnus — *adrogantiam* V — 19. *L. quidem* V D — 20. *sit spera se* V^1; *si per se* V^2 D — 21. *Feretur* a t; *differetur* b — *refrigescent* t — 22. *tractum* V: om. D — *ex rei tardatione* b t — 23. *libere* V in ras. m. 2 habet; fort. fuerat *tuto* — 25. *adessent legis ieci* t — 26. *maxime* t — *consensu adfuissem cum fundamenta* V, in quo manifestum est glossema; saltem nescimus quid lateat. — *omnino serius* t — 27. *potuisset* (*posuissem* b) *tamen* D — 29. *nascens* V corr. ex *nas* — 30. *sed dum* V b — 31. *adferemus* in V m. 2 in marg. supplevit. Cum tot ellipsibus in his ora-

ficiscantur legati? dum revertantur? quorum exspectatio dubitationem belli affert: bello autem dubio quod potest studium esse dilectus?

Quam ob rem, patres conscripti, legatorum mentionem nullam censeo faciendam; rem administrandam arbitror sine ulla mora et confestim gerendam censeo; tumultum decerni, iustitium edici, saga sumi dico oportere, dilectum haberi sublatis vacationibus in urbe et in Italia praeter Galliam tota. 32. Quae si erunt facta, opinio ipsa et fama nostrae severitatis obruet scelerati gladiatoris amentiam. Sentiet sibi bellum cum re publica esse susceptum, experietur consentientis senatus nervos atque vires: nam nunc quidem partium contentionem esse dictitat. Quarum partium? Alteri victi sunt, alteri sunt e mediis C. Caesaris partibus: nisi forte Caesaris partes a Pansa et Hirtio consulibus et a filio C. Caesaris oppugnari putamus. Hoc vero bellum non est ex dissensione partium, sed ex nefaria spe perditissimorum civium excitatum: quibus bona fortunaeque nostrae notatae sunt et iam ad cuiusque opinionem distributae. 33. Legi epistolam Antonii, quam ad quendam septemvirum, capitalem hominem, collegam suum, miserat. «Quid concupiscas tu videris: quod concupiveris certe habebis.» En ad quem legatos mittamus, cui bellum moremur inferre: qui ne sorti quidem fortunas nostras destinavit, sed libidini cuiusque nos ita addixit, ut ne sibi quidem quidquam integrum, quod non alicui promissum iam sit, reliquerit. Cum hoc, patres conscripti, bello, bello, inquam, decertandum est, idque confestim: legatorum tarditas repudianda est. 34. Quapropter ne multa nobis quotidie decernenda sint, consulibus totam rem publicam commendandam censeo iisque permittendum, ut rem publicam defendant provideantque ne quid res publica detrimenti accipiat, censeoque ut iis, qui in exercitu M. Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Kalendas Februarias ab eo discesserint. Haec si censueritis, patres conscripti, brevi tempore libertatem populi Romani auctoritatemque vestram recuperabitis: si autem lenius agetis, tamen eadem, sed fortasse serius decernetis. De re publica, quoad rettulistis, satis decrevisse videor.

---

tionibus Cic. usus est, hic quoque *afferemus* ex interpolatione adiectum esse statuendum erit. — 2. *adfert* V: *affert* D; *afferet* i O — *dilectus* V a b t: *delectus* g O — 3. *p. conscr.* om. t; *.lc.* (sic) V — *mentionem*] *menti* t; *menti ñ* a; *mentem* g; *mentio quis non uidet quam alieno tempore nunc a uobis facta est* b. Post hoc vocabulum est in D magna lacuna usque ad *umquam* (in b usque ad *Unum*) p. 1318, 6, per quod spatium etiam ex i lectiones diversas omnes afferemus.— 4. *arbitror* om. Lamb.— 5. *gerendam censeo* V i: *censeo* om. O ex Lamb. coni. — 6. *dilectum* V: *del.* i O — 7. *tota* Muretus: *totam* V i; *togatam* coni. Lambinus; cf. or. VIII, § 6. — *oppinio* V — *nostrae* V: *vestrae* i O — 8. *sentienti libellum* V[1] — *cum ro po* i — 9. *senatus* i: *in* V — 10. *nunc* i: *num* V — 11. *uicii* V — *e medis c. caesari* V — 12. *coss.* i; *cos.* V — 13. *est* om. V i — 14. *perdidissimorum ciuium exercitatum* V — 15. *notate* V; *notae* i — *optionem* Manutius; at v. p. 170, 14. — 16. *antoni* V i — *VII virum* V — 18. *concupisceris* V — *en* Lambinus: *em* V i, ut est supra V, § 15; *hem* ed. Iunt. Conf. Handii Tursell. III, p. 54. — 19. *destinuit* V i, sed i *uit* in ras. habet. — 20. *quicquam* V i — 22. *bello* semel habent V i — *decretandum* V — 23. *repudiandas est* V — 24. *cotidie decernendas sint* (*sint* in ras.) V — *committendam* i — 25. *censeo* V corr. ex *consens* — 26. *prouidentque* V — 27. *in exercitu M.* Klotz: *in exercitum* V; *in exercitu* i O — *antoni* V — *si* V bis habet. — 28. *censuerit* V — 29. *bestiaram recuperauitis* V[1] — 30. *si autem* V i: *sin autem* O; cf. or. III, § 14. — *candem* V — 31. *rei publicae* V — *quod* Faërnus; *qua de* Lambinus — *retulistis* V O i; cf. p. 1312, 26.

XIII. 35. Altera res est de honoribus: de quibus deinceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententiis rogandis servari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur, consule designato, more maiorum capiamus exordium: cuius ut superiora omittam, quae sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis iudiciis quam publice laudata, quibusnam verbis eius laudes huius ipsius temporis consequi possumus? Neque enim ullam mercedem tanta virtus praeter hanc laudis gloriaeque desiderat: qua etiam si careat, tamen sit se ipsa contenta: quamquam in memoria gratorum civium tamquam in luce posita laetetur. Laus igitur iudicii testimoniique nostri tribuenda Bruto est. 36. Quam ob rem his verbis, patres conscripti, senatus consultum faciendum censeo: Cum D. Brutus imperator, consul designatus, provinciam Galliam in senatus populique Romani potestate teneat, cumque exercitum tantum tam brevi tempore summo studio municipiorum coloniarumque provinciae Galliae, optime de re publica meritae merentisque, conscripserit compararit, id eum recte et ordine exque re publica fecisse, idque D. Bruti praestantissimum meritum in rem publicam senatui populoque Romano gratum esse et fore: itaque senatum populumque Romanum existimare, D. Bruti imperatoris, consulis designati, opera, consilio, virtute incredibilique studio et consensu provinciae Galliae rei publicae difficillimo tempore esse subventum. 37. Huic tanto merito Bruti, patres conscripti, tantoque in rem publicam beneficio quis est tantus honos qui non debeatur? Nam si M. Antonio patuisset Gallia, si oppressis municipiis et coloniis imparatis in illam ultimam Galliam penetrare potuisset, quantus rei publicae terror impenderet? Dubitaret, credo, homo amentissimus atque in omnibus consiliis praeceps et devius non solum cum exercitu suo, sed etiam cum omni immanitate barbariae bellum inferre nobis, ut eius furorem ne Alpium quidem muro cohibere possemus. Haec igitur habenda gratia est D. Bruto, qui illum, nondum interposita auctoritate vestra, suo consilio atque iudicio non ut consulem recepit, sed ut hostem arcuit Gallia seque obsideri quam hanc urbem maluit. Habeat ergo huius tanti facti tamque praeclari decreto nostro testimonium sempiternum: Galliaque, quae semper praesidet atque praesedit huic imperio libertatique communi, merito vereque laudetur, quod se suasque vires non tradidit, sed opposuit Antonio.

XIV. 38. Atque etiam M. Lepido pro eius egregiis in rem publicam meritis decernendos honores quam amplissimos censeo. Semper ille

---

3. *consul* V — 9. *quamquam* V i: *atque* O cum aliquot edd. vett. — *im* (*in* i) *memoriam* V i — 10. *laetentur* V i — *uestri* i — 12. *censeor* V — 13 et 19. *populusque romanus* V — 14. *quumque* h. l. primum V, infra saepius in hoc libro. — 18. *populique romani* V[1] — 20. *imperator consul design.* V — 21. *difficillumo* V — 22. *Bruti p. c.* i: *p. c. bruti* V — 23. *rem publica* V — *debeantur* V — 24. *antonino* V — *gladia si oppresis municipis* V — *colonis* V i — 25. *inparatis* V — 26. *hominem amentissim aque* (*adque* corr.) V — 27. *in* om. i — 29. *alpuium* V — *haec* i: *hac* V — 30. *D.* i: *q.* V — 31. *consul* V — 32. *arcuit* i: *arguit* V — *galliam* V i; corr. Ferrarius. — 33. *tanti facit tamquā* V — *nostro* V: *vestro* i O — 34. *galliamque* V i — 35. *iureque* aliquot codd. Ferrarii; at v. ep. ad Fam. X, 26, 2: *laudibus quibus te omnes in caelum iure vereque ferunt.* Hor. ep. I, 12, 23: *nil Grosphus nisi verum orabit et aequum* cet.

populum Romanum liberum voluit maximumque signum illo die dedit voluntatis et iudicii sui, cum Antonio diadema Caesari imponente se avertit gemituque et maestitia declaravit, quantum haberet odium servitutis, quam populum Romanum liberum cuperet, quam illa, quae tulerat, temporum magis necessitate quam iudicio tulisset. Quanta vero is moderatione usus sit in illo tempore civitatis, quod post mortem Caesaris consecutum est, quis nostrum oblivisci potest? Magna haec, sed ad maiora properat oratio. 39. Quid enim, o di immortales! admirabilius omnibus gentibus, quid optatius populo Romano accidere potuit quam, cum bellum civile maximum esset, cuius belli exitum omnes timeremus, sapientia † etiam id potius exstingui quam armis et ferro rem in discrimen adducere? Quod si eadem ratio Caesaris fuisset in illo taetro miseroque bello, ut omittam patrem, duos Cn. Pompei, summi et singularis viri, filios incolumes haberemus: quibus certe pietas fraudi esse non debuit. Utinam omnes M. Lepidus servare potuisset! Facturum fuisse declaravit in eo, quod potuit, cum Sex. Pompeium restituit civitati, maximum ornamentum rei publicae, clarissimum monumentum clementiae suae. Gravis illa fortuna populi Romani, grave fatum. Pompeio enim patre, quod imperio populi Romani lumen fuit, exstincto interfectus est patris simillimus filius. 40. Sed omnia mihi videntur deorum immortalium iudicio expiata, Sex. Pompeio rei publicae conservato. XV. Quam ob causam iustam atque magnam et quod periculosissimum civile bellum maximumque humanitate et sapientia sua M. Lepidus ad pacem concordiamque convertit, senatus consultum his verbis censeo perscribendum: Cum a M. Lepido imperatore, pontifice maximo, saepe numero res publica et bene et feliciter gesta sit, populusque Romanus intellexerit ei dominatum regium maxime displicere, cumque eius opera, virtute, consilio singularique clementia et mansuetudine bellum acerbissimum civile sit restinctum, 41. Sextusque Pompeius, Gnaei filius, Magnus, huius ordinis auctoritate ab armis discesserit et a M. Lepido imperatore, pontifice maximo, summa senatus populique Romani voluntate civitati restitutus sit: senatum populumque Romanum pro maximis plurimisque in rem publicam M. Lepidi meritis magnam spem in eius virtute, auctoritate, felicitate reponere otii, pacis, concordiae, libertatis,

---

1 et 4. *populus romanus* V — 2. *inponente* V — 3. *maiestita* V¹ — 4. *qui illa* Muretus. — *quae*] *q*. V — 7. *consecutus* V — 8. *di* V: *dii* i O — 9. *populi romani* V¹ — *adcidere* V — 10. *cum* i: *quim* V¹; *quod* V² — *ciuius* V — 11. *sapientia etiam* V i: *etiam* om. Lamb. probante Graevio, cui *etiam* ex ultimis litteris v. *sapientia* ortum videtur; *sapientia eius* Naugerius; *sapienti clementia* Ant. Augustinus; nos lectionem librorum intactam reliquimus, quoniam incerta est emendatio; nam possis etiam corrigere: *sapientia et clementia* (cf. v. 17 et 28) vel *s. et humanitate* (cf. v. 23) vel *s. et mansuetudine* (cf. v. 28.) — *extigi* V — 12. *addecere* V; *adduci* Lamb.; cf. Madv. ad Cic. de finn. p. 178. — *caesari si fuisset* V — 13. *Pompei* V: *Pompeii* i O — 14. *incolumis* V¹ — *fraudis* V — 15. *debet* i — 17. *maxumum* V², quae superlativi scriptura saepius in V manu secunda restituta est, id quod in singulis locis non notabimus. — 18. *factum* i — 19. *imperio* V i: *imperii* O — *extrincto* V — 21. *expiata* Faërnus: *expicta* V¹; *et pietate* V² i — 23. *humanitatis* V¹ — 24. *sen. cons.*] *S. c.* i; *se* V — 25. *quum* h. l. V¹ i — *imperator pontifex* V¹ — 26. *resp.* i; *r.* V — 28. *singularisque* V — ad *clementia* in V in marg. m. 2 adiectum: *consilio singulari* — 29. *sit*] *it* V — *sexque pompeius cn. f.* V i — 30. *auctoritatem* V — 31. *populusque romanus* V — 32. *populique romani* V¹ — 34. *reponere* i: *re* V.

eiusque in rem publicam meritorum senatum populumque Romanum memorem fore, eique statuam equestrem inauratam in rostris aut quo alio loco in foro vellet ex huius ordinis sententia statui placere. Qui honos, patres conscripti, mihi maximus videtur primum, quia iustus est: non enim solum datur propter spem temporum reliquorum, sed pro amplissimis meritis redditur; nec vero cuiquam possumus commemorare hunc honorem a senatu tributum iudicio senatus soluto et libero.

XVI. 42. Venio ad C. Caesarem, patres conscripti: qui nisi fuisset, quis nostrum esse potuisset? Advolabat ad urbem a Brundisio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos, cum exercitu Antonius. Quid huius audaciae et sceleri poterat opponi? Nondum ullos duces habebamus, non copias; nullum erat consilium publicum, nulla libertas; dandae cervices erant crudelitati nefariae; fugam quaerebamus omnes, quae ipsa exitum non habebat. 43. Quis tum nobis, quis populo Romano obtulit hunc divinum adolescentem deus, qui, cum omnia ad perniciem nostram pestifero illi civi paterent, subito praeter spem omnium exortus prius confecit exercitum, quem furori M. Antonii opponeret, quam quisquam hoc eum cogitare suspicaretur. Magni honores habiti Cn. Pompeio, cum esset adolescens, et quidem iure: subvenit enim rei publicae, sed aetate multo robustior et militum ducem quaerentium studio paratiore et in alio genere belli; non enim omnibus Sullae causa grata: declarat multitudo proscriptorum, tot municipiorum maximae calamitates. 44. Caesar autem annis multis minor veteranos cupientes iam requiescere armavit; eam complexus est causam, quae esset senatui, quae populo, quae cunctae Italiae, quae dis hominibusque gratissima. Et Pompeius ad L. Sullae maximum imperium victoremque exercitum accessit: Caesar se ad neminem adiunxit; ipse princeps exercitus faciendi et praesidii comparandi fuit. Ille adversariorum partibus agrum Picenum habuit inimicum: hic ex Antonii amicis, sed amicioribus libertatis contra Antonium confecit exercitum. Illius opibus Sulla regnavit: huius praesidio Antonii dominatus oppressus est. 45. Demus igitur imperium Caesari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest: sit pro praetore eo iure quo qui optimo. Qui honos quamquam est magnus illa aetate, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem valet. Itaque illa quaeramus, quae vix hodierno die consequemur. XVII. Sed saepe spero fore huius

---

1. *populique romani* V¹ — 3. *velit* coni. Ernesti. — 4. *quia* i: *qua* V — 10. *inpot.* V — *omnis* V i — 13. *creuices* V — 14. *q. uis populi romani optulit* V — 15. *adul.* V i — — 16. *parerent* coni. Ernesti. — 17. *marco antonii* V¹ — 20. *enim* edd.: *etiam* V i — *aetatem* V — 21. *paratiore* scripsi: *partior* V; *paratior* i O; cf. quod est in antitheto v. 23: *veteranos cupientes iam requiescere armavit.* — 22. *caeusa* V — 23. *maxime* i — *clamitates* V — 24. *cupientis* V i — *conplexus* V — *causamq. esset senatuiq. populo* V — 25. *dis* V: *diis* i O — *hominibusque* Faërnus et Muretus: *omnibusque* V i; cf. Phil. VIII, § 10. ep. ad Q. fr. II, 4, 1. — 26. *gratussuma* V — *syllae* V — 28. *conparandi* V — *advers.* Ferrarius: *in aduersariorum* V i — 30. *libertati* ed. Iunt.; at v. Phil. VI, § 18. p. Cael. § 32 extr. — 31. *praesidi* V — 32. *caesaris ne quo* V — *tenere* V¹ — 33. *sit pro praetore* Ferrarius: *et pro populo romano* V (et sic infra quoque p. 1310, 3, 7 et 11 *pro populo ro.* eius loco quod est *pro praet.*); *et pro po ro* i — 34. *illa aetate* Graevius: *illa aetati* V, quam veterem ablativi formam Muretus et Garatoni tuentur; *illi aetati* i — 35. *ad initatem uelet* V.

adolescentis honorandi et nobis et populo Romano potestatem: hoc autem tempore ita censeo decernundum: 46. Quod C. Caesar, Gai filius, pontifex, pro praetore, summo rei publicae tempore milites veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit eosque conscripserit, quodque legio Martia atque quarta summo studio optimoque in rem publicam consensu C. Caesare duce et auctore rem publicam, libertatem populi Romani defendant defenderint, et quod C. Caesar pro praetore Galliae provinciae cum exercitu subsidio profectus sit, equites, sagittarios, elephantos in suam populique Romani potestatem redegerit difficillimoque rei publicae tempore saluti dignitatique populi Romani subvenerit: ob eas causas senatui placere, C. Caesarem, Gai filium, pontificem, pro praetore, senatorem esse sententiamque loco praetorio dicere, eiusque rationem, quemcumque magistratum petet, ita haberi, ut haberi per leges liceret, si anno superiore quaestor fuisset. 47. Quid est enim, patres conscripti, cur eum non quam primum amplissimos honores capere cupiamus? Legibus enim annalibus cum grandiorem aetatem ad consulatum constituebant, adolescentiae temeritatem verebantur: C. Caesar ineunte aetate docuit ab excellenti eximiaque virtute progressum aetatis exspectari non oportere. Itaque maiores nostri, veteres illi admodum antiqui, leges annales non habebant: quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter aequales. Ita saepe magna indoles virtutis, prius quam rei publicae prodesse potuisset, exstincta est. 48. At vero apud antiquos Rulli, Decii, Corvini multique alii, recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flamininus admodum adolescentes consules facti tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint. Quid? Macedo Alexander, cum ab ineunte aetate res maximas gerere coepisset, nonne tertio et tricesimo anno mortem obiit? quae est aetas nostris legibus decem annis minor quam consularis. Ex quo iudicari potest virtutis esse quam aetatis cursum celeriorem. XVIII. Nam quod ii, qui Caesari invident, simulant se timere, ne verendum quidem est, ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus intemperantius suis opibus utatur. 49. Ea natura rerum est, patres conscripti, ut, qui sensum verae glo-

---

1. *adulescenti* V — *honorandi* scripsi: *hortandi honorandi* V¹, duabus lectionibus, ut persaepe codex habet, coniunctis; *hortandi honorandique* i et V corr. m. 2; *ornandi honorandique* O cum Ferrario. — 2. *decernundum* V: *decernendum* i O; cf. § 53. — *C. f.* V i — 3. *pro pr.* i — *re publica* V — *ueteranos* V: *et ueteranos* i; cf. §§ 3. 23. 53 cet. — 5. *atque quarta* nos: *q. quarta* V; *quartaque* i O — *publice* V — 6. fort. *libertatemque*, ut *q.* ante *p. R.* interciderit; cf. or. III, § 39. V, § 53. — 7. *deferint* V¹ — *pro pr.* i — 8. *sagittos elephantos in suma populoque romanus* V — 9. *difficillumoque* V — 10. *salute* V — 11. *senatus* V — *C. f.* V i — 12. *praetorio*] *pr.* i; *populi romani* V — 13. *quemc. mag.* Faërnus et Muretus: *quemquumquemac* V; *quemquumque* i — *petet* V¹: *appetet* V² i; *peteret* Schuetz. — *ut haberi per leges* Faërnus et Muretus: *perut haberi leges* (*lege* i) V i; *prout haberi lege* O — 14. *quaestor* V i: *praetor* Ursinus. — 16. *quum* V i — 17. *adul.* V i — 18. *eacellenti* V¹ — 19. *expectari* V i — *admodum antiqui* ex sententia Faërni delevit Lamb.; edd. post *illi* comma habent. — 21. *amuitio* V¹ — *eaqualis* V; *equalis* i — 22. *proesse* V¹ — *extincta* V i — 23. *est* Faërnus (vel potius *extinctast*): *sunt* V; *fuit* i O. Cf. Madvigii Opusc. II, p. 221. — *ad uero* V — *deci* V — *Corvi* Pighius. — 24. *flaminius* V i; corr. Faërnus et Mur. — 25. *adul.* V i — *populus romanus* V — 26. *auxerit* V — 27. *quum* V i; item p. 1311, 6. 9. 27. — 28. XXX. V; *trigesimo* i — 29. *uirtus* V¹ — 32. *ne* i: *non* V — 33. *uereae* V.

riae ceperit quique se ab senatu, ab equitibus Romanis populoque Romano universo senserit civem carum haberi salutaremque rei publicae, nihil cum hac gloria comparandum putet. Utinam C. Caesari, patri dico, contigisset adolescenti, ut esset senatui atque optimo cuique carissimus! quod cum consequi neglexisset, omnem vim ingenii, quae summa fuit in illo, in populari levitate consumpsit. Itaque cum respectum ad senatum et ad bonos non haberet, eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset. Eius autem filii longissime diversa ratio est: qui cum omnibus est, tum optimo cuique carissimus. In hoc spes libertatis posita est; ab hoc accepta iam salus; huic summi honores et exquiruntur et parati sunt. 50. Cuius igitur singularem prudentiam admiramur, eius stultitiam timemus? Quid enim stultius quam inutilem potentiam, invidiosas opes, cupiditatem dominandi praecipitem et lubricam anteferre verae, gravi, solidae gloriae? An hoc vidit puer: si aetate processerit, non videbit? At est quibusdam inimicus clarissimis atque optimis civibus. Nullus iste timor esse debet. Omnes Caesar inimicitias rei publicae condonavit: hanc sibi iudicem constituit, hanc moderatricem omnium *consiliorum* atque factorum. Ita enim ad rem publicam accessit, ut eam confirmaret, non ut everteret. Omnes habeo cognitos sensus adolescentis. Nihil est illi re publica carius, nihil vestra auctoritate gravius, nihil bonorum virorum iudicio optatius, nihil vera gloria dulcius. 51. Quam ob rem ab eo non modo nihil timere, sed maiora et meliora exspectare debetis, neque in eo, qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit, timere, ne memoria maneat domestici doloris, quae plus apud eum possit quam salus civitatis. Audebo etiam obligare fidem meam, patres conscripti, vobis populoque Romano reique publicae: quod profecto, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimesceremque in maxima re periculosam opinionem temeritatis: promitto, recipio, spondeo, patres conscripti, C. Caesarem talem semper fore civem, qualis hodie sit qualemque eum maxime velle esse et optare debemus.

XIX. 52. Quae cum ita sint, de Caesare satis hoc tempore dictum habebo. Nec vero de L. Egnatuleio, fortissimo et constantissimo civi amicissimoque rei publicae, silendum arbitror, sed tribuendum testimonium virtutis egregiae, quod is legionem quartam ad Caesarem addu-

---

1. *coeperit* V — *Romanis* delevit Naugerius. — *romanos* V — 2. *carum* Ferrarius: *clarum* V i — 3. *pari dico* V — 4. *adul.* V i — 8. *publici* V — *fere* V[1] — 9. *longisume* V — *est* om. i; *é* V; *cum omnibus carus est* coni. Muretus in marg. exempli sui, quod exstat in bibliotheca collegii Romani; at v. Madvig. Opusc. II, p. 280 not. et nos ad or. Arch. § 5 in ed. Lips. — 10. *positast a hoc* V — 11. *et exquir.* V: *et* om. i O — 12. *istultitiam* V — 14. *grauis solide* V — 16. *optimiis* V — 17. *omnis* V i — 18. *omnium atque factorum* V; *omnium factorum* i; *consiliorum* supplevit Faërnus, sed ante *omnium*; cf. Phil. X, §§ 20. 23. de prov. cons. § 20. — 19. *ita enim ut enim ad* V — 20. *omnis* V i — 21. *rei publi carius* V — 22. *optatus* V[1] — 23. *habeo* V — *nihil* V bis habet. — 26. *audebo* V, sed *debo* m. 2 in ras.; vera lectio *audeo* videtur. — 27. *uobis p. q. R. R. q. p.* V: *reique publ.* om. i — 28. *faceret* V — *pretimesceremquae* V — *maxima re* V: *re max.* i O — 29. *temperitatis* V; post *tem.* Ernestio quaedam videntur intercidisse, velut: *nisi eum plane perspectum haberem.* — 30. *foro* V — fort. *hodie est* — 31. *uelle esse* V i: *esse velle* O cum Faërno. — 33. *de legatu legio* V — *ciui* V: *ciue* i — 34. *amicisimoque r. p.* V.

xerit, quae praesidio consulibus, senatui populoque Romano reique publicae esset: ob eam causam placere, uti L. Egnatuleio triennium ante legitimum tempus magistratum petere, capere, gerere liceat. In quo, patres conscripti, non tantum commodum tribuitur L. Egnatuleio, quantus honos: in tali enim re satis est nominari.

53. De exercitu autem C. Caesaris ita censeo decernundum: senatui placere, militibus veteranis, qui Caesaris pontificis *auctoritatem secuti libertatem populi Romani* auctoritatemque huius ordinis defenderint atque defendant, iis liberisque eorum militiae vacationem esse, utique C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videretur, cognoscerent, qui ager iis coloniis esset, quo milites veterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, ut is militibus veteranis divideretur: de agro Campano separatim cognoscerent inirentque rationem de commodis militum veteranorum augendis, legionique Martiae et legioni quartae et iis militibus, qui de legione secunda, tricesima quinta ad C. Pansam A. Hirtium consules venissent suaque nomina edidissent, quod iis auctoritas senatus populique Romani libertas carissima sit et fuerit, vacationem militiae ipsis liberisque eorum esse placere extra tumultum Gallicum Italicumque, easque legiones bello confecto missas fieri placere; quantamque pecuniam militibus earum legionum in singulos C. Caesar, pontifex, pro praetore pollicitus sit, tantam dari placere: utique C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videretur, rationem agri haberent, qui sine iniuria privatorum dividi posset, iisque militibus, legioni Martiae et legioni quartae ita darent adsignarent, ut quibus militibus amplissime dati adsignati essent. Dixi ad ea omnia, consules, de quibus rettulistis: quae si erunt sine mora matureque decreta, facilius apparabitis ea, quae tempus et necessitas flagitat. Celeritate autem opus est: qua si essemus usi, bellum, ut saepe dixi, nullum haberemus.

---

1. *populique romani req. p.* V — 2. *triennio* Lambinus. — 3. *magistratum* nos: *magna* V; *magistratus* i O — 4. *quantum* i (*non tam comm. -- quam honos* Manutius) — 6. *C.* om. i — *caris* V — *decernundum* V: *decernendum* i O; cf. c. 17 in. — 7. *meilitibus* V — *pontificis, pro praetore* coni. Lamb. — *auctoritatem -- Romani*, quae in codd. omissa sunt, supplevit Garatoni ex or. III, c. 15; cf. praeterea or. III, §§ 7. 8. X, § 21. XI, § 20. — 8. *atque* delevit Ernesti. — 9. *miliciae* V — 10. *hirticus cos.* V — *alter ambove, si eis videretur* Ursinus (et sic infra v. 22; cf. etiam ad or. VIII, § 33): *aa. uesieu* V[1]; *aadesignati* V[2]; *alter ambove* i — 11. *agriis coloniis* V; *ager colonus* i — 14. *ueterannorum* V — *et legione* V[1] — 15. *.XXXV.* V i, quam notam Muretus sic solvit: *triginta quinque* scil. milites; at cf. ep. ad Fam. X, 30, 3. Videndum est tamen ne *legioni* (vel *et legioni*) ante *.XXXV.* interciderit, ut alias Cic. dicere solet. — 16. *consul* V — *edidissent* V: *dedissent* i O — *auctoritas* om. i — 17. *populusque romanus* V — 18. *tumilitum* V[1] — 20. *singulas* V[1] — 21. *pro pr.* i; *propulo romano* V — 22. *hirticus cos. a. a. ueseu rationem* V — *si eis vid.* om. i — *haberent -- posset* Schuetz: *habent -- possit* V; *habeant -- possit* i O — 23. *iisque* i: *isque* V D; *eumque* Muretus. — *legioni -- legioni* V: *legionis -- legionis* i O — 24. *darent adsignarent* V i: *daretur assignaretur* O — *militibus* om. Muretus. — 25. *amplissimi* Graevius; at v. Caes. b. Gall. I, 43, 4. — *assignati* O — 26. *rettulistis* V: *retul.* i O — *si erunt* om. i — *adpar.* V i — 27. *eaq. tempus* V — *flagitant* Lamb. — *M. TULLI CICERONIS PHYLYPPICARŪ LIB. V. EXPL. INCIP. LIB. VI. FELICITER* V.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER SEXTUS.

I. 1. Audita vobis esse arbitror, Quirites, quae sint acta in senatu, quae fuerit cuiusque sententia. Res enim ex Kalendis Ianuariis agitata paulo ante confecta est, minus quidem illa severe quam decuit, non tamen omnino dissolute. Mora est allata bello, non causa sublata. Quam ob rem, quod quaesivit ex me P. Apuleius, homo et multis officiis mihi et summa familiaritate coniunctus et vobis amicissimus, ita respondebo, ut ea, quibus non interfuistis, nosse possitis. Causa fortissimis optimisque consulibus Kalendis Ianuariis de re publica primum referendi fuit ex eo, quod XIII. Kalendas Ian. senatus me auctore decrevit. 2. Eo die primum, Quirites, fundamenta sunt iacta rei publicae: fuit enim longo intervallo ita liber senatus, ut vos aliquando liberi essetis. Quo quidem tempore, etiam si ille dies vitae finem mihi allaturus esset, satis magnum ceperam fructum, cum vos universi una mente atque voce iterum a me conservatam esse rem publicam conclamastis. Hoc vestro iudicio tanto tamque praeclaro excitatus ita Kalendis Ianuariis veni in senatum, ut meminissem quam personam impositam a vobis sustinerem. Itaque bellum nefarium illatum rei publicae cum viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putavi, hominemque audacissimum, qui multis nefariis rebus ante commissis hoc tempore imperatorem populi Romani oppugnaret, coloniam vestram fidissimam fortissimamque obsideret, bello censui persequendum: tumultum esse decrevi, iustitium edici, saga sumi dixi placere, quo omnes acrius graviusque incumberent ad ulciscendas rei publicae iniurias, si omnia gravissimi belli insignia suscepta a senatu viderent. 3. Itaque haec sententia, Quirites, sic per triduum valuit, ut, quamquam discessio facta non esset, tamen praeter paucos omnes mihi assensuri viderentur. Hodierno autem die nescio qua eis obiecta re remissior senatus fuit. Nam plures eam

---

2. *agittata* V — 4. *adlata* V — 5. *ex* om. i — *Appuleius* i O — *officis* V — 9. *quod a. d. XIII.* coni. Orelli. — 10. *sunt iacta* Garatoni: *sunt iacta sunt* V; *iacta sunt* i O — 12. *ille deis* V — *adlaturas* (sic) V — 13. *coeperam factum* (sup. *fa* litt. *u* superscr.) V — 14. *conclamassetis* coni. Ernesti. — 17. *inlatum* V i — 18. *insequendim* (*im* in ras. m. 2) *antonium* V — 19. *imperator* V — 21. *decrevi* V i: *decerni* O — 24. *Quir.* Faërnus: *quam* V; om. i — 25. *facta non esset*] coniunctivus Wesenbergio in emend. Tuscul. I, p. 11 per attractionem quandam positus videtur, secundaria sententia primariae accommodata. — 26. *paucos homines omnes* V, ut edidit Muretus; at manifesto duae lectiones variae coniunctae sunt. — *adsensuri* V — *uiderem* V¹ — 27. *dies non est* (*non est* punctatum) *pene. Scio quaeis obiectarem remissior* V; *eis* om. i O; *ei* Faërnus (*die, pacis nescio qua obiecta spe, remissior* Rau I, p. 27.)

sententiam secuti sunt, ut, quantum senatus auctoritas vesterque consensus apud Antonium valiturus esset, per legatos experiremur.

II. Intelligo, Quirites, a vobis hanc sententiam repudiari, neque iniuria. Ad quem enim legatos? ad eumne, qui pecunia publica dissipata atque effusa, per vim et contra auspicia impositis rei publicae legibus, fugata contione, obsesso senatu ad opprimendam rem publicam Brundisio legiones arcessierit, ab iis relictus cum latronum manu in Galliam irruperit, Brutum oppugnet, Mutinam circumsedeat? Quae vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, aequitatis, legationis esse communitas? 4. Quamquam, Quirites, non est illa legatio, sed denuntiatio belli, nisi paruerit: ita enim est decretum, ut si legati ad Hannibalem mitterentur. Mittuntur enim qui nuntient, ne oppugnet consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne provinciam depopuletur, ne dilectus habeat, sit in senatus populique Romani potestate. Facile vero huic denuntiationi parebit, ut in patrum conscriptorum atque in vestra potestate sit qui in sua numquam fuerit! Quid enim ille umquam arbitrio suo fecit? Semper eo tractus est, quo libido rapuit, quo levitas, quo furor, quo vinolentia: semper eum duo dissimilia genera tenuerunt, lenonum et latronum; ita domesticis stupris, forensibus parricidiis delectatur, ut mulieri citius avarissimae paruerit quam senatui populoque Romano. III. 5. Itaque quod paulo ante feci in senatu faciam apud vos. Testificor, denuntio, ante praedico nihil M. Antonium eorum, quae sunt legatis mandata, facturum: vastaturum agros, Mutinam obsessurum, dilectus qua possit habiturum. Is est enim ille, qui semper senatus iudicium et auctoritatem, semper voluntatem vestram potestatemque contempserit. An ille id faciat, quod paulo ante decretum est, ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliae, educeret, dum ne propius urbem Romam CC milia admoveret? Huic denuntiationi ille pareat? ille se fluvio Rubicone et CC milibus circumscriptum esse patiatur? 6. Non is est Antonius. Nam si esset, non commisisset ut ei senatus, tamquam Hannibali initio belli Punici, denuntiaret ne oppugnaret Saguntum. Quod vero ita avocatur a Mutina, ut ab urbe tamquam pestifera flamma arceatur, quam habet ignominiam! quod iudicium senatus! Quid? quod a senatu dantur mandata legatis, ut D. Brutum militesque eius adeant iisque demonstrent summa in rem publicam merita beneficiaque eorum grata esse senatui populoque Romano iisque eam rem magnae laudi

---

1. *ur͠aeque* (prior *e* in ras.) V, fort. ex *uestrumque* — 2. *aput* V — 5. *inpositis* V — *rei publicae* V i: *populo Romano* O — 7. *accerserit* V; *accersierit* i — *iis* V: *his* i — 8. *inruperit* V — *oppugnetne* V — 9. *condicionis* V — 10. *denuntiatione* V, fort. ex *denuntiatio paene* — 11. *bello* V¹ — 12. *nuncient* V i — 13. *obsedeat* V¹ i — 13 et 23. *dilectus* V: *del.* i O — 14. *denuntiatione* V¹ — 17. *tractus est* scripsi, interpunctione loci emendata: *tractus et* V (cf. ad p. 1304, 17); *tractus* i O — 18. *uinulentia* V i; *violentia* aliquot codd. Ferrarii. — *tenuerunt* V corr. ex *uerunt* — 22. *denun**tio* V; *denuntio ante, praedico* distinxit Menckenius in *Observv. L. L.* p. 775, ut est in Verr. Act. I, § 36. — 26. *citra mẽ* (sup. lin. *flu*) *qui* V (in marg. *rubiconem* additum); cf. or. VII, § 26 et v. infra ad p. 1315, 30. — 27. *propius*] *plus* V i; v. ad p. 1315, 30. — 28. *CC* om. V¹ — *mil.* V i — *fluuione* V — 29. *et* Faërnus: om. V O i, sed est in V ante *CC* rasura duarum triumve litterarum. — *mil.* V i — *est* V in ras. habet. — 30. *commississet* V — 21. *inicio* V — 32. *flamu* V — 34. *militesque* i: *que* V — 35. *suma* V; *sua* i — *in remp.* i; *in re publica* V.

magnoque honori fore, passurumne censetis Antonium introire Mutinam legatos, exire inde tuto? Numquam patietur, mihi credite: novi violentiam, novi impudentiam, novi audaciam. 7. Nec vero de illo sicut de homine aliquo debemus, sed ut de importunissima belua cogitare. Quae cum ita sint, non omnino dissolutum est quod decrevit senatus. Habet atrocitatis aliquid legatio: utinam nihil haberet morae! Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis. Succurrendum est D. Bruto, omnes undique copiae colligendae; horam eximere [nullam] in tali cive liberando sine scelere non possumus. 8. An ille non potuit, si Antonium consulem, si Galliam Antonii provinciam iudicasset, legiones Antonio et provinciam tradere, domum redire, triumphare, primus in hoc ordine, quoad magistratum iniret, sententiam dicere? quid negotii fuit? 9. Sed cum se Brutum esse meminisset vestraeque libertati natum, non otio suo, quid egit aliud nisi ut paene corpore suo Gallia prohiberet Antonium? Ad hunc utrum legatos an legiones ire oportebat? Sed praeterita omittamus: properent legati, quod video esse facturos: vos saga parate. Est enim ita decretum, ut, si ille auctoritati senatus non paruisset, ad saga iretur. Ibitur; non parebit: nos amissos tot dies rei gerendae queremur.

IV. Non metuo, Quirites, ne, cum audierit Antonius, me hoc et in senatu et in contione confirmasse, numquam illum futurum in senatus potestate, refellendi mei causa, ut ego nihil vidisse videar, vertat se et senatui pareat. Numquam faciet; non invidebit huic meae gloriae: malet me sapientem a vobis quam se modestum existimari. 10. Quid? ipse si velit, num etiam Lucium fratrem passurum arbitramur? Nuper quidem dicitur ad Tibur, ut opinor, cum ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri esse minitatus. Etiamne ab hoc myrmillone Asiatico senatus mandata, legatorum verba audientur? Nec enim secerni a fratre poterit, tanta praesertim auctoritate. Nam hic inter illos Africanus est; pluris habetur, quam L. Trebellius, pluris, quam T. Plancus, * * * adolescens

2. *noui* V corr. ex *non* — *uinolentiam* V i — 3. *inpud.* V i — 4. *inport.* V i — *bellua* O — 6. *aliquit* V — *plerique* V — 7. *traditas* V — 8. *succurrendum* -- *colligendae* affert Nonius p. 273 M. — 9. *eximere* edd. ex coni. Budaei, ut videtur: *exhibere* codd. — *nullam* V i: *ullam* O, ut iam est in ed. Ven. a. 1474, quae nobis ad manus est. «In posterum nemo facile dubitabit aut cum edd. vett. corrigere *ullam* aut cum Manutio delere *non* (ante *possumus*) aut mecum *nullam* omittere, ut *horam* sit *unam horam*. Solet enim, quantum memini, in eius modi structura negatio proxime ante *posse* poni, quo artius id cohaereat, quod fieri non posse dicitur.» Wesenberg ad or. Sest. p. 30. Cf. tamen etiam Zumpt. ad Verr. p. 301. — 10. *cos.* V — 11. *antoni* V — 13. *sent. dicere* om. i — *negoti* V — 14. *non otio suo* om. i — 17. *properet* V — *legati* om. i — *facturus* V — *parata* V[1] — 18. *ita* V bis habet. — *senatu* V[1]; ex *senati*? — 19. *rei gendae quaeremur* V — 20. *Quir.* i: *quam* V — *hoc et in* V: *et* om. i O — 25. *L.* V O — 27. *myrmillone* V: *mirm.* i O — 30. *T.* i: *tius* V — *Plancus* Ferrarius: *plancius* V i. Post hoc voc. in V unus versus in rasura scriptus est: *uidete quandecertum est*: sequuntur septem lineae lineis transversis m. 2 deletae, in quibus quae leguntur § 5 sic iterum scripta sunt: *ut exercitum citra flumen rubiconem qui finis est galliae educeret dum ne propius urbem romam ducenta milia admoueret huic denuntiationi ille pareat*: post haec verba m. 2 deleta codex nullo novo versu incepto sic pergit: *cum* (*tum* m. 2) *exiluerit* (ex *exulauerit*?) *adulescens nobilis* cet. (*quam T. Plancus, qui exulavit, ad. nob.* coni. Moser in Spec. II, p. 21; *quam T. Plancius, quam Exitius ad. nob.* Faërnus ex. or. XIII, § 28.)

nobilis. Plancum, qui omnibus sententiis maximo vestro plausu condemnatus nescio quo modo se coniecit in turbam atque ita maestus rediit, ut retractus, non reversus videretur, sic contemnit, tamquam si illi aqua et igni interdictum sit; aliquando negat ei locum esse oportere in curia, qui incenderit curiam. 11. Nam Trebellium valde iam diligit: oderat tum, cum ille tabulis novis adversabatur: iam fert in oculis, postea quam ipsum Trebellium vidit sine tabulis novis salvum esse non posse. Audisse enim vos arbitror, Quirites, quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores et creditores L. Trebellii convenire. O fides! — hoc enim opinor Trebellium sumpsisse cognomen —: quae potest esse maior fides quam fraudare creditores? domo profugere? propter aes alienum ire ad arma? Ubi plausus ille in triumpho est, saepe ludis? ubi aedilitas delata summo studio bonorum? quis est, qui hunc non casu existimet recte fecisse, nequitia sceleste? V. 12. Sed redeo ad amores deliciasque vestras, L. Antonium, qui vos omnes in fidem suam recepit. Negatis? num quisnam est vestrum, qui tribum non habeat? Certe nemo: atqui illum quinque et triginta tribus patronum adoptarunt. Rursus reclamatis? Adspicite illam a sinistra equestrem statuam inauratam, in qua quid inscriptum est? Quinque et triginta tribus patrono. Populi Romani igitur est patronus L. Antonius. Malam quidem illi pestem! clamori enim vestro assentior. Non modo hic latro, quem clientem habere nemo velit, sed quis umquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi Romani, victoris dominique omnium gentium, patronum dicere auderet? 13. In foro L. Antonii statuam videmus, sicut illam Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Castoris. O impudentiam incredibilem! tantumne sibi sumpsit, quia Mylasis myrmillo Thraecem iugulavit, familiarem suum? Quonam modo istum ferre possemus, si in hoc foro spectantibus vobis depugnasset? Sed haec una statua. Altera ab equitibus Romanis equo publico, qui item adscribunt patrono. Quem umquam iste ordo patronum adoptavit? Si quemquam, debuit me. Sed me omitto. Quem censorem? quem imperatorem? Agrum iis divisit. O sordidos, qui acceperint, improbum, qui dederit! 14. Statuerunt etiam tribuni militares, qui in exercitu Caesaris bis fuerunt. Quis est iste ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos. Iis quoque di-

---

1. *Plancum* om. i — *condempnatus* V — 2. *itã aestus redit* V — 3. *contempnit* V — 6. *im oculis* V — 7. *postea quam* V: *postquam* i O — *ipsum Trebellium* delendum videbatur Lambino, *Trebellium* Orellio. — 8. *uideri* V — 9. *cottidie* V — *trebelli* V — *hoc enim opinor* V: *hinc enim puto* i; *hoc enim puto* codd. Ferrarii et O — 10. *qua* V — 12. *ire* V: *venire* i — *urbi* V — *ludi* i — 14. *nequitia sceleste* Nipperdey (in Philologi III, p. 144): *nequitia est scelere* V O; *nequitia est scelus est* i; *nequitia excellere* Faërnus; *qui neq. et scelere ita excellat* Lamb.; *nequitia scelerate* Klotz. — 15. *uestras* V: *nostras* i — *lucium* V — *omnis* V i — 18. *aspicite* V i — *illam a sinistra* V: *a sin. illam* i O — 20. *lucius* V — *Antonius?* O — 21. *adsentior* V — 23. *patronum* V: *tutorem* i — 24. *antoni* V — 25. *Q. Tremuli* Beroaldus: *quinti tremelli* V; *q. trebelli* i — *ernicos* V — *inpudentiam* V — 26. *mylassis* V i — *myrmillo* V[1]: *myrmillonem* V corr. m. 2; *mirmillionem* i; *mirmillo* O — *thraecm* (sic) V; *thracem* i — 27. *ferrũ* V[1] — 29. *ab* ed. Crat.: om. V i — *equitibus .r.* V i; *eqq. R.* codd. aliquot Ferrarii, unde ipse: *equitum Ro.*, ut est in Verr. II, § 167; at v. p. 1317, 8. — 31. *quem imp.* V — 32. *acceperint* Ernesti: *acceperunt* V i — *qui derrit* V — 33. *bis* Garatoni: *duobus* V i; *II* O, qui notam sic maluit solvere: *iterum*; cf. tamen Mommsenii Ind. I. R. N. p. 473 s. v. *praefectus fabrum* — 34. *iis* i: *his* V.

visit Semurium. Campus Martius restabat, nisi prius cum fratre fugisset. Sed haec agrorum assignatio paulo ante, Quirites, L. Caesaris, clarissimi viri et praestantissimi senatoris, sententia dissoluta est: huic enim assensi septemvirum acta sustulimus. Iacent beneficia Nuculae, friget patronus Antonius. Nam possessores animo aequiore discedent: nullam impensam fecerant, nondum instruxerant, partim quia non confidebant, partim quia non habebant. 15. Sed illa statua palmaris, de qua, si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere: L. Antonio a Iano medio patrono. Itane? Ianus medius in L. Antonii clientela est? Quis umquam in illo Iano inventus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?

VI. Sed nimis multa de nugis: ad causam bellumque redeamus; quamquam non alienum fuit personas quasdam a vobis recognosci, ut quibuscum bellum gereretur possetis taciti cogitare. Ego autem vos hortor, Quirites, ut etiam si melius aliud fuit, tamen legatorum reditum exspectetis animo aequo. Celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam. 16. Cum enim legati renuntiarint, quod certe renuntiabunt, non in vestra potestate, non in senatus esse Antonium, quis erit tam improbus civis qui illum civem habendum putet? Nunc enim sunt pauci illi quidem, sed tamen plures, quam re publica dignum est, qui ita loquantur: ne legatos quidem exspectabimus? Istam certe vocem simulationemque clementiae extorquebit istis res ipsa [publica]. Quo etiam, ut confitear vobis, Quirites, minus hodierno die contendi, minus laboravi, ut mihi senatus assentiens tumultum decerneret, saga sumi iuberet. Malui viginti diebus post sententiam meam laudari ab omnibus quam a paucis hodie vituperari. 17. Quapropter, Quirites, exspectate legatorum reditum et paucorum dierum molestiam devorate. Qui cum redierint, si pacem afferent, cupidum me, si bellum, providum iudicatote. An ego non provideam meis civibus? non dies noctesque de vestra libertate, de rei publicae salute cogitem? Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem vos a se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus praetulistis? An ingratus sum? quis minus? qui partis honoribus eosdem in foro gessi labores, quos petendis. Rudis in re publica? quis exercitatior, qui viginti iam annos bellum geram cum impiis civibus? VII. 18. Quam ob rem, Quirites, consilio quantum

---

1. *Remurium* coni. Ferrarius; at v. Macr. Sat. I, 10, 16. — 2. *adsignatio* V — 4. *adsensi* V i — *iacente* V — 5. *nulla inpensa facerant* V — 6. *confidebeant* V — 7. *habebat* V — 8. *a* om. i; *Iani medii* coni. Ferrarius. — 9. *mendio* V — *itane* A. Gellius (qui locum affert I, 16, 5 usque ad *expensum*): *ita in eam* V i; fort. *itane? iam* — *L.* om. V[1] — *antoni* V — 10. *est* Gellius: *sit* V O i; cf. Madv. ad Cic. de finn. p. 448. — *qui* V[1] et codd. Macrobii Sat. I, 5, 5, qui affert *qui umquam -- expensum.* — *nummorum* V[2] — 14. *possitis* i — 15. *aliut* V — *legatorum reditum legatorum expectetis animo eaquo* V — 19. *inprobus cuius* V — 20. *quidem illi* i — *quam r. p.* V i (in V *res publica* et *populus Romanus* fere semper plenis litteris scriptum est.) — 21. *expectauimus* V — 22. *istis* V: *iis* i — *publica* delent Muretus et Garatoni, in V est *p.* — 24. *adsentiens* V — 28. *adferent* V — 31. *quir.* i; *quosplus* V — *hominem a se ortum* Muretus; *e ortum* V in ras. habet. — 32. *partis* V corr. ex *parus* — 33. *gessi in foro* i — *petendis* V: *in petendis* i. Garatoni apte contulit de Legg. III, § 11: *Donum ne capiunto neve danto neve petenda neve gerenda neve gesta potestate.* — 34. *exercitatior* i: *excitatior* V — 35. *impiis* V: *improbis* i; cf. or. XII, § 18. XIV, § 15 et saepe alias. — *cibibus* V.

potero, labore plus paene quam potero excubabo vigilaboque pro vobis. Etenim quis est civis, praesertim hoc gradu, quo me vos esse voluistis, tam oblitus beneficii vestri, tam immemor patriae, tam inimicus dignitatis suae, quem non excitet, non inflammet tantus vester iste consensus? Multas magnasque habui consul contiones, multis interfui: nullam umquam vidi tantam, quanta nunc vestrum est. Unum sentitis omnes, unum studetis, M. Antonii conatus avertere a re publica, furorem exstinguere, opprimere audaciam. Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia, coloniae, cuncta Italia. Itaque senatum bene sua sponte firmum firmiorem vestra auctoritate fecistis. 19. Venit tempus, Quirites, serius omnino, quam dignum populo Romano fuit, sed tamen ita maturum, ut differri iam hora non possit. Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit: nunc si quis erit, erit voluntarius. Populum Romanum servire fas non est: quem di immortales omnibus gentibus imperare voluerunt. Res in extremum est adducta discrimen: de libertate decernitur. Aut vincatis oportet, Quirites, quod profecto et pietate vestra et tanta concordia consequemini, aut quidvis potius quam serviatis. Aliae nationes servitutem pati possunt, populi Romani est propria libertas.

---

1 *pene* V — *pro bouis* V¹ — 6. *umquam*] hic rursus pergunt D — *uidi tamtã* V; *uidit an* t — *uestra* a g t — 7. *marcus antoni* V — *conatus* i: *conatur* V; *conatum* D O — *extinguere* mei. — 9. *bene* om. a t — 10. *uestra auct. firmiorem* t — 11. *Quir.* om. D — *dignum re p. fuisset tamen* D — 12. *horam* Oxon. v, ut coni. Graevius. — 13. *quem*] *q̃.* V¹ — 14. *populo Ro.* Muretus. — *quam* V — *di* V: *dii* O — 15. *gentibus* om. D — 16. *adducta disc. est* t — 17. *profecto et* om. t — *consequemini* D i: *consequamini* V — 18. *quituis* V — 19. *es* V¹; *res est* D — *M. Tulli. Ciceronis phylyppicarū L͠ib. vi expl. i͠ncp L͠ib. vii.* V.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER SEPTIMUS.

I. 1. Parvis de rebus, sed fortasse necessariis consulimur, patres conscripti. De Appia via et de Moneta consul, de Lupercis tribunus pl. refert. Quarum rerum etsi facilis explicatio videtur, tamen animus aberrat a sententia suspensus curis maioribus. Adducta est enim, patres conscripti, res in maximum periculum et in extremum paene discrimen. Non sine causa legatorum missionem semper timui, numquam probavi, quorum reditus quid sit allaturus ignoro: exspectatio quidem quantum afferat languoris animis quis non videt? Non enim se tenent ii, qui senatum dolent ad auctoritatis pristinae spem revirescere, coniunctum huic ordini populum Romanum, conspirantem Italiam, paratos exercitus, expeditos duces. 2. Iam nunc fingunt responsa Antonii eaque defendunt. Alii postulare illum, ut omnes exercitus dimittantur. Scilicet legatos ad eum misimus, non ut pareret et dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret, leges imponeret, reserare nos exteris gentibus Italiam iuberet, se praesertim incolumi, a quo maius periculum quam ab ullis nationibus extimescendum est. 3. Alii remittere eum nobis Galliam citeriorem, illam ultimam postulare: praeclare! ex qua non legiones solum, sed etiam nationes ad urbem conetur adducere. Alii nihil eum iam nisi modeste postulare. Macedoniam suam vocat omnino, quoniam Gaius frater est inde revocatus. Sed quae provincia est, ex qua illa fax excitare non possit incendium? Itaque îdem, quasi providi cives et senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt, suscipiunt pacis patrocinium. Nonne sic disputant? Irritatum Antonium non oportuit; nequam est homo ille atque confidens; multi praeterea improbi — quos

2. *apia* V a g t — *monet* t — *pl.* om. V¹ — 3. *estsi* V — *animas* V¹ — *aberrat* - - *maioribus* affert Nonius p. 385 M. — 4. *suspensus a curis* Nonius; *expensus curens* t — *enim res .p. c. in* b — 5. *et in* V D: *in* om. i O — 6. *missionem* V: *istam missionem* D O — 7. *adlaturus* et *adferat* V — 8. *affert* b — *ii* om. b; *hi* a g — 9. *reuirescere* V: *reuiuiscere* D (*reu. spem* b) — 11. *antoni* V b — 13. *misimus ad eum* t — *pateret* t — *et dicto* V: *edicto* a g t; *edicto uel ut* b — *esse* a g t — 14. *condiciones* V; *conditionis* a — *ferrent* V — *leges inponeret* V: om. D — *reseruare* a g t — 15. *incolonia* t — 16. *ab aliis* t — 17. *citeriorem galliam* b — 18. *conetu* V¹; *conentur* a g t — 19. *modesti* D — *suum* b — *uocato omnino* V; *omnino uocat* a — *quonam* V¹ — 20. *Gaius* om. V; *c.* vel *g.* D; *Caius* O — *inde* om. V — 21. *posset* D — *idem* V D: *iidem* O — *prouidi ciues et* V: *prouindicius es et* b; *prouendicius esset* a g t — 22. *isinatores* t; *senatores et* b; *hi senatores* a; *in sen.* g — *suscipiuntur* t; *suspiciunt ut* V — *pacis* Ursinus: *patris* V t; *partis* a b g — 23. *nonne* om. t; *qui* a b g; *ne sic disputant* V in ras. a m. 2 habet. — *inritatu* (sic) - - *nequam est* V²; om. V¹ in extremo folio, quod desinit in v. *disputant* — *irritari* D, fort. recte.

quidem a se primum numerare possunt, qui haec loquuntur —: eos cavendos esse denuntiant. Utrum igitur in nefariis civibus ulciscendi, cum possis, an pertimescendi diligentior cautio est? II. 4. Atque haec ii loquuntur, qui quondam propter levitatem populares habebantur. Ex quo intelligi potest animo illos abhorruisse semper ab optimo civitatis statu, non voluntate fuisse populares. Qui enim evenit ut, qui in rebus improbis populares fuerint, îdem in re una maxime populari, quod eadem salutaris rei publicae sit, improbos se quam populares esse malint? Me quidem semper, uti scitis, adversarium multitudinis temeritati haec fecit praeclarissima causa popularem. 5. Et quidem dicuntur, vel potius se ipsi dicunt consulares: quo nomine dignus est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere. Faveas tu hosti? ille litteras ad te mittat de sua spe rerum secundarum? eas tu laetus proferas, recites, describendas etiam des improbis civibus? eorum augeas animos? bonorum spem virtutemque debilites? et te consularem aut senatorem, denique civem putes? Accipiet in optimam partem C. Pansa, fortissimus consul atque optimus. Etenim dicam animo amicissimo: hunc ipsum, mihi hominem familiarissimum, nisi talis consul esset, ut omnes vigilias, curas, cogitationes in rei publicae salute defigeret, consulem non putarem. 6. Quamquam nos ab ineunte illius aetate usus consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas similitudoque devinxit, eiusdemque cura incredibilis in asperrimis belli civilis periculis perspecta docuit non modo salutis, sed etiam dignitatis meae fuisse fautorem: tamen eundem, ut dixi, nisi talis consul esset, negare esse consulem auderem. Idem non modo consulem esse dico, sed etiam memoria mea praestantissimum atque optimum consulem, non quin pari virtute et voluntate alii fuerint, sed tantam causam non habuerunt, in qua et voluntatem suam et virtutem declararent. 7. Huius magnitudini animi, gravitati, sapientiae

---

1. *primum* om. t — *locuntur* V a b t — 2. *denunciant* V — *inefaris* V^1 — *ulciscendi* V: *ulciscendū* b; *ulciscendis* a g t O — 3. *pertimescendi* V^1 b: *pertimescendis* a g t V^2 O; cf. p. 807, 25. — *cauto* V^1; *causa* V^2 a — 4. *ii* V: *illi* D (*illi haec* a) — *locuntur* V b t — *appellabantur* D — 6. *euenit* V: *conuenit* D O; cf. or. III, § 17. — 7. *inpr.* g — *iidem* O — 8. *rei p.*] *p. r.* a g — *improbo* t — *popularis* V — *malint* V in ras. habet. — 9. *uti* V: *ut* D — *aduersarium* V: *aduersatum* DO; cf. p. 569, 15. — *hac fecit aduersatum praeclarissima* V — 10. *Equidem* a b — 11. *se* V: *idem* D — *consularis* t — *quo* D: *non quo* V — *dignus est nemo dignus honoris nomen* t — 12. *tu hosti literas at te ille mittat* b; *tu hostiliter sat tibi ille mittat* a g t — 13. *spe sua* a — 14. *eorum* V: *forum* D — *augeat* t — 15. *aut*] *et* a — *denique* V^1: *aut denique* V^2 D — 16. *in* om. D — 18. *tales* V^1 — *consules sed ut omnis* V — 19. *re publicae* V — *configeret* D; cf. or. XIV, § 13. — 20. *ab ineunte illius h. m.* (sic) *pagate memoria mea* (v. 25) mediis omissis V; litterae *illius h. m. pagate* lineis transversis deletae et quae desiderantur in marg. a m. saec. XIII adiecta sunt; sed quae hic desunt, infra p. 1322, 5 inter *quod* et *erat bellum* leguntur a pr. m. sic scripta: *te usus consuetudo studiorum etiam honestissimorum societas similitudoque deuinxit eiusdemq. cura incredibilis in asperumis* (*asperrumis* V^2) *belli ciuilis periculis perspecta docuit non modo salutis sed etiam dignitatis meae fuisse factorē tamen eundem ut dixi nisi talis esset consul negare esse consulem auderem idem non modo consulem esse dico sed* — *aetate illius* a g t et V^3, ut manum illam saec. XIII significamus. — 21. *coniunxit* b g t; *coniungit* V^3 a — *curam incredibilem* V^3 D — 22. *perspexi non modo* V^3 D — 23. *set* V^3 — *fuisse fautorem* om. V^3 D — 24. *esset consul* b t — *item* V^3; *.i.* (sic) b — 25. *esse dico* om. V^3; *esse* om. b — 26. *quin* V (sed habet idem *non*, quod tamen punctatum est, ante *fuerint*): *quia non* D — 27. *et uirtutem* (*uirtute* t) *et uoluntatem suam* (*uoluntate sua* t) D O.

tempestas est oblata formidolosissimi temporis. Tum autem illustratur consulatus, cum gubernat rem publicam, si non optabili, at necessario tempore. Magis autem necessarium, patres conscripti, nullum tempus umquam fuit.

III. Itaque ego ille, qui semper pacis auctor fui, cuique pax praesertim civilis, quamquam omnibus bonis, tamen in primis fuit optabilis — omne enim curriculum industriae nostrae in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est; hinc honores amplissimos, hinc mediocres opes, hinc dignitatem, si quam habemus, consecuti sumus —: 8. ego igitur pacis, ut ita dicam, alumnus, qui, quantuscumque sum — nihil enim mihi arrogo — sine pace civili certe non fuissem — periculose dico; quem ad modum accepturi, patres conscripti, sitis horreo, sed pro mea perpetua cupiditate vestrae dignitatis retinendae et augendae quaeso oroque vos, patres conscripti, ut primo, etsi erit vel acerbum auditu vel incredibile a M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione quod dixero, neve id prius, quam quale sit explicaro, repudietis —: ego ille, dicam saepius, pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum M. Antonio esse nolo. Magna spe ingredior in reliquam orationem, patres conscripti, quoniam periculosissimum locum silentio sum praetervectus. 9. Cur igitur pacem nolo? quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. Quae tria dum explico, peto a vobis, patres conscripti, ut eadem benignitate qua soletis mea verba audiatis.

Quid est inconstantia, levitate, mobilitate cum singulis hominibus, tum vero universo senatui turpius? quid porro inconstantius quam, quem modo hostem non verbo, sed re multis decretis iudicaritis, cum hoc subito pacem velle coniungi? 10. Nisi vero, cum C. Caesari meritos illi quidem honores et debitos, sed tamen singulares et immortales decrevistis, unam ob causam, quod contra M. Antonium exercitum comparavisset, non hostem tum Antonium iudicavistis; nec tum hostis est a vobis iudicatus Antonius, cum laudati auctoritate vestra veterani milites, qui C. Caesarem secuti essent; nec tum hostem Antonium iudicastis, cum fortissimis legionibus, quod illum, qui consul appellabatur, cum esset hostis, reliquissent, vacationes, pecunias, agros spopondistis. IV. 11. Quid? cum Brutum, omine quodam illius generis et nominis

---

1. *oblata est* g — *inlustratur* V — 2. *gubernauit* V — 2 et 6. *obt.* t — 6. *tamen* V: *mihi tamen* D — *opt. fuit* a — 7. *omnem* b — 9. *mediocris* V — 10. *igitur* V: *itaque* D O; cf. Handii Turs. III, 509. — 11. *adrogo* V — *fuisse* V — 12. *dio* V¹ — 13. *horreos et pro* V — 14. *quaeso* V corr. ex *so* — *etsi* V: *si* D — 15. *esse* om. b — 16. *quod* om. a — *diero* V¹ — *quales id* V — *explicaro* V et b corr.: *explicauero* a g t — 18. *M.* om. V — 20. *quia*] *qua* ter V¹ — 24. *mobilitate leuitate* D O — 25. *uero* D: *uero inconstanti* V — *senatui* b: *senatu* a g t; *sen* (sic) V — *poro* V — *quam*] *qui* a — 26. *iudicaretis* V¹; *iudicabitis* t; *iudicauistis* a b g — 27. *subito* V corr. ex *iubit* — *uellē* t; *bellem* V — *nisi* V b t: *quasi* a g — *merito* V; at cf. de Orat. II, § 203. III, § 14, quos locos apte Garat. comparavit. — 28. *illi quidem* V: *quidem illi* D — *deuitos* V — *singularis et immortalis* V — 29. *quod*] *qui* b — *marcum* V — *conp.* V — 30. *tum* scripsi: *cum* V; om. D O (*antonium hostem* b, sed *hostem* in marg. m. 1) — *iudicastis* g — 31. *a uobis iud. est* a g t — 32. *C.* V: om. D O — *nec* om. t — *iudicastis* V: *iudicauistis* D — 33. *fortissimi lego* V¹ — *quis* V — 34. *uocationes* b t — *peccunias* V² partim in marg.; V¹ *pepo.* videtur habuisse. — *spoponditis* V — 35. *Qui* b — *omine* b, ut coni. Ferrarius (coll. or. X, § 14): *homine* V;

natum ad rem publicam liberandam, exercitumque eius, pro libertate populi Romani bellum gerentem cum Antonio, provinciamque fidelissimam atque optimam, Galliam, laudibus amplissimis affecistis, tum non hostem iudicastis Antonium? Quid? cum decrevistis ut consules, alter ambove, ad bellum proficiscerentur, quod erat bellum, si hostis Antonius non erat? 12. Quid igitur profectus est vir fortissimus, meus collega et familiaris, A. Hirtius consul? at qua imbecillitate! qua macie! sed animi vires corporis infirmitas non retardavit. Aequum, credo, putavit vitam, quam populi Romani votis retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere. 13. Quid? cum dilectus haberi tota Italia iussistis, cum vacationes omnes sustulistis, tum ille hostis non est iudicatus? Armorum officinas in urbe videtis; milites cum gladiis sequuntur consulem; praesidio sunt specie consuli, re et veritate nobis; omnes sine ulla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant, parent auctoritati vestrae: non est iudicatus hostis Antonius? 14. At legatos misimus. Heu me miserum! cur senatum cogor, quem laudavi semper, reprehendere? Quid? vos censetis, patres conscripti, legatorum missionem populo Romano vos probavisse? non intelligitis, non auditis, meam sententiam flagitari? cui cum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis devoluti. Quam turpe porro legiones ad senatum legatos mittere, senatum ad Antonium! quamquam illa legatio non est: denuntiatio est paratum illi exitium, nisi paruerit huic ordini. Quid refert? tamen opinio est gravior. Missos enim legatos omnes vident, decreti nostri non omnes verba noverunt. V. Retinenda est igitur nobis constantia, gravitas, perseverantia, repetenda vetus illa severitas: si quidem auctoritas senatus decus, honestatem, laudem dignitatemque desiderat, quibus rebus hic ordo caruit nimium diu. Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen iusta: nunc nulla est. Liberati regio dominatu videbamur: multo postea gravius urguebamur armis domesticis. Ea ipsa depulimus nos quidem: extorquenda sunt. Quod si non possumus facere — dicam quod dignum est senatore et

---

hominem a g; *non enim* t — *quoddam* t; *quondam* V^2 a g — *illius* D: *istius* V — 1. *rem publica* V — *pro libus* V^1 — 2. *prouinciam* a — 3. *atfecistis* V — 4. *iudicauistis* b — *ut consul a. a.* (cf. ad or. V, § 53) *ad bellum .R.* (pro *Roma*?) *proficiscerentur* V — 5. *quod*] de verbis quae hic in V sequuntur, v. supra ad p. 1320, 20. — 6. *Quo* a g — *colleget* V — 7. *inbecillitate* V — 8. *aequom* V^1 — 9. *qua* t — *populus romanus uotis pertinuisset* V — 10. *dilectus* V a b t: *del.* O — 11. *uocationes* b — 12. *milites* V: *me* (*ne* t) *milites* D — *secuntur* V a b t (*secuntur cum gladiis* b) — 13. *consul est* g (*consuli in praesidio* b) — *omne* t — 14. *nomina dant* V: *nominanda* t; *nominandi* a b g — 15. *iudicandus* t — *ad* V — 16. *cogor* b post *laudavi* habet. — 17. *qui uos* t — 18. *vos* om. D — *probauisse* D: *probisse* V^1; *probasse* V^2 D — *audistis* V — 19. *qui cum* V^2 a b t — *adsensi posttridie* V — 20. *pacis estis deuoluti inanem* t; *estis* om. a; *pacis* om. g — *revoluti* susp. Ernesti. — *porro* V^1: *porro est* b; *est porro* V^2 a g t — *legationes ad* a — 21. *mittere* om. a — *ad Ant. senatum* a — 22. *denuntiatio sit* V b^1 — *exitium - - refert* D: *exitium fert* V om. mediis. — 23. *quid refert tamen? opinio* distinguendum esse putavit Faërnus. — *grauior* V corr. ex *grui* — 24. *nostri* V: *uestri* D O — 25. *nobis* V a g t: *vobis* b O — *repetenda* V D: *repetenda vobis* O nescio quo errore. — *illa uetus* t — 26. *dignitatem* D — 27. *rebus* om. D — *nimium caruit* a g — *tum* D — 29. *regio* V: *tum regio* D — *dominati* V^1 — *multo - - urguebamur* V: om. D — 30. *nos* V: *nunc* D — *extorquenda* V: *ui extorquenda* D — 31. *est senatore* V D (*senatori* t): *est et senat.* O cum Lamb.

Romano homine —, moriamur. 15. Quanta enim illa erit rei publicae turpitudo, quantum dedecus, quanta labes, dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco! cuius ut omittam innumerabilia scelera urbani consulatus, in quo pecuniam publicam maximam dissipavit, exsules sine lege restituit, vectigalia divendidit, provincias de populi Romani imperio sustulit, regna addixit pecunia, leges civitati per vim imposuit, armis aut obsedit aut exclusit senatum: ut haec, inquam, omittam, ne hoc quidem cogitatis eum, qui Mutinam, coloniam populi Romani firmissimam, oppugnarit, imperatorem populi Romani, consulem designatum, obsederit, depopulatus agros sit, hunc in eum ordinem recipi, a quo totiens ob has ipsas causas hostis iudicatus sit, quam foedum flagitiosumque sit?

16. Satis multa de turpitudine: dicam deinceps, ut proposui, de periculo, quod etsi minus est fugiendum quam turpitudo, tamen offendit animos maioris partis hominum magis. VI. Poteritis igitur exploratam habere pacem, cum in civitate M. Antonium videbitis vel potius Antonios? Nisi forte contemnitis Lucium: ego ne Gaium quidem. Sed, ut video, dominabitur Lucius; est enim patronus quinque et triginta tribuum, quarum sua lege, qua cum C. Caesare magistratum partitus est, suffragium sustulit; patronus centuriarum equitum Romanorum, quas item sine suffragio esse voluit; patronus eorum, qui tribuni militares fuerunt; patronus Iani medii. 17. Quis huius potentiam poterit sustinere? praesertim cum eosdem in agros etiam deduxerit. Quis umquam omnes tribus? quis equites Romanos? quis tribunos militares? Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitramini, quam huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. Myrmillo in Asia depugnavit. Cum ornasset thraecidicis comitem et familiarem suum, illum miserum fugientem iugulavit; luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix. 18. Qui familiarem

---

1. *illa erit* V: *erit illa* b g t; *illa* a — 3. *marcus antonium* V — *celera* V — 5. *diiuendidit* V; *uendidit* a g; cf. p. 603, 30. — *de .r. p.* t — 6. *adduxit* b t — 7. *armis aut opsedit* V: *armis obsedit* D — 8. *eum que* V¹ — 9. *firmissimam - - pop. R.* V: om. D; cf. or. V, § 24.— 10. *ósederit* V — *hunc meum ordinem recepi* t — 11. *toties* O — *ob* om. V¹ — 12. *sit* V b t: *sit uidetis* a g — 13. *statis* V — *proposuit* V — 14. *etsi* V: *si* D — *fugiendum est* t — 15. *maiores* t — *patris* V — 16. *in* om. V — *civitate M.* nos: *ciuitatem* V; *M.* om. D O — *uideatis* D — *antonius* V; *antonio* a; *antonii* b (sed extrema *i* ex corr.); *vel p. Ant.* om. g — 17. *contempnitis* V b t — *Lucium ego ne gauium quidem* V; *L. egnatium quidem* D — 18. *lucinus* b — *est* a b t: *sed* V; *et* g — *quinque et trig.* V: *XXXV* D — 19. *C.* om. b — *magistratum* V: *magistratus* D O. Lectionem *magistratum* defendit Nipperdey in Philologi III, p. 145 (cf. de re etiam Mommsen *die röm. Tribus* p. 91); vide tamen ne *magistratum* ortum sit ex *magistratuum* et substantivum, velut *comitia* vel *nominationem* interciderit. — 20. *centauriarum equicium* t — *Rom.* om. a g¹ t — 21. *idem* D — *eorum* V: *forum* t; *fori* a b g — *qui*] *cui* b — 22. *quis* V D: *O dii! quis* O cum aliquot codd. dett. — *sustinere* om. t — 23. *etiam in agros* a — 24. *quis equites R.* om. t — *romani* V — *tribusnos militaris* V; *trib. mil. habuit?* b — *grachorum* b; *gracorum* g; *grecorum* a t — 25. fort. *futura est* — 26. *appellauiunt ut* V — *marcus* V — *antoni* a — 27. *app. solet* om. a — *hii* b; *hi* a g — *locuntur* V a t (*loquantur* t corr. 1 m.) — 28. *myrmillo* V g t: *mirmillo* a b O — *in asia* V corr. ex *nasa* — *traecidicis* b; *thraeciditis* a g t; *Thraecidicis* O — 29. *iugulauit fugientem* t.

iugularit, quid is occasione data faciet inimico? et qui illud animi causa fecerit, hunc praedae causa quid facturum putatis? Non rursus improbos decuriabit? non sollicitabit rursus agrarios? non queretur expulsos? M. vero Antonius non is erit, ad quem omni motu concursus fiat civium perditorum? Ut nemo sit alius nisi ii, qui una sunt, et ii, qui hic ei nunc aperte favent, parumne erunt multi? praesertim cum bonorum praesidia discesserint, illi parati sint ad nutum futuri? Ego vero metuo, si hoc tempore consilio lapsi erimus, ne illi brevi tempore nimis multi nobis esse videantur. 19. Nec ego pacem nolo, sed pacis nomine bellum involutum reformido. Quare si pace frui volumus, bellum gerendum est: si bellum omittimus, pace numquam fruemur. VII. Est autem vestri consilii, patres conscripti, in posterum quam longissime providere. Idcirco in hac custodia et tamquam specula collocati sumus, uti vacuum metu populum Romanum nostra vigilia et prospicientia redderemus. Turpe est summo consilio orbis terrae, praesertim in re tam perspicua, consilium intelligi defuisse. 20. Eos consules habemus, eam populi Romani alacritatem, eum consensum Italiae, eos duces, eos exercitus, ut nullam calamitatem res publica accipere possit sine culpa senatus. Equidem non deero: monebo, praedicam, denuntiabo, testabor semper deos hominesque quid sentiam, nec solum fidem meam, quod fortasse videatur satis esse, sed in principe civi non est satis: curam, consilium vigilantiamque praestabo.

VIII. 21. Dixi de periculo: docebo ne coagmentari quidem posse pacem; de tribus enim, quae proposui, hoc extremum est. Quae potest pax esse M. Antonio primum cum senatu? quo ore vos ille poterit, quibus vicissim vos illum oculis intueri? quis vestrum illum, quem ille vestrum non oderit? Age, vos ille solum, et vos illum? Quid? ii, qui Mutinam circumsedent, qui in Gallia dilectus habent, qui in vestras fortunas imminent, amici umquam vobis erunt aut vos illis? An equites Romanos amplectetur? occulta enim fuit eorum voluntas iudiciumque de Antonio. Qui frequentissimi in gradibus Concordiae steterunt, qui nos

---

1. *iugularat* D — *is* Faërnus: *si* V (cf. ad VIII, § 1); *hic* D O — *occansione* V — 2. *fecerit h. pr. causa* om. D — *non rursum* V b g — 3. *sollicitauit* V — *queretur* t: *quaeretur* V b¹; *queret* a; *quaeret* b² g O; *quaeret urbe expulsos* coni. Muretus. — *M.* om. V¹ — 4. *his* b — *at quem* V; *atq:* t — *motū* t — *fiat* V: *sit. At* t; *sit* a b g — 5. *ii* V: *illi* D O — *et ii* V: *et hi* D O — 6. *fabent* V — *cum*] *si* t — 7. *praesidia discesserint* V: *praesidiis cesserint* D — *sunt* a — 8. *consilii* V, quod defendit Garatoni; fort. *consiliis* — 10. *inuolutum* D: *nouolutum* V, unde Muretus *obuolutum*, ut Phil. II, § 77. Cf. tamen fragm. apud Nonium p. 328 ex Cic. ep. ad Caes. iun. lib. I: *sed quod viderem nomine pacis bellum involutum fore.* — *gerundum* a — 11. *omittimus* V: *omittemus* D — *pacē* V — *uestri* V¹: *ueteris* V² D — 13. *custodiet* V¹; *et* om. D — *in specula* D — *conlocati* V — *ut tuaquom* (ex *uti uacuom*) V; *utacum* t; *ut uacuum* a b g O — 14. *prospicientia* V b: *prospicienda* t; *prouidentia* a g — 15. *perspecua* V¹ — 16. *intellegi* V b: *intellegendi* a g t — 18. *rei p.* V a — 19. *praedico* t; *praedicabo* a b g — *et testabor* D — 20. *non solum* a — *uideatur* V: *uidetur* D (*satis uid.* a) — 21. *ciui* V et Priscianus (qui habet VII, 13, 68 *sed - - satis*): *ciue* D — *uigiliantiamquae* V — 23. *coamentari* V, quam scripturam veram esse iudicavit Muretus, verbum ab *amento* derivans. — *quid* t — 24. *quae* om. b — 25. *esse pax* D — *marco antoni* V — *uos ille* V: *ille uos* a b t O; *ille uos alloqui* g — 26. *uicissuos illum* V — 27. *ille uos* D — *saluum* b; *solus* Naugerius. — *hii* b; *hi* a g — *que* V¹ — 28. *circumsident* g — *gallia dilectus* b: *galli adiectus* V; *galliam dilectus* (*del.* g) a g t — 29. *aut os* V; *vos* om. b — 30. *amplectentur* a — *vol. eorum* g — 31. *de .m. antonio* b — *frequen-*

ad libertatem recuperandam excitaverunt, arma, saga, bellum flagitaverunt, me una cum populo Romano in contionem vocaverunt: hi Antonium diligent et cum his pacem servabit Antonius? 22. Nam quid ego de universo populo Romano dicam? qui pleno ac referto foro bis me una mente atque voce in contionem vocavit declaravitque maximam libertatis recuperandae cupiditatem. Ita quod erat optabile antea, ut populum Romanum comitem haberemus, nunc habemus ducem. Quae est igitur spes, qui Mutinam circumsedent, imperatorem populi Romani exercitumque oppugnant, iis pacem cum populo Romano esse posse? 23. An cum municipiis pax erit, quorum tanta studia cognoscuntur in decretis faciendis, militibus dandis, pecuniis pollicendis, ut in singulis oppidis curiam populi Romani non desideretis? Laudandi sunt ex huius ordinis sententia Firmani, qui principes pecuniae pollicendae fuerunt: respondendum honorifice est Marrucinis, qui ignominia notandos censuerunt eos, si qui militiam supterfugissent. Haec iam tota Italia fient. Magna pax Antonio cum iis, his item cum illo. Quae potest esse maior discordia? in discordia autem pax civilis esse nullo pacto potest. 24. Ut omittam multitudinem, L. Visidio, equiti Romano, homini in primis ornato atque honesto civique semper egregio, cuius ego excubias et custodias mei capitis cognovi in consulatu meo; qui vicinos suos non cohortatus est solum ut milites fierent, sed etiam facultatibus suis sublevavit: huic, inquam, tali viro, quem nos senatus consulto collaudare debemus, poteritne esse pacatus Antonius? Quid? C. Caesari? qui illum urbe, quid? D. Bruto, qui Gallia prohibuit? 25. Iam vero ipse se placabit et leniet provinciae Galliae, a qua expulsus et repudiatus est? Omnia videbitis, patres conscripti, nisi prospicitis, plena odiorum, plena discordiarum, ex quibus oriuntur bella civilia. Nolite igitur id velle, quod fieri non potest, et cavete, per deos immortales! patres conscripti, ne spe praesentis pacis perpetuam pacem amittatis.

IX. 26. Quorsum haec omnis spectat oratio? quid enim legati egerint, nondum scimus. At vero excitati, erecti, parati, armati animis iam esse debemus, ne blanda aut supplici oratione aut aequitatis simulatione fallamur. Omnia fecerit oportet, quae interdicta et denuntiata sunt, prius

---

tissimei in gaudibus V — *steterunt* D: *sederunt* V (*stet. concordiae* t) — *nos* V D: *vos* i O — 1. *arma saga* D: *armato* V; an *armati*? — 2 et 5. *concione* a — 3. *et* V: om. D O — *seruauit* t — 4. *discam* V; om. b — 5. *declamauitque* t — 6. *ita* V: *itaque* D — *qui* b¹ — *obtabile* g t — 8. *circumsident* g — 9. *oppugnant iis* Faërnus: *oppugnatis* V¹; *oppugnantis* V²; *oppugnantes* D (*obp.* g t) — *pace* t — *esse posse* V: *habere possunt* D (*se habere p.* a) — 11. *faciundis* t — 12. *opidis* g — *populus romanus* g — *desideres* b t; *desideret* a g — 13. *princìpies* V — 15. *eos si qui* V: *si* om. D; cf. Madvig. ad Cic. de finn. p. 400. — *supterfugissent* V: *subterf.* D O — *fient* V: *fiunt* D O — 16. *cum is his item* V; *cum illis item is* b; *cum isdem* (*hisdem* a g) *his* a g t — *illoq. potest* V — *esse maior* V D: *maior esse* O — 17. *esse nullo pacto* V D: *nullo p. esse* O — 18. *Visidio* V g: *usidio* a; *nisidio* b t; *Nasidio* O — *equite* t — *romani* V — 19. *cuique* b — 22. *quem non* V; *quem -- debemus* om. b — *conlaudare deuemus* V; *conlaudaremus* a g t (*coll.* t) — 23. *esse pactus* a; *pacàtus esse* t — *C.* om. a b t — 24. *D.* om. b — *placuit* V — 25. *a qua expulsus* V: *ei* (pro *ex*) *qua exclusus* D (sed b *a quo* corr. ex *ei*); *a qua exclusus* i O — 27. *nolit* V — *uelle id* g — 29. *mittatis* V — 30. *quorsus* b t — *expectat* t — 31. *excitati erecti* V: *erecti citati* (*incitati* b) D — *iam* D: *itam* V; *tamen* Muretus. — 32. *suplici* g; *splici* V — 33. *feceri* V — *oportet* t bis habet. — *indicta* b — *denunciata* V.

quam aliquid postulet; Brutum exercitumque eius oppugnare, urbes et agros provinciae Galliae populari destiterit; ad Brutum adeundi legatis potestatem fecerit, exercitum citra flumen Rubiconem eduxerit, nec propius urbem milia passuum ducenta admoverit; fuerit et in senatus et in populi Romani potestate. Haec si fecerit, erit integra potestas nobis deliberandi: si senatui non paruerit, non illi senatus, sed ille populo Romano bellum indixerit. 27. Sed vos moneo, patres conscripti: libertas agitur populi Romani, quae est commendata vobis, vita et fortunae optimi cuiusque, quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iam pridem intendit Antonius, auctoritas vestra, quam nullam habebitis, nisi nunc tenueritis: taetram et pestiferam beluam ne inclusam et constrictam dimittatis cavete. Te ipsum, Pansa, moneo — quamquam non eges consilio, quo vales plurimum, tamen etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent —, hunc tantum tuum apparatum tamque praeclarum ne ad nihilum recidere patiare. Tempus habes tale, quale nemo habuit umquam. Hac gravitate senatus, hoc studio equestris ordinis, hoc ardore populi Romani potes in perpetuum rem publicam metu et periculo liberare. Quibus de rebus refers, P. Servilio assentior.

---

1. *obpugnare* t — *urbis* V — 2. *populacio* V — 3. *proprius* V — 4. *mil.* V; *millia* O; in t *propius* post *milia* iterum legitur. — *pasum* V — *fuerit et in* V: *et* om. D — *in p. r.* h. l. abbreviate V — 5. *erit* om. V — 6. *deliberandis: si*] *deliberandis* V; fort. *deliberandi: sin* — *illi populi Romani* V— 7. *induxerit* t — 8. *uobis comm.* a — *uitae* b t — *fortuna* a — 10. *habetis* b — 11. *tenumeritis* V; *retinueritis* D — *tetram* D O — *et* om. b — *belluam* O — *inclusam contrictam* V — 12. *moneo pansa* D — *egens* V — 14. *admoueri* t — *tantum*] *tamen* t — 15. *tamque praecl.* D: *tamque* V, fort. ex *talemque* — *patiaret epus* V — 16. *habit* V¹ — *haec studio* V — 17. *ardores p. r.* V — *potest* t — *imperpetuum* V — 18. *Quibus* -- *assentior* om. a g — *de rebus* om. b t — 19. *adsentior* V; om. t — *M. Tulli Ciceronis phylyppicarū Lib. VII expl. incp Lib. VIII. felicit.* V.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER OCTAVUS.

I. 1. Confusius hesterno die est acta res, C. Pansa, quam postulabat institutum consulatus tui. Parum mihi visus es eos, quibus cedere non soles, sustinere. Nam cum senatus ea virtus fuisset, quae solet, et cum re viderent omnes esse bellum, quidamque id verbum removendum arbitrarentur, tua voluntas in discessione fuit ad lenitatem propensior. Victa est igitur propter verbi asperitatem te auctore nostra sententia. Vicit L. Caesaris, amplissimi viri, qui verbi atrocitate dempta oratione fuit quam sententia lenior. Quamquam is quidem, antequam sententiam diceret, propinquitatem excusavit. Idem fecerat me consule in sororis viro, quod hoc tempore in sororis filio fecit, ut et luctu sororis moveretur et saluti populi Romani provideret. 2. Atque ipse tamen Caesar praecepit vobis quodam modo, patres conscripti, ne sibi assentiremini, cum ita dixit, aliam sententiam se dicturum fuisse eamque se ac re publica dignam, nisi propinquitate impediretur. Ergo ille avunculus: num etiam vos avunculi, qui illi estis assensi?

At in quo fuit controversia? Belli nomen ponendum quidam in sententia non putabant: tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, sed etiam verborum; potest enim esse bellum, ut tumultus non sit, tumultus esse sine bello non potest. 3. Quid est enim aliud tumultus nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen

---

2. *consulatus*] *senatus* t — 3. *esset* t — *et*] *ut* a b — 4. *re* om. g — 5. *dissensione* b (sed *sen* in ras.) — 6. *igitur est* a — *ter* (*pter* corr.) *uerbi* V; *uerbi* om. a g t (habet *verbi* praeter V solus b, i. e., ut ex multis indiciis apparet, codex idem quo usus est Car. Stephanus.) — 7. *L.* D: *C.* V — *caes.* a t; *caesar* g — *amplissimis uiri* V; *amplissimus uir* g — *demita* V — 8. *is*] *si* V — 9. *fecerat inmechos sororis uiros* t — 10. *quod tempore hoc in sororis moueretur* t mediis om. — *filio ne in nepotem moueretur* a b g — *ut*] *at ut* V, sed *at* punctatum. — *et*] *qui* a — 11. *saluit* V — *populi Romani* V a: *rei p.* b g t O, ut est Phil. IX, § 15. — 12. *praecepti* V — *adsentiremini* V g — 13. *se* om. V; fort. *aliam se sententiam*; cf. tamen Madvig. ad Cic. de finn. p. 670. — *eaque* a g t — *ac*] *et* t — 14. *auonculus* et deinde *auonculi*, sed est utroque loco *o* a m. 2. — 15. *estis adsensi* V g; *assensi estis* a — 16. *An* a — *quidam sent.* V; *in sententia quidam* (*quidem* g t) D — 17. *appellarē* V — 18. *potest enim* V corr. ex *potestate*; *potest enim -- ductum est tumultus* habet Isidorus in Origg. XVIII, 1, 7 et deinde *Gravius -- tumultu non valent.* — *bellum esse* a t — *ut tumultus non sit. tumultus autem esse* Isidorus: *ut tumultus esse* V^1; *sine tumultu: tumultus esse* D O; in V ante *ut tumultus* m. 2 *sine tumultu* adscriptum est. — 19. *sine bello esse* b et 2 codd. Monacenses antiquissimi (Benedictoburanus et Frisingensis) Isidori. — *Quid enim est -- ductum est tumultus* habet Quintilianus VII, 3, 25. — *enim est* t — *aliut* V — 20. *perturbato* V — *unde etiam dictus tumultus* (hoc ordine codd. B F) *quasi timor multus* Isidorus.

ductum est tumultus. Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant. Gravius autem tumultum esse quam bellum hinc intelligi potest, quod bello vacationes valent, tumultu non valent. Ita fit, quem ad modum dixi, ut bellum sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. 4. Etenim cum inter bellum et pacem medium nihil sit, necesse est tumultum, si belli non sit, pacis esse: quo quid absurdius dici aut existimari potest? Sed nimis multa de verbo: rem potius videamus, patres conscripti, quam quidem intelligo verbo fieri interdum deteriorem solere. II. Nolumus hoc bellum videri. Quam igitur municipiis et coloniis ad excludendum Antonium auctoritatem damus? quam, ut milites fiant sine vi, sine multa, studio voluntate? quam, ut pecunias in rem publicam polliceantur? Si enim belli nomen tolletur, municipiorum studia tollentur: consensus populi Romani, qui iam descendit in causam, si nos languescimus, debilitetur necesse est. 5. Sed quid plura? D. Brutus oppugnatur: non est bellum? Mutina obsidetur: ne hoc quidem bellum est? Gallia vastatur: quae pax potest esse certior? Illud vero quis potest bellum esse dicere? Consulem, fortissimum virum, cum exercitu misimus: qui cum esset infirmus ex gravi diuturnoque morbo, nullam sibi putavit excusationem esse oportere, cum ad rei publicae praesidium vocaretur. C. quidem Caesar non exspectavit vestra decreta, praesertim cum illud esset aetatis: bellum contra Antonium sua sponte suscepit; decernendi enim tempus nondum erat: bellum autem gerendi tempus si praetermisisset, videbat re publica oppressa nihil posse decerni. 6. Ergo illi nunc et eorum exercitus in pace versantur. Non est hostis is, cuius praesidium Claterna deiecit Hirtius; non est hostis, qui consuli armatus obsistit, designatum consulem oppugnat; nec illa hostilia verba nec bellica, quae paulo ante ex collegae litteris Pansa recitavit: Deieci praesidium; Claterna potitus

---

1. *dictum* t, item b rasura ex *ductum* — 2. *domesticū* V — *Italiae*] *galliae* a t — *praetera* V — 3. *nullum* V: *nullum tumultum* D — *autem*] *etiam* b — *esse tumultum* Isidorus. — 4. *hinc intellegi potest quod* V: *hinc intellegi licet quod* D.O; *nam* Isidorus rell. om. — *in bello* Isidorus; *bello italico* V; *bello gallico* D — 6. *non possit esse* t; *non* om. a — 8. *aut*] *ut* V — 10. *deteriorem interdum* b — *nolumus* a b t: *uolumus* g; *nolimus* V O, quam lectionem Graevius praefert explicans: sit ita nos nolle bellum vocare. — 11. *auctoritatem* om. t — 12. *fiant* V: *sint* D — *siue ui siue* t — *multa* V: *tumultu* D; *mulcta* O — *studio* V: *studio et* D — 13. *ut pecunias in re p.* V; *ut r. p. pecunias* t — *nomen belli* a — *tolleitur* V (duabus lectionibus, ut saepe in eo solet, coniunctis); *tollitur* D — 14. *tollentur* V: *tolluntur* D — 16. *D.*] *domitius* V; *dum* D — *Mutina obsidetur* D: *mutine dominaretur seturna opsidetur* V, in quo quid lateat plane ignoratur); vide tamen ne verba inepta ex loco inferiore p. 1329, 9 huc invecta sint. — 17. *nec hoc* a — *uastaturi* V — *pax potest* V: *potest pax* D — 18. *bellum potest* a — *consulem* V: *quo* D; *quo consulem* coni. Garatoni; ego malim: *dicere, quod consulem -- misimus?* — 19. *cum exercitu* om. a — *ex* D: *et* V — 21. *C. quidem* a b g: *quidem* V; *equidem* t — 22. *uestra* V D: *nostra* O — *illut esset* V: *esset illud* t; *esset illius* a b g, sed in b *illius* ex corr. — *contant omnium* V — 23. *sponte sua* a — 23. *erat* V: *nouerat* a; *uenerat* b g t — *bellum* V: *belli* D O — 24. *geren* V — *tempos* V¹ — *practermississe* V — *oppresa* V — 25. *et eorum* b: *et eor* V; *caeterorum* a g t — *excitus* V¹ — 26. *is* om. t (*his hostis* a) — *calaterna* V — 27. *qui* b corr. ex *quē* — *consuli* V: *coñs* b t; *consul* a g — *obsistit* V: om. a g, *obsidet* t; *obsidet qui* b; *obsistit qui* Lamb. — *consul* V — 28. *uerua* V — *ex collegae* om. t.

sum; fugati equites; proelium commissum; occisi aliquot. Quae pax potest esse maior? Dilectus tota Italia decreti sublatis vacationibus; saga cras sumentur; consul se cum praesidio descensurum esse dixit.

7. Utrum hoc bellum non est? Etiam tantum bellum, quantum numquam fuit. Ceteris enim bellis, maximeque civilibus, contentionem rei publicae causa faciebat. Sulla cum Sulpicio de iure legum, quas per vim consul Sulla latas esse dicebat; Cinna cum Octavio de novorum civium suffragiis; rursus cum Mario et Carbone Sulla, ne dominarentur indigni et ut clarissimorum hominum crudelissimam poeniretur necem. Horum omnium bellorum causae ex rei publicae contentione natae sunt. De proximo bello civili non libet dicere: ignoro causam, detestor exitum. III. 8. Hoc bellum quintum civile geritur — atque omnia in nostram aetatem inciderunt — primum non modo non in dissensione et discordia civium, sed in maxima consensione incredibilique concordia. Omnes idem volunt, idem defendunt, idem sentiunt. Cum omnes dico, eos excipio, quos nemo civitate dignos putat. Quae est igitur in medio belli causa posita? Nos deorum immortalium templa, nos muros, nos domicilia sedesque populi Romani, aras, focos, sepulchra maiorum; nos leges, iudicia, libertatem, coniuges, liberos, patriam defendimus: contra M. Antonius id molitur, id pugnat, ut haec omnia perturbet, evertat, praedam rei publicae causam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispertiat parricidis.

9. In hac tam dispari ratione belli miserrimum illud est, quod ille latronibus suis pollicetur primum domos; urbem enim divisurum se confirmat: deinde omnibus portis quo velint deducturum. Omnes Cafones, omnes Saxae ceteraeque pestes, quae sequuntur Antonium, aedes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. Atque etiam homines agrestes, si homines illi ac non pecudes potius, inani spe ad aquas usque et Puteolos provehuntur. Ergo habet Antonius quod suis polliceatur: quid nos? num quid tale habemus? Di meliora! id enim ipsum

1. *aliquod* V; *aliqui* t — 2. *delectus* O — 3. *sagas* V — *crassa* a g t — 4. *esse* V: om. D — 5. fort. *bellum est an non est?* — *etiam* V: *an etiam* D — *bellum* Lambino delendum videbatur. — 6. *cȩteris* V — *contentionem* D: *contionem* V — *contentio rei p. causam* coni. Beierus ad Offic. Vol. II, p. 35 collato loco inferiore v. 11; at vide v. 12 et v. 14 sqq. — 7. *cum supplicio* D — *per um* V — 8. *consul Sulla latas esse* scripsi: *con sulla latas esse* V (*con* m. 2 punctatum et *l.* ante *sulla* addita); *latas Sulla (sylla)* D O — 9. *suffragis* t — 10. *et* om. b — *uirorum* b — *clarudelissimam* V — *paeniretur* t; *poenirentur* V; *puniretur* a O; *puniret* b g — 11. *causae bellorum* t — *rei publica* V — 12. *liber* V — *exitium* t — 13. *ciuilem* V — 14. *non modo non* V b: *non modo* a g t — 15. *ciuim* V (*ciuium et discordia* a) — *cosensione* t; *consensionẽ* V — *incredibilibusque concordiam omnines* V — 16. *sentium* V — 17. *dignos ciuitate* b — 18. *nos* ante *deorum* om. D — 19. *aras* V D: *penates, aras* i O — *sepulchra* V D: *sepulcra* O — 20. *iudiciali libertatem* V — 22. *uestras* b; *nostras .m.* (sic) a t — *dissupet* V — 24. *illut* V — 25. *diuisurum es* V; *se diuisurum* D O — 27. *axae* V; *faxe* b — *postes* t — *secuntur* V a t — 28. *optimias* V; *opimas* b g — *homines agrestes, si homines illi ac non pecudes potius* Faërnus: *homines illi an non pecudes potius* V mance; *homines agrestes si homines sunt illi potius quam* (*quam pocius* b; *quam potius quam* a) *pecudes* D — 29. *inamni spea ad* t — 30. *et Puteolos prouehuntur* V: *puteolanas* (*puteolas* a) *peruehuntur* D — 31. *quid non umquit* V — *non quid* b — *di* V²: *de* V¹; *dũ* b; *det* a g t; *dii* O — *ipsum* om. t.

agimus, ne quis posthac quidquam eius modi possit polliceri. Invitus dico, sed dicendum est. Hasta Caesaris, patres conscripti, multis improbis et spem affert et audaciam. Viderunt enim ex mendicis fieri repente divites: itaque semper hastam videre cupiunt ii, qui nostris bonis imminent, quibus omnia pollicetur Antonius. 10. Quid nos? nostris exercitibus quid pollicemur? Multo meliora atque maiora. Scelerum enim promissio et iis, qui exspectant, perniciosa est et iis, qui promittunt. Nos libertatem nostris militibus, leges, iura, iudicia, imperium orbis terrae, dignitatem, pacem, otium pollicemur. Antonii igitur promissa cruenta, taetra, scelerata, dis hominibusque invisa, nec diuturna nec salutaria: nostra contra honesta, integra, gloriosa, plena laetitiae, plena pietatis.

IV. 11. Hic mihi etiam Q. Fufius, vir fortis ac strenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat. Quasi vero, si laudanda pax esset, ego id aeque commode facere non possem. Semel enim pacem defendi? non semper otio studui? quod cum omnibus bonis utile esset, tum praecipue mihi. Quem enim cursum industria mea tenere potuisset sine forensibus causis, sine legibus, sine iudiciis? quae esse non possunt civili pace sublata. 12. Sed quaeso, Calene, quid tu? servitutem pacem vocas? Maiores quidem nostri non modo, ut liberi essent, sed etiam, ut imperarent, arma capiebant: tu arma abiicienda censes, ut serviamus? Quae causa iustior est belli gerendi quam servitutis depulsio? in qua etiam si non sit molestus dominus, tamen est miserrimum posse, si velit. Immo aliae causae iustae, haec necessaria est. Nisi forte ad te hoc non putas pertinere, quod te socium fore speras dominationis Antonii. In quo bis laberis: primum, quod tuas rationes communibus interponis, deinde, quod quidquam stabile aut iucundum in regno putas. Non, si tibi antea profuit, semper proderit. 13. Quin etiam de illo homine queri solebas: quid te facturum de belua putas? Atque ais eum te esse, qui semper pacem optaris, semper omnes cives volueris salvos. Honesta

---

1. *ne*] *p. ne* V; non videtur *c.* post *p.* intercidisse, cum statim patres conscripti appellentur. — *quicquam* V a b g; *quãquam* t — 2. *dico*] *dico ha* V — *sed tamen* g; *sed hic* b[1] — *hasta* D: *ista* V, ex qua lectione apparet correctionem *ha,* quae post *dico* legitur, ex margine in alienum locum illatam esse. — *inprobis* V — 3. *adfert* V g — *uiderunt enim ex mendicis* V: *sui enim ex me didicerunt* (*dediterunt* b) D — 4. *diuite* V — *semper hastam* (*astam* V) mei: *hastam semper* O — *ii* t: *hii* b; *hi* V a g — 5. *quid nos nostris exercitibus? quid pollicemur?* in a t distinctum est — *nostri* V — 6. *multa* a — 7. *promisio* V — *is* V; *his* D — *spectant* t — *is* V; *his* D — 8. *militibus nos* b — *leges iura* V: *iura leges* D O — 9. *antoni* V — 10. *curenta* V — *tetra* D O — *dis* g: *di* V, *deis* t, *diis* O — *inuisis* a — *neque salutaria* O contra meos.— 13. *Fufius* V t: *fusius* a b g — *strenus amicius* V — 15. *id aeque* V b: *id* t; *idem* a g — *facere commode* t — *semper enim* b — 16. *esset* V: *est* D O — 17. *rorensibus* V — 18. *iudicibus* b — 19. *quid tu?* Ravius (Var. Lectt. II, 187): *quid? tu* O; Ernestio *quid* suspectum erat. — 20. *nostris* V — *ut ut imp.* b — 21. *tu* V b: *at tu* a g t — *serviamus?* nos: *serviamus.* edd. Signum interrogationis in V quoque videtur exstare. — 24. *alia causa iusta* D — *haec* V b t: *ac* a g — *est* om. D — *hoc ad te* t — 25. *antoni* V b — *in quo bis*] *quo uis* V — 26. *liberis* V[1]; *falleris* D — *interponis* V: *anteponis* D O — 27. *aut iuc. in regno* V t: *in regno aut iuc.* a b g O — 28. *ante* t — *quiin etiam enim de illo* V, unde Faërnus probabiliter: *quin etiam, memini, de illo,* nisi potius *etiam* et *enim* duae diversae scripturae sunt. — 29. *bellua* O — *puta* V — *atque ais* V: *atq; aes* t; *atqui es* a b g (*at quia is* b[1], ut videtur, ante corr.) — *cum* b; *eum te esse* om. a g — 30. *pacem*] *pascere* b — *optares* t — *omnis ciuis* V — *uolueris saluos*

oratio, sed ita, si bonos et utiles et e re publica cives: sin eos, qui natura cives sunt, voluntate hostes, salvos velis, quid tandem intersit inter te et illos? Pater tuus quidem, quo utebar sene auctore adolescens, homo severus et prudens, primas omnium civium P. Nasicae, qui Ti. Gracchum interfecit, dare solebat; eius virtute, consilio, magnitudine animi liberatam rem publicam arbitrabatur. 14. Quid? nos a patribus num aliter accepimus? Ergo is tibi civis, si temporibus illis fuisses, non probaretur, quia non omnes salvos esse voluisset. Quod L. Opimius consul verba fecit de re publica, de ea re ita censuerunt, uti L. Opimius consul rem publicam defenderet. Senatus haec verbis, Opimius armis. Num igitur eum, si tum esses, temerarium civem aut crudelem putares? aut Q. Metellum, cuius quattuor filii consulares? P. Lentulum, principem senatus, complures alios summos viros, qui cum Opimio consule armati Gracchum in Aventinum persecuti sunt? quo in proelio Lentulus grave vulnus accepit, interfectus est Gracchus et M. Fulvius consularis eiusque duo adolescentuli filii. Illi igitur viri vituperandi; non enim omnes cives salvos esse voluerunt. V. 15. Ad propiora veniamus. C. Mario L. Valerio consulibus senatus rem publicam defendendam dedit: L. Saturninus tribunus pl., C. Glaucia praetor est interfectus. Omnes illo die Scauri, Metelli, Claudii, Catuli, Scaevolae, Crassi arma sumpserunt. Num aut consules illos aut clarissimos viros vituperandos putas? Ego Catilinam perire volui. Num tu, qui omnes salvos vis, Catilinam salvum esse voluisti? Hoc interest, Calene, inter meam sententiam et tuam: ego nolo quemquam civem committere ut morte multandus sit: tu, etiam si commiserit, conservandum putas. In corpore si quid eius modi est, quod reliquo corpori noceat, id uri secarique patimur, ut membrum aliquod potius quam totum corpus intereat: sic in rei publicae corpore, ut totum salvum sit, quidquid est pestiferum, amputetur. 16. Dura vox! multo illa durior: Salvi sint improbi, scelerati, impii; deleantur innocentes, honesti, boni, tota res publica. Uno in homine, Q. Fufi, fateor te vidisse plus quam me. Ego P. Clodium arbitrabar perniciosum civem, sceleratum, libidinosum, im-

---

V D: *salvos volueris* i O — *honesta* D: *omneista* V — 1. *ratio* a g — *ita*] *etiam* b — *si* D: *sibi* V — *utius* V (ex *utilis*) — *et e re p.* V: *et rei p.* a; *.r. p.* b g t — *ciuius* V — 2. *intersit* V: *interest* D — 3. *pater tuus quidem* V: *qui pater dem tuus* t; *quid pater tandem tuus* b; *quid pater dein tuus* a g; *pater quidem tuus* O — *sine* V[1] — *auctore* V: om. D O — 4. *nasica* g t; *nasicā* a — *tiberium* a g; *tibus* V — 5. *graccum* a t et sic infra. — *dare*] *dicere* a g — 6. *rem publica* V — 7. *num* om. g in lac.— *cuius si* a — 8. *qua* V — 10. *ut* a — *L.* om. D — *cos.* V — *publica* V — *sinatus* V — 11. *eum tum esse* t — 12. *putaret* t — *aut Q.*] *atq.* V, fort. *an Q.* — *quantuor fili* V — *consulare rei publice lentulum* V[1] — 13. *senatus* Ferrarius: *senatorem* V D — *cum* V: *cum L.* D O — 14. *aduentinum* b g t — *persecui* V — 15. *marcus puluius* V — 16. *consularis* Ferrarius: *consulares* D O; cf. in Catil. I, § 4. — *adulescentuli fili* V — 17. *omnis* V b — *propria* b — 18. *Valerio* om. V — *consul* V — *publice* V — 19. *C.* om. D — *glancia* b — *praetor*] *p. r.* a b t; *populi romani* V; *populo r.* g — 20. *scaurii* V — *Claudii*] *lucii* b — *scaeuolē* V — 21. *aut consules illos* V: *autem syllos* t; *aut* (*autem* b g) *illos* a b g — *claruissumos* V; *clarissimos hos* Mommsenius — 22. *uoluit* V — 23. *Calene* b post *sententiam* habet. — 24. *ciuem* D: *quem* V — 25. *mutandus* V — 26. *quit* V — *id* V[1]: *ad* V[2]; om. D — 27. *membra* t; *membrorum* a b g — *aliquod -- salvum sit* om. t — 28. *re publice* V — *quicquid* a g t — 29. *amboutetur* V — *durior illa* b — *inprobi* V — 31. *Q.*] *que* b — *fusi* a b g.

pium, audacem, facinerosum, tu contra sanctum, temperantem, innocentem, modestum, retinendum civem et optandum: in hoc uno te plurimum vidisse, me multum errasse concedo. Nam quod me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita. Vehementer me agere fateor, iracunde nego. Omnino irasci amicis non temere soleo, ne si merentur quidem. 17. Itaque sine verborum contumelia a te dissentire possum, sine animi summo dolore non possum. Parva est enim mihi tecum aut parva de re dissensio? Ego huic faveo, tu illi? immo vero ego D. Bruto faveo, tu M. Antonio: ego conservari coloniam populi Romani cupio, tu expugnari studes. VI. An hoc negare potes, qui omnes moras interponas, quibus infirmetur Brutus, melior fiat Antonius? Quousque enim dices pacem velle te? Res geritur, † conductae lineae sunt, pugnatur acerrime. Qui intercurrerent, misimus tres principes civitatis. Hos contempsit, reiecit, repudiavit Antonius: tu tamen permanes constantissimus defensor Antonii. 18. Et quidem, quo melior senator videatur, negat se illi amicum esse debere: cum suo magno esset beneficio, venisse eum contra se. Vide quanta caritas sit patriae: cum homini sit iratus, tamen rei publicae causa defendit Antonium.

Ego te, cum in Massilienses tam es acerbus, Q. Fufi, non animo aequo audio. Quousque enim Massiliam oppugnabis? ne triumphus quidem finem facit belli? per quem lata est urbs ea, sine qua numquam ex transalpinis gentibus maiores nostri triumphaverunt. Quo quidem tempore populus Romanus ingemuit. Quamquam proprios dolores suarum rerum omnes habebant, tamen huius civitatis fidelissimae miserias nemo erat civis qui a se alienas arbitraretur. 19. Caesar ipse, qui illis fuerat iratissimus, tamen propter singularem eius civitatis gravitatem et fidem quotidie aliquid iracundiae remittebat: te nulla sua calamitate civitas satiare tam fidelis potest? Rursus iam me irasci fortasse dices. Ego autem sine iracundia dico omnia, nec tamen sine dolore animi: nemi-

---

1. *facinerosum* V: *facinorosum* D O. Illud codd. antiqui constanter habent. — 3. *me* V b: om. a g t — *erasse* V¹ — *quod* om. D — *tecum iracundiae* V; *iracunde tecum* g t — 4. *non ita est* a — *iracũde* V — 5. *micis* V — *timere* V¹ — 6. *animis* V — 7. *dolore summo* b — *enim est* a — 8. *huic* V: *huic uel illi* (*uelliti* t) *uidelicet* b g t; *huic tu illi uidelicet* a (sequitur in a quoque *faueo tu illi*); *huic videlicet* edd., quamquam nullus cod. sic habet et glossae origo ex lectione in b g t satis intelligitur. — *feueo* V¹ — *vere* O operarum errore. — *D.*] *domitiu* V — 9. *M.* om. b — *conseruare* D — 10. *interponas* V: *interponis* D — 11. *dicis* D — 12. *lineae* V D i (sed V *liniae*): *vineae* edd. (iam Ven. a. 1474.) De lectione, quam sex mei habent, apud editores altum est silentium; nec tamen magis compertum habemus, quid valeat nova lectio, quam quae insit sententia in interpolata lectione vulgata. De scriptura autem *linia*, quae est in V, hoc tenendum est, codd. antiquos non fere aliam scripturam habere nisi *liniamentum*, ut item *liniatam* codd. in Plauti mil. glor. III, 3, 42 suppeditant, quam scripturam Ritschelius quoque sprevit; sed scripturae *linia* praeter hoc aliud exemplum non habeo. — 13. *intercurresimus* t — *tris* b; *ties* V — 15. *Equidem* D — *seruator* t — *se* a b t: *ei* V; *si* g — 16. *esset* V: *esse* D (*benef. esse* t); de locutione v. ep. ad Fam. VII, 30, 3. — *cum* V: *reum* b g t; *rerum* a — 17. *videte* Manutius. — *homine* t — *re publica* V (*publicae* m. 2) — 19. *ergo te* a g t — *cum* om. g — *massiliensis* V — *es* V: *sis* D — *Q.* om. D — *fusi* a b — 20. *equo* V — *obpugnabis* t — 21. *facit* V: *fecit* D — *sublata* D — 22. *triumphauerunt* V a: *triumpharunt* b g t — 23. *populi romani* V — 25. *erat quis quas* (*se* addidit m. 2) *alienas* V — *arbitrabatur* a — 27. *cotidie* V D — *te* et *sua* om. D — 28. *saciare* V b; *saciari* (*sat.* g) a g t — *te tam* b — *portasse* V¹; om. a — *dicis* g — 29. *dico omnia* V: *dico, ut omnia* D O — *tamen sine* D: *tam esse in* V — *animi* V: om. D O; cf. § 17 in.

nem illi civitati inimicum esse arbitror, qui amicus huic sit civitati. Excogitare quae tua ratio sit, Calene, non possum. Antea deterrere te ne popularis esses non poteramus: exorare nunc ut sis popularis non possumus. Satis multa cum Fufio ac sine odio omnia, nihil sine dolore. Credo autem, qui generi querellam moderate ferat, aequo animo laturum amici.

VII. 20. Venio ad reliquos consulares, quorum nemo est — iure hoc meo dico — quin mecum habeat aliquam coniunctionem gratiae; alii maximam, alii mediocrem, nemo nullam. Quam hesternus dies nobis, consularibus dico, turpis illuxit! iterum legatos? quid? si ille faceret inducias? Ante os oculosque legatorum tormentis Mutinam verberavit; opus ostendebat munitionemque legatis; ne punctum quidem temporis, cum legati adessent, oppugnatio respiravit. Ad hunc legatos? cur? an ut eorum reditu vehementius pertimescatis? 21. Equidem cum ante legatos decerni non censuissem, hoc me tamen consolabar, quod, cum illi ab Antonio contempti et reiecti revertissent renuntiavissentque senatui non modo illum de Gallia non discessisse, uti censuissemus, sed ne a Mutina quidem recessisse, potestatem sibi D. Bruti conveniendi non fuisse, foret ut omnes inflammati odio, excitati dolore armis, equis, viris D. Bruto subveniremus. Nos etiam languidiores postea facti sumus, quam M. Antonii non solum audaciam et scelus, sed etiam insolentiam superbiamque perspeximus. 22. Utinam L. Caesar valeret, Servius Sulpicius viveret! multo melius haec causa ageretur a tribus, quam nunc agitur ab uno. Dolenter hoc dicam potius quam contumeliose: deserti, deserti, inquam, sumus, patres conscripti, a principibus. Sed — saepe iam dixi — omnes in tanto periculo, qui recte et fortiter sentient, erunt consulares. Animum nobis afferre legati debuerunt: timorem attulerunt, quamquam mihi quidem nullum, quamvis de illo, ad quem missi sunt, bene existiment: a quo etiam mandata acceperunt. VIII. 23. Pro di

---

1. *sit huic* D — *civitati* Faërno spurium videbatur. — 2. *antea* D: *ate antea* V — *deterrene ne* t — 3. *exorare* in D est post *popularis*, in O errore post *nunc* — *ut sis*] *uisi* t — *popularias* V, *populares* t — 4. *multā* V — *fusio* a b — 5. *credam qui* b — *querella* V; *querelam* D O — *ferat moderate* t — *aequoniam O laturum* V¹ sine *amici*; fort. *a. a. amici laturum* — 7. *uenio* V: *uenio nunc* D O — *consulararis* V — 8. *quin* V² t: *quia* V¹; *qui non* a b g — *metum* V — 10. *inluxit* V; *induxit* a g — *quid si ille* V t: *quod si ille* b; *quid? ille* a g O; fort. *quid? ut ille* — 11. *ante os* b, ut coni. A. Augustinus: *ante eos* t; *ate hos* V; *ante coñs.* a g — *oculos* t — 12. *punctium* V — 13. *nespirauit* V — *curam ut eorum* V; *cur an ut in eorum* b; *cur amneorum* a (*curam ut eorum* t spatio vacuo ante *ut*) — 14. *cum ante* V: *antea cum* D; *quum antea* O — 15. *no* V¹ — *ceisuissem* V — 16. *antoni* t — *et relicti* a g t — *renunciauissentque* V (de quo Garatoni graviter erravit): *que* t; *dixissentque* a b g O — 17. *de* V (unde Garatoni maluit *decessisse*): *e* D O — *ut* D — *ne* om. t — 18. *domitius bruti* V — 19. *foret ut* scripsi: *fore tu* V; *fore ut* D O; *fore putabam ut* Aldus senior; Lambinus *quod* post *consolabar* (v. 15) delevit.—20. *uiris* V: *uiribus* D — *D.*] *domi* V¹; *domicius* V² — *possetea facti sumus* V; *facti sumus postea* D — 21. *quam M.* Faërnus: *quam marus* V; *M.* om. D O — *antoni* V t — 22. *superuiamque* V — *supplicius* V — 24. *ab uno*] *ab omnibus* a — 25. *deserti inquam* om. D — *simus* g; *msumus* t (*m* relicta ex deperdito *inquam*) — *saepiam* V; *iam saepe* D; *ut saepe iam* O — 26. *senciunt* a — 27. *uobis* a — *adferre* V g (*legati adf.* g) — 28. *nullum* V: *nullum umquam timorem* D; in V ante *nullum* legitur *amissi sunt*, sed punctatum, in quo scriba sequens *missi sunt* videtur praecepisse. Ernestio vv. *quamquam* - - *nullum* suspecta erant. — 29. *existimarent* a — *proh* g — *di* g t: *dii* a b V O.

immortales! ubi est ille mos virtusque maiorum? C. Popilius apud maiores nostros cum ad Antiochum regem legatus missus esset et verbis senatus nuntiasset ut ab Alexandrea discederet, quam obsidebat, cum tempus ille differret, virgula stantem circumscripsit dixitque se renuntiaturum senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione exisset. Praeclare: senatus enim faciem secum attulerat auctoritatemque populi Romani: cui qui non paret, non ab eo mandata accipienda sunt, sed ipse est potius repudiandus. 24. An ego ab eo mandata acciperem, qui senatus mandata contemneret? aut ei cum senatu quidquam commune iudicarem, qui imperatorem populi Romani senatu prohibente obsideret? At quae mandata! qua arrogantia! quo stupore! quo spiritu! Cur autem ea legatis nostris dabat, cum ad nos Cotylam mitteret, ornamentum atque arcem amicorum suorum, hominem aedilicium? si vero tum fuit aedilis, cum eum iussu Antonii in convivio servi publici loris ceciderunt. 25. At quam modesta mandata! Ferrei sumus, patres conscripti, qui quidquam huic negemus. Utramque provinciam, inquit, remitto; exercitum depono; privatus esse non recuso: haec sunt enim verba. Redire ad se videtur. Omnia obliviscor, in gratiam redeo. Sed quid adiungit? Si legionibus meis sex, si equitibus, si cohorti praetoriae praedam agrumque dederitis. Iis etiam praemia postulat, quibus ut ignoscatur si postulet, impudentissimus iudicetur. Addit praeterea, ut quos ipse cum Dolabella dederit agros, teneant ii, quibus dati sint. 26. Hic est Campanus ager et Leontinus, quae duo maiores nostri annonae perfugia ducebant. IX. Cavet mimis, aleatoribus, lenonibus: Cafoni etiam et Saxae cavet, quos centuriones pugnaces et lacertosos inter mimorum et mimarum greges collocavit. Postulat praeterea, ut [chirographorum] sua et commentariorum collegaeque sui decreta maneant. Quid laborat, ut habeat quod quisque mercatus est, si quod accepit habet qui vendidit? Et ne tangantur

---

1. *mors* V — *Popilius* D: *pupilius* V; *Popillius* O — 2. *antonichum* V[1] — 3. *nuntiasset* V D: *denuntiasset* O cum cod. Ferrarii. — *Alexandrea* V b: *Alexandria* a g t O — 4. *urgula stantem* V; *uirgulas tandem* a t; *uirgula tandem* b g — *se renuntiaturum* V: *se non ante* (*antea* b) *renuntiaturum* (*rēnuntiaturum* t) D. Nipperdeio in Philologi III, p 146 *senatui* delendum videtur, explicanti: «*er werde dem Könige absagen*»; at si quod vitium lateat, potius aliquid deest quam ut supersit. Videtur tamen *re* in *renuntiare* negantis esse, ut iam Faërnus significavit, verbumque idem valere quod «se senatui nuntiaturum esse regem imperata facere nolle», ut sit fere nostrum «*abmelden*». — 6. *exisset* V: *excessit* D; *excederet* O cum aliquot dett. — *praeclara* V — 7. *adtulerat* V — *auctoritatemque re publica* V; *auctoritatem .r. p.* b g; *auctoritatem et .p.* a; *auctoritate p.* t — *cui* V: *cui is* b; *ciuis* a g t — 8. *potius* V: *totus* D O (*sed ipsi est potius renuntiandum* Nipperdeius l. c.) — *repudiatus* a — 9. *contempneret* V D — 10. *imperator* V — 11. *opsideret* V — *at quae* a b g: *atq.* V t — *adrogantia* V — 12. *quo tumore* Mommsen — 14 litt. *licium* V in ras. habet. — *vere* ed. Iunt. — *antoni* V — 15. *publici* om. D, unde *seruitores* in a b t pro *serui loris.* — *Ad* V[2] a g; *A* V[1] — *quem* a g — *molesta* t — 16. *ferrei* V: *ferreti* t; *ferr hii* b; *ferret? Hi* a g — 18. *non* V corr. ex *nunc* — 20. *sex* V: *et* D — 21. *praedam* codices: *praemia* Ernesti et Garatoni (hic etiam *pecuniam* proposuit) — *iis* V: *his* D — *postulabat* a g — 22. *ut* om. V — *ignoscamus* t — 23. *ut* om. D — *ii* t: *i* V; *hi* a b g — 24. *adti* V — *sint* V b: *sunt* a g t — *lecintinus* t — 25. *perfrugia* V[1] — *memisi* V; *mimis et* D — 26. *leonibus* b — *pugnages* V — 27. *minorum* V — *conlocauit* V — 28. *ut* om. a — *cyrograforum sua et omment.* V; D O *sua* post *comment.* habent; *chirogr.* cum Mommsenio inclusimus. — *collegaque* V — 29. *laboratur* a — 30. *si quid* a g — *habeat* D — *et negantur* V.

rationes ad Opis: id est, ne septiens miliens reciperetur. Ne fraudi sit septemviris quod egissent. Nucula hoc, credo, admonuit; verebatur fortasse ne amitteret tantas clientelas. Caveri etiam vult iis, qui secum sint, quidquid contra leges commiserint. Mustelae et Tironi prospicit: de se nihil laborat. 27. Quid enim commisit umquam? num aut pecuniam publicam attigit aut hominem occidit aut secum habuit armatos? Sed quid est quod de iis laboret? postulat enim ne sua iudiciaria lex abrogetur. Quo impetrato quid est quod metuat? an ne suorum aliquis a Cyda, Lysiade, Curio condemnetur? Neque tamen nos urget mandatis pluribus; remittit aliquantum et relaxat. Galliam, inquit, togatam remitto, comatam postulo. Otiosus videlicet esse mavult. Cum sex legionibus, inquit, iisque suppletis ex D. Bruti exercitu, non modo ex dilectu suo, tamdiuque ut obtineat, dum M. Brutus C. Cassius consules prove consulibus provincias obtinebunt. Huius comitiis C. frater — eius est enim annus — iam repulsam tulit. 28. Ipse autem ut quinquennium, inquit, obtineam. At istud vetat lex Caesaris, et tu acta Caesaris defendis.

X. Haec tu mandata, L. Piso, et tu, L. Philippe, principes civitatis, non dico animo ferre, verum auribus accipere potuistis? Sed, ut suspicor, terror erat quidam: nec vos ut legati apud illum fuistis nec ut consulares, nec vos vestram nec rei publicae dignitatem tenere potuistis. Et tamen nescio quo pacto sapientia quadam, credo, quod ego non possem, non nimis irati revertistis. Vobis M. Antonius nihil tribuit, clarissimis viris, legatis populi Romani: nos quid non legato M. Antonii Cotylae concessimus? Cui portas huius urbis patere ius non erat, huic hoc templum patuit, huic aditus in senatum fuit, hic hesterno die sententias vestras in codicillos et omnia verba referebat, huic se etiam summis honoribus usi contra suam dignitatem venditabant. 29. O di im-

---

1. *opes* a g — *id est*] *idem* a b g — *ne* V: *ne sestertium* D — *septies milies* (*millies* O) V D O — *Nucula hoc* V: *nucula* b^1 (om. *hoc*); *nunc ulla* t; *nunc illa* a b^2 g — 3. *fortasse uerebatur* b — *cliente* V — *uolt iis* V; *uultus* a; *uult his* b g — 4. *quicquit* V; *quicquid* a b t; *qui quid* O ex Ferrarii coni. — 5. *des nihil* V — 6. *attingit ut hominem* V — *occiderit* a t — 7. *est quod* om. a — *iis* V t: *his* a b g — *postulabat* a — 8. *imperato* b — 9. *an*] *Aut* t — *a cyiae* V; *a cuda* b — *lysia decurio* t; *lisya de curio* b; *lysia de corio* a — *condempnetur* V D — 10. *laxat* b — 11. *togatam* V: *totam* D — 12. *mauolo* t; *malo* a b g — *isque* V; *hisque* b — *supletis* V; *subplexis* a — 13. *ex domitio bruti* V; *ex deci bruti* b — *delectu* O — 14. *optineat* V b g t — *dum marcus* V: *d. m.* (sic) b t; *quamdiu .d.* a g — *proue consul* V; *proue cons̃.* a t; *proue consules* g — 15. *optinebunt* V — *comitis* V — 16. *enim annus iam* D: *enim iam annus ut* V. De sententia loci cf. Ferratii epist. VI, 8, 6 p. 423 ed. 1738 et Wexium ad Tac. Agric. p. 203 not. — *ipse autem* om. D — *ut* V: *aut* D — 17. *optineam* V b (*obt.* b): *optineant* a g (*obt.* a); (*optineat matis tutuae etadlex. caẽs.* t) — *Ad* V a — *istuc* V^2 — *uetat* V: *tua et* a g; *et* b; de t supra v. — *et tu acta Caesaris* om. D — 18. *defendit* D — 19. *L.* om. V — *ipso* a — *et tu*] *etu* V — *princeps* t — 20. *uerbum* a — *aribus* V — 21. *quiddam* t — 21. *nec vos - - consulares* om. a — *aput* V, ut fere semper. — 24. *nimis irati* V b: *miserati* a g t — *reuersi estis* a; cf. Fleckeisenum in Philologi IV, p. 335 not. 26. — *bouis* V — *marcus* V; *q.* a — 25. *viris* om. a — *nos qui* V — *M.* om. D; *marcus* V — *antoni* V b — 26. *Cotylae* D: *colae* V — *ius*] *iu* V — *erat* V: *fuit* D — 27. *die* om. a — 28. *uestras* V D: *nostras* i O — *codicellos* a; *codicellis* g t — *omnia uestra uerba* b — *etiam se* a — 29. *honoribus usi* codex Ferrarii: *honoribus i* V t (sed t *.i.*); *honoribus si* a; *honoribus hi* (*hii* b) b g — *dignitatem suam* D O — *di* V g t: *dii* O.

mortales! quam magnum est personam in re publica tueri principis! quae non animis solum debet, sed etiam oculis servire civium. Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere, etiam seducere hominis est nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantis. Quod autem est periculum? nam si maximum in discrimen venitur, aut libertas parata victori est aut mors proposita victo: quorum alterum optabile est, alterum effugere nemo potest. Turpis autem fuga mortis omni est morte peior. 30. Nam illud quidem non adducor ut credam, esse quosdam, qui invideant alicuius constantiae, qui labori eius, qui eius perpetuam in re publica adiuvanda voluntatem et senatui et populo Romano probari moleste ferant. Omnes id quidem facere debebamus, eaque erat non modo apud maiores nostros, sed etiam nuper summa laus consularium, vigilare, adesse animo, semper aliquid pro re publica aut cogitare aut facere aut dicere. 31. Ego, patres conscripti, Q. Scaevolam augurem memoria teneo bello Marsico, cum esset summa senectute et perdita valetudine, quotidie, simul atque luceret, facere omnibus conveniendi potestatem sui: nec eum quisquam illo bello vidit in lecto, senexque debilis primus veniebat in curiam. Huius industriam maxime quidem vellem ut imitarentur ii, quos oportebat: secundo autem loco, ne alterius labori inviderent. XI. 32. Etenim, patres conscripti, cum in spem libertatis sexennio post simus ingressi diutiusque servitutem perpessi, quam captivi servi frugi et diligentes solent, quas vigilias, quas sollicitudines, quos labores liberandi populi Romani causa recusare debemus? Equidem, patres conscripti, quamquam hoc honore usi togati solent esse, cum est in sagis civitas, statui tamen a vobis ceterisque civibus in tanta atrocitate temporis tantaque perturbatione rei publicae non differre vestitu. Non enim ita gerimus nos hoc bello consulares, ut aequo animo populus Romanus visurus sit nostri honoris insignia, cum partim e nobis ita timidi sint, ut omnem populi Romani beneficiorum

---

2. *animis* V: *armis* D — 3. *reducere* D — 4. *est*] *et* V — *de* om. a — *nimium* om. a — *de* om. b — 5. *si maxime* coni. Faërnus. — *uenietur* D — *parata* V: *parta* D — 6. *est uictori* (*uictoria* b) a b g; *est* om. t — *exposita* D — *uicto* D: *uicit* V; fort. *victis* — *adulterum* bis t — *est* om. b — 7. *nemo effugere* a t — 8. *Nam -- ferant* v. 11 om. t — *illut* V; *illuc* a — 9. *eius* (*huius* a) *qui eius* a b g: *qui eius* om. V O (*laboribus qui eius* i) — 10. *et senatui et populo R.* scripsi: *et a senatui et populi romani* V; *et a senatu et a populo R.* D O — *probarit* V — 11. *modeste* a g — *debeamus* a; *debemus* b g t — 13. *adesse* Faërnus: *cogitare adesse* mei. Ut saepe in V factum invenimus, ex proxime sequentibus verbum a scriba praeceptum est, quod deinde in codd. dett. a suo loco detrusum est. — *aliquit* V — *pro re p.*] *rei p.* g — *aut cogitare* om. D i — 14. *p. c.* V: om. D — *Q.* om. b — 15. *memoriã* V — 16. *ualetudine* V b t: *ualitudine* a g — *cotidie* V D — *ateque* V — *liceret* a b² — *conueniendũi* (sc. duabus lectionibus coniunctis) *potest autem sui* V; *conueniendi* (*conueniundi* t) *sui potestatem* D O — 17. *neque* D — 18. *debilis* V: *et debilis* D O; fort. recte. «In vulgata lectione melius distinguuntur duo mala, senectus et debilitas.» Orelli. — *maximam* g t — 19. *quidem* V: *equidem* D, fort. recte; v. ad or. XII, § 18. — *immitterentur* V — *hii* a; *hi* g — 20. *in* om. b — 21. *post* V: om. D — *simus* a g t: *sumus* b V O; *quoniam -- sumus* coni. Orelli. — *ingessi* V — 22. *serui* V: om. D O — 23. *pop. R.*] *.r. pr.* t — 24. *Et quidem* a — *hoc* om. t — 25. *et ceteris* t — 26. *trocitate* V — *p. r.* a — 27. *uestitum* a g t — *geremus* b t (*nos gerimus* aliquot codd. Ferrarii) — 28. *sit* om. t — *insigna* V — 29. *partim e nobis -- abiecerint* om. a; *partim* om. t — *e* om. b g t — *timidi sint ut omnem* V: *timidis induto ẽ nem* t; *timidis in tutone* b; *timidis in tuto est ne hi* g.

memoriam abiecerint, partim ita a re publica aversi, ut se hosti favere prae se ferant, legatos nostros ab Antonio despectos et irrisos facile patiantur, legatum Antonii sublevatum velint. Hunc enim reditu ad Antonium prohiberi negabant oportere et in eodem excipiendo sententiam meam corrigebant: quibus geram morem. Redeat ad imperatorem suum Varius, sed ea lege, ne umquam Romam revertatur. Ceteris autem, si errorem suum deposuerint et cum re publica in gratiam redierint, veniam et impunitatem dandam puto.

33. Quas ob res ita censeo: Eorum, qui cum M. Antonio sunt, qui ab armis discesserint et aut ad C. Pansam aut ad A. Hirtium consules aut ad Decimum Brutum imperatorem, consulem designatum, aut ad C. Caesarem pro praetore ante Idus Martias primas adierint, iis fraudi ne sit, quod cum M. Antonio fuerint. Si quis eorum, qui cum M. Antonio sunt, fecerit quod honore praemiove dignum esse videatur, uti C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si iis videbitur, de eius honore praemiove primo quoque die ad senatum referant. Si quis post hoc senatus consultum ad Antonium profectus esset praeter L. Varium, senatum existimaturum eum contra rem publicam fecisse.

---

1. *ita*] *ha* V — *ut* V b : *ut huic* a g t — *fabere praefecerant* V — 2. *et inrisos* V: *esse et irrisos* a g t; *et irrisos esse* b — 3. *antoni* b — *huic* (*hinc* b) *enim reditum ad antonium prohibere* D — 5. *germa* V — 7. *cum re p. in gratiam* V b : *in rei p.* (*rp.* a t) *gratiam* a g t; cf. Phil. II, § 118. — 8. *inpunitatem* V — 9. *qui* V a g¹: *in qui* t; *hi qui* b g² — *cum marco antonio* V: *M.* om. b; *cum mani* t; *cumani* a g — 10. *et aut ad* D : *ita quia ad* V; *atque ad* coni. Gul. Christ; cf. fragm. Cic. apud Nonium p. 238 (ed. Orell. IV, 2, p. 463) — *pansa* b — *aut ad A.*] *consul aut ad* V; *ad* om. a g t; *A.* om. a b — *consules* om. V; *coñs.* a b t; *consulem* g; vide ne *consulem* bis et post *Pansam* et post *Hirtium* scribendum sit. — 11. *ad domitium brutum imp. consul diug. aut* V — 12. *pro pr.* V; *pr. pr.* a; *p. r. p. r.* t; *populi r. principem* g; *imp. r. p. p.* b, sed *imp.* punctatum. — *idus marc͠* b — *pr. imas* a t; om. V — *adierunt* t — *eis* g; *int'* t — 13. *quot cum marc͠ antonio fuerit* V — *si quis - - fecerit* om. D — 14. *quo* D — *dignum* V: *quis dignus* a b g; *dignum - - praemiove* om. t — *uti C.*] *ut hic* V — 15. *cosaasis uidebitur* V; cf. ad Phil. V, § 53. — *is* a, *his* b g, *eis* O — *uideatur* a b g — 16. *primo quoque die* om. V; *primo quidem die* t — *post pro* (per comp.) *hoc* V — 17. *sen. cons.*] *se* a (ex *s. c.*) — *esset* V: *fuerit* D — *ualerium* g — 18. *publica* V, in quo subscriptio est: *M. Tulli Ciceronis phylyppicarũ L͠ib. VIII. expl͠ic. inc͠p L͠ib. VIIII. feli͠cit.*

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER NONUS.

I. 1. Vellem di immortales fecissent, patres conscripti, ut vivo potius Ser. Sulpicio gratias ageremus quam honores mortuo quaereremus. Nec vero dubito quin, si ille vir legationem renuntiare potuisset, reditus eius et vobis gratus fuerit et rei publicae salutaris futurus, non quo L. Philippo et L. Pisoni aut studium aut cura defuerit in tanto officio tantoque munere, sed cum Ser. Sulpicius aetate illos anteiret, sapientia omnes, subito ereptus e causa totam legationem orbam et debilitatam reliquit. 2. Quod si cuiquam iustus honos habitus est in morte legato, in nullo iustior [quam in Ser. Sulpicio] reperietur. Ceteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitae periculum sine ullo mortis metu profecti sunt: Ser. Sulpicius cum aliqua perveniendi ad M. Antonium spe profectus est, nulla revertendi. Qui cum ita affectus esset, ut, si ad gravem valetudinem labor accessisset, sibi ipse diffideret, non recusavit quo minus vel extremo spiritu, si quam opem rei publicae ferre posset, experiretur. Itaque non illum vis hiemis, non nives, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit, cumque iam ad congressum colloquiumque eius pervenisset, ad quem erat missus, in ipsa cura ac meditatione obeundi sui muneris excessit e vita.

3. Ut igitur alia, sic hoc, C. Pansa, praeclare, quod et nos ad honorandum Ser. Sulpicium cohortatus es, et ipse multa copiose de ipsius laude dixisti. Quibus a te dictis nihil praeter sententiam dicerem, nisi P. Servilio, clarissimo viro, respondendum putarem, qui hunc honorem statuae

---

1. *di* V t: *dii* O — 2. *sergio* et v. 6 *sergius* g — 2. *mortuo honores* D — 3. *uere* V — 4. *non que* V; *non quod* Lamb. cum ed. Iunt. — 5. *L. Phil.* D: *p. phil.* V; cf. or. VIII, c. 10 in. — *istudium* V — 6. *sulpitius* t et sic saepius. — *illos anteeire* (*anteeiret* corr.) *sapientia omnis* (*omnibus* corr. m. 2) V; *illis anteiret sapientia omnibus* D, ut est apud Arusianum p. 213 L., qui sic habet: *anteeo illi hac re. Cic. Phil. VIIII. Sed cum Servius Sulpitius aetate illis anteiret, sapientia omnibus.* — 7. *eretus* V[1]; *erectus* V[2] — *a causa* b — *legionem* t — *orbem* V — 9. *in ullo* t — *iustior perietur* V[1]; quae desunt, supplevit m. 2. — *ceteris* V — 11. *proueniendi* t — *ad marcum* V — 12. *adfectus* V — 13. *ualitudinem* a g — *sibi ipsenderet* t — *ipsi* a — 14. *uel*] *ue* V — *extremo* V: *in extremo* D — *re publicae* V — 15. *non* om. b[1]; additum est m. 2 (?) post *illum*, ut Muretus edidit. — *niuis* t — 16. *asperitatis* V fort. ex *asperitates* — *non grauescens morbus* t: *non morbus ingr. retard. cum*, quae V[1] om., supplevit m. 2. — 17. *conloquiumque* V, in quo post *eius* legitur: *in ipsa cura ac inediaue* (sic), sed haec verba ex seqq. praecepta linea subducta deleta sunt. — 18. *ac* D: *ad* V; *et* O — 19 *execessit* V[1] — 20. *C.* om. D — *quodenset nos* V; *quod ne is* a; *quod nos* b g t O — 21. *es* b: *est* V a g t — *ipsius* V g: *illius* a b t O — 22. *P.* om. V — 23. *clar. viro* Mommsenius: *cui* V (ex *c. u.*); *cum* t; om. a b g O.

nemini tribuendum censuit nisi ei, qui ferro esset in legatione interfectus. Ego autem, patres conscripti, sic interpretor sensisse maiores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quaerendum. Etenim cui legatio ipsa morti fuisset, eius monimentum exstare voluerunt, ut [in] bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius. Non igitur exempla maiorum quaerenda, sed consilium est eorum, a quo ipsa exempla nata sunt, explicandum. II. 4. Lars Tolumnius, rex Veientium, quattuor legatos populi Romani Fidenis interemit, quorum statuae steterunt usque ad meam memoriam in rostris. Iustus honos; iis enim maiores nostri, qui ob rem publicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt. Cn. Octavii, clari viri et magni, qui primus in eam familiam, quae postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in rostris. Nemo tum novitati invidebat; nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octavii, in qua periculi suspicio non subesset. Nam cum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos liberorumque populorum, maximeque ut nepotem regis Antiochi, eius qui cum maioribus nostris bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet, Laudiceae in gymnasio a quodam Leptine est interfectus. 5. Reddita est ei tum a maioribus statua pro vita, quae multos per annos progeniem eius honestaret, nunc ad tantae familiae memoriam sola restat. Atqui et huic et Tullo Cluvio et L. Roscio et Sp. Antio et C. Fulcinio, qui a Veientium rege caesi sunt, non sanguis, qui est profusus in morte, sed ipsa mors ob rem publicam obita honori fuit. III. Itaque, patres conscripti, si Ser. Sulpicio casus mortem attulisset, dolerem equidem tanto rei publicae vulnere, mortem vero eius non monimento, sed luctu publico esse ornandam putarem. Nunc autem quis dubitat quin ei vitam abstulerit ipsa legatio? Secum enim ille mortem extulit: quam, si nobiscum remansisset, sua cura,

---

1. *censui* t — *ei p. qui* V (videtur hoc *p.* ad *Servilio* pertinere et ex margine falso loco hic suppletum esse); *ei* om. a g t — 2. *patres consc. sic* om. V; in marg. est m. 2 *ps*; *sic .p. c.* t — *maiores nostros sensisse* b — 3. *censuerẽ* t; *censuẽr* a — 4. *monimentum* V: *monum.* D O — *extere* V¹ — *ut in* om. V; nos *in* inclusimus. — 5. *minus* t — 6. *a* om. D — 7. *exempla* om. t — *Lars* D (ut Liv. IV, 58): *lare* V; *Lar* O, cuius formae assertores sunt Charisius I, 21, § 142 et Priscianus V, 3, 14. — *uenientium* V — 8. *quatuor* g t — *pop. R.* om. t — 9. *ad nostram* D — *in ostris* V; *in rostris* D ante *steterunt* habent. — *iis* om. V; *his* a b g; *hi* t — 10. *publica* V — *obirent* b — *uitã* V — 11. *crediderunt* t — 11 et 14. *octaui* V b — *et magni uiri* D — 12. *fortissimis* superscr. «al. *clarissimis*» b — *florũ* t — 13. *nouitate* t — 14. *nemo*] sequitur in V: *rũmaximeq. ut nepotẽ regis antiochi eius qui cũ maioribus nostris bellũ gesserat*, sed haec m. 2 deleta sunt. — *Ad ea* a — 15. *suspicio periculi* t — *misus* V — 16. *respiciendos* V — 17. *antiochi regis* D — *classis* V b — 18. *elephantes* a g; *elefantos* t — *laudiceae* V: *laudicie* b; *lauditia ei* t; *laodiciae* g; *laodicia* a; *Laodiceae* O — *a* om. b — 19. *est* V corr. ex *et* — 20. *quae uitos* t — 21. *restat* Ernesti: *restaret* V D O — *aqui* V; *atque* D — *Cluuio* V b g t: *clinito* a; *Cluilio* O cum Garatonio. Noluimus auctoritatem nostrorum librorum relinquere, cum apud Plinium quoque nat. hist. 34, 6, 11, § 23 librorum scriptura incerta sit. In Livii IV, 17, 1 libri habent *Cloelium Tullum*. — 22. *spurio* V² b g t; *spur* V¹ — *ancio* a (in Plinii libris *Sp. Nautius* vocatur) — *qui a* D: *qua* V — *uelentium* V¹; *ueiectium* t; *ueietum* a — 23. *publ.* om. b — 24. *obita* t, ut coni. Ferrarius: *habita* V a b g — *seruit.* t — 25. *dolerem* b i: *dolorem* V a g t — *equidem* D: *quidem* V O; cf. ad or. XII, § 18. — *re publica* V — 26. *no* V¹ — *monimento sed* V: *monimentis et* (*sed* b) D; *monum. sed* O — *publio* V — *ornandam* V t: *orandam* a g; *decorandam* b; *honorandam* i O; cf. p. Sest. § 83 extr. — 27. *legato* V¹.

optimi filii fidelissimaeque coniugis diligentia vitare potuisset. 6. At ille cum videret, si vestrae auctoritati non paruisset, dissimilem se futurum sui, sin paruisset, munus sibi illud pro re publica susceptum vitae finem fore, maluit in maximo rei publicae discrimine emori quam minus quam potuisset videri rei publicae profuisse. Multis illi in urbibus, iter qua faciebat, reficiendi se et curandi potestas fuit. Aderat hospitum invitatio liberalis pro dignitate summi viri et eorum hortatio, qui una erant missi, ad requiescendum et vitae suae consulendum. At ille properans, festinans, mandata vestra conficere cupiens, in hac constantia morbo adversante perseveravit. 7. Cuius cum adventu maxime perturbatus esset Antonius, quod ea, quae sibi iussu vestro denuntiarentur, auctoritate erant et sententia Ser. Sulpicii constituta, declaravit quam odisset senatum, cum auctorem senatus exstinctum laete atque insolenter tulit. Non igitur magis Leptines Octavium nec Veientium rex eos, quos modo nominavi, quam Ser. Sulpicium occidit Antonius. Is enim profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit. Quocirca etiam ad posteritatis memoriam pertinere arbitror exstare, quod fuerit de hoc bello iudicium senatus. Erit enim statua ipsa testis bellum tam grave fuisse, ut legati interitus honoris memoriam consecutus sit. IV. 8. Quod si excusationem Ser. Sulpicii, patres conscripti, legationis obeundae recordari volueritis, nulla dubitatio relinquetur quin honore mortui, quam vivo iniuriam fecimus, sarciamus. Vos enim, patres conscripti, — grave dictu est, sed dicendum tamen — vos, inquam, Ser. Sulpicium vita privastis: quem cum videretis re magis morbum quam oratione excusantem, non vos quidem crudeles fuistis — quid enim minus in hunc ordinem convenit? — sed cum speraretis nihil esse, quod non illius auctoritate et sapientia effici posset, vehementius excusationi obstitistis atque eum, qui semper vestrum consensum gravissimum iudicavisset, de sententia deiecistis. 9. Ut vero Pansae consulis accessit cohortatio gravior quam aures Ser. Sulpicii ferre didicissent, tum vero denique filium meque seduxit atque ita locutus est, ut auctoritatem vestram vitae suae se diceret anteferre. Cuius nos virtutem admirati non ausi sumus adversari voluntati. Move-

---

1. *fili* V^1 — *fidelissimeque* V; *fidelissimae* a b g; *fidelissima euitare* mediis om. t; *fidissimaeque* O ex errore. — 2. *uestraea* V — *futurum suis. ni paruisset munus* t; *futurum et munus* mediis om. a b g — 3. *sibi illud* D: *subullum* V — *pro re p.*] *p. r.* D — 4. *fore* V: *allaturum* D — *p. r. discr.* a; *discr. r. p.* g — *emori* V b t: *mori* a g — 5. *re publice* V — *qua* om. a — 6. *reci**endi* V^1; *reci*pendi* V^2 — *hospitum* V: *et hospitum* (*hospicium* b g) D O — 7. *cohortati* t — 8. *proprans* V — *festinans* V: *festinansque* D — 10. *ad*untu* V^1 — 12. *sulpicio* V a t — *odiesset* V — 14. *octauium leptines* D — *uelentium rex* V; *rex ueientium* t — 15. *nominã* V — *quam sear.* V — *Is - - mortis fuit* affert Quintilianus VII, 3, 18. — 16. *a* t — 17. *extrare* V^1 t — 19. *sit consecutus* a — 20. *sulpici* V — 21. *reliquetur* V — *honore* b^1, ut coni. Ferrarius: *honorem* V a b^2 g t — *mortui* V b^1: *mortuo* a b^2 g t — 22. *sarciamus* D: *arceamus* V — *dictu* a b t: *dictũ* V g — 23. *tamen dicendum* b — *priuauistis* a b t — 24. *videritis* a b t — *re* V^1: *se* V^2 D — *morbum* V t: *morbo* a b g — *orationẽ* V t — 25. *quidem crud.* D: *crud. quidem* V — 27. *possit* t — *excus. obstititis* V; *obstitistis excus.* b — *eius excusationi* maluit Lamb. — 28. *consense* V^1 — *iudicasset* b — *deiecitis* V^1 — 29. *Uir uere* t — *pansẽ consulu* V^1 — *er. sulpici* V^1 — 30. *didicissent uel potuissent* b — *vero denique* om. D — *filium meque* V: *pilium aeque* t; *pilium equitem* (*equidem* g) a b g — 31. *est* om. a — *auctoritatem uitae uestrae se* a — 32. *ausi non* b — *aduorsari* t — *uoluntati* V^1 b t: *uol. eius* V^2; *eius uol.* a g.

batur singulari pietate filius; non multum eius perturbationi meus dolor concedebat: sed uterque nostrum cedere cogebatur magnitudini animi orationisque gravitati, cum quidem ille maxima laude et gratulatione omnium vestrum pollicitus est se quod velletis esse facturum, neque eius sententiae periculum vitaturum, cuius ipse auctor fuisset: quem exsequi mandata vestra properantem mane postridie prosecuti sumus. Qui quidem discedens mecum ita locutus est, ut eius oratio omen fati videretur.

V. 10. Reddite igitur, patres conscripti, ei vitam, cui ademistis: vita enim mortuorum in memoria est posita vivorum. Perficite, ut is, quem vos inscii ad mortem misistis, immortalitatem habeat a vobis. Cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla eius legationem posteritatis obscurabit oblivio. Nam reliqua Ser. Sulpicii vita multis erit praeclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata. Semper illius gravitatem, constantiam, fidem, praestantem in re publica tuenda curam atque prudentiam omnium mortalium fama celebrabit. Nec vero silebitur admirabilis quaedam et incredibilis ac paene divina eius in legibus interpretandis, aequitate explicanda scientia. Omnes ex omni aetate, qui in hac civitate intelligentiam iuris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non sint comparandi. Nec enim ille magis iuris consultus quam iustitiae fuit. 11. Ita ea quae proficiscebantur a legibus et ab iure civili semper ad facilitatem aequitatemque referebat, neque instituere litium actiones malebat quam controversias tollere. Ergo hoc statuae monumento non eget: habet alia maiora. Haec enim statua mortis honestae testis erit, illa memoria vitae gloriosae, ut hoc magis monimentum grati senatus quam clari viri futurum sit. 12. Multum etiam valuisse ad patris honorem pietas filii videbitur: qui quamquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, ut si ille adesset. Est autem ita affectus, ut nemo umquam unici filii mortem magis doluerit quam ille maeret patris. Et quidem etiam ad famam Ser. Sulpicii filii arbitror pertinere, ut videatur honorem debitum patri praestitisse. Quamquam nullum monumentum clarius Ser. Sulpicius relinquere potuit quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiae, pietatis, ingenii filium, cuius luctus aut hoc honore vestro aut nullo solacio levari potest.

---

1. *perturbationē* t — *dolor meus* b — 4. *nostrum* t — 6. *nostra* b — *persecuti* a — 7. *qui* om. V¹ — *descendens* V¹ — 9. *uitam ei* b; *si uitam* V¹; *ciuitam* t — 10. *est* om. b — *posita uiuorum* V: *uiuorum posita* a g t; *uiuorum* om. b — 11. *inscii ad mortem* V: *ad mortem inscii* D — *a* om. V¹ t — 12. *decreto vestro* D: *decretis uestris* V — *nullā* V a g — 13. *obcurauit* V; *inobscurabit* a g t; *inobcurabit* b — *sulpici* V — 15. *praestantem* V: *praestantiam* D — 16. *atque*] *ad* t — 17. *silebitur*] *sicōsumitur parabitur* t — *ac* V: *et* D — *pene* V D — 18. *sententia* a — 19. *hac in* g t; *hac* om. b — *intellegentiam* V t — *iuris* om. D — *habuerint* t, sed corr. m. eadem. — 20. *supicio* V¹; *suplicio* V² — *sunt* a g¹ — *nec* V: *neque* D — *enim* om. t — 21. *ita ea quae* V: *itaque quae* D — 22. *ab iure* V: *a iure* D — *ad utilitatem* Lamb. ex coni. alicuius docti hominis, quam ipse in adnot. improbavit. — 23. *constituere* D — *litum* V¹ — 25. *stata* V¹ — *ille* V¹ — 26. *magis* a g: *maius* V b t — *monim.* V: *monum.* O — *grati* V¹: *gratia* V² a t; *gratiae* b g — *futurūs sit* V — 27. *pieas fili* V¹ — 28. *adflictus* V — 29. *adfectus* V — *fili* V — *mortem* om. b; *morte* in V legit Ursinus, sed habet *mortē*; cf. Phil. XII, § 25. — 30. *et quidem* V: *Equidem* D O — 32. *sulpici* V b — *fili* V — *attinere* a — *utut* t — 32. *clarius* om. a; *claru* V¹, *clarū* V² — 33. *maiorum suorum* a b — 34. *ingeni* V¹ — *solacio* V: *solatio* D O.

VI. 13. Mihi autem recordanti Ser. Sulpicii multos in nostra familiaritate sermones gratior illi videtur, si qui est sensus in morte, aenea statua futura et ea pedestris quam inaurata equestris, qualis L. Sullae primum statuta est. Mirifice enim Servius maiorum continentiam diligebat, huius saeculi insolentiam vituperabat. Ut igitur si ipsum consulam quid velit, sic pedestrem ex aere statuam tamquam ex eius auctoritate et voluntate decerno: quae quidem magnum civium dolorem et desiderium honore monimenti minuet et leniet. 14. Atque hanc meam sententiam, patres conscripti, P. Servilii sententia comprobari necesse est: qui sepulchrum publice decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. Nam si mors legati sine caede atque ferro nullum honorem desiderat, cur decernit honorem sepulturae, qui maximus haberi potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpicio, quod non est datum Cn. Octavio, cur, quod illi datum est, huic dandum esse non censet? Maiores quidem nostri statuas multis decreverunt, sepulchra paucis. Sed statuae intereunt tempestate, vi, vetustate: sepulchrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri neque deleri potest; atque, ut cetera exstinguuntur, sic sepulchra sanctiora fiunt vetustate. 15. Augeatur igitur isto honore etiam is vir, cui nullus honos tribui non debitus potest; grati simus in eius morte decoranda, cui nullam iam aliam gratiam referre possumus. Notetur etiam M. Antonii, nefarium bellum gerentis, scelerata audacia. His enim honoribus habitis Ser. Sulpicio repudiatae reiectaeque legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.

VII. Quas ob res ita censeo: Cum Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus difficillimo rei publicae tempore, gravi periculosoque morbo affectus, auctoritatem senatus, salutem rei publicae vitae suae praeposuerit contraque vim gravitatemque morbi contenderit, ut in castra M. Antonii, quo senatus eum miserat, perveniret, isque, cum iam prope castra venisset, vi morbi oppressus vitam amiserit maximo rei publicae tempore, eiusque mors consentanea vitae fuerit sanctissime honestissimeque actae, in qua saepe magno usui rei publicae Ser. Sulpicius et privatus et in magistratibus fuerit: 16. cum talis vir ob rem publicam in legatione

---

1. *recordati* t — *sulpici* V b — *in nostra fam. multos* t — 2. *illis* V — *si qui* V a b t: *si quis* g O — *ahenea* V; sed infra § 16, p. 1343, 1 *aeneam* — 3. *et ea* V: *ea* om. b; *aere* a g t — *pedestri* t — *magis quam* a g — *l. spilae* V¹ — 4. *primum statuta* Graevius: *primum statua* V; *prima statua* D — *magnifice* D — *seruias* V; *ser.* b; *ser.* (*seri* t) *sulpicius* a g t — *deligebat* V¹ — 5. *seculi* O — *uituperebat* V — *Igitur ut* coni. Ernesti. — 8. *honorẽ* V — *monimenti* V¹ a: *monumenti* O — *et* om. a b — *lenet* V — 9. *P.* om. V — *seruili* a b; *seruli* V — *probari* a b t — *necesset* V¹; *necesse* V² (om. *est*) — 10. *censuit* om. t — 14. *cesset* V¹ — 16. *ui* om. V¹; *uel* V²— *sepulchro* V¹ — 17. *doleri* V — 18. *exstinguntur* V; *extinguntur* D — *santiora* V¹ — *augeautur* V om. *igitur* — 19. *isto honore etiam* V: *isto etiam honore* b g t O; *honore etiam isto* a — *honos* V a b t: *honor* g O — 20. *gratissimus* V D — 21. *M.* om. a; *marci* V corr. ex *marcus* — *antoni* V — *bellum nefarium* t — 22. *sceleratã audaciã* a t — *honoribus enim* a — 23. *relectaeque* V; *reiectae* t — *manabit* t — 24. *sulpicius q. flaem* (*flaemonius* corr. m. 2) V; at firmant scripturam *Lemonia* tituli veteres et v. Paul. Diac. p. 115 M. — 25. *adfectus* V — 26. *salutem* V: *salutemque* D O — *populi Rom.* edd. vett., ut est Phil. VIII, § 1. — *proposuerit* a — 27. *marci antoni* V corr. ex *marco antonio*; *M.* om. a O — *antoni* b — 28. *isque* D: *ipse* V; fort. *et ipse* — 29. *maximo rei publicae tempore* V: *in maximo rei p. munere* D O; *max. rei p. detrimento* Mommsenius — 30. *honestissimeque* om. b — 31. *usu* V — *Ser. Sulpicius - - ob rem publ.* om. D — 32. *legationẽ* t (*legationẽ ortem* V).

mortem obierit, senatui placere Ser. Sulpicio statuam pedestrem aeneam in rostris ex huius ordinis sententia statui circumque eam statuam locum ludis gladiatoribusque liberos posterosque eius quoquo versus pedes quinque habere, quod is ob rem publicam mortem obierit, eamque causam in basi inscribi: utique C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si iis videatur, quaestoribus urbis imperent, ut eam basim statuamque faciendam et in rostris statuendam locent, quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori attribuendam solvendamque curent: cumque antea senatus auctoritatem suam in virorum fortium funeribus ornamentisque ostenderit, placere eum quam amplissime supremo suo die efferri. 17. Et cum Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus ita de re publica meritus sit, ut iis ornamentis decorari debeat, senatum censere atque e re publica aestimare aediles curules edictum, quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicii Q. F. Lemonia Rufi funeri remittere; utique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pansa consul, seu quo in loco videbitur, pedes .xxx. quoquo versus adsignet, quo Ser. Sulpicius inferatur: quod sepulchrum ipsius, liberorum posterorumque eius esset, uti quod optimo iure publice sepulchrum datum esset.

---

2. *ex*] *et* t — 3. *gladiatoribus ludisque* D — *posteros* V^1 — *quoquo* b^1 t: *quoq.* V^1, ut saepius veteres tituli habent (v. Garat. ad h. l.), sed infra v. 16 V quoque sine compendio *quoquo* habet; *quaqua* V^2 a g; *quaque* b^2 — *quinque*] *q.* V^1; *.V.* V^2 — 4. *quod -- obierit* Ernesti delenda censuit; *quodque is -- obierit, eam causam* coni. Scaliger ad Euseb. n. 1973. — *eis* t — *publice* V^1 — *mortem* om. t — 5. *bassi* V — *utque* a g — *cos. alter amboue* V; *cons. .aa. ue* t; *cons. a. alterue* a — *si iis* V^2: *siis* V^1 t; *si his* g; *si uis* a; *si eis* b O — 6. *uidebitur* D — *quaestoribus urbis* V: *qui urbi* D; cf. Garat. ad Phil. X, c. 3. — *bassim* V — 7. *et in rostris* om. b; *et in oris* t; *et in hortis* a g — *cocauerint* V^1; *locarint* D — 8. *redemptores* D — *adtribuendam soluendamque* V: *soluendam attribuendamque* D — 9. *suam* om. a b g; *quam* t — *uiuorum* t — *ornamentis* t — 10. *soostenderit* V — *amplissume* V — *efferri* V, sed *erri* in ras. m. 2. — 11. *q. f. lem.* corr. ex *q. claem* V; *q; elemonia* t; *que flemonia* b — *refus* t — 12. *iis* V t: *his* a b g — *ae rep.* V; *aere p.* a — 13. *aestimare* V: *existimare* D O — *aedes* t — *sulpici q. flaem* V; *sulpiciiq; f. lemonia* t; *sulpicique flemonia* b — 14. *lemoniae* a g — *funeri remittere* Faërnus: *funerreimittere* V (*rre* in ras. m. 2); *funere mittere* b t; *funeri mittere* a g — *utque* g — 15. *uidebatur* V^1; *uidetur* D (*uid. in loco* t) — 16. *adsignet* V: *assignet* b g t O; *designet* a — *quod* D: *quo* V — 16 et 18. *sepulcrum* b — 17. *posterorum eius sit* D — *optimo uiro* a — 18. *sepulchrum publice datum est* D — *M. TULLI CICERONIS PHYLYPPICARU. LIB. VIIII. EXPL. INCIP. LIB. X. FELICIT.* V.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER DECIMUS.

I. 1. Maximas tibi, Pansa, gratias, omnes et habere et agere debemus: qui cum hodierno die senatum te habiturum non arbitraremur, ut M. Bruti, praestantissimi civis, litteras accepisti, ne minimam quidem moram interposuisti quin quam primum maximo gaudio et gratulatione frueremur. Cum factum tuum gratum omnibus debet esse, tum vero oratio, qua recitatis litteris usus es. Declarasti enim verum esse id, quod ego semper sensi, neminem alterius, qui suae confideret, virtuti invidere. 2. Itaque mihi, qui plurimis officiis sum cum Bruto et maxima familiaritate coniunctus, minus multa de illo dicenda sunt. Quas enim ipse mihi partes sumpseram, eas praecepit oratio tua. Sed mihi, patres conscripti, necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia eius, qui rogatus est ante me: a quo ita saepe dissentio, ut iam verear ne, id quod fieri minime debet, minuere amicitiam nostram videatur perpetua dissensio.

3. Quae est enim ista tua ratio, Calene, quae mens, ut numquam post Kalendas Ianuarias idem senseris, quod is, qui te sententiam primum rogat? numquam tam frequens senatus fuerit, cum unus aliquis sententiam tuam secutus sit? Cur semper tui dissimiles defendis? cur, cum te et vita et fortuna tua ad otium, ad dignitatem invitet, ea probas, ea decernis, ea sentis, quae sint inimica et otio communi et dignitati tuae? II. Nam ut superiora omittam, hoc certe, quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo. 4. Quod est tibi cum Brutis bellum? cur eos, quos omnes paene venerari debemus, solus oppugnas? alterum circumsederi non moleste fers, alterum tua sententia spolias iis copiis, quas ipse suo labore et periculo ad rei publicae, non ad suum praesidium per se nullo adiuvante perfecit? Qui est iste tuus sensus,

---

3. *marci* V²; *marco* V¹ — *quidem oram inposuisti* V — 4. *maxime* V — 5. *cum*] *tum* t — 7. *semper* V: om. D — *quisue confideret* t — 8. *officis* V — *famil. maxima* b — 9. *coniunctis* V — *multo* a g t — *quas enim ipse mihi partis* V: *quas enim sententias* (*sent. enim* g) *mihi* (om. b) *ipse* D — 10. *eas* om. t — *praecepit* V b t: *pracoccupauit* a g — 11. *dicenda* t — 12. *dissensio* t — 13. *minime fieri* a — *ũram* t — 15. *enim est* a; *est* om. t — *oratio* D — *ut* V: *sui* t; *qui* a b g — 16. *Kl. iañ. qui ante te sententiam* b — *idem censueris* Muretus. — *primum* D: *prius* V — 17. *rogat* V t: *rogatus* b; *rogat cum* a g — 18. *tui* V corr. ex *uti* — 19. *ad dign.* V: *et ad dign.* D — 20. *sint* V: *sunt* D — *et oratio* t — 21. *ommittam* V — *mihi maximam admirationem* V: *me maxima admiratione* D — 23. *obpugnas* t — 24. *circumsedere* V; *circumsederint* a g t; *circomsederit* b — *non* om. D — *feres* V — *iis* V t: *his* a b g — 25. *quasi pessouo labore* V¹ — *rem publicam* g — 26. *perfecit* V: om. b¹; *confecit* a g t b² (in marg.) O — *qui* V: *quis* D.

quae cogitatio, Brutos ut non probes, Antonios probes? quos omnes carissimos habent, tu oderis? quos acerbissime ceteri oderunt, tu constantissime diligas? Amplissimae tibi fortunae sunt, summus honoris gradus, filius, ut et audio et spero, natus ad laudem, cui cum rei publicae causa faveo, tum etiam tua. 5. Quaero igitur, eumne Bruti similem malis an Antonii? ac permitto ut de tribus Antoniis eligas quem velis. Di meliora! inquies. Cur igitur non iis faves, eos laudas, quorum similem tuum filium esse vis? Simul enim et rei publicae consules et propones illi exempla ad imitandum. Hoc vero, Q. Fufi, cupio sine offensione nostrae amicitiae sic tecum ut a te dissentiens senator queri: ita enim dixisti et quidem de scripto — nam te inopia verbi lapsum putarem — litteras Bruti recte et ordine scriptas videri. Quid est aliud librarium Bruti laudare, non Brutum? 6. Usum in re publica, Calene, magnum iam habere et debes et potes. Quando ita decerni vidisti? aut quo senatus consulto huius generis — sunt enim innumerabilia — bene scriptas litteras decretum a senatu? Quod verbum tibi non excidit, ut saepe fit, fortuito: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. III. Hanc tibi consuetudinem plerisque in rebus bonis obtrectandi si qui detraxerit, quid tibi quod sibi quisque velit non relinquetur? Quam ob rem collige te placaque animum istum aliquando et mitiga; audi viros bonos, quibus multis uteris; loquere cum sapientissimo homine, genero tuo, saepius quam ipse tecum: tum denique amplissimi honoris nomen obtinebis. An vero hoc pro nihilo putas, in quo quidem pro amicitia tuam vicem dolere soleo, efferri hoc foras et ad populi Romani aures pervenire, ei, qui primus sententiam dixerit, neminem assensum? quod etiam hodie futurum arbitror.

Legiones abducis a Bruto. Quas? nempe eas, quas ille a C. Antonii scelere avertit et ad rem publicam sua auctoritate traduxit. Rursus igi-

---

1. *cogitatio? Brutos tu non pr.* coni. Ernesti. — *proues* bis V — *Ant. probes* om. a — 2. *karissimos* g; *bēmos* (sic) b — *oderint* t — 4. *et ut* a; *et* om. b — *et ipero* V^1 — *cum* V: *quamquam* D — 5. *fabeo* V^1 — *eumne Bruti* V: *eum Brutine* D O — 6. *an an* V — *antoni* V b — *de tribu* a g — *antonii* a g t — *quae* t — 7. *di* (*dii* b^1) *meliora* $V^1 b^1$ t: *d. brutus* (*b.* b^2) *melior est* a b^2 g; *dr. b.* (sic) *meliorē* V^2 — *iis* V t: *his* a b g; *eis* O — 8. *tuum filium* V D: *filium tuum* i O — *et* om. D — *consulis et proponis* D — 9. *imittandum* V — *quinte* g; *que* b — *Fufi* V a: *eufi* g t; *eusi* b — *cupio* V: *copiosius* D — *ut* D: *aut* V — 10. *queri* t: *quaeri* V; *queror* b; *quaero* a g — 11. *et quidem* V g: *equidem* a b t — *iscripto* V — *te* om. a — 12. *putarem* V^1 t: *putarem nisi tuam in dicendo facultatem nossem* a b g V^2 O. At est sententia: putarem, nisi de scripto dixisses. — *aliud* V^1 t (*aliut* V): *aliud quam* V^2 a b g — 13. *laudare non B.* V b: *laudare ñ est br.* t; *laudarem br.* a; *laudare non est brutum laudare* g — 14. *quod s. c.* D, sed b sine *c.* — 15. *hunc* V — 16. *exscidit* V; *excedit* b — *ut* om. t — *fit* a g t: *sit* b; *seit* V^2, *set* V^1, fort. ex *solet*; cf. Madvig. ad Cic. de finn. b. et m. p. 613 et 879. — 17. *fortuito* V g: *fortitudo* t; *fortuitu* a b; cf. Madvig. l. c. p. 673 et Handii Tursell. II, 743. — *domo atulisti* b — 18. *bonis* V b: *bonos* a g t; cf. Reisigii Schol. L. L. p. 663. — *si qui* V D: *si quis* i — *qui tibi* a g t; *quin tibi* b (*qui tibi obtrectare uelit* sine *quod s. quisque* a g) — 19. *relinquatur* b — *colliget et placq.* V^1 fort. ex *collige te et placa* — 20. *istum* om. D — *et*] *ei* V — 21. *multis uteris* V: *uteris multum* D — *genere* b — *sepiu* V^1 — 22. *amplissimo* V^1 — *optinebis* V — 23. *quidem* V: *equidem* D O — *pro*] *populus romanus* V — *amicitiã* V — *tua* D — *doleres* V; *doleri* a t (*soleo dolere* b) — 24. *ad*] *id* t — *romanum auris* V — *ei*] *is* t — 25. *primum* t — *adsensum* V — 27. *ab bruto* a — *nempea eas* V — *has* t corr. ex *as* — *ille* om. a — *a C. Antonii* Muretus et Faërnus: *a catonis* V; *ab antonii* (*antoni* b) D — 28. *setraduxit* V.

tur vis nudatum illum atque solum a re publica relegatum videri. 7. Vos autem, patres conscripti, si M. Brutum deserueritis et prodideritis, quem tandem civem umquam ornabitis? nisi forte eos, qui diadema imposuerint, conservandos, eos, qui regni nomen sustulerint, deserendos putatis. Ac de hac quidem divina atque immortali laude Bruti silebo, quae gratissima memoria omnium civium inclusa nondum publica auctoritate testata est. Tantamne patientiam, di boni! tantam moderationem, tantam in iniuria tranquillitatem et modestiam! qui cum praetor urbis esset, urbe caruit, ius non dixit, cum omne ius rei publicae recuperavisset, cumque concursu quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri solebat, praesidioque Italiae cunctae saeptus posset esse, absens iudicio bonorum defensus esse maluit quam praesens manu: qui ne Apollinares quidem ludos pro sua populique Romani dignitate apparatos praesens fecit, ne quam viam patefaceret sceleratissimorum hominum audaciae. IV. 8. Quamquam qui umquam aut ludi aut dies laetiores fuerunt, quam cum in singulis versibus populus Romanus maximo clamore et plausu Bruti memoriam prosequebatur? Corpus aberat liberatoris, libertatis memoria aderat: in qua Bruti imago cerni videbatur. At hunc iis ipsis ludorum diebus videbam in insula clarissimi adolescentis, Luculli, propinqui sui, nihil nisi de pace et concordia civium cogitantem. Eundem vidi postea Veliae cedentem Italia, ne qua oreretur belli civilis causa propter se. O spectaculum illud non modo hominibus, sed undis ipsis et litoribus luctuosum! cedere e patria servatorem eius, manere in patria perditores! Cassii classis paucis post diebus consequebatur, ut me puderet, patres conscripti, in eam urbem redire, ex qua illi abirent. 9. Sed quo consilio redierim, initio audistis, post estis experti: exspectatum igitur tempus a Bruto est. Nam quoad vos omnia pati vidit, usus est ipse incredibili patientia: postea quam vos ad libertatem sensit erectos, praesidia vestrae libertati paravit.

At cui pesti quantaeque restitit! Si enim C. Antonius quod animo intenderat perficere potuisset, aut potius nisi eius sceleri virtus M. Bruti obstitisset, Macedoniam, Illyricum, Graeciam perdidissemus: esset vel receptaculum pulso Antonio vel agger oppugnandae Italiae Graecia: quae quidem nunc M. Bruti imperio, auctoritate, copiis non instructa solum,

---

1. *publicā* V — *relegatum* om. t — 2. *autem*] *igitur* t — *marcus* V^1 — *eprodideritis deserueritis* V; *prodideritis* Faërnus (om. *deser. et*) — 3. *ornabitis* V: *ornabitis? cui favebitis* D O — *inposuerint* V; *inposuerunt* a — 4. *conseruando* t; *obseruandos* b — *eos* -- *putatis* habet Nonius p. 404 M. — *qui* om. a — *regni* V et Nonius: *regis* D — *nomen nisi* V — *sustulerit* V^1 — *putabitis* b^2 — 5. *Bruti* V a g t: *M. Bruti* b O — *sillebo* V — 6. *gratissimā* V — 7. *di* V b t: *dii* a g O — *tantam iniuriae* g; *tantam in iure* a b t — 8. *praetor urbis* V: *p. r. urbanus* a t; *populo romano urbanus* b g; cf. Garat. ad h. l. — 9. *carut* V^1 — *cum omne* V corr. ex *comone* — *recuperauisset* hoc loco etiam V — 10. *cotid.* mei. — 11. *cunquetae* V, sed *cunque* in ras. — *apsens* V — 12. *ne*] *me* t — 13. *suarum* V — 15. *aut laudi* V; *au ludi* t — *aut dies* V^2: *aut audies* V^1; *auidiis* a t; *aut diis* g (*is* in ras.); *aut* b; *aut auditiones* Mommsenius — 16. *quam* om. D — *uersibus festa est* (p. 1347, 7) mediis omissis D — *populi romani* V — 18. *imagni* V — *ad* V — 19. *iis* Muretus: *his* V i — *clarissimi* i: *carissimi* V — *aduliscentis luculi* V — 21. *ne* V^2; *one* V^1 — *oreretur* V^1: *oriretur* i V^2 O — *uelli* V — 23. *cędere* V — 24. *proditores* i sup. lin. m. 2. — *cassi* V — 25. *ex quia illabirent* V^1 — 26. *post estis* i: *potestis* V — 31. *aut potius* Muretus: *aut potuiset* V; *potuisset autem* i O — 33. *opugnandae* V.

sed etiam ornata tendit dexteram Italiae suumque ei praesidium pollicetur. Quod qui ab illo abducit exercitum, et respectum pulcherrimum et praesidium firmissimum adimit rei publicae. 10. Equidem cupio haec quam primum Antonium audire, ut intelligat non D. Brutum, quem vallo circumsedeat, sed se ipsum obsideri. V. Tria tenet oppida toto in orbe terrarum; habet inimicissimam Galliam; eos etiam, quibus confidebat, alienissimos, Transpadanos; Italia omnis infesta est; exterae nationes a prima ora Graeciae usque ad Aegyptum optimorum et fortissimorum civium imperiis et praesidiis tenentur. Erat ei spes una in C. Antonio, qui duorum fratrum aetatibus medius interiectus vitiis cum utroque certabat. Is tamquam extruderetur a senatu in Macedoniam, et non contra prohiberetur proficisci, ita cucurrit. 11. Quae tempestas, di immortales! quae flamma, quae vastitas, quae pestis Graeciae, nisi incredibilis ac divina virtus furentis hominis conatum atque audaciam compressisset! Quae celeritas illa Bruti! quae cura! quae virtus! Etsi ne C. quidem Antonii celeritas contemnenda est: quam nisi in via caducae hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Alios ad negotium publicum ire cum cupimus, vix solemus extrudere: hunc retinentes extrusimus. At quid ei cum Apollonia? quid cum Dyrrachio? quid cum Illyrico? quid cum P. Vatinii imperatoris exercitu? Succedebat, ut ipse dicebat, Hortensio. Certi fines Macedoniae, certa conditio, certus, si modo erat ullus, exercitus: cum Illyrico vero et cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? 12. At ne Bruto quidem: id enim fortasse quispiam improbus dixerit. Omnes legiones, omnes copiae, quae ubique sunt, rei publicae sunt: nec enim eae legiones, quae M. Antonium reliquerunt,

---

1. *dextram* i — 2. *quod qui* V i: *quare qui* probabiliter coni. Faërnus. Zumptius etiam de Offic. I, § 44 *quodqui* inducere voluit, contra quem recte F. G. Lund in *Observv. critt. de emendandis libris de off.* (Nykiobing 1848) p. 7 monuit: «Numquam, opinor, fit, ut *quodqui* eodem modo ponatur atque *quod si, quod ubi,* alia: neque facile coniungens illud *quod* [alii *quod παρέλκον* vocant] ad subiectum relatum reperies.» Sed quod addit locum or. Phil. X, § 10 fortasse meliore interpungendi ratione et ipsum sanari posse, nos quidem qua hoc effici possit non videmus. Cf. tamen etiam Haasii adn. ad Reisigii Schol. L. L. p. 378. — *et respectum* om. i; cf. Phil. XI, § 26. — 4. *quem primam* V^1 — fort. *M. Antonium* — *intellegas* V — *decimum* V — 5. *circumsedeat* V i: *circumsedet* ed. Nauger. — *obsiderit* V — *oppidato in* V — 7. *traspadanos* V^1 — *exterae* V: *exiere* b g t; *exere* a — *a prima ora* edd.: *a primo ore* V; *ad primũ* t; *a* (*ad* b) *primori* a b g. Cf. ep. ad Fam. XII, 5, 1: *a prima enim ora Graeciae usque ad Aegyptum optimorum civium imperiis muniti erimus et copiis.* — 8. *graecia* D — 9. *imbriis* V — *tenerentur* a — *eis pecunia* V, fort. ex *ei spes unica*; *enim spes una* b — *ima* t — *in* om. a — *C.* om. t; *M.* a b g — 10. *interfectus* a b — *uitis* V; om. D — *cum uiroqui* a t — 11. *is* V: *s* t; *is* om. a b g — 12. *prohibetur* V — *proficiscit cucurritq. tempestas* V — *Quae -- immortales* om. t — *di* V: *dii* O — 13. *quae flammae quae uestras* V — *Graeciae* V: *Graeciae fuisset* D O (*graeciae fuisset pestis* t) — *insi* V — 14. *uirtus caes.* (i. e. *Caesaris*) V (fort. ex or. Phil. XIII, c. 9 in.); *nisi M. Bruti Caepionis incr. ac d. virtus* Lambinus. — *fuerentis* V — 15. *ne C.* Muretus et Faërnus: *nec* V; *ne illa* D — 16. *antoni* V — *quam* V: *quem* D O — *hereditatis* b — 17. *eum* V corr. ex *cum* — *non interfecisse* D — 18. *cum cupimus* V a: *concupimus* b; *cum* om. g t — *extruere* t — *extruimus* V; *exclusimus* D — 19. *appollonia* V; *apollonio* g — *Dyrrhachio* O — 20. *P.*] *q.* t — *uatini* V b t; item v. 22. — *imperi* V^1 — *exercitus* V — 21. *condicio* V b — *ecertus si modo* V; *certissimo modo* D — 22. *illius* D (*exerc. illius* a) — *legibus* a — 23. *at* V: *an* t; *ac* a b g — *ne cum bruti* a g — 24. *omnes copiae quae* V m. 2. in ras. habet. — *uibiquae* V (*uibi* in ras.) — *rei publice* V; *populi Ro.* D O — 25. *nec enim eae* V: *neque enim hae* (*hee* b) D.

Antonii potius quam rei publicae fuisse dicentur. Omne enim et exercitus et imperii ius amittit is, qui eo imperio et exercitu rem publicam oppugnat. VI. Quod si ipsa res publica iudicaret, aut si omne ius decretis eius statueretur, Antonione an Bruto legiones populi Romani adiudicaret? Alter advolarat subito ad direptionem pestemque sociorum, ut, quocumque iret, omnia vastaret, diriperet, auferret, exercitu populi Romani contra ipsum populum Romanum uteretur. Alter eam legem sibi statuerat, ut, quocumque venisset, lux venisse quaedam et spes salutis videretur. Denique alter ad evertendam rem publicam praesidia quaerebat, alter ad conservandam. Nec vero nos hoc magis videbamus quam ipsi milites, a quibus tanta in iudicando prudentia non erat postulanda. 13. Cum VII cohortibus esse Apolloniae scribit Antonium, qui iam aut captus est — quod di dent! — aut certe homo verecundus in Macedoniam non accedit, ne contra senatus consultum fecisse videatur. Dilectus habitus in Macedonia est summo Q. Hortensii studio et industria: cuius animum egregium dignumque ipso et maioribus eius ex Bruti litteris perspicere potuistis. Legio, quam L. Piso ducebat, legatus Antonii, Ciceroni se filio meo tradidit. Equitatus, qui in Syriam ducebatur bipertito, alter eum quaestorem, a quo ducebatur, reliquit in Thessalia seseque ad Brutum contulit; alterum in Macedonia Cn. Domitius adolescens summa virtute, gravitate, constantia a legato Syriaco abduxit. P. autem Vatinius, qui et antea iure laudatus a vobis et hoc tempore merito laudandus est, aperuit Dyrrachii portas Bruto et exercitum tradidit. 14. Tenet igitur res publica Macedoniam, tenet Illyricum, tuetur Graeciam: nostrae sunt legiones, nostra levis armatura, noster equitatus, maximeque noster est Brutus semperque noster, cum sua excellentissima virtute rei publicae natus, tum fato quodam paterni materni que generis et nominis. VII. Ab hoc igitur viro quisquam bellum timet, qui ante quam nos id coacti suscepimus, in pace iacere quam in bello vigere maluit? quamquam ille quidem numquam iacuit, neque hoc cadere verbum in tantam virtutis praestantiam potest. Erat enim in desiderio civitatis, in

---

1. *antoni* V — *esse* t — *dicuntur* a b g; *dixerunt* t — *omnes* a g t; *omnis* b — *enim et* V: *enim* D — 2. *et*] *ad* t — *imperius* V¹ (ex *imperi ius*) — *mittit* t — *qui in eo* b — 4. *an*] *.n.* b (i. e. *enim*) — 5. *aduolaret* b — 6. *quocumque* V g: *quocum* t; *quacunque* a b O — *deriperet* b — 7. *eam* V in ras. habet. — *legem sibi* V: *sibi legem* D O — 9. *uertendam* b — *rei publicae* V¹ — 10. *confirmandam* t — 11. *postulandã* t — 12. *esse* om. t; *isse* a g — *appollonio* b; *apolloniam* a g t — *aut iam* t; *aut* om. a — 13. *di dent* V² b: *dii dent* a g O; *dicit* V¹; *didicit* t, fort. ex *di duint*, ut est in or. Catil. I, § 22. Quod ait Orelli deceptus errore in ed. Wernsdorf. in V exstare *dicit licet*, falsum est; pertinet enim *licet* in Faërni adnotatione ad ipsius verba. — 14. *sen. cons.*] *se* D — *diiectus* g t; *delectus* O — 15. *summoque* a; *Q.* om. V — *hortensi* V — *et* om. t — 16. *egregum* V — *ipso* V: *et ipso* D O; cf. p. 1352, 23. — 17. *lego* V¹ — *antoni ciceronis et filio* V — 18. *suriam* V, sed v. 21 *syriaco*; *siriam* a — *bipertito* V D (*bisp.* t): *bipartito* i O — 19. *alter eum quaestorem* V: *alterum* D — *esseque* V¹ — 20. *Cn.*] *.m.* a — 21. *grauitate* V: om. codd. reliqui. — *constantia* V D: *et const.* O (*uirtute et constantia* i) — *siriaco* a — 22. *et* V: *est* D — *a uobis* V a g t: *a nobis* b i O — *hos* V — *laudandus est merito* t; om. a — 23. *dyrrachi* V b (*dirr.* b) — 24. *res publica* V D: *populus R.* i O — 25. *legione nota leuis* V — *noster* b g t: *nostra* V; *nostri* a, ut edidit Muretus. — *maximeque - - rei p. natus* om. t — 27. *rei p. iratus* a — *que* om. t — 28. *uiro* V: om. D — *ante nos* b — 29. *it* V; *in* t (*ideo acti* a) — *asuscepimus* V — *inbelle* t — 30. *neq.* V: *nec* D O — *cade* t (*cadere uerbum hoc* a). — 31. *praestantissimi* V¹.

ore, in sermone omnium. Tantum autem aberat a bello, ut, cum cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit civium studiis potius quam eos in armorum discrimen adduceret. Itaque illi ipsi, si qui sunt, qui tarditatem Bruti reprehendant, tamen îdem moderationem patientiamque mirantur.

15. Sed iam video, quae loquantur; neque enim id occulte faciunt. Timere se dicunt, quo modo ferant veterani exercitum Brutum habere. Quasi vero quidquam intersit inter A. Hirtii, C. Pansae, D. Bruti, C. Caesaris et hunc exercitum M. Bruti. Nam si quattuor exercitus ii, de quibus dixi, propterea laudantur, quod pro populi Romani libertate arma ceperunt, quid est cur hic M. Bruti exercitus non in eadem causa ponatur? At enim veteranis suspectum nomen est M. Bruti. Magisne quam Decimi? Equidem non arbitror: etsi est enim Brutorum commune factum et laudis societas aequa, Decimo tamen iratiores erant ii, qui id factum dolebant, quo minus ab eo rem illam dicebant fieri debuisse. Quid ergo agunt nunc tot exercitus nisi ut obsidione Brutus liberetur? Qui autem hos exercitus ducunt? Ii, credo, qui C. Caesaris res actas everti, qui causam veteranorum prodi volunt. VIII. 16. Si ipse viveret C. Caesar, acrius, credo, acta sua defenderet, quam vir fortissimus defendit Hirtius: aut amicior causae quisquam inveniri potest quam filius? At horum alter, nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus, quidquid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam contulit, quorum votis iudicavit se a morte revocatum: alter, virtutis robore firmior quam aetatis, cum istis ipsis veteranis ad D. Brutum liberandum est profectus. Ergo illi certissimi îdemque acerrimi Caesaris actorum patroni pro D. Bruti salute bellum gerunt, quos veterani sequuntur; de libertate enim populi Romani, non de suis commodis armis decernendum vident. 17. Quid est igitur cur iis, qui D. Brutum omnibus opibus conservatum velint, M. Bruti sit suspectus exercitus? An vero, si quid esset quod a M. Bruto timendum videretur, Pansa id non videret? aut, si

---

1. *in ore sermone* a — *ab illo* a — 2. *si talia* t; *si italia* g — 3. *ipsis qui* V — 4. *idem* V a b g: *iidem* t O — *et patientiam* t — 6. *quae* D: *q.* V; *quid* i O — *loquntur neque id enim* a — 7. *ueteranorum* g t; *ueterano* a — 8. *quiquam* V; *quicquam* D — *hirti* V — *D.*] *domitus* V — 9. *M. Bruti* V in ras. m. 2 habet (*D.* pro *M.* O errore) — *quatuor* g t — *ii* t: *hi* V a g; *duo* b (*II* corr. ex *ii*) — 10. *dixit* t — *pro r. p.* a — 11. *in eadem causa* b ante *M. Bruti* habet. — 12. *po Naturat* V¹ (*po* in extrema columna); *reponatur at* D — *a ueteranis susceptum* a — *nomen est* V D: *est nomen* i O — *magisne* V b t: *magis* a g — 13. *Decimi* V: *d.* a g t; *dici* b — *enim est* a — ante *Brutorum* est in V *cō* — *brutorum actiones ii qui id factum* t med. om. spatio maiore vacuo ante *ii* — 14. *factum*] *nomen* g — *aequa Decimo tamen* V: *equid* (*equi id* a, *equius* g) *tamen bruto* (*brutorum* a g) a b g — *iratioreces* V; *ratiores* b g¹; *actiones* a g² — *hi* g — 15. *ab eorum* V¹; *ab illo rem* D — *decuisse* D (*dec. fieri* a) — 16. *agunt nunc* V: *nunc agant* (*agunt* O) D O — *Brutus* V a: *D. Brutus* b g t O — 17. *ii* V a t: *hii* b; *hi* g O — *cerdo* V — *C.* om. D — *aetas* t — 19. *C.* om. D — 20. *amitior* t; *amicitior* a g — *inueniri potest* V D: *potest inv.* i O (*inueniri quisquam p.* a) — *filius at* V corr. ex *fiat* — 21. *nondum alter* a — *recreatas* V — 22. *quiquid* V; *quicquid* a g — *habuit uirum* t; *uirium habuit* g — *defendendam* om. a — 23. *iudicabit* V¹ — 24. *D.*] *domitium* V — 25. *et profectus* V¹; *profectus est* g — *recertissimi* V — *idemque* V a g t: *eidemque* b; *iidemque* O — *acer* V — 26. *D.*] *di* t] *domitio* V — *quo* V — *secuntur* V a b — 27. *arma decernendi* t — 28. *his* a b g — *D.*; *domitius* V — *opibus* V b: *copiis* a g t — *conseruandum* a — 29. *M.* om. b — *sic* t — *quit* V — *est* t — 30. *timidum* b.

videret, non laboraret? Quis aut sapientior ad coniecturam rerum futurarum aut ad propulsandum metum diligentior? Atquin huius animum erga M. Brutum studiumque vidistis. Praecepit oratione sua, quid decernere nos de M. Bruto, quid sentire oporteret, tantumque afuit ut periculosum rei publicae Bruti putaret exercitum, ut in eo firmissimum rei publicae praesidium et gravissimum poneret. Scilicet hoc Pansa aut non videt — hebeti enim ingenio est — aut negligit: quae enim Caesar egit, ea rata esse non curat; de quibus confirmandis et sanciendis legem comitiis centuriatis ex auctoritate nostra laturus est. IX. Desinant igitur aut ii, qui non timent, simulare se timere et prospicere rei publicae, aut ii, qui omnia verentur, nimium esse timidi, ne illorum simulatio, horum obsit ignavia. 18. Quae, malum! est ista ratio semper optimis causis veteranorum nomen opponere? quorum etiam si amplecterer virtutem, ut facio, tamen, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. At nos conantes servitutis vincula rumpere impediet, si quis veteranos nolle dixerit? Non sunt enim, credo, innumerabiles, qui pro communi libertate arma capiant; nemo est praeter veteranos milites vir, qui ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur. Potest igitur stare res publica freta veteranis sine magno subsidio iuventutis? quos quidem vos libertatis adiutores complecti debetis, servitutis auctores sequi non debetis. 19. Postremo — erumpat enim aliquando vera et me digna vox! — si veteranorum nutu mentes huius ordinis gubernantur omniaque ad eorum voluntatem nostra dicta facta referuntur, optanda mors est, quae civibus Romanis semper fuit servitute potior. Omnis est misera servitus; sed fuerit quaedam necessaria: ecquodnam principium putatis libertatis capessendae? An, cum illum necessarium et fatalem paene casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? Tota Italia desiderio libertatis exarsit; servire diutius non potest civitas; serius populo Romano hunc vestitum atque arma dedimus, quam ab eo flagitati sumus.

X. 20. Magna quidem nos spe et prope explorata libertatis causam suscepimus: sed ut concedam incertos exitus esse belli Martemque communem, tamen pro libertate vitae periculo decertandum est; non enim

---

1. *quis aut* V: *quis aut ñ* (i. e. *non*) t; *quis autem* V² a b g — *sapientior* D: *sapientior aut* V; *acutior* coni. Lamb.; fort. *sapientior aut acutior* — *de coniectura* a — 2. *atquin* V: *aut qui* t; *atqui* a b g O — 3. *marcus* V — *decerne* t — 4. *M.* V: om. D — *quod* t — *sentires* V — *afuit* nos: *fuit* V (in quo est *tantumquae*); *affuit* t; *abfuit* a b g O — 5. *Bruti* V: *M. Bruti* D O — 6. *pansa hoc* t — 7. *habetis* V¹; *hebiti* g; *habet* a — *neglegit* V t — *Caesar* om. V¹ — 8. *egit erata* V¹ — *ea* om. t — *saciendis* V¹ t; *sanctiendis* a b g — 9. *comitiis centuriatis* D: *cõmittis c* V — 10. *ii* t: *hii* b; *hi* V a g — *et* t ut coni. Faërnus: *set* V; *sed* a b g; *se* i O — 11. *ii* t: *hii* b; *hi* a g; *hicarte* V fort. ex *hi cauti* — *omnihaberentur* V — *emulatio* V — 12. *obsit* V b: *sit* a g t — *quod malum* g — 13. *uirtute* t — 14. *adrogantes* V — *possim* b¹ g; *possum* b² — *At* V¹ D: *An* V² O — 15. *conatis* V¹ (ex *conantis*) — *uincla* V b: *uincula* a g t O — *nolle* V: *id nolle* D O — 16. *dixerint* t — 17. *uir* V: om. D — 18. *satare res p. ferta* V — 20. *sedqui* t — 21. *postremo rerumpat* V; *poserumpat* t; *erumpat* om. a — *enim* om. g — *et digna mea* t — *uix* V¹ — 22. *gubernauntur* (superscr. *b*) V (*abu* est m. 2 in ras.); *gubernabuntur* D — 23. *facta referuntur* V: *factaque* (*et facta* a) *referentur* D — *oblanda* V — 25. *etquodnam* a b t; *etquenam* V. Locus compluribus de mendo suspectus est; sed emendationes adhuc tentatae parum felices fuerunt; mihi in mentem venit *ecquandone* — *putatis* V, sed *p* in ras.; *putastis* (*s* post *a* expuncta) b; *spectatis* Mommsenius — 27. *hinc* t — 29. ante *arma* in t *hec* sup. lin. est. — 30. *magnam - - spem et p. exploratam* D — *quidem nos* V: *nos quidem* D O; cf. ad or. XII, § 18. — 31. *artemque* V.

in spiritu vita est, sed ea nulla est omnino servienti. Omnes nationes servitutem ferre possunt: nostra civitas non potest, nec ullam aliam ob causam, nisi quod illae laborem doloremque fugiunt, quibus ut careant, omnia perpeti possunt, nos ita a maioribus instituti atque imbuti sumus, ut omnia consilia atque facta ad dignitatem et ad virtutem referremus. Ita praeclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Quod si immortalitas consequeretur praesentis periculi fugam, tamen eo magis ea fugienda videretur, quo diuturnior servitus esset. Cum vero dies et noctes omnia nos undique fata circumstent, non est viri minimeque Romani dubitare eum spiritum, quem naturae debeat, patriae reddere. 21. Concurritur undique ad commune incendium restinguendum. Veterani, qui primi Caesaris auctoritatem secuti *sunt*, conatum Antonii reppulerunt: post eiusdem furorem Martia legio fregit, quarta afflixit. Sic a suis legionibus condemnatus irrupit in Galliam, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit. Hunc A. Hirtii, C. Caesaris exercitus insecuti sunt: post Pansae dilectus urbem totamque Italiam erexit. Unus omnium est hostis: quamquam habet secum L. fratrem, carissimum populo Romano civem, cuius desiderium ferre diutius civitas non potest. 22. Quid illa taetrius belua? quid immanius? qui ob eam causam natus videtur, ne omnium mortalium turpissimus esset M. Antonius. Est una Trebellius, qui iam cum tabulis novis redit in gratiam, Plancus et ceteri pares: qui id pugnant, id agunt, ut contra rem publicam restituti esse videantur. Sollicitant homines imperitos Saxa et Cafo, ipsi rustici atque agrestes, qui hanc rem publicam nec viderunt umquam nec videre constitutam volunt, qui non Caesaris, sed Antonii acta defendunt, quos avertit agri Campani infinita possessio: cuius eos non pudere demiror, cum videant se mimos et mimas habere vicinos. XI. 23. Ad has pestes opprimendas cur moleste feramus quod M. Bruti accessit exercitus? immoderati, credo,

---

1. *est uita* g — *sed ea vero nulla* coni. Lamb. — *antiones* V^1; *enim nationes* V^2 a (*enim* add. in V m. rec.) — 2. *potessi* V — *nec nullam* V, unde Faërnus coni. *nullam* — 3. *ille* V a — *que* om. a — *ut* om. V — 4. *inbuti* a — 5. *ad uirtutem et dignitatem* D — *referamus* V^2 D — 7. *libertate fugienda* om. V^1 — 8. *fuga* a; *fuga ñ* t; *fugam non* g — *magis fugienda videretur, quo diuturnior esset, servitus* O ex infelici Mureti coni. — *quo diuturnio* V; *quod diurnior* a — 9. *facta* a t — 10. *uiri minimeque Romani* V: *uiri nominis romanique* t; *uestri* (*uiri* b) *nominisque romani* a b g — 11. *naturae quis debeat* a g — *concurretur* a g; *concurrunt* t — *at* V — 12. *restringendum* t — *ueterani qui* V: *ueteranique* D; *qui* om. O; *veterani quidem* coni. Faërnus. — 13. *secuti* om. t — *sunt*, quod om. codd. et O, incertum quo loco orator posuerit. — *antoni* V — *repulerunt* b t O — 14. *legio - - sic a suis* om. V^1 — *condempnatus* V a g t — *inrupit* V — 16. *A.* om. b — *hirti* b; *hirtius* V — *delectus* O — 17. *exercit* V — *est omnium* a — 18. *habeat* a — *populo romani* V — 19. *ferre diutius ciuitas* V: *ferre ciuitas diutius* b g t; *ciu. ferre diutius* a O — *deterius* a — *uelua* V — 20. *inmanius* b; *imanius* V — *qui ob* V: *quid* (*quod* g) *si ob* D — *uideatur* V^2 — 21. *turpissimū* t; *turpis* g — *marcus* V: om. D — *qui itam* V — 22. *rediit* Lamb., ut habet b, sed est in eo *iit* manu altera scriptum. — *Plancus* V: *T. Plancus* D O — *et* V g: *et* om. a b t O — *patres* a — 23. *re publica* V — *sollicitant* i: *et sollicitant* V D — 24. *imperitos* om. b — *Saxa et Cafo* Muretus: *saxas et cafones* V; *Saxae et Cafones* ed. Nauger.; *saxa captant* D, sed habet *ptant* b m. 2 in rasura, in qua non plus una duaeve litterae pridem fuerunt, ut hic codex *saxa cafo*, ut Muretus in codice Scalae invenit, habuisse videatur. — 25. *constitua* t — 26. *antoni* V — *facta* a — *agri campi* t — 27. *demiror* V: *miror* D — 28. *At* V — *petes* t — *cur* V: *est cur* (*curā* t) D; *quid est cur* i O — 29. *feremus* t — *marco bruti* V; *Bruti* om. g — *inmoderati* V.

hominis et turbulenti: videte ne nimium paene patientis: etsi in illius viri consiliis atque factis nihil nec nimium nec parum umquam fuit. Omnis voluntas M. Bruti, patres conscripti, omnis cogitatio, tota mens auctoritatem senatus, libertatem populi Romani intuetur: haec habet proposita, haec tueri vult. Tentavit quid patientia perficere posset: nihil cum proficeret, vi contra vim experiundum putavit. Cui quidem, patres conscripti, vos idem hoc tempore tribuere debetis, quod a. d. XIII. Kal. Ian. D. Bruto C. Caesari me auctore tribuistis; quorum privatum de re publica consilium et factum auctoritate vestra est comprobatum atque laudatum. 24. Quod idem in M. Bruto facere debetis, a quo insperatum et repentinum rei publicae praesidium legionum, equitatus, auxiliorum magnae et firmae copiae comparatae sunt: adiungendus est Q. Hortensius, qui cum Macedoniam obtineret, adiutorem se Bruto ad comparandum exercitum fidissimum et constantissimum praebuit. Nam de M. Apuleio separatim censeo referendum: cui testis est per litteras M. Brutus, eum principem fuisse ad conatum exercitus comparandi. 25. Quae cum ita sint, quod C. Pansa consul verba fecit de litteris, quae a Q. Caepione Bruto pro consule allatae et in hoc ordine recitatae sunt, de ea re ita censeo: Cum Q. Caepionis Bruti pro consule opera, consilio, industria, virtute difficillimo rei publicae tempore provincia Macedonia et Illyricum et cuncta Graecia et legiones, exercitus, equitatus in consulum, senatus populique Romani potestate sint, id Q. Caepionem pro consule bene et e re publica pro sua maiorumque suorum dignitate consuetudineque rei publicae bene gerendae fecisse, eam rem senatui populoque Romano gratam esse et fore: 26. utique Q. Caepio Brutus pro consule provinciam Macedoniam, Illyricum cunctamque Graeciam tueatur, defendat, custodiat incolumemque conservet, eique exercitui, quem ipse constituit comparavit, praesit, pecuniamque ad rem militarem, si qua opus sit, quae publica sit et exigi possit, utatur exigat, pecunias-

---

1. *uidete* V: *uide* D — *paene* om. t — *tientes* V[1] — 2. *nece nimium* V — *fuit umquam* t — 3. *omnis solutas marco bruti* V — 4. *senatus libertatem* om. V[1] — *hanc habet* V — 5. *reposita* a g — *temptauit* V a g t — *ecquid* Lamb. — *perficere* V D: *proficere* i O — 6. *proficeret* a g: *prospiceret* V; *perficeret* b t — *ui* V: *ut* t; om. a b g — *experiundum* V: *experiendum* D O — 7. *hoc temp. tribuere* V: *trib. hoc temp.* a b g O (*trib. debetis hoc temp.* t) — *a .d.* b t: *ad* a g; *d.* om. V — 8. *D.*] *domitio* V — *C.* V: *et C.* D O — *auctorie tribuisti* V — 10. *in marco* V — *inspiratum* a t — 11. *et*] *ei* V — *legio.* t — 12. *iungendus* g — *Q.*] *que* V — 13. *macedonia* t — 14. *fidissimum* V b g t: *fidelissimum* a O — *et const.* om. t — *de M.*] *.d.* a; *de marco* V — 15. *Apuleio* (*apulleio* t) V D: *Appuleio* O — *censebo* D — *est per*] *semper* a — *M.* V: om. D O — 17. *fecit* V corr. ex *fit* — 18. *cipione* g et sic infra semper *cipio* pro *Caepio* — *bruti* g t — *pro consul* V — *in hoc ordine* V: *huic ordini* D — *de qua re* b — 19. *proconsul* V — 20. *industra* V[1]; *industriae* t; *industria. e* a; *industria et* V[2] (*uirtute industria* b) — *prouinciă macedonia* V; *prouinciam macedoniam* a g t — 21. *et illyricus* V; *Illyricum* D O — *et cuncta* (*cunctam* a g t) V D: *et* om. O — *graeciam* a g t — *et legiones* mei: *et* om. O — *aequitatus* V — *in*] *.m.* a — 22. *populusque romanus* V; *r. p.* t — *Q.*] *que* b — *Caepionem* V: *Caepionem Brutum* (*bruti* g) D O — *proconsul* V — 23. *et e rei p.* V; *de .r. p.* t; *et re p.* b — *pro* V: *et pro* b t; *et* a g — *suorum* om. b — 24. *generendae* V — *fecisse* om. t — *eam rem* V: *eam rem .pr.* b; *eam rem rei p.* g; *eamq. r. p.* t; *eamq. rē .r. p.* a — *sen. p. q. r.* V; *s. p. q. r.* a t — 25. *utque* g; *ut* a — *Q.*] *quae* V — *capio* V[1] — *bruti* g — *proconsul* V — 26. *cunctamquae* V; *totamque* D — 27. *conseruet*] *custodiat* b — *eiqui* V: *eoque* a — 28. *praesit* D: *praestitit* V — *pecuniaque* aliquot (?) codd. dett. — *ad* om. V; *militarem ad rem* b — *si qua -- ad rem militarem* om. t — 29. *pecuniasque* om. g.

que a quibus videatur ad rem militarem mutuas sumat frumentumque imperet operamque det ut cum suis copiis quam proxime Italiam sit: cumque ex litteris Q. Caepionis Bruti pro consule intellectum sit, Q. Hortensii pro consule opera et virtute vehementer rem publicam adiutam omniaque eius consilia cum consiliis Q. Caepionis Bruti pro consule coniuncta fuisse, eamque rem magno usui rei publicae fuisse: Q. Hortensium pro consule recte et ordine exque re publica fecisse, senatuique placere Q. Hortensium pro consule cum quaestore prove quaestore et legatis suis provinciam Macedoniam obtinere, quoad ei ex senatus consulto successum sit.

---

1. *uidetur* a g — *mitti assumat* a — *imperet frumentumq.* V; *frumentum imperet* D O — 2. *det* om. t — *sit italiam* b; *in italia sit* g — 3. *ex* om. a — *Q.*] *quae* V — 3 et 5. *coepionis* V — 3, 5 et 7. *procos.* V — 4. *hortensi* a b — *operet* V — 5. *cum consulis* V¹ — 6. *fuissetq. eamque* V — *magnosuir p. fuisse* V — *Q.* om. V — 7. *ex re* t — 8. *proconsul* V — *cum quaestore prove quaestore* Mommsenius: *cum questoribus proue questores* V; *cum q. proue q.* t; *cum q. cepione procos.* a b g; *cum quaestoribus prove quaestoribus* O — 9. *optinere* a — *quoat* V — 10. *successumpsit* V — *M. TULLI CICERONIS PHYLYPPICARUM LIB. X. EXPLICIT INCIPT. LIB. XI. FELIC.* V.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER UNDECIMUS.

I. 1. Magno in dolore, patres conscripti, vel maerore potius, quem ex crudeli et miserabili morte C. Trebonii, optimi civis moderatissimique hominis, accepimus, inest tamen aliquid, quod rei publicae profuturum putem. Perspeximus enim quanta in iis, qui contra patriam scelerata arma ceperunt, inesset immanitas. Nam duo haec capita nata sunt post homines natos taeterrima et spurcissima, Dolabella et Antonius: quorum alter effecit quod optarat, de altero patefactum est quid cogitaret. L. Cinna crudelis, C. Marius in iracundia perseverans, L. Sulla vehemens; neque ullius horum in ulciscendo acerbitas progressa ultra mortem est: quae tamen poena in cives nimis crudelis putabatur. 2. Ecce tibi geminum in scelere par, invisitatum, inauditum, ferum, barbarum. Itaque quorum summum quondam inter ipsos odium bellumque meministis, eosdem postea singulari inter se consensu et amore devinxit improbissimae naturae et turpissimae vitae similitudo. Ergo id, quod fecit Dolabella in quo potuit, multis idem minatur Antonius. Sed ille cum procul esset a consulibus exercitibusque nostris neque dum senatum cum populo Romano conspirasse sensisset, fretus Antonii copiis ea scelera suscepit, quae Romae iam suscepta arbitrabatur a socio furoris sui. 3. Quid ergo hunc aliud moliri, quid optare censetis aut quam omnino causam esse belli? Omnes, qui libere de re publica sensimus, qui dignas nobis sententias diximus, qui populum Romanum liberum esse voluimus, statuit ille quidem non inimicos, sed hostes: maiora tamen in nos

---

1. *dolore sum p. c.* D — 2. *treboni* V b — 3. *aliquit* V — *quod* om. t — 4. *enim quam arma coeperunt a in hiis qui contra patriam iscelerata arma coeperunt* V — *in his* D — 6. *teterrima* D O — 7. *efficit* t — *optarat* V: *optabat* D O — *patefactum de altero* b — *quod* t — 8. *sylla* V g t; *silla* a — 10. *ciuis* V t — *animis* V — 11. *inuisitatum* t, ut coni. Graevius: *inusitatum* V a b g O. Quae Muetzellius ad Curt. p. 443 sq. copiose de horum verborum discrimine disputavit, magnam partem neglectis optimorum librorum auctoritatibus disputata sunt; nam saltem in Livii IV, 33, 1. V, 17, 8. 35, 4. 37, 2. 45, 4. XXXXV, 42, 12 *inuisitatus*, non *inusitatus* ex codd. optimis scribendum est, ut item de Off. III, § 38 *magnitudine inuisitata* et de Divin. II, § 138 *forma tam inuisitata* ex nostris libris emendabimus. — *forum* t — 12. *quondam* a g: *quoddam* V b; om. t — *que* om. b — 13. *eodem postea singularinter* V — *deuinxit et amore* b — *improbissimae* V: *impurissimae* D O — 14. *similitudine* V — *Ergo quod* Lamb. — 16. *esset* V: *abesset* D O — *consule* g — *nostris*] *contris* V — 17. *romani* V — *conspirare* admodum probabiliter Ernesti; videtur enim terminatio *asse* ex voc. sequente *sensisse* profecta. — *seisset* t — *antoni* V — 18. *suscepitq. romae* V — 19. *aliut moliri quod* V — 20. *omnes* om. D — *libe* V — 21. *populi romani liberum* V; *r. p. liberam* D — *uolumus* D — 22. *hostis* V b — *tamen* om. a; *tã c̃* t.

quam in hostem supplicia meditatur: mortem naturae [poenam] putat esse, iracundiae tormenta atque cruciatum. Qualis igitur hostis habendus est is, a quo victore si cruciatus absit, mors in beneficii parte numeretur? II. Quam ob rem, patres conscripti, quamquam hortatore non egetis — ipsi enim vestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandae cupiditatem —, tamen eo maiore animo studioque libertatem defendite, quo maiora proposita victis supplicia servitutis videtis. 4. In Galliam invasit Antonius, in Asiam Dolabella, in alienam uterque provinciam: alteri se Brutus obiecit impetumque furentis atque omnia divexare ac diripere cupientis vitae suae periculo colligavit, progressu arcuit, a reditu refrenavit: obsideri se passus ex utraque parte constrinxit Antonium. Alter in Asiam irrupit. Cur? si, ut in Syriam, patebat via et certa neque longa: *sin ut ad Trebonium*, quid opus fuit cum legione? Praemisso Marso nescio quo Octavio, scelerato latrone atque egenti, qui popularetur agros, vexaret urbes, non ad spem constituendae rei familiaris, quam tenere eum posse negant qui norunt — mihi enim hic senator ignotus est —, sed ad praesentem pastum mendicitatis suae, consecutus est Dolabella. 5. Nulla suspicione belli — quis enim id putaret? — secutae collocutiones familiarissimae cum Trebonio complexusque: summae benevolentiae indices falsi exstiterunt in amore simulato; dexterae, quae fidei testes esse solebant, sunt perfidia et scelere violatae: nocturnus introitus Zmyrnam quasi in hostium urbem, quae est fidissimorum antiquissimorumque sociorum: oppressus Trebonius, si ut ab eo, qui aperte hostis esset, incautus, si ut ab eo, qui civis etiam tum speciem haberet, miser. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. Consularem hominem, consulari imperio provinciam Asiam obtinentem, Samiario exsuli tradidit: interficere captum statim

---

1. *in hostem quam* V — *poenam* Faërno delendum videbatur. — *iracundiam* a g t — 3. *muneretur* t — 4. *hortatione* b — 5. *uestras potente* V — 6. *maiore studio* (om. *animo*) a — 8. *asimam* V — 9. *atque*] *ante* t — *diuecare* t — *ac* D: *at* V; *et* i O — *daripere* V — 10. *conligauit* V; *collocauit* t — *progressu* V¹: *a progressu* V² D (*et a prog.* b) — *refernauit* V — 12. *inrupit* V (*irrupit in asyam* g) — *cur si* V: *cursim* D — *ut in* om. t; *uti* g. *Cur? si in Syriam* coni. Seb. Rau I, p. 28. — *petebat* D — *et* om. a g — *sin ut ad Trebonium,* quae desunt in codd., supplevit Lambinus, quo supplemento recepto totius loci interpunctionem mutavimus. Nam O sic habet: *Quid opus fuit cum legione praemisso Marso -- egenti? qui popularetur agros, -- mendicitatis suae. Consecutus est Dolabella* cet. — 13. *cum* om. t — *Marso* V: *mario* D; *Marcus Octavius* est apud Dionem 47, 30. — *nescio* om. a g — 14. *quo* b: *qui* V; *q.* a t; *quinto* g — *egenti* V: *egente* D — *uexarent* V — 15. *constituenda* V — *tenere cum posset* a — 17. *partum* a t; *statum* b — *medicitatis* V¹ — *Dolabella, nulla suspicione belli. Quis* O; verborum distinctionem mutavit Rau I, p. 29. — 18. *conlocutiones* V — 19. *beniu.* a g t — *indices falsi* Nipperdeius (in *Philologi* III, p. 146): *falsi indices* (*iudices* b) V D O. Seb. Rau acute locum sic emendandum putavit: *secutae -- cum Trebonio. Complexus, qui sunt mutuae benevolentiae indices, falsi exstiterunt in amore simulato* cet. — 21. *sunt perfidia* V: *perfidia sunt* D O — *Zmyrnam* g: *zmirnam* a t; *sedmyrnam* V; *conmirnam* b (*con* per comp.); cf. supra p. 1052, 6 et v. Weichertum ad *Poet. Rom. Reliq.* p. 169 sqq. — 22. *ostium* t — *fidissimorum* V: *fidelissimorum* D O — 23. *sic ut* D — *hostis erat esset* V — 24. *sic ut* D — *qui* om. t — *cius* V; *cuius* t — *speciem tum* t — *miser* om. a g — 25. *quid*] *qui* t — *uices* a; *uice* g t — 27. *optinentem* V — *Samiario*] «fortasse opificii genus denotat estque littera minuscula scribendum *samiario*. Nam nomen hoc fuisse Romanum valde dubito: v. Garat.» ORELLI. — *exul* V; *nescio cui* Mommsenius — *istatim* V.

noluit, ne nimis, credo, in victoria liberalis videretur. Cum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset, tum verberibus ac tormentis quaestionem habuit pecuniae publicae idque per biduum: post cervicibus fractis caput abscidit idque adfixum gestari iussit in pilo: reliquum corpus tractum [atque laniatum] abiecit in mare. 6. Cum hoc hoste bellandum est, cuius taeterrima crudelitate omnis barbaria superata est. Quid loquar de caede civium Romanorum? de direptione fanorum? quis est qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Et nunc tota Asia vagatur, volitat ut rex, nos alio bello distineri putat: quasi vero non idem unumque bellum sit contra hoc iugum impiorum nefarium. III. Imaginem M. Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis: ex hoc illa efficta est, ab hoc Dolabellae scelerum praecepta sunt tradita. Num leniorem, quam in Asia Dolabella fuit, in Italia, si liceat, fore putatis Antonium? Mihi quidem et ille pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia, neque Antonius ullius supplicii adhibendi, si potestatem habeat, ullam esse partem relicturus. 7. Ponite igitur ante oculos, patres conscripti, miseram illam quidem et flebilem speciem, sed ad incitandos nostros animos necessariam: nocturnum impetum in urbem Asiae clarissimam, irruptionem armatorum in Trebonii domum, cum miser ille prius latronum gladios videret, quam quae res esset audisset: furentis introitum Dolabellae, vocem impuram atque os illud infame, vincla, verbera, eculeum, tortorem carnificemque Samiarium: quae tulisse illum fortiter et patienter ferunt. Magna laus meoque iudicio omnium maxima; est enim sapientis, quidquid homini accidere possit, id praemeditari ferundum modice esse, si evenerit. Maioris omnino est consilii providere ne quid tale accidat, animi non minoris fortiter ferre, si evenerit. 8. Ac Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis — quamquam eius numquam particeps fuit —, ut suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solum in vivo, sed etiam in mortuo, atque in eius corpore lacerando atque vexando, cum animum satiare non posset, oculos paverit suos.

---

1. *liberas* V — 2. *incestu* V[1]; *incerto* t — 3. *bidum* V — 4. *ceruicibus* V t: *a ceruicibus* a b g — 4. *fractis* om. D — *fixum* D; firmat *adfixum* Arusianus p. 213, qui s. v. *adfixa* affert: *idque -- in pilo* — *relicum* V — 5. *atque laniatum* om. V[1] — 6. *est* om. a — *cuius* i: *acuius* V (non *cuius*, ut ait Garat.; saepius autem in Vat. voci alicui *a* male praefixam legimus); *a cuius* D — *teterrima* D O — 7. *civium Rom.*] *cre* V — 8. *tanta* V — *querat* t — 9. *detineri* a b[2] — 10. *idem unumque* V: *unum idemque* D O — *impium* a g t — 11. *marci* V: om. D — *antoni* V a (*crudel. antonii* t) — 12. *efficta* codex (?) Ursini: *effecta* V D — *Dolabellae* V: *illa dolabellae* D — *scelere* t — *tradita. nunc* a; *num tradita* V — 13. *fuit dolabella* b — 14. *et* om. t — *perven. videtur* t post *potuerit* habet. — *quodad* V — 15. *fieri* a — *supplicia* a; *sulpicii* V — 16. *athibendi* V — *si* om. t — *esse*] *es* V[1]; *est* D V[2] — 17. *illam quidem* V D: *quidem illam* i O; *illam quidem* recte habet etiam cod. Cassellanus Servii, qui ad Aen. II, 407 vv. *Ponite itaque* (sic) *ante oculos -- necessariam* affert. — 18. *nostros animos* V et Servius: *animos nostros* a b t; *animos vestros* g O — 19. *inruptionem* V — *treboni* a; *terboni* V — 20. *mise* V — *lathronum* V — 21. *audiuisset* a — *atque hos illut* V — 22. *uincla* V: *uincula* D — *urbere culeum* V; *uerbera culleum* b — *carnificem tortoremque* D — 23. *quã* t — *eum* g — *fortiter etienter* V — 24. *quicquid* V a g t — 25. *praemeditiari* V — *ferundum* V: *ferendum* D O — *si euenerit esse* a; *si evenerit* uncis inclusit Ernesti. — 26. *est* om. a — *animi* V (corr. ex *animo*): *sed animi* D O — 27. *fere* V — *Ad* t — *inmemor* V — 28. *fuit* cod. Barbadorii: *fuerit* V D — *insaciabilem* V — 29. *exacuerit* D; at v. in Verr. V, § 145. — *im mortuo* V — 30. *atque* V: *at* a g t; *ac* b — *euius* V — *animum* om. t — *sociare* (sic) t — 31. *paverit* Ferrarius: *pauit* codd.

IV. O multo miserior Dolabella quam ille, quem tu miserrimum esse voluisti! Dolores Trebonius pertulit magnos; multi ex morbi gravitate maiores, quos tamen non miseros, sed laboriosos solemus dicere. Longus fuit dolor bidui, at compluribus annorum saepe multorum: nec vero graviora sunt carnificum cruciamenta quam interdum tormenta morborum. 9. Alia sunt, alia, inquam, o perditissimi homines et amentissimi, multo miseriora. Nam quo maior vis est animi quam corporis, hoc sunt graviora ea, quae concipiuntur animo, quam illa, quae corpore. Miserior igitur qui suscipit in se scelus quam si qui alterius facinus subire cogitur. Cruciatus est a Dolabella Trebonius: et quidem a Karthaginiensibus Regulus. Qua re cum crudelissimi Poeni iudicati sint in hoste, quid in cive de Dolabella iudicandum est? An vero hoc conferendum est aut dubitandum, uter miserior sit, isne, cuius mortem senatus populusque Romanus ulcisci cupit, an is, qui cunctis senatus sententiis hostis est iudicatus? Nam ceteris quidem vitae partibus quis est qui possit sine Trebonii maxima contumelia conferre vitam Trebonii cum Dolabellae? Alterius consilium, ingenium, humanitatem, innocentiam, magnitudinem animi in patria liberanda quis ignorat? alteri a puero pro deliciis crudelitas fuit, deinde ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit semper ipse laetatus, quod ea faceret, quae sibi obiici ne ab inimico quidem possent verecundo. 10. Et hic, di immortales! aliquando fuit meus: occulta enim erant vitia non inquirenti. Neque nunc fortasse alienus ab eo essem, nisi ille nobis, nisi moenibus patriae, nisi huic urbi, nisi dis penatibus, nisi aris et focis omnium nostrum, nisi denique naturae et humanitati inventus esset inimicus. A quo admoniti diligentius et vigilantius caveamus Antonium.

V. Etenim Dolabella non ita multos secum habuit notos atque insignes latrones: at videtis quos et quam multos habeat Antonius. Primum Lucium fratrem: quam facem, di immortales! quod facinus! quod scelus! quem gurgitem! quam voraginem! Quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, *cuius sanguinem non bibere censetis?* in

---

2. *uoluisti esse* t — *multos* a — 3. *solem* V — 4. *logos fuit* t — *a compluribus hominibus* (sine *at*) a — *saepe mult.* om. a — 5. *uere* a b — *cruciamenta quam interdum tormenta* V: *tormenta quam interdum cruciamenta* D O (*tormenta carnificum* b) — 6. *alia* ante *inquam* om. t — 7. *namque* g — *quomairuissest* V — *quam corporis - - animo* hic om. a et habet infra post *contumelia* v. 16. — 8. *concupiuntur* D — *in corpore* D — 9. *suscipit* a b t: *suscepit* V g — *si qui* P. Ric. Muellerus (in *Philologi* IX, 187): *si ui* V; *is qui* D O — 10. *cogetur* t — *et q.*] *equidem* b — *a* om. V — *kartaginiensibus* V a (*cart.* a); *carthaginensibus* b t; *chartaginiensibus* g — 11. *qua* V: *in qua* D — *Poeni* om. t — *sunt* b — 12. *quid*] *quam* t — *de* om. D — *iudicandum est* D: *iudicandi* (ex *iudicandumst*) V; *est* om. O — 13. *aut* V: *an* D — *dubitandum est* b — *ut* t — *sit* V: om. D O — *isne* D: *nonne* V — *mortem seni populique romani* V — 14. *ulcis cupitur* (*ur* m. 2) V; *ulciscitur* D — *cuncti senatus sententia (sent. senatus* a*)* D — 15. *quide uitae patribus* V — 16. *treboni* V; om. b — *maxima*] *ma* V — *vitam* om. t — *treboni* V b¹ — 17. *cum* om. t — *dolabella* D — *alterius pro delictis* (*dilectus* t) om. *a puero* D — 19. *crudelita* t 19. *ea* om. a — *sic* t — 20. *obicii* t — 21. *quidem* om. a — *di* V: *dii* D O — *aliquando meus amicus* a — 22. *occultat* V — *erant enim* g — *uicia* V — 23. *essem ab eo* g — *nobis* nos: *bonis* V; *uobis* D O — 24. *dis* V: *diis* O — *et*] *ei* V — 27. *atque* V: *at* a t; *ac* b g — *insignis* V b — 28. *lathrones* V — *at* D: *aliut* V, fort. *At illut* — 29. *L.* om. D — *di* V: *dii* O — 30. *qui eum* t — *soruere* V corr. ex *seruire* — 31. *cuius - - censetis in* om. V.

cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe et mente defigere? 11. Quid Censorinum? qui se verbo praetorem esse urbanum cupere dicebat, re certe noluit. Quid Bestiam? qui consulatum in Bruti locum se petere profitetur: atque hoc quidem detestabile omen avertat Iuppiter! Quam absurdum autem, qui praetor fieri non potuerit, petere eum consulatum! nisi forte damnationem pro praetura putat. Alter Caesar Vopiscus ille summo ingenio, summa potentia, qui ex aedilitate consulatum petit, solvatur legibus: quamquam leges eum non tenent propter eximiam, credo, dignitatem. At hic me defendente quinquies absolutus est: sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis. Sed haec iudicum culpa, non mea est. Ego defendi fide optima: illi debuerunt clarissimum et praestantissimum senatorem in civitate retinere. Qui tamen nunc nihil aliud agere videtur, nisi ut intelligamus illos, quorum res iudicatas irritas fecimus, bene et e re publica iudicavisse. 12. Neque hoc in hoc uno est: sunt alii in isdem castris honeste condemnati, turpiter restituti. Quod horum consilium, qui omnibus bonis hostes sunt, nisi crudelissimum putatis fore? Accedit Saxa nescio quis, quem nobis Caesar ex ultima Celtiberia tribunum pl. dedit, castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis: a qua cum sit alienus, suo capiti salvis nobis ominetur. Cum hoc veteranus Cafo, quo neminem veterani peius oderunt. His quasi praeter dotem, quam in civilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius, ut haberent reliquorum nutriculas praediorum. Quibus utinam contenti essent! ferremus, etsi tolerabile non erat, sed quidvis patiendum fuit, ut hoc taeterrimum bellum non haberemus.

VI. 13. Quid? illa castrorum M. Antonii lumina, nonne ante oculos proponitis? Primum duos collegas Antoniorum et Dolabellae, Nuculam et Lentonem, Italiae divisores lege ea, quam senatus per vim latam iudicavit: quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragoediam. Quid dicam de Apulo Domitio? cuius modo bona proscripta vidi: tanta

---

1. *inpudentissimos* V — 2. *quit* V — *p. r.* a; *praefectum* g t, sed g addito *populi Ro.* — 3. *re certare* Mommsen. — 4. *se* D ante *consulatum* habent. — 5. *omne* t — *Iupiter* a b O (*iup. auertat* b) — *absurde* V — *praetor p. r. fieri* b — 6. *pet. eum* mei: *eum pet.* O — *damnationem pro praetura* V: *dampnatione .pp. r.* t; *dampnat etiam a uobis .p. q. r.* b; *dampnatus a nobis populoque r.* a g — 7. *putat* om. g — *aliter* a — *Caesar*] «ἴσως *Caeso*» Muretus in exemplo suo, quod Romae asservatur in bibliotheca collegii Romani; at cf. Weichert ad *Poet. Lat. rel.* p. 128 not. 30. — *Vopiscus ille* V: *uobiscum (uobis) homo* D; *Vopiscus ille homo* i O. Cf. Schneiderum in Iahn. Ann. nov. Vol. 44, p. 443. — *quia ex* a — 8. *consulatum petit saluatur* V; *ad consulatum soluatur* D — *quamquam leges* om. a — 9. *tenent* D: *teneant* V — *propter eximiam* om. D — *ad hic* V — 10. *exta* V — 13. *qui tamen* om. a — *aliut age* V — *ut* om. a — *illos iudices quos res* a — 14. *inritas* V — *et e* a b g V^2: *e* om. V^1; *de* t — *publice* V — *iudicasse* b — 15. *nequec* V, quae duae lectiones diversae videntur *neque* et *nec* — *isdem* V t: *hisdem* a b g; *eisdem* i O — *condempnati* V a g t — 16. *bonis* om. t — 17. *putais* V — 18. *celtiberiat .R. P. dedit* V — 19. *ut* V: *ui* D — *urbem* a b g — *alienissimus captis aliis nobis* a g — *capitis* V — 20. *ominetur* V b^1 (V habet *in* in ras.): *dominetur* a g t b^2 — 21. *peius*] *penis* t — *cibilibus* V — 22. *leriquorum* V — 23. *perditorum* a — *essent* V: *esse possent* D — *feremus* t; *ferrem* a — 24. *deterrimum* (om. *bellum*) a — 26. *marci* V; om. D — *Ant.* om. g — *ate* V — 27. *praeponitis* a g — *Antoniorum* V t: *antonii* a b g — 28. *Italiae* om. a — 29. *quorum alter comm. est* om. V — *mimas* a — 30. *ahpala* V; *apolo* t — *modo bona* V a: *bona modo* b g t O — *uidi* V: *uidimus* D O; cf. p. 1359, 3.

procuratorum est negligentia. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. Sed non possunt non prodige vivere, qui nostra bona sperant, cum effundant sua. Vidi etiam P. Decii auctionem, clari viri, qui maiorum exempla persequens pro alieno se aere devovit. Emptor tamen in ea auctione inventus est nemo. Hominem ridiculum, qui se exserere aere alieno putet posse, cum vendat aliena. 14. Nam quid ego de Trebellio dicam? quem ultae videntur Furiae debitorum; vindicem enim novarum tabularum novam tabulam videmus. Quid de T. Planco? quem praestantissimus civis, Aquila, Pollentia expulit, et quidem crure fracto: quod utinam illi ante accidisset, ne huc redire potuisset! Lumen et decus illius exercitus paene praeterii, T. Annium Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum [Graeco verbo], quoniam omnia iura dissolvit, nisi forte iure Germanum Cimber occidit. Cum hanc et huius generis copiam tantam habeat Antonius, quod scelus omittet, cum Dolabella tantis se obstrinxerit parricidiis nequaquam pari latronum manu et copia? 15. Quapropter, ut invitus saepe dissensi a Q. Fufio, ita sum eius sententiae libenter assensus. Ex quo iudicare debetis me non cum homine solere, sed cum causa dissidere. Itaque non assentior solum, sed etiam gratias ago Fufio: dixit enim severam, gravem, re publica dignam sententiam, iudicavit hostem Dolabellam, bona censuit publice possidenda. Quo cum addi nihil potuisset — quid enim atrocius potuit, quid severius decernere? — dixit tamen, si quis eorum, qui post se rogati essent, graviorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Quam severitatem quis potest non laudare?

VII. 16. Nunc, quoniam hostis est iudicatus Dolabella, bello est persequendus. Neque enim quiescit: habet legionem, habet fugitivos,

---

1. *est* om. a t — *neglegentia* V t, ut semper. — *uenenum infudit* g (*infudum* b) — 2. *bona* om. t — 3. *effundant* V: *effundunt* D O — *uidi* V: *uide* D — *deci* V b — *clari* V: *clarissimi* D; cf. or. IX, § 4. 11. XIII, § 41. — 4. *maiorum* V: *maiorum suorum* D O — *petisequens* V; *sequens* a — *emptoriaamenea auctione* t; *emptorum iam mea auctione* b; *emptori* g, a quo *tamen -- est nemo* abest; *emptori .a. a. hominem* mediis om. a — 5. *rediculum* V — *se exserere* scripsi: *se exercere* V; *se exire* D O; *se expedire* Cobet. — 6. *posse*] *esse* t — *uendata* V; *uendet* a — 7. *quem ultae* Ubaldinus Bandinellus: *quem ute* V; *quam multae* D — *dubitorum* t; *creditorum* coni. Ernesti; at v. Ravii Var. lectt. II, p. 128. — *uindicem* i: *uindicem is* V (i. e. *uindicem* al. *uindicis*); *uindices* D (*enim uindices* t); *vindicis* Ferrarius. — 8. *nouarum tabularum* V D: *tab. nov.* i O — *uidemus* V: *uidimus* D O — *T.* Zumptius (ad Verr. p. 970): *l.* V; om. D O; cf. Phil. VI, § 10. XII, § 20. XIII, § 27. — *quem* b^1: *quae* V; *qui* a g t b^2 — 9. *praestantissimos* a g b^2 — *ciuis* V b^1: *ciuis ciui* t; *ciues ciuis* g; *ciues cuius* a; *ciues* b^2 — *Aquila* V b: *aliqua* t; *aquilae* a g — *potentia* a g — *expulit equidem* t — 11. *praeterii .t.* g t: *praeteriit* V a; *T.* om. b; *C.* O cum Ursino. — *annui* a — *cymbrum* a g — *lydisici filium lydisicum* t — 12. *greco uerbo* V; *in graeco uerbo* D; videtur utrumque glossema esse, ut iam Manutius intellexit. — 13. *iuri* t — *Germanum*] est lusus verborum inter *germanum* et *Germanum*; cf. or. XIII, 12, 26 et Quintil. VIII, 3, 29: *Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est: germanum Cimber occidit.* — *cymber* g t; *cimbrum* a b — *eius* D — *copias* g — 14. *habebit* a — 15. *parricidis* a b — *nequam pari lathronum* V — 16. *discensi* V — *Q.* om. V — *fusio* b — *sententienti* V (*ten* punctatum); *sententiae heri libenter ass. sum* Mommsenius — 17. *adsensus* V — 18. *dissideri* a t — *adsentior* V — 19. *Fufio* V b: *Q. Fufio* a g t O — *grecauem re publicam sententiam* V — 20. *bona* V D: *bona eius* i O — *puplice* a — 21. *potuisset* V: *possit* b; *posset* a g t O — *degenere* V, unde Muretus coni. *de genero*; at idem vitium est in V p. 1288, 8 et in or. XIII, § 9. — 22. *dicit enim si quis* a — 23. *dixisset meam se iterum* t — 25. *Num* D — *iudicatus est* t — 26. *quiescit* V b^1: *quiescet* a g t b^2 O — *legationem* a t.

habet sceleratam impiorum manum; est ipse confidens, impotens, gladiatorio generi mortis addictus. Quam ob rem, quoniam Dolabella hesterno die hoste decreto bellum gerundum est, imperator est diligendus. Duae dictae sunt sententiae, quarum neutram probo: alteram, quia semper, nisi cum est necesse, periculosam arbitror: alteram, quia alienam his temporibus existimo. 17. Nam extraordinarium imperium populare atque ventosum est, minime nostrae gravitatis, minime huius ordinis. Bello Antiochino magno et gravi, cum L. Scipioni provincia Asia obvenisset, parumque in eo putaretur esse animi, parum roboris, senatusque ad collegam eius, C. Laelium, huius Sapientis patrem, negotium deferret, surrexit P. Africanus, frater maior L. Scipionis, et illam ignominiam a familia deprecatus est, dixitque et in fratre suo summam virtutem esse summumque consilium, neque se ei legatum, id aetatis iisque rebus gestis, defuturum. Quod cum ab eo esset dictum, nihil est de Scipionis provincia commutatum; nec plus extraordinarium imperium ad id bellum quaesitum, quam duobus antea maximis Punicis bellis, quae a consulibus aut a dictatoribus gesta et confecta sunt, quam Pyrrhi, quam Philippi, quam post Achaico bello, quam Punico tertio: ad quod populus Romanus ita sibi ipse dilegit idoneum ducem, P. Scipionem, ut eum tamen bellum gerere consulem vellet. VIII. 18. Cum Aristonico bellum gerundum fuit P. Licinio L. Valerio consulibus. Rogatus est populus, quem id bellum gerere placeret: Crassus consul, pontifex maximus, Flacco collegae, flamini Martiali, multam dixit, si a sacris discessisset: quam multam populus Romanus remisit, pontifici tamen flaminem parere iussit. Sed ne tum quidem populus Romanus ad privatum detulit bellum: quamquam erat Africanus, qui anno ante de Numantinis triumpharat: qui cum longe omnes belli gloria et vir-

---

1. *magnum* t — *inpotens* g t — 2. *quoniam cum dolabella* b g — 3. *hostis* t — *gerundum* V a: *gerendum* b g t O — *est imp.* a — *diligendus* V a t; *deligendus* b t O; cf. §§ 17. 38. — 5. *qua alienam* V — 6. *imperium* V: *semper imperium* D — 7. *atque*] *adq* V — *minimae* V[1] — 8. *bello antiochino* t: *Bellaniochino* V; *bello antiochi* a b g — *provincia Asia* Faërnus: *pc. ia* V; *.p. f. asia* D — 10. *senatus* a g — *collegendam* t — *C.* om. V — *huius*] *illius* coni. Ernesti et Garatoni; *Laelii* Pighius. — *partem* V — 11. *defert* a g t — *scipio.* t — 12. *a familia* V: *familia* t; *familiae* a b g — *est*] *sed* V — 13. *virtutem*] in litteris *uir* finit linea penultima (vigesima nona) columnae tertiae folii 77[a] in cod. V; sequens linea incipit *sumus iudicare* cet., quae leguntur in or. XII, § 12 p. 1372, 23 usque ad *nec corpore* or. XII, § 23 p. 1376, 20 (fol. 78[b], col. 3 v. 5 codicis); sequitur sine inscriptione oratio XIII usque ad *o rem acerbam* § 10 p. 1383, 28 (fol. 80[a], col. 1, v. 26), tum demum continuatur or. XI sic: *tutem esse summumq.* cet. Foliorum transpositio iam notata est in marg. a manu saec. XIII, recto ordine suo quoque loco signis indicato. — *se ei*] *ei esse* a — 14. *isque* b — 16. *quam antea duobus* malit Gul. Christ, ut est paulo post: *quam post* — *publicis* V[1] — 17. *cons.* V t; *consule* g — *a* post *aut* om. a g t — *distatoribus* V; *dictatoribus gestatoribus* t — *et comfecta* V; *itconta* (sic) t; *aut* (*ita* a g) *consummata* a b g — 18. *purrhi* V; *pyrri* g t; *pirri* a — *achaio* V g — *quam Punico tertio* om. D — 19. *ad quod*] *at quo* (*ad quod* corr. m. 2) *domiti* V. Nihil in hoc mendo quaerendum est; littera *d* enim a *quo* seiuncta, librarius pro nota praenominis *D.* habuit et suo more, ut supra saepe vidimus, *domitius* scripsit. — *populi romani* V — *ipse* om. a — *dilegit* nos: *diligit* V; *elegit* a; *delegit* b g t O; v. supra ad v. 3. — 21. *gerundum* V: *gerendum* D O — *p. licionio p. ualerio* V; *l. ualerio p. scipione* D — 22. *est* V g[2]: *et* t; om. a b g[1] — *id*] *ad* t — *pont. max.*] *p. m.* V — 23. *college flammini* V — *multa* a t — *si assacris* V — 24. *populi romani* V; *Romanus* om. D. Poterat tamen facile in V *r.* ante *remisit* falso repeti. — 25. *set* V[1] — *populi romani* V — 27. *de* om. a — *rumantenis* t; *antinis* a — *triumfarat* V; *triumphauerat* D — *omnes longe* t — *omnis* b.

tute superaret, duas tamen tribus solas tulit. Ita populus Romanus consuli potius Crasso quam privato Africano bellum gerendum dedit. De Cn. Pompei imperiis, summi viri atque omnium principis, tribuni pl. turbulenti tulerunt. Nam Sertorianum bellum a senatu privato datum est, quia consules recusabant, cum L. Philippus pro consulibus eum se mittere dixit, non pro consule. 19. Quae igitur haec comitia? aut quam ambitionem constantissimus et gravissimus civis, L. Caesar, in senatum introduxit? Clarissimo viro atque innocentissimo decrevit imperium, privato tamen: in quo maximum nobis onus imposuit. Assensus ero, ambitionem induxero in curiam: negaro, videbor suffragio meo tamquam comitiis honorem homini amicissimo denegavisse. Quod si comitia placet in senatu haberi, petamus, ambiamus: tabella modo detur nobis, sicut populo data est. Cur committis, Caesar, ut aut praestantissimus vir, si tibi non sit assensum, repulsam tulisse videatur, aut unus quisque nostrum praeteritus, si, cum pari dignitate simus, eodem honore digni non putemur. 20. At enim — nam id exaudio — C. Caesari adolescentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi. Ille enim mihi praesidium extraordinarium dederat: cum dico mihi, senatui dico populoque Romano. A quo praesidium res publica, ne cogitatum quidem, tantum haberet, ut sine eo salva esse non posset, huic extraordinarium imperium non darem? Aut exercitus adimendus aut imperium dandum fuit. Quae est enim ratio aut qui potest fieri ut sine imperio teneatur exercitus? Non igitur, quod ereptum non est, id existimandum est datum. Eripuissetis C. Caesari, patres conscripti, imperium, nisi dedissetis. Milites veterani, qui illius auctoritatem, imperium, nomen secuti pro re publica arma ceperant, volebant sibi ab illo imperari: legio Martia et legio quarta ita se contulerant ad auctoritatem senatus et rei publicae dignitatem, ut deposcerent imperatorem et ducem C. Caesarem. Imperium C. Caesari belli necessitas, fasces senatus dedit. Otioso vero et nihil agenti privato, obsecro te, L. Caesar, — cum peritissimo homine mihi res est — quando imperium senatus dedit?

---

1. *solas* V: om. D — *eta populi romani* V; *ita .r. p. r.* t — 2. post *dedit* in V interposita sunt, sed pr. manu lineis transversis deleta vv. *sed de hoc - - cos designatus,* quae librarius praecepit ex inferiore loco p. 1362, 1—7. — 3. *Cn.*] *.con.* t — *Pompei* V a b: *Pompeii* g t O — *imperis* V¹ — *summis uiriq. atque* V — 5. *pro* om. t — *cons̃.* a; *consul* V g; *consulem* t; om. b — *se eum* D — 9. *onus* om. a — *adsensus ero* V: *assensero* a b t; *si assensero* g — 10. *negare* V; *negauero* a; *si negauero* g — 11. *comitis* V¹ — *homini honorem* a — *amantissimo* t — 12. *habere* D — *tabula* a t — *modo* V b g: *noua* t; *modo noua* a — 13. *committis* Sec. Curio et Faërnus: *comitiis* V t; *comiciis* a b g — *caesaris* g — *ut* V¹; *ita ut* V² (m. 2) — 14. *adsensum* V: *assensus* D — *utilisse* V — 15. *cum* D: *cũs. m.* V, fort. ex *cum omnes* — *patri* t — *dignitatise* V — *sumus* D — 16. *Ad* V — *C.* om. a — *adulescentulo* V: *adulescens* t; *adolescenti* a b g — 18. *senatui l.* (sic) *populoque romanum* V — 19. *praesidium res publica* V: *res p. praes.* D O — *tantum* om. t — 20. *saua* V¹ — 21. *dare* a — 22. *quae*] *q.* V — *ratio* om. t — *ut sinipe imperio* V, sed m. 2 in rasura. — 23. *non*] *ẽ ñ* t — *extimandum* V — *est* V b: *esse* a g t — 24. *p. conscr.* om. t — 25. *quid* t — *pro*] *populi romanio* V — 26. *imperati* t — *lege* V¹ — *Martia et legio* om. D — 27. *contulerat* D — *et rei publice* V; *r. q. p.* b t; *reique p.* g; *p. q. r.* a — 28. *imp.* V — *C. Caesarem. Imperium C.* om. D — 29. *caesaris* t — *belli* V t: *bellum* a b g — *et* V: om. D — *priuato imperato* V, sed *imp.* punctatum. — 30. *hominẽ* V — 31. *quando tibi imp.* a.

IX. Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo ac de me optime merito videar: etsi quis potest refragari non modo non petenti, verum etiam recusanti? 21. Illa vero, patres conscripti, aliena consulum dignitate, aliena temporum gravitate sententia est, ut consules Dolabellae persequendi causa Asiam et Syriam sortiantur. Dicam, cur inutile rei publicae, sed prius, quam turpe consulibus sit, videte. Cum consul designatus obsideatur, cum in eo liberando salus sit posita rei publicae, cum a populo Romano pestiferi cives parricidaeque desciverint, cumque id bellum geramus, quo bello de dignitate, de libertate, de vita decernamus, si in potestatem quis Antonii venerit, proposita sint tormenta atque cruciatus, cumque harum rerum omnium decertatio consulibus optimis et fortissimis commissa et commendata sit: Asiae et Syriae mentio fiet, ut aut suspicioni crimen aut invidiae materiam dedisse videamur? 22. At vero ita decernunt, u t l i b e r a t o B r u t o: id enim restabat, ut relicto, deserto, prodito. Ego vero mentionem omnino provinciarum factam dico alienissimo tempore. Quamvis enim intentus animus tuus sit, C. Pansa, sicut est, ad virum fortissimum et omnium clarissimum liberandum, tamen rerum natura coget te necessario referre animum aliquando ad Dolabellam persequendum et partem aliquam in Asiam et Syriam derivare curae et cogitationis tuae. Si autem fieri posset, vel plures te animos habere vellem, quos omnes ad Mutinam intenderes. Quod quoniam fieri non potest, isto te animo, quem habes praestantissimum atque optimum, nihil volumus nisi de Bruto cogitare. 23. Facis tu id quidem et eo maxime incumbis, ut intelligo: duas tamen res, magnas praesertim, non modo agere uno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest. Incitare et inflammare tuum istuc praestantissimum studium, non ad aliam ulla ex parte curam transferre debemus. X. Adde istuc sermones hominum, adde suspiciones, adde invidiam. Imitare me, quem tu semper laudasti: qui instructam ornatamque a senatu provinciam deposui, ut incendium patriae omissa omni cogitatione restinguerem. Nemo erit praeter unum me, quicum profecto, si quid interesse tua putasses, pro summa familiaritate nostra communicasses, qui credat te invito provinciam tibi esse decretam. Hanc,

---

1. *actenus* V — *ne refragari* om. b — 2. *etsi quis*] *si quis si quis* V, sed supra, ubi hic locus a scriba praeceptus est (v. ad p. 1361, 2), recte est *etsi quis* — 3. *potenti* t — 4. *consul* V — 5. *suriam* V — 6. *re publice* V — *consulibus* om. D — *cum quos desic obsecratur* t — 7. *cum* om. D — *in eo* V t: *in eoque* a b g — 8. *cumque* g — *populi romani* V — 9. *de* ante *libert.* om. D — 10. *si* V b g t: *et si* a O — *antoni* V — *propossitas in tormenta* V¹ — *sunt* a — 11. *cum* a — *consul* V¹ — 12. *commendatas sit asiae et syriaem fiet* V — 13. *crimen aut icrimen aut inuidiae* V — 14. *uidemur* V — 15. *prodit* V¹ — *omnium* V² — 16. *enim* om. b — *animis* t — 17. *tus* V t — *ad fortissimum uirum* D; in vv. *ad uirum* finit extrema columna folii 80 in V, quod est extremum totius codicis; reliqua folia perierunt. De orationis XII et XIII partibus, quae praeterea in V exstant, v. ad p. 1360, 13. — *clarissimorum* a; *clarissimum uirum* g — 18. *coget* b t: *cogit* a g i O — *te necessario* Ernestio delenda videbantur. — 20. *diriuare* i — 21. *quo* t — *omnis* b — 22. *isto te* scripsi: *istoc* g t i O; *isto .C.* b; *isto* a — 23. *nihil* mei: *nihil te* O — 24. *ut intelligo* scripsi: *intellego* b t; om. a g i O — 26. *flammare* a — *istuc* D: *istud* i O — 27. *ulla* i: *ullam* D — 28. *suspitiones* a i — 30. *obmissa* b; fort. *omissa alia omni cog.* — 31. *me unum cum quo quicum* g — *quicum* om. b — 32. *putasses tua* a — *communicasses* a b t: *communicauisses* g i O.

quaeso, pro tua singulari sapientia reprime famam atque effice, ne id, quod non curas, cupere videare. 24. Quod quidem eo vehementius tibi laborandum est, quia in eandem cadere suspicionem collega, vir clarissimus, non potest. Nihil horum scit, nihil suspicatur; bellum gerit, in acie stat, de sanguine et de spiritu decertat: ante provinciam sibi decretam audiet quam potuerit tempus ei rei datum suspicari. Vereor ne exercitus quoque nostri, qui non dilectus necessitate, sed voluntariis studiis se ad rem publicam contulerunt, tardentur animis, si quidquam aliud a nobis nisi de instanti bello cogitatum putabunt. Quod si provinciae consulibus expetendae videntur, sicut saepe a multis clarissimis viris expetitae sunt, reddite prius nobis Brutum, lumen et decus civitatis: qui ita conservandus est, ut illud signum, quod de caelo delapsum Vestae custodiis continetur: quo salvo salvi sumus futuri. Tunc vel in caelum vos, si fieri potuerit, umeris nostris tollemus, provincias certe dignissimas vobis deligemus: nunc quod agitur agamus. Agitur autem, liberine vivamus an mortem obeamus: quae certe servituti anteponenda est. 25. Quid? si etiam tarditatem affert ista sententia ad Dolabellam persequendum? quando enim veniet consul? an id exspectamus, quoad ne vestigium quidem Asiae civitatum atque urbium relinquatur? At mittent aliquem de suo numero. Valde mihi probari potest, qui paulo ante clarissimo viro privato imperium extra ordinem non dedi. At hominem dignum mittent. Num P. Servilio digniorem? at eum quidem civitas non habet. Quod ergo ipse nemini putavi dandum, ne a senatu quidem, id ego unius iudicio delatum comprobem? 26. Expedito nobis homine et parato, patres conscripti, opus est et eo, qui imperium legitimum habeat, qui praeterea auctoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in re publica liberanda.

XI. Quis igitur is est? Aut M. Brutus aut C. Cassius aut uterque. Decernerem plane, sicut multa *in* consulibus, alterum ambosve, ni Bru-

---

2. *vehementius eo* i — 3. *in eadem capere* t — *suspitionem* a — *uir clarissimus collega* b — 5. *decertante prouintiam* t — 7. *exitus* t — *delectus* b g i O — 8. *quicquam* mei, ut semper. — 9. *a* om. i — 10. *a multis* scripsi: *a* om. mei et O — 11. *expietate* a — *sunt* om. a i — *nobis prius* t — 12. *illud* Ernesti: *id* codd. et O — *de caelo* cod. Lang.: *de* om. mei. — 13. *tenetur* cod. Lang., ut est in Liv. V, 52, 7; at v. or. p. Scauro § 48: *Palladium illud, quod -- custodiis Vestae continetur.* — *futuri* om. t — *tunc* Ferrarius: *hunc* mei. — 14. *vel in -- tollemus* affert Nonius p. 407 M. — *uos* g et Nonius: om. a b t i, sed habet b ante *humeris* — *potuerit umeris* Nonius: *poterit humeris* mei et O (*poterit fieri humeris* b) — *prouintias* t, ut plerumque. — 15. *vobis dignissimas* i — 17. *Quod* a b — *si* om. t — *tard. affert* (*adfert* g) b g t: *affert tard.* i O; *affert* om. a — *istã sententiã* t — 19. *quoad ne* Gul. Christ: *quo ante* t; *quo nec* b; *quo* a; *quo ne* g i O (*an id tempus exsp. quo ne* coni. Lamb.) — *Asiae* om. b — *relinquantur* t — 20. *Admittent* a b t — *probaui* t — 21. *uiro* om. g t — 22. *Ad* t — *seruiliũ* a — *ad* t — 23. *quo* t — *putavi* Madvigius (in litteris ad nos datis): *putat* codd. et edd. «Velim scire, quem interpretes intellexerint *ipsum,* qui extra ordinem imperium nemini putat dandum, ne a senatu quidem. Nam ego prorsus neminem reperire possum, qui a Cicerone significatus sit praeter Ciceronem ipsum, cui apertissime haec sententia paucis ante verbis tribuitur: *Valde mihi probari potest* (ironice dicit), *qui paullo ante clar. viro privato imperium extra ordinem non dedi.*» Madvig. — 28. *utrũq;* t — 29. *multa in consulibus* (sc. decernuntur) scripsi coni. incerta: *multa consulib;* t (qui alias *conss.* vel *cos.* per omnes casus et numeros habere solet); *multa, consulem (cos.)* a b g i O, sed O ┼ *multa* — *alter* a t — *ambosue* D i: *ambove* O (*sicut solent, consules, alterum ambove* coni. Orelli; *sicut multa*

tum colligassemus in Graecia et eius auxilium ad Italiam vergere quam ad Asiam maluissemus: non ut ex † ea acie respectum haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. Praeterea, patres conscripti, M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnam urbem et gravem, tenet, opinor, Byllidem, tenet Amantiam, instat Epiro, urget Oricum, habet aliquot cohortes, habet equitatum. Hinc si Brutus erit traductus ad aliud bellum, Graeciam certe amiserimus. Est autem etiam de Brundisio atque illa ora Italiae providendum. Quamquam miror tam diu morari Antonium; solet enim ipse accipere manicas nec diutius obsidionis metum sustinere. Quod si confecerit Brutus et intellexerit plus se rei publicae profuturum, si Dolabellam persequatur, quam si in Graecia maneat, aget ipse per sese, ut adhuc quoque fecit, neque in tot incendiis, quibus confestim succurrendum est, exspectabit senatum. 27. Nam et Brutus et Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit. Necesse est enim in tanta conversione et perturbatione omnium rerum temporibus potius parere quam moribus. Nec enim nunc primum aut Brutus aut Cassius salutem libertatemque patriae legem sanctissimam et morem optimum iudicavit. Itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem, cum essent tales virtute, auctoritate, nobilitate † summi viri, quorum alterius iam nobis notus esset exercitus, alterius auditus. XII. Num igitur Brutus exspectavit decreta nostra, cum studia nosset? Neque enim est in provinciam suam Cretam profectus: in Macedoniam alienam advolavit; omnia sua putavit, quae vos vestra esse velitis; legiones conscripsit novas, excepit veteres; equitatum ad se abduxit Dolabellae atque eum nondum tanto parricidio oblitum hostem sua sententia iudicavit: nam ni ita esset, quo iure equitatum a consule abduceret? 28. Quid? C. Cassius, pari magnitudine animi et consilii praeditus,

---

solemus: ALTER AMBOVE Rau I, p. 29; Lambinus autem scripsit: *Quis igitur is est? Aut M. Brutus aut C. Cassius aut uterque. Utrumque decernerem plane, sicut multi consulem alterum ambosve.*) — *ni*] *in* b; ego *nisi* malim. — 1. *colligauissemus* g — 2. *maluissem?* i — *ut* om. b — *ex ea acie* cet.] locum critici plerique pro corrupto habent, Ravio tamen I, p. 30 videtur explicari posse, sed deleto *ea*. Ferrarius coni. *non ut eo ex acie* cet. Vide ne voc. *acies* utroque loco delendum sit, ut sit *ex ea* sc. Italia. — 4. *C.* om. b — *tenet*] *retinet etiam nunc* a — 5. *opinior* t — *Byllidem* t, ut scripsit Ferrarius: *billidem* g; *bilidem* b; *bellidem* a; *belidem* i; cf. Plut. v. Bruti c. 26. Steph. Byz. s. v. p. 250 ed. Berk. — 6. *instante piro* b (*epyro* g t) — *Oricum* mei: *Illyricum* O cum aliquot codd. (?) Ferrarii. — 7. *ad* om. b t — 8. *etiam* om. g — *hora* g — 9. *enim*] *autem* t — *ipse accipere* D: *accipere ipse* i O; pro *ipse*, quod 1 cod. Barber. om., coni. Orelli *iste*. De re cf. Boettigeri Scripta min. Vol. II, p. 261 et Ravii Var. Lectt. II, p. 87. — 10. *confecerit bellum* coni. Lamb.; fort. *quem si confecerit* — 12. *Agit* t — 13. *quibus* D: *cum* i — 14. *expectauit* t — *et* ante *Br.* om. a — 15. *ipsis. bis senatus* t, fort. ex *ipsi sibi senatus fuerunt* — *conversione et perturbatione omnium rerum* Ferrarius ex libro Maffaeiano: *concursione* (*concursatione* a b i) *perturbationum rerum* D i — 19. *referetur* t; *refertur* g — *de* om. a — *ego*] *eos* t — 20. *summi uiri* mei: *summa viri* O cum Faërno, qui haec adnotavit: «Aut *summi* abundat, quod non credo, aut legendum *summa*; aut pro *tales* «*tali*», aut aliud mendum subest.» Fort. *summiuiri* ex *cum imperio (imp.)* corruptum est. — 21. *nobis notus* D: *notus nobis* i O — *esset* D: *est* i O — 22. *Num* D: *Non* i O — *expectabit - - noscet* cod. Ursini. — 23. *est* om. t; videtur post *profectus* excidisse; cf. var. lect. ad p. 1365, 1. — 24. *uelitis* a b t: *velletis* g i O — 25. *ueteris* t — *duxit* a — 26. *eum nondum eum* t — *tanto* om. a i — *paricidio* a — *obstrictum* doctus nescio quis, ut est §§ 14 et 29. — 27. *nisi* g — *a* i: om. D — 28. *Quod* a — *et consii* t.

nonne eo ex Italia consilio profectus est, ut prohiberet Syria Dolabellam? Qua lege? quo iure? Eo, quod Iuppiter ipse sanxit, ut omnia, quae rei publicae salutaria essent, legitima et iusta haberentur. Est enim lex nihil aliud nisi recta et a numine deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria. Huic igitur legi paruit Cassius, cum est in Syriam profectus, alienam provinciam, si homines legibus scriptis uterentur, iis vero oppressis, suam lege naturae. 29. Sed ut ea vestra quoque auctoritate firmentur, censeo: Cum P. Dolabella quique eius crudelissimi et taeterrimi facinoris ministri, socii, adiutores fuerunt, hostes populi Romani a senatu iudicati sint, cumque senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit, ut is, qui omnia deorum hominumque iura novo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit nefarioque se patriae parricidio obstrinxerit, poenas dis hominibusque meritas debitasque persolvat: 30. senatui placere C. Cassium pro consule provinciam Syriam obtinere, ut qui optimo iure eam provinciam obtinuerit; eum a Q. Marcio Crispo pro consule, L. Statio Murco pro consule, A. Allieno legato exercitum accipere eosque ei tradere, cumque iis copiis et si quas praeterea paraverit bello P. Dolabellam terra marique persequi; eius belli gerendi causa, quibus ei videatur, naves, nautas, pecuniam ceteraque, quae ad id bellum gerendum pertineant, ut imperandi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto ius potestatemque habeat, utique, quamcumque in provinciam eius belli gerendi causa advenerit, ibi maius imperium C. Cassii pro consule sit, quam eius erit, qui eam provinciam tum obtinebit, cum C. Cassius pro consule in eam provinciam venerit: 31. regem Deiotarum patrem et regem Deiotarum filium, si, ut multis bellis saepe numero imperium populi Romani iuverint, item C. Cassium pro consule copiis suis opibusque iuvissent, senatui populoque Romano gratum esse facturos: itemque si ceteri reges, tetrarchae dynastaeque fecissent, senatum populumque Romanum eorum officii non immemorem futurum: utique C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videretur, re publica recuperata de provinciis consularibus, praetoriis, ad hunc ordinem primo quoque tempore referant: interea provinciae ab iis,

---

1. *est* om. b t — 2. *Iuppiter* t: *Iupiter* O — *ut omnia, quae rei p. salutaria sunt, legit. et iusta habentur* coni. Bake ad Legg. p. 478. At pendent verba a *profectus est.* — 4. *et* i: *etiam* D — 5. *honesta* om. a — 7. *iis* t: *his* a b g i O — *sua lege* mei. — *ea vestra - - firmentur* Bake (ad Cic. de legg. p. 478): *ex uestra* (*nostra* b) - - *firmetur* D i; *ea vestra - - firmetur* O cum Ferrario. — 8. *quinque* t — 10. *sint* i: *sunt* D — 12. *et inexpiabili* i — *polluerat - - obstrinxerat* i — *se patriae* D: *patriae se* i O — 13. *diis* mei et O — *merita* a — *dubitasque* t — 15. *optinere* g — *ut qui* b t g[1]: *utque qui* a g[2] i; *uti qui* O cum Ferrario. — *opt. iure eam prou.* D: *eam prou. iure opt.* i; *eam opt. iure prov.* O — *optinuerit* g t — *eum a Q.* b g t i: *eumq.* a; *eumque a Q.* O — 16. *martio* t i — *Statio* Ferrarius: *stato* b; *statu* a g t; *scauro* i — *marco* a; om. i — *A.* Ferrarius: *ab* D; *a* i — *alieno* g t; *caleno* b; *proalieno* a; *prolecno* (*ecno* in ras.) i — 17. *exercitum* b g t: *exercitus* a i O — *iis* t: *hiis* i; *his* a b g O — 19. *eis* a t — *natas* t — *pecunias* i; om. a — 20. *ceteraque quae* i: *cetera quae* g; *ceteraq;* a t; *ceteraque omnia quae* b — *id* om. i — *gerundum* a — *pertineat* t — 21. *brutinia* g — *utique* t: *utque* a b g i O — *quacumque* a t — 22. *prouintia* t — *gerundi* a — *causa* om. t — 24. *tum* om. i; *totam* t — *opt.* t — 25. *sicut* t — 27. *opibus* t — 28. *item* i — *dinastaeque* a g t — 29. *non inmemorem* t; *immemorem non* b — 30. *utque* a g i — *C.*] *p.* a — *.aa. ue* t; cf. ad Phil. V, § 53. — 31. *cons. et praet.* Muretus. — 32. *tempore ferant* D i — *iis* i: *is* t; *his* a b g.

a quibus obtinentur, obtineantur, quoad cuique ex senatus consulto successum sit.

XIII. 32. Hoc senatus consulto ardentem inflammabitis et armatum armabitis Cassium: nec enim animum eius potestis ignorare nec copias. Animus is est, quem videtis: copiae, quas audistis, fortis et constantis viri, qui ne vivo quidem Trebonio Dolabellae latrocinium in Syriam penetrare sivisset. Allienus, familiaris et necessarius meus, post interitum Trebonii profecto ne dici quidem se legatum Dolabellae volet. Est Q. Caecilii Bassi, privati illius quidem, sed fortis et praeclari viri, robustus et victor exercitus. 33. Deiotari regis, et patris et filii, et magnus et nostro more institutus exercitus: summa in filio spes, summa ingenii indoles summaque virtus. Quid de patre dicam? cuius benevolentia in populum Romanum est ipsius aequalis aetati: qui non solum socius imperatorum nostrorum fuit in bellis, verum etiam dux copiarum suarum. Quae de illo viro Sulla, quae Murena, quae Servilius, quae Lucullus, quam ornate, quam honorifice, quam graviter saepe in senatu praedicaverunt! 34. Quid de Cn. Pompeio loquar? qui unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum vereque benevolum, unum fidelem populo Romano iudicavit. Fuimus imperatores ego et M. Bibulus in propinquis finitimisque provinciis: ab eodem rege adiuti sumus et equitatu et pedestribus copiis. Secutum est hoc acerbissimum et calamitosissimum civile bellum: in quo quid faciendum Deiotaro, quid omnino rectius fuerit, dicere non est necesse, praesertim cum contra ac Deiotarus sensit victoria belli diiudicarit. Quo in bello si fuit error, communis ei fuit cum senatu: sin recta sententia, ne victa quidem causa vituperanda est. Ad has copias accedent alii reges, etiam dilectus accedent. 35. Neque vero classes deerunt: tanti Tyrii Cassium faciunt, tantum eius in Syria nomen atque Phoenice est. XIV. Paratum habet imperatorem C. Cassium, patres conscripti, res publica contra Dolabellam, nec paratum solum, sed peritum atque fortem. Magnas ille res gessit ante Bibuli, summi viri, adventum, cum Pacori nobilissimi ducis maximas copias fudit Syriamque

---

1. *a quibus* b: *a* om. a g t i — *optinentur optineantur* g t — 5. *is est*] *ipse* a i — *quem vidistis*, sc. Idibus Martiis, coni. Ferrarius. — *copias* t — *uidistis* a — *fortes et constantes* (*instantes* t) D et i corr. — 6. *nec uiuo* b — 7. *sivisset* aliquot libri Ferrarii: *siuissent* D i — *alienus* a g t i; *calenus* b — *et famil. et* a — 8. *profecto ne* Gul. Christ: *profectione* t; *profectus ne* a b g i O — *est Q.* a: *estq;* t i; *estque* b g — *cecili* b — 9. *basii* i — 10. *exercitus et uictor* t — 11. *institutus* D i et edd. vett. (velut Veneta a. 1474, Iunt., Ascens. a. 1511 et 1530): *instructus* O, ut est in ed. Crat. a. 1528. — *spes in filio* a — *summaque* D: *summa* i O — 12. *dicam de patre* a i — *beniuolentia in* ed. Ven. 1474: *beniuolentiā* a; *beniuolentia* (sine *in*) b g t i — 13. *ipsi* b — 15. *sylla* g t i, *silla* a — *Murena*] *mucius* b — *seruiillius* t — 17. *loquor* t — 18. *beniuolum* a g t i — *p. r. unum fidelem* b — 19. *imp. p. ego* a (pro *impp. ego*) — 20. *ab eo rege* t — *et pedestri cōpluris* t — 22. *faciundum* a — *dicere fuerit* t — 23. *ac* om. t — *diiudicarit* scripsi: *iudicarit (iudicauerit)* i D O; *inclinarit* coni. Cobet. — 24. *si*] *sic* t — *senatu sin* b g: *senatus in* a t; *senatu in* i — 25. *nec uicta* t; *ne uictum* a — 26. *accedunt* b — *dilectus* a g: *derelictus* t; *delectus* b i O — *vero* om. a — 27. *tyri* b — *tantum* Ferrarius: *tanti* D i — 28. *phenice* a g; *fenice* t; *phoenitia* i — 29. *contra bella* t — 30. *illas* t — *bibulus* t — 31. *cum Pacori nobilissimi ducis magnas* codex Ursini; *cum Parthorum nobilissimos duces maximas* D i et sic O, sed hic *maximasque* cum cod. Langiano; fort. *cum Pacori*, *Parthoru mnobilissimi ducis, m. c. fudit.* Cf. Garat. ad h. l.

immani Parthorum impetu liberavit. Maximam eius et singularem laudem praetermitto; cuius enim praedicatio nondum omnibus grata est, hanc memoriae potius quam vocis testimonio conservemus. 36. Animadverti, patres conscripti, exaudiri etiam nimium a me Brutum [nimium Cassium] ornari: Cassio vero sententia mea dominatum et principatum dari. Quos ego orno? nempe eos, qui ipsi sunt ornamenta rei publicae. Quid? D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornavi? num igitur reprehenditis? An Antonios potius ornarem, non modo suarum familiarum, sed Romani nominis probra atque dedecora? an Censorinum ornem, in bello hostem, in pace sectorem? an cetera ex eodem latrocinio naufragia colligam? Ego vero istos otii, concordiae, legum, iudiciorum, libertatis inimicos tantum abest ut ornem, ut effici non possit quin eos tam oderim, quam rem publicam diligo. 37. Vide, inquit, ne veteranos offendas: hoc enim vel maxime exaudio. Ego autem veteranos tueri debeo, † sed eos, quibus sanitas est, certe timere non debeo. Eos vero veteranos, qui pro re publica arma ceperunt secutique sunt C. Caesarem, auctorem beneficiorum paternorum, hodieque rem publicam defendunt vitae suae periculo, non tueri solum, sed etiam augere commodis debeo. Qui autem quiescunt, ut septima, ut octava legio, in magna gloria et laude ponendos puto. Comites vero Antonii, qui postquam beneficia Caesaris comederunt, consulem designatum obsident, huic urbi ferro ignique minitantur, Saxae se et Cafoni tradiderunt, ad facinus praedamque natis, num quis est qui tuendos putet? Ergo aut boni sunt, quos etiam ornare, aut quieti, quos conservare debemus, aut impii, quorum contra furorem bellum et iusta arma cepimus. XV. 38. Quorum igitur veteranorum animos ne offendamus veremur? Eorumne, qui D. Brutum obsidione cupiunt liberare? quibus cum Bruti salus cara sit, qui possunt Cassii nomen odisse? An eorum, qui utrisque armis vacant? non vereor

---

1. *inmani* g; *in manu* b — 2. *graua* t — 4. *exaudiri* scripsi (cf. v. 14.): *exaudi rui* t; *ex auditu* b; *exornari* a g i; *dici iam a quibusdam, exornari* O cum Naugerio. — *numum* b — *nimium* post *Brut.* om. t; *numum* b — 5. *Cassium*] «Duplex Cassii mentio suspecta est, nisi vox *etiam* in alterum membrum transferatur. Fort. cum Bruto et Cassio Caesar nominatus fuerat.» GARATONI. Nos duce t *nim. Cass.* inclusimus. — *uere* t — 6. *ergo* t — 8. *reprehendistis* coni. Ernesti; *num igitur repreh.* om. t — *antonius potius ornare* t — 9. *Romani* aliquot libri Ferrarii: *p. r.* D i — fort. *ornarem* — 10. *rectorem* t — 11. *naufragio* t —*isto socio concordiae* a — 13. *oderem* t — *rem p.*] *p. r.* a; *ro. po.* i — 14. *hoc enim extuere maxime debeo* mediis om. t — *exaudito* a — *autem* a b g i: *vero* O cum uno cod. Faërni. — 15. *sed eos quibus*] *sed his* (*hos* i) *quibus* a g i; *quod* (per comp.) *iis quos quibus* t; *ẽ quod iis quos quibus* b (sed *quos* punctatum); *sed hos, quibus sanitas est: certe timere non debeo* O; *sed hos, quibus sanitas est; ceteros timere non debeo* amicus Orellii nescio quis, ut item voluit homo doctus in *Mnemosyne* III, p. 234. In lectione b t potius tale aliquid videtur latere: *sed ex iis quietos, quibus sanitas est, certe t. n. d.* — *non* om. a — 16. *pro p. r.* a; *pro ro. po.* i — *coeperunt* t — *sunt* om. g — *caes.* (sic) b — 17. *auctorem* t: *auctore* b; *auctoritate* a g i; *auctoritatem* O cum ed. Ven. 1483. — *odiumque* a — 18. *vitae suae periculo* scripsi: *uideo epericulo* t; *magno periculo* b g; *cum magno per.* a i O — *tuere* t — *aug. comm.* D i: *comm. aug.* O cum codd. Ferrarii. — 19. *VII.* (*septima* i) D i: *sexta* O cum aliquot codd. Ferrarii; cf. Phil. XIV, § 27. — *ut* D: *et* i O — 21. *comederunt caes.* b; *caes. comedetur* t — *obsederunt* i — *ferrum ignemque* Lamb. ex coni. Ferrarii; at cf. or. XIII, § 47. in Cat. II, § 1 et v. Madvigii Opusc. I, 188. — 22. *id* a — 23. *natos* b — *aut qui boni* t — 24. *impii quoque contra furorem quorum* i — 25. *bellum* b g: *.pl.* (sic) t; *et bellum* a i O — *et* om. a i — *cepimus* D: *suscepimus* i O — 26. *ne* om. t — *D.* om. a — 27. *sit cara* g — 28. *cassi* a t — *edisse* t.

ne acerbus civis quisquam istorum sit, qui otio delectantur. Tertio vero generi non militum veteranorum, sed importunissimorum hostium, cupio quam acerbissimum dolorem inurere. Quamquam, patres conscripti, quousque sententias dicemus veteranorum arbitratu? quod eorum tantum fastidium est, quae tanta arrogantia, ut ad arbitrium illorum imperatores etiam diligamus? 39. Ego autem — dicendum est enim, patres conscripti, quod sentio — non tam veteranos intuendos nobis arbitror, quam quid tirones milites, flos Italiae, quid novae legiones ad liberandam patriam paratissimae, quid cuncta Italia de vestra gravitate sentiat. Nihil enim semper floret; aetas succedit aetati. Diu legiones Caesaris viguerunt: nunc vigent Pansae, vigent Hirtii, vigent Caesaris filii, vigent Planci; vincunt numero, vincunt aetatibus: nimirum etiam auctoritate vincunt; id enim bellum gerunt, quod ab omnibus gentibus comprobatur. Itaque his praemia promissa sunt, illis persoluta. Fruantur illi suis, persolvantur his quae spopondimus: id enim deos immortales spero aequissimum iudicare. 40. Quae cum ita sint, eam quam dixi sententiam vobis, patres conscripti, censeo comprobandam.

---

1. *cuius* a; fort. *ciuibus* — *sit* om. b; fort. *quisquam sit eorum* — 2. *inport.* g t — 3. *dolorem*] *hostem* b — 4. *sent. dicemus* D: *dicemus sent.* i O — 5. *eorum* i — *impp.* (sic) t; *imp. p.* a; *imperatorem* b^2 g i (lectionis b^1 nunc praeter litteras *imp* nihil discerni potest) — 6. *diligamus* a b t: *deligamus* g i O; v. ad § 16. — *est.* *ẽ enim* t — 7. *iam* t — *intuendos* i: *metuendos* D, fort. recte, si zeugma statuas — *uobis* g t — 8. *liberandum* O contra meos. — 9. *paratissumae* t — *grauitate uestra sentiant* t — 10. *succedat* i — 12. *plancii* i — 13. *id enim deos immortales bellum* a — *probatur* i — 14. *iis* i — *praemia prom. sunt* D i: *prom. sunt praemia* O cum libris Ferr. — *illi suis* ed. Seb. Gryphii (1550): *illisues* t; *illis* b g; *illis uel* a i; *his illi* O cum Ferrario. — *Explicit liber XI. Incipit XII.* g; a b t i subscriptione carent.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER DUODECIMUS.

I. 1. Etsi minime decere videtur, patres conscripti, falli, decipi, errare eum, cui vos maximis saepe de rebus assentiebamini, consolor me tamen, quoniam vobiscum pariter et una cum sapientissimo consule erravi. Nam cum duo consulares spem honestae pacis nobis attulissent, quod erant familiares M. Antonii, quod domestici, nosse aliquod eius vulnus, quod nobis ignotum esset, videbantur. Apud alterum uxor, liberi: alter quotidie litteras mittere, accipere, aperte favere Antonio. 2. Hi subito hortari ad pacem, quod iam diu non fecissent, non sine causa videbantur. Accessit consul hortator. At qui consul! Si prudentiam quaerimus, qui minime falli posset: si virtutem, qui nullam pacem probaret nisi concedente atque victo: si magnitudinem animi, qui praeferret mortem servituti. Vos autem, patres conscripti, non tam immemores vestrorum gravissimorum decretorum videbamini, quam spe allata deditionis, quam amici pacem appellare mallent, de imponendis, non accipiendis legibus cogitare. Auxerat autem meam quidem spem, credo item vestram, quod domum Antonii afflictam maestitia audiebam, lamentari uxorem. Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam. 3. Quod si non ita est, cur a Pisone et Caleno potissimum, cur hoc tempore, cur tam improviso, cur tam repente pacis est facta mentio? Negat Piso scire se, negat audisse quidquam, negat Calenus rem ullam novam allatam esse. Atque id nunc negant, postea quam nos pacificatoria legatione implicatos putant. Quid ergo opus est novo consilio, si in re nihil omnino novi est? II. Decepti, decepti, inquam, sumus, patres conscripti: Antonii est acta causa ab amicis eius,

---

1. *falli. decipi. falli* t — 2. *assentiebamini* t: *assentiamini* a b g i O — 3. *tamen me* a — *una cum* om. a — 5. *uulnus eius* t — 6. *uideantur* t — 7. *cotidie* a g t — 8. *fecisse* t — 9. *at quis* i; *atq;* t — 11. *concedente* t: *concedenti* b; *cedente* a g; *Antonio cedente* i O — 12. *non iam* a b t i; *tam non* g — 13. *quam sepe allata est deditio in amici* i — *oblata* Ursinus. — 14. *dedicationis* b — *appellare mallent* Scala: *appellarem alieni* a t; *appellarent alieni* b g; *appellarent c. alieni* i; *appellarent* O cum Naug. — *non* D: *non de* i O — 15. *credo uestram iterum* t — 16. *lamentari uxorem*] «Suspicor hic aliquid excidisse, quod sit ex eodem genere. nimis abruptum est hoc; infra quidem *liberi* commemorantur.» Ernesti, cuius sententia nobis probatur. — 17. *hinc* i — 18. *est* om. t — *et* D: *et a* i O — 19. *inprouiso* g t — 20. *facta est* t — *negat ipse piso* g — *se scire negat audire* a i — *quicquam* mei, ut semper. — 22. *purificatoria* a — *inplicatos* g — 23. *decepti* semel habent a i t, fort. recte, ut *decepti, inquam* ad initium orationis referas; v. Madvigii Opusc. I, p. 157. — 24. *aucta* a.

non publica. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem: praestrinxerat aciem animi D. Bruti salus. Quod si in bello dari vicarii solerent, libenter me, ut D. Brutus emitteretur, pro illo includi paterer. 4. Atque hac voce Q. Fufii capti sumus: «ne si a Mutina quidem recesserit, audiemus Antonium? ne si in senatus quidem potestate futurum se dixerit?» Durum videbatur: itaque fracti sumus, cessimus. Recedit igitur a Mutina? «Nescio.» Paret senatui? «Credo,» inquit Calenus, «sed ita, ut teneat dignitatem.» Valde hercules vobis laborandum est, patres conscripti, ut vestram dignitatem amittatis, quae maxima est, Antonii, quae neque est ulla neque esse potest, retineatis, ut eam per vos reciperet, quam per se perdidit. Si iacens vobiscum aliquid ageret, audirem fortasse: quamquam — sed hoc malo dicere: audirem. Stanti resistendum est, aut concedenda una cum dignitate libertas. 5. At non est integrum: constituta legatio est. Quid autem non integrum est sapienti, quod restitui potest? Cuiusvis hominis est errare, nullius nisi insipientis in errore perseverare: posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse. Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi: diluxit, patet, videmus omnia, neque per nos solum, sed admonemur a nostris. Attendistis paulo ante praestantissimi viri quae esset oratio. Maestam, inquit, domum offendi, coniugem, liberos. Admirabantur boni viri, accusabant amici, quod spe pacis legationem suscepissem. Nec mirum, P. Servili. Tuis enim severissimis gravissimisque sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius. 6. Ad eum ire te legatum, quis non miraretur? De me experior: cuius idem consilium, quod tuum, sentio quam reprehendatur. Nos reprehendimur soli? Quid? vir fortissimus Pansa sine causa paulo ante tam accurate locutus est tam diu? Quid egit nisi uti falsam proditionis a se suspicionem depelleret? Unde autem ista suspicio est? Ex pacis patrocinio repentino, quod subito suscepit, eodem captus errore quo nos.

III. 7. Quod si est erratum, patres conscripti, spe falsa atque fallaci, redeamus in viam. Optimus est portus paenitenti mutatio consilii.

---

1. *praestrinxerant* t; *perstrinxerat* a b i — 2. *aciem amici dubruti* t — *D.* om. i — 4. *Atqui* Naugerius. — *quinti* a b — *fufi* a t; *fusii* b i — *ne si*] *nisi* a i — 5. *potestate* i: *potestatem* D O. Vix credi potest Ciceronem scripsisse h. l. *in potestatem*; nam in Phil. III quoque § 8 D habent *retenturum in potestatem*, sed V *in potestate*, ut item V in or. VI, § 4 et X, § 25 habet. — 6. *uidebatur* t i: *uidebitur* a b g — *recedet* t fort. recte, quamquam sequitur *paret senatui* — 8. *hercules* a t i: *hercule* b g O — 9. *admittatis* t — 10. *ulla est* a — *reciperet* t: *recuperet* O — 11. *si iacens id nobiscum ageret* i — 12. *statim resistendum est autem* (per comp.) *concedendum* t — 14. *legio* b t — *est* om. i — *non integrum* D: *integrum non* i O — 15. *est hominis* i — *nisi perspicientis* t — 16. *perseuerare in errore* a b i — *enim* om. t —*ut aiunt*] *uitauini* t, fort. ex *uti aiunt* — 17. *caligo, de qua* malim. — 18. *ammonemur* g t — 19. *quae est'* b — 21. *Ne mirum* b — 22. *severissimis* Gulielmius: *uerissimis* i D O, quam lectionem explicare conatus est Aug. Gul. Zumptius in *comment. de Cic. ad M. Brutum* cet. *epist.* p. 25; at v. supra p. 1296, 23 et p. 1359, 19. — 23. *est* om. a — 24. *ire te* D i: *te ire* O cum codd. Ferrarii. — *miraretur* a corr. (1 m.) ex *miretur*, ut maluit Ernesti; at *miraretur* referendum est ad superiora illa: *admirabantur boni viri* cet. — 26. *paulo ante tam accurate* (*accutate* t) D: *tam acc. paulo ante* i O — 27. *locutus est, tam diu?* distinxit Muretus. — *uti ut* b; *ut* a — *fallacem* t — 28. *ista suspitio est* D: *est ista suspicio* i O — *ex patris* t — 30. *spe* om. a — 31. *optimus est portus. mutatio ẽ consilii* t (post *portus* nova pagina incipit) — *portus est* g — *paenitenti* g: *poen.* O.

Quid enim potest, per deos immortales! rei publicae prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid, si etiam obfutura est? obfutura? quid, si iam nocuit atque obfuit? An vos acerrimam illam et fortissimam populi Romani libertatis recuperandae cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita? Quid municipia censetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio, quo contra commune incendium exarserat? An non putamus fore ut eos paeniteat professos esse et prae se tulisse odium in Antonium, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos et animis et corporibus in salutem rei publicae contulerunt? Quem ad modum nostrum hoc consilium Capua probabit, quae temporibus his Roma altera est? Illa impios cives iudicavit, eiecit, exclusit. Illi, illi, inquam, urbi fortissime conanti e manibus est ereptus Antonius. 8. Quid? legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus? quis est enim qui ad bellum inflammato animo futurus sit spe pacis oblata? Ipsa illa Martia caelestis et divina legio hoc nuntio languescet et mollietur atque illud pulcherrimum Martium nomen amittet: excident gladii, fluent arma de manibus. Senatum enim secuta non arbitrabitur se graviore odio debere esse in Antonium quam senatum. Pudet huius legionis, pudet quartae, quae pari virtute nostram auctoritatem probans non ut consulem et imperatorem suum, sed ut hostem et oppugnatorem patriae reliquit Antonium: pudet optimi exercitus, qui coniunctus est ex duobus; qui iam lustratus, qui profectus ad Mutinam est: qui si pacis, id est timoris nostri, nomen audierit, ut non referat pedem, insistet certe. Quid enim revocante et receptui canente senatu properet dimicare? IV. 9. Quid autem hoc iniustius, quam nos inscientibus iis, qui bellum gerunt, de pace decernere? nec solum inscientibus, sed etiam invitis? An vos A. Hirtium, praeclarissimum consulem, C. Caesarem, deorum beneficio natum ad haec tempora, quorum epistolas spem victoriae declarantes in manu teneo, pacem velle censetis? Vincere illi expetunt pacisque dulcissimum et pulcherrimum nomen non pactione, sed victoria concupiverunt. Quid? Galliam quo tandem animo hanc rem audituram putatis? illa enim huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium, secuta armis, viris, pecunia belli principia firmavit: eadem crudelitati M. Antonii suum totum corpus ob-

---

1. *enim* om. a — *potest per deos inm.* D: *per deos imm. potest* i O — *ro. po.* i — 2. *legio* t — *offutura* bis a t i — 3. *iam*] *etiam* a i — *atque offuit* b g t: om. a i O — 4. *libertati* t — *inmin.* g t — *debilitatam* i: *delibatam* D — 5. *legationis* g — *auditae* g t — 6. *cuntam* t — 7. *exarserit? an nos putamus forte ut* t — *paeniteat* g t: *poen.* O — 9. *totus* t — 10. *nostrum* D: *vestrum* i O — *consilium hoc* a i — 11. *probauit* t — *iis* t — 12. *illi* semel habent a t i — *urbis* t; *urbem* a — *fortissimę conantię manibus* t — *conati* a — 13. *ereptus est* a — 14. *his*] *is* t — *indicimus* t — 15. *illa* bis habet t — 16. *Martium* suspectum Manutio. — 17. *excident clodi, fluenta arma de manibus* codd. Nonii p. 300 M. — *secuta enim senatum* t solus. — 18. *arbitrabatur* t — *grauiore* b t: *grauiori* a g i O (*sibi graviori odio debere esse Antonium quam senatui* Lamb.) — 20. *sed hostem* i — 21. *et obpugn.* g; *et ut oppugn.* b — 23. *audiverit* i O — 24. *sistet* Gulielmus recte, ut videtur. — *quid enim* D: *quis enim* i O (*quid -- dimicare* in b m. 2 in marg. suppleta sunt) — 25. *iniustis* a — 26. *iis* t i: *his* a b g — 27. *scientibus* a t — *hirtum* b — 28. *et C.* Muretus. — 29. *declarantis* b — 31. *concupierunt* b i — 34. *imperatorem* g; *imp.* a t.

iecit: exhauritur, vastatur, uritur: omnes aequo animo belli patitur iniurias, dum modo repellat periculum servitutis. 10. Et ut omittam reliquas partes Galliae — nam sunt omnes pares —, Patavini alios excluserunt, alios eiecerunt missos ab Antonio: pecunia, militibus et, quod maxime deerat, armis nostros duces adiuverunt. Fecerunt idem reliqui, qui quondam in eadem causa erant et propter multorum annorum iniurias alienati a senatu putabantur: quos minime mirum est, communicata cum iis re publica, fideles esse, qui etiam expertes eius fidem suam semper praestiterunt. His igitur omnibus victoriam sperantibus pacis nomen afferemus, id est desperationem victoriae?

V. 11. Quid? si ne potest quidem ulla esse pax? Quae enim est conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest? Multis rebus a nobis est invitatus ad pacem Antonius: bellum tamen maluit. Missi legati repugnante me, sed tamen missi; delata mandata: non paruit. Denuntiatum est ne Brutum obsideret, a Mutina discederet: oppugnavit etiam vehementius. Et ad eum legatos de pace mittemus, qui pacis nuntios repudiavit? Verecundioremne coram putamus in postulando fore, quam fuerit tum, cum misit mandata ad senatum? Atqui tum ea petebat, quae videbantur improba omnino, sed tamen aliquo modo posse concedi; nondum erat vestris tam gravibus tamque multis iudiciis ignominiisque concisus: nunc ea petit, quae dare nullo modo possumus, nisi prius volumus bello nos victos confiteri. 12. Senatus consulta falsa delata ab eo iudicavimus: num ea vera possumus iudicare? Leges statuimus per vim et contra auspicia latas iisque nec populum nec plebem teneri: num eas restitui posse censetis? Sestertium septiens miliens avertisse Antonium pecuniae publicae iudicavistis: num fraude poterit carere peculatus? Immunitates ab eo civitatibus, sacerdotia, regna venierunt: num figentur rursus eae tabulae, quas vos decretis vestris refixistis? VI. Quod si ea, quae decrevimus, obruere, num etiam memoriam rerum delere possumus? quando enim obliviscetur ulla posteritas, cuius scelere in hac vestitus foeditate fuerimus? Ut centurionum legionis Martiae Brundisii profusus sanguis eluatur, num elui

---

1. *obicit* a — *omnis* D i (in i, non item in D, distinctum est: *uritur omnis.*); post *omnis* in t spatium vacuum unius voc. est. — *partitur* g — 2. *iniurias* aliquot libri Ferrarii: *iniuriam* D i — 3. *omnes partes putauini* t — 4. *elegerunt* t — 6. *annorum multorum* g — 8. *iis* nos: *is* t; *his* a b g i O — *fidelis* t — *esse* i: om. D — *qui iam* b — 9. *spectantibus* Muretus. — 10. *adferemus* a — 11. *ne* b: *non* a g t i — *est condicio* a t; *conditio est* g — 12. *facis* i — 13. *est* b: om. a g t; fort. *invit. est* (*ad pacem est invit.* i) — 14. *ualuit* a — 16. *obpugnauit* a t — 19. *cum* i — *ea* om. a — *videbantur* om. a t — 20. *grauibus* b[1], ut coni. Muretus: *grauissimis* b corr., a g t i O. Loci quos attulit Graevius ex Cic. Lael. § 86 et de finn. b et m. II, § 93, dudum ex melioribus libris correcti sunt, illud autem Taciti in Ann. I, 53 *nec alia tam intima Tiberio causa* non est simile. Exempla Graeca *οὕτω* cum superlativo iuncti congessit Lobeckius ad Phrynichum p. 424. — 21. *conscissus* cod. Lang. — 22. *bello nos* D: *nos bello* i O — *sen. cons.*] *Si* t — 23. in litteris *sumus iudicare* redit V fol. 77ᵃ, col. 3, v. 30 codicis; v. ad p. 1360, 13. — 24. *hisque* a b g — 26. *septiens miliens* t: *septies milies* (*millies* O) V a b g O — *Ant.*] *animum* t — *iudicabistis* V — 27. *inmunitates* V g — *ciuitatibus* V: *ciuitates* D O — 28. *uenerunt* t; *uendita sunt* b, sed *dita sunt* in rasura. — *fientur* a — *rursus* om. t — *hee* b; *hae* g — 29. *refrixistis* a — *quae deleuimus* t — *obruere* V[1]: *obruere uolumus* (*nolumus* b) V[2] (m. 2) et D — *num iam* b — 30. *enim*] *uero* t — 32. *legiones* t — *brundisi* V — *eluatur* a b: *eleuatur* V; *eluitur* g t — *elui* V: *ęui* t; *eius* a b g.

praedicatio crudelitatis potest? Ut media praeteream, quae vetustas tollet operum circum Mutinam taetra monumenta, sceleris indicia latrociniique vestigia? 13. Huic igitur importuno atque impuro parricidae quid habemus, per deos immortales! quod remittamus? An Galliam ultimam et exercitum? quid est aliud non pacem facere, sed differre bellum? nec solum propagare bellum, sed concedere etiam victoriam? An ille non vicerit, si quacumque conditione in hanc urbem cum suis venerit? Armis nunc omnia tenemus; auctoritate valemus plurimum; absunt tot perditi cives, nefarium secuti ducem: tamen eorum ora sermonesque, qui in urbe ex eo numero relicti sunt, ferre non possumus. Quid censetis, cum tot uno tempore irruperint, nos arma posuerimus, illi non deposuerint, nonne nos nostris consiliis victos in perpetuum fore? 14. Ponite ante oculos M. Antonium consularem; sperantem consulatum Lucium adiungite; supplete ceteros, neque nostri ordinis solum, honores et imperia meditantes; nolite ne Tirones quidem, Numisios, Mustelas, Seios contemnere. Cum iis facta pax non erit pax, sed pactio servitutis. L. Pisonis, amplissimi viri, praeclara vox a te non solum in hoc ordine, Pansa, sed etiam in contione iure laudata est. Excessurum se ex Italia dixit, deos penates et sedes patrias relicturum, si — quod di omen averterint! — rem publicam oppressisset Antonius. VII. 15. Quaero igitur a te, L. Piso, nonne oppressam rem publicam putes, si tot tam impii, tam audaces, tam facinerosi recepti sint? Quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles censes civitati fore? Aut isto tuo, mihi crede, consilio erit utendum, ut cedamus, abeamus, vitam inopem et vagam persequamur, aut cervices latronibus dandae atque in patria cadendum est. Ubi sunt,

---

2. *circum* V: *circa* b g t; *curam* a — *militinam* a — *tetra* O — *munimenta* D — *lathrociniique* V (*cinii* in ras.) — 3. *inport.* V a t — *inpuro* V a g — 5. *aliut non* V; *aliud quam* a g — *sed difficile bellum non solum* t — 6. *bellum* om. t — *comcodere* V¹ — *etiam* om. t — 7. *si* V: om. D O — *condicione* V a — *hac urbem* a; *hac urbe* t — *cum suis armis uenerit. nunc* D — 8. *tot tam perditi ciues secuti nefarium* t — 9. *oras* V — *sermones* D — 10. *ex eo numero* om. t — 11. *inruperint* V a — *nos* om. V — 12. *uictos nostris consiliis* t — *imperpetuum* V a g — 13. *consulatum sperantem* t — 14. *L.* V D — *suplete* V — 15. *imperitia meditantis* V¹ — *ne* om. a — *numisioste* V; *nomissios* b (prior *o* in ras.); *nūmisios et* t; *nūmissos et* a; *Numisios et* g O. Nomen incertum est, cum nullo alio loco in his orationibus inveniatur; nam scripturam p. 1240, 23 ex hoc ipso loco interpolatam rectius nobis constituisse videmur. Quod autem nomen *Numisius* sive qualecumque erat cum illo *Tironis* coniungebant, inde factum est, quod lectio *et Mustelas* patienter ferebatur; at *et*, quod abest a cod. b nec ita in V legitur, vitiosum esse hinc apparet, quod paulo post V¹ b t non *seiosue*, sed *seios* habent. — 16. *Seios* V¹ b t: *seiasue* a; *Seiosue* V² (m. 2) g O; *sociosve* cod. Hittorp.; *Petissios* cod. Pithoei, ut retulit Graevius. Videtur idem homo significari, cuius nomen in or. XIII, § 26 s. f. in codd. corruptum est. — *iis* t: *is* V; *his* a b g O — *pax* post *erit* om. t — *sed*] *est* V¹ ex *set* — 17. *a te* om. a; *ante* t — 18. *etiam* om. a g t — *contentione* t; *cursione* b — 19. *dixit ac deos* t — *penatis* V¹ — *dionem* t; *dii omen* V b g O; *di* om. a — 20. *auerterit* V; *auertent* t; *auerterent* a b g, fort. recte, ut sint Pisonis verba; nam alias *avertant* in hac formula dicitur, ut or. III, § 35. XIV, § 26. XI, § 11. XIII, § 7. — *publica* V¹ — *oppressisset et* b — 21. *L.* V: om. D — *publica* V — 22. *tam facinerosi* V: *tam* (*quam* g) *facinorosi* D O — 23. *paricidis* a — *hos - - fore* habet Arusianus p. 220 L. — *scelere* om. t — *coopertos* b: *copertos* V; *compertos* Arus.; *opertos* a g t — 24. *tolerabili* b — *mihi crede tuo* t — *credo* a — 25. *habeamus* t — 26. *patriam* V — *cadenum* V¹ — *est* V: om. D — *sint* V; om. a.

C. Pansa, illae cohortationes pulcherrimae tuae, quibus a te excitatus senatus, inflammatus populus Romanus non solum audivit, sed etiam didicit nihil esse homini Romano foedius servitute? 16. Idcircone saga sumpsimus, arma cepimus, iuventutem omnem ex tota Italia excussimus, ut exercitu florentissimo et maximo legati ad pacem mitterentur? si accipiendam, cur non rogamur? si postulandam, quid timemus? In hac ego legatione sim aut ad id consilium admiscear, in quo ne si dissensero quidem a ceteris sciturus populus Romanus sit? Ita fiet ut, si quid remissum aut concessum sit, meo semper periculo peccet Antonius, cum ei peccandi potestas a me concessa videatur.

17. Quod si habenda cum M. Antonii latrocinio pacis ratio fuit, mea tamen persona ad istam pacem conciliandam minime fuit deligenda. Ego numquam legatos mittendos censui; ego ante reditum legatorum ausus sum dicere, Pacem ipsam si afferrent, quoniam sub nomine pacis bellum lateret, repudiandam; ego princeps sagorum; ego semper illum appellavi hostem, cum alii adversarium, semper hoc bellum, cum alii tumultum. Nec haec in senatu solum; eadem ad populum semper egi: neque solum in ipsum, sed in eius socios facinorum et ministros, et praesentes et eos qui una sunt, in totam denique M. Antonii domum sum semper invectus. 18. Itaque ut alacres et laeti spe pacis oblata inter se impii cives, quasi vicissent, gratulabantur, sic me iniquum eierabant, de me querebantur: diffidebant etiam Servilio; meminerant eius sententiis confixum Antonium: L. Caesarem, fortem quidem illum et constantem senatorem, avunculum tamen, Calenum procuratorem, Pisonem fa-

---

1. *illa* V¹ — 2. *r. p.* a — 4. *coepimus* t — *excussimus* V: *exciuimus* D. Illud firmat Nonius, qui affert p. 299: *iuventutem -- excussimus.* — 5. *ut* V: *et* t; *ut de* b; *et de* a g — *ut legati* a g t — *mitterentur ad pacem* t — *si acc. -- rogamur si* om. b g t; *si -- rogamur* om. a — *accipienda cur non rogamus* V — 6. *quit* V; *quid timemus* om. t — *hanc ego legationem* a t — 7. *im* V — *aut* om. t — *admiscear in quo* i: *admiscearis in quo* D; *admis ceteris* mediis om. V — *ne si dissensero* i: *ne* (*nec* a) *si ad* (*ad pacem* sup.lin. g) *accipiendam cur non rogamur* (*rogatur* t) *dissensero* D; cf. ad v. 5. — 8. *siciturus* V; *siiturus* b g t; *se iturus* a — *populi romani* V — *ut*] *aut* t — *quit remiscum* V — 9. *concessit meo* b — *semper* om. a g t — *pecet* V — 11. *marco* V; *M.* om. D — 12. *deleganda* b; *diligencia* a — 13. *reditum legat.* V: *legat. reditum* (*reditus* t) D O — 14. *adferrent* V a — *quoniam* V b: *quod* a g t — 15. *repudiandam* V: *r. p. repudiandam* D — *sagor* V¹ — 16. *app. hostem dum* V; *hostem app. cum* D O — 17. *ne haec* a g t — 18. *neque* V D: *nec* i O — *sed*] *est* V¹ — *facinor* V¹ — *et ministros* V t: *et* om. a b g — *praesentis* V — 19. *et* om. V (*sed in eos* b) — *marci antoni* V — 20. *ut*] *in* a — 21. *iniquom* V: *inimicum* D — *eierabant* V: *eiurabant* g; *ei iurabant* a b t — 23. *fortem*] *for* t — *fortem illum quidem* probabiliter Muretus. Cf. de universo hoc usu Madvigii gramm. Lat. § 480, b. Non excusatur insolens verborum collocatio locis or. Phil. II, § 6 et § 39, de quibus v. quae monuit Madvigius in Opusc. II, p. 315 not., quamquam posteriore loco haud scio an rectius ex b t *erant illa quidem castra plena curae* scribendum sit; sed plane similis est locus or. VI, § 1 *minus quidem illa severe quam decuit, non tamen omnino dissolute*, etsi de hoc quoque dubitare licebit, quia verborum in V transpositorum haud ita rara sunt exempla. Quapropter in or. X, § 20 maluimus cum D scribere *magna nos quidem spe libertatis causam suscepimus, sed* cet. quam cum V *magna quidem nos* cet., item, ut hunc quoque usum cognatum tangamus, in or. IX, § 5 *dolerem equidem* quam *dolerem quidem* cum V, ut etiam in or. VIII, § 31 *maxime equidem vellem* verius videtur quam quod habet V *maxime quidem.* Sed in aliis locis V solus veram scripturam servavit, ut II, § 88. VI, § 16. VII, § 10. — *et* om. a — *costantem* V — 24. *tamen* om. V — *Pisonem*] *nem* V.

miliarem: te ipsum, Pansa, vehementissimum et fortissimum consulem, factum iam putant leniorem: non quo ita sit aut esse possit, sed mentio a te facta pacis suspicionem multis attulit immutatae voluntatis. Inter has personas me interiectum amici Antonii moleste ferunt: quibus gerendus mos est, quoniam semel liberales esse coepimus. VIII. 19. Proficiscantur legati optimis ominibus, sed ii proficiscantur, in quibus non offendatur Antonius. Quod si de Antonio non laboratis, mihi certe, patres conscripti, consulere debetis. Parcite oculis saltem meis et aliquam veniam iusto dolori date. Quo enim adspectu videre potero — omitto hostem patriae, ex quo mihi odium in illum commune vobiscum est —: sed quo modo adspiciam mihi uni crudelissimum hostem, ut declarant eius de me acerbissimae contiones? Adeone me ferreum putatis, ut cum eo congredi aut illum adspicere possim? qui nuper, cum in contione donaret eos, qui ei de parricidis audacissimi videbantur, mea bona donare se dixit Petissio Urbinati, qui ex naufragio luculenti patrimonii ad haec Antoniana saxa proiectus est. 20. An L. Antonium adspicere potero? cuius ego crudelitatem effugere non potuissem, nisi me moenibus et portis et studio municipii mei defendissem. Atque idem hic myrmillo Asiaticus, latro Italiae, collega Lentonis et Nuculae, cum Aquilae primi pili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit: si enim de suis dixisset, ne Aquilam quidem ipsum crediturum putavit. Non ferent, inquam, oculi Saxam, Cafonem, non duo praetores, non tribunum pl., non duo designatos tribunos, non Bestiam, non Trebellium, non T. Plancum. Non possum animo aequo videre tot tam importunos, tam sceleratos hostes: nec id fit fastidio meo, sed caritate rei publicae. 21. Sed vincam animum mihique imperabo: dolorem iustissimum, si non potuero frangere, occultabo. Quid? vitae censetisne, patres conscripti, habendam mihi aliquam esse rationem? quae mihi qui-

---

3. *suscipionem mutis* V^1 — *inmutata* V^1; *inmutatae* a g; *non (ñ) mutatae* t — 4. *natoni* V — 5. *est*] *et* V — *lererales* V^1 — 6. *optimi* V; *opimis* a — *hominibus* V; *omnibus* a t — *ii* t: *hii* b; *hi* V g; *dii* a — *proficiscantur* om. cod. Lang. — 7. *non deliberatis* t — 8. *consule^{c}redu^{c}etis* V (*reduetis* in ras.) — *saltim* a b — 9. *iustos* V — *aspectu* et infra *aspicere* mei. — 10. *omitto* V t: *mitto* a b g O — *commune uobiscum in illum* t — 11. *sed* V b (*et* V^1, *set* V^2): om. a g t — 12. *eiusdem acerbissum* V^1 — *cont.*] *sententiae* t — *adeonemne ferreum* V^1 — 14. *in* om. a — *eis* g — *parricidiis* V — 15. *mea bona* V: *de meis bonis* D — *Petissio* V (sed or. XIII, § 3 *petusium*): *pitisio* a b g; *pisidio* t — *uruinati* g t; *uitunati* b; *utruinati* a — 17. *potere* V^1 — *possem* t — 19. *mirmillo* b O (*asiaticus myrmillo* t) — 20. *aquilis* a; *aquilae,* non *Aquilae,* nonnulli scribere maluerunt, in quibus est Fabrettus *de col. Traiani* p. 192. — *primipili num* V in ras. habet m. 2, unde verisimilius fit Ciceronem non scripsisse *primi pili,* sed aut *primipilo* aut *primo pilo,* ut iam Garatoni monuit; v. Mommsenii Ind. Inscr. Neap. p. 477 et Car. Schneiderum ad Caes. B. Gall. I, p. 182. Cf. tamen p. 1054, 19. — *argenteos* t — *dixit dare* b — 21. *ne* om. t — *aquilam* O — *ipsum crediturum* b: *ipsum crediturum* V; *ipsa crediturum* a; *ipsam crediturum* g t O, in qua scriptura nescio qui lepos inesse putetur. — 22. *non ferent* (*ferrent* b) D: *non infer* V; *non ferent, non ferent* O cum Burmanno iun. ex cod. Huydecop. — *caphonem* g t; *cophonem* a — *duo* (hic et versu seq.) V t: *duos* a b g — *praet.*] *populi romano* V, cf. ad p. 1309, 33. — 23. *tr. pl.* V a b g; *tribunos pl.* t. Garatonio *non tr. pl.* delendum videtur, quod in or. XIII, c. 12, ubi senatus Antonianus enumeratur, tribuni pl. duo designati, sed nullus illius anni nominentur. — *tribullium* V — 24. *T.* V: om. D — *non possum* om. a — *inport.* V g t — 27. *potuero* V b: *potero* a g t — *quit* V — 28. *habendam aliquam rationem esse* t.

dem minime cara est, praesertim cum Dolabella fecerit ut optanda mors esset, modo sine cruciatu atque tormentis: vobis tamen et populo Romano vilis meus spiritus esse non debet. Is enim sum, nisi me forte fallo, qui vigiliis, curis, sententiis, periculis etiam, quae plurima adii propter acerbissimum omnium in me odium impiorum, perfecerim ut non obstarem rei publicae, ne quid arrogantius videar dicere. 22. Quod cum ita sit, nihilne mihi de periculo meo cogitandum putatis? IX. Hic cum essem in urbe ac domi, tamen multa saepe tentata sunt, ubi me non solum amicorum fidelitas, sed etiam universae civitatis oculi custodiunt: quid censetis, cum iter ingressus ero, longum praesertim, nullasne insidias extimescendas? Tres viae sunt ad Mutinam, quo festinat animus, ut quam primum illud pignus libertatis populi Romani, D. Brutum, adspicere possim: cuius in complexu libenter extremum vitae spiritum ediderim, cum omnes actiones horum mensum, omnes sententiae meae pervenerint ad eum, qui mihi fuit propositus, exitum. Tres ergo, ut dixi, viae: a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. 23. Nunc, quaeso, attendite, num aberret a coniectura suspicio periculi mei. Etruriam discriminat Cassia. Scimusne igitur, Pansa, quibus in locis nunc sit Lentonis Caesennii septemviralis auctoritas? Nobiscum nec animo certe est nec corpore. Si autem aut domi est aut non longe a domo, certe in Etruria est, id est in via. Quis igitur mihi praestat Lentonem uno capite esse contentum? Dic mihi praeterea, Pansa, Ventidius ubi sit, cui fui semper amicus, ante quam ille rei publicae bonisque omnibus tam aperte est factus inimicus. Possum Cassiam vitare, *tenere* Flaminiam. Quid? si Anconam, ut dicitur, Ventidius venerit? poterone Ariminum tuto accedere? Restat Aurelia: hic quidem etiam praesidia habeo; possessiones enim sunt P. Clodii. Tota familia occurret, hospitio invitabit propter familiaritatem notissimam. X. 24. Hisce ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in suburbium, ut eodem

---

1. *carea* V — *mores* V — 2. *populi romani* V¹ — 3. *meus spir. esse* V t: *esse meus spir.* a b g O — *sum* om. t; *est* a b g (*est enim* b) — *forte me* D — 4. *qui*] *quidem* t — *curiis* V — *etiam* V t: *etiam perfecerit* a b g — *adii* V: om. D — 5. *aceruissimum* V — *impiorum* V corr. ex *implore* — *permefecerim* t; *pertulerim* a b g — 6. *obstarem* V t: *obstarent* a b g — *quit adrogantius* V — 7. *nihilene* V¹; *nihilque* t — 8. *sepe* V; *semper* t — *tenta* V¹; *temptata* V² a g t — 9. *amicor* V¹ — *uniuerse* t — 10. *quit* V — *fuero* b corr. ex *fero* — 11. *extimescendas* V: *pertimescendas* D; cf. or. VII, § 2. — *munitam* t (*nitam* in ras.) — *quod* V — 12. *amicus* a — *illut* V — *D.*] *Domitium* V — 13. *cuius* V corr. ex *oculus* — *conplexu* t — 14. *horum mensunũsum* V (sed *sunũ* punctatum); *honorum* a b t; *horum* g (om. *mensum* D). Cf. C. L. Schneiderum in *Lat. Formenlehre* p. 244 et Zumpt. ad or. Verr. p. 414 (in ep. ad Fam. III, 6, 5 cod. Med. habet *mensuum*, sed VII, 17, 1 *mensium*, ut videtur). — *omnium* V — 15. *me* b — *perueni* V — *exitus* V D (*ad eum exitum qui m. f. prop.* i) — 16. *flãminia* V t; *flamina* g; *flamanta* a — *aureliã* V — 17. *adtendite* a g — *non* t — 18. post *Etruriam* est in g t glossema *periculum* (*excuciam* b); *Etruriam discriminat Cassius* (sic) affert Nonius p. 282. — 19. *cesennii* a; *cęssetnon* V — 20. *antimo* V — in litteris *corpo* (*re* addidit m. 2) deficit V usque ad finem orationis; cf. ad p. 1360, 13. — 21. *mihi praestet* t; *praestet mihi* a — 22. *esse* om. a — 23. *semper fui* i; *sit semper* a — 24. *factus esset* i — 25. *tenere* i: *et* t; om. a b g — *flãminiam* t; *flaminia* a — *anconiam* t, sed *i* m. pr. punctata; *Ancona* aut *Anconem* requirit Wesenbergius in *emendatt. Tuscul.* II, p. 34. — *ueuenerit* t — 27. *habeo* g t i: *habebo* a b O — *publii* a g; *pupuli* t — 28. *nouissimam* t — *ergo me* t; *egomet* i — 29. *uis* t — *nuper*] *insuper* i.

die reverterer, ire non sum ausus? Domesticis me parietibus vix tueor sine amicorum custodiis. Itaque in urbe [maneo], si licebit, manebo. Haec mea sedes est, haec vigilia, haec custodia, hoc praesidium stativum. Teneant alii castra, gerant res bellicas, oderint hostem — nam hoc caput est —: nos, ut dicimus semperque fecimus, urbem et res urbanas vobiscum pariter tuebimur. Neque vero recuso munus hoc: quamquam populum Romanum video pro me recusare. Nemo me minus timidus, nemo tamen cautior. Res declarat. Vicesimus annus est, cum omnes scelerati me unum petunt. Itaque ipsi, ne dicam mihi, rei publicae poenas dederunt: me salvum adhuc res publica conservavit sibi. Timide hoc dicam; scio enim quidvis homini accidere posse: verum tamen semel † circumsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens, ut honestissime possem exsurgere. 25. Possumne igitur satis videri cautus, satis providus, si me huic itineri tam infesto tamque periculoso commisero? Gloriam in morte debent ii, qui in re publica versantur, non culpae reprehensionem et stultitiae vituperationem relinquere. Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet interitum talis et civis et viri? At sunt qui dicant, dure illi quidem, sed tamen dicunt: minus dolendum, quod ab homine impuro nefarioque non caverit. Etenim qui multorum custodem se profiteatur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere. Cum saeptus sis legibus et iudiciorum metu, non sunt omnia timenda neque ad omnes insidias praesidia quaerenda. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi? 26. Haec neque hoc tempore neque in me valent: non modo enim poenam non extimescet, qui mihi vim attulerit, sed etiam gloriam sperabit a latronum gregibus et praemia.

XI. Haec ego in urbe provideo: facilis est circumspectus, unde exeam, quo progrediar, quid ad dexteram, quid ad sinistram sit. Num idem in Appennini tramitibus facere potero? in quibus etiam si non erunt insidiae, quae facillime esse poterunt, animus tamen erit sollicitus,

---

1. *ire ausus non sim* ed. Ald. — 2. *amico. custodiis* a g t — *itaque*] *at* a — *maneo* om. i — *si* b: *sisi* a t; *si sic* g i O — *maneo* a — 3. *statutum* a — 4. *gerant res* Orelli in adnot. (praeeunte Schuetzio, qui scripsit *regant res*): *regna. tres* t; *regna res* a b g i O — 4. *billices* t — *oderint* codd.: *adeant* Ursinus; *custodiant* Rau II, p. 112; at potius exspectares fortius verbum, ut *urgueant, concidant* simileve aliud. Orelli vulgatam sic explicat: «oderint re vera tamquam hostem Antonium, non simulent tantum odium adversus eum, dum clam eius partibus student.» Cf. inpr. or. XIII, § 15: *odimus, irati pugnamus.* — *nam hoc caput est* b t: om. a g i O — 5. *ut diximus* Ernesti; *ut didicimus* Gruterus; *ut facimus* Klotz. Nos, cum incerta sit emendatio, librorum lectionem intactam reliquimus. — 6. *tuebitur* t — 7. *me* om. a — 8. *nemo tamen cautior* scripsi: *nemotā cautior* t; *tamen* om. a b g i O — *uigesimus* b g i O — 9. *ipsi*] *me ipsum* i — *mihi r. p. conseruauit sibi* mediis om. a i — 10. *conseruabit* t — 11. *accedere* t — 12. *semel* om. b — *circumsessus* a b g i: *circumcisses* t; *circumseptus* Faërnus, fort. *circumclusus*; nam lectio vulg. non minus falsa videtur quam quae sequitur *lectis* — *lectus* t; fort. *infestis* — 13. *exurgere* a t; *surgere* i; *ut honestissime exsurgerem* coni. Garatoni — 14. *tam periculoso* t — 15. *in* om. b — *hii* b; *hi* g — 18. *ad sunt* a g; *assunt* b t i — *dicunt* t — 19. *inpuro* a g — 20. *eum*] *cum* t — 21. *septus* t — *sit* b — 23. *luci* om. t — 24. *inlustrem* a — 25. *extimescit* D i — 26. *sperauit* a — 28. *ergo* a — *urbē* t — *prouidero* b; *praevideo* a g t i O — *facile* i — 29. *exeam*] *eam* t; *cā* (i. e. *causam*) g[1] — *dexteram* g t i: *dextram* a b O — 30. *in*] *ab* a — *appennini* a g t: *apennini* b i O — *facere* om. t.

ut nihil possit de officiis legationis attendere. Sed effugi insidias, perrupi Appenninum: nempe in Antonii congressum colloquiumque veniendum est. Quinam locus capietur? si extra castra, ceteri viderint: ego me vix tutum futurum puto. Novi hominis furorem, novi effrenatam violentiam. Cuius acerbitas morum immanitasque naturae ne vino quidem permixta temperari solet, hic ira dementiaque inflammatus adhibito fratre Lucio, taeterrima belua, numquam profecto a me sacrilegas manus atque impias abstinebit. 27. Memini colloquia et cum acerrimis hostibus et cum gravissime dissidentibus civibus. Cn. Pompeius, Sexti filius, consul me praesente, cum essem tiro in eius exercitu, cum P. Vettio Scatone, duce Marsorum, inter bina castra collocutus est. Quo quidem *tempore* memini Sex. Pompeium, fratrem consulis, ad colloquium ipsum Roma venire, doctum virum atque sapientem. Quem cum Scato salutasset, «quem te appellem?» inquit. At ille: «voluntate hospitem, necessitate hostem.» Erat in illo colloquio aequitas: nullus timor, nulla suberat suspicio; mediocre etiam odium. Non enim, ut eriperent nobis socii civitatem, sed ut in eam reciperentur petebant. Sulla cum Scipione inter Cales et Teanum, cum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis populi, de iure civitatis leges inter se et conditiones contulerunt. Non tenuit omnino colloquium illud fidem: a vi tamen periculoque afuit. XII. Possumusne igitur in Antonii latrocinio aeque esse tuti? Non possumus: aut, si ceteri possunt, me posse diffido. 28. Quod si non extra castra congrediemur, quae ad colloquium castra sumentur? In nostra ille numquam veniet: multo minus nos in illius. Reliquum est ut et accipiantur et remittantur postulata per litteras: ergo erimus in castris. Mea quidem ad omnia postulata una sententia: quam cum hic vobis audientibus dixero, isse et redisse me putatote: legationem confecero. Omnia ad senatum mea sententia reiiciam, quaecumque postulabit Antonius. Neque enim licet aliter, neque permissum est nobis ab hoc ordine, ut bellis confectis decem legatis permitti solet more maiorum, neque ulla omnino a senatu

---

1. *adtendere* a — *perrumpi* t — 2. *Apenninum* b i O — 3. *capietur et si* i; *capietur idẽ qualis si* t (est glossema ad *quinam*) — 4. *me vix tutum futurum* scripsi: *me ui ac toto futurum* t; *ac tutum futuram* a; *mortem actutum* (*acutum* b) *futuram* b g i O — *effrenatam* om. a; *afferre natam* t — 5. *aceruitas* t — *inmanitasque* a g — 7. *deterrima* a g — *bellũ* t — 9. *acerbissime* cod. Lang. — *dissidentibus* t: *dissentientibus* a b g i O — *sex.* t i; *sextus* a g — 10. *consulis* g — 11. *Vettio* a: *uetio* (vel *uecio*) b; *uectio* t i; om. g — *Scatone* codd.: *Catone* Manutius ex Appiano B. C. I, 40 et Velleio II, 16; at v. p. 894, 14. — *conlocutus* a — *quo quidem tempore* Ernesti: *quo quidem* D O; *quod quidem* i — 13. *ipsum* om. i — *cum Scato* D: *Scato cum* i O — 14. *uoluntatẽ* a — *hospitem* om. t — 15. *hostem*] *hospitem* a — 16. *ut* om. a — 17. *sed in* t — *petebat* t — *sylla* a g t i; *scilla* b — *cum suspicione* t — 18. *calles et theanum* g — 19. *de iure* a g[1] t, ut coni. Garatoni: *et de iure* b i O — 20. *legis inter se condiciones* (*conditiones* a i) D i; *leges inter se conditionesque* Ferrarius (coll. in Verr. lib. III, § 62 et Liv. 38, 38, 2) et O; nos Garatonium secuti sumus, qui *et conditiones* scripsit. — *tenui* t — *conloquium* a — 21. *affuit* b t; *abfuit* a g i O — 22. *tuti* b, ut coni. Ubaldinus: *uti* t; *ut hi* a g (*esse? ut si hic non possumus* i) — 23. *congrediamur* t; *egrediemur* a — 24. *uenit* a — 25. *requum* t — *ut accip.* i — 26. *mea quidem* scripsi: *meaque* D; *mea* i O — 27. *isse me et redisse putatore* t — 28. *confecero* b: *confero* a g t i — 29. *postulauit* t; *postulabat* a; *postularit* coni. Ernesti — *enim* om. i — 30. *missum* t — *decere* b — 31. *solent* i.

mandata accepimus. Quae cum agam in consilio, nullis, ut arbitror, repugnantibus, nonne metuendum est ne imperita militum multitudo per me pacem distineri putet? 29. Facite hoc meum consilium legiones novas non improbare: nam Martiam et quartam nihil [cogitetis] praeter dignitatem et decus comprobaturas esse certe scio. Quid? veteranos non veremur — nam timeri se ne ipsi quidem volunt — quonam modo accipiant severitatem meam? multa enim falsa de me audierunt, multa ad eos improbi detulerunt. Quorum commoda, ut vos optimi testes estis, semper ego sententia, auctoritate, oratione firmavi: sed credunt improbis, credunt turbulentis, credunt suis. Sunt autem fortes illi quidem, sed propter memoriam rerum, quas gesserunt pro populi Romani libertate et salute rei publicae, nimis feroces et ad suam vim omnia nostra consilia revocantes. 30. Horum ego cogitationem non vereor: impetum pertimesco. Haec quoque tanta pericula si effugero, satisne tutum reditum putatis fore? Cum enim et vestram auctoritatem meo more defendero et meam fidem rei publicae constantiamque praestitero, tum erunt mihi non ii solum, qui me oderunt, sed illi etiam, qui invident, extimescendi. Custodiatur igitur vita † r. p. mea, quoad vel dignitas vel natura patietur, patriae reservetur: mors aut necessitatem habeat fati, aut, si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. Haec cum ita sint, etsi hanc legationem res publica, ut levissime dicam, non desiderat, tamen, si tuto licebit ire, proficiscar. Omnino, patres conscripti, totum huiusce rei consilium non meo periculo, sed utilitate rei publicae metiar. De qua mihi, quoniam liberum est spatium, multum etiam atque etiam considerandum puto idque potissimum faciendum, quod maxime interesse rei publicae iudicaro.

---

1. *accipimus* a g t — *quecumque agam* i — *nullis* D: *nonnullis* i O — *ut arb.* om. i — 2. *inperita* g t; *imperata* a — 3. *destineri* g t i — 4. *inprobare* a — *cogitetis* codd., sed t *cogitatis*; om. O. Quid lateat ignoratur, nisi voc. glossema est; illud saltem tenendum paulo post in codd. meis verba sic distincta esse: *comprobaturas esse. certe scio* — *praeter* om. t — 5. *probaturas* i t — *certe* D i: *certo* O; cf. Stuerenburg ad or. Arch. p. 191 ed. 1 et p. 197 et 200 ed. 2. — *quod* a b t i — 6. *quonam modo accipiant* t: *sed quonam modo accipient* (*accipiant* a g) a b g i O — 8. *improbi detulerunt* i: *improuide tulerunt* (*inpr.* a g) D — 9. *firmari* t — *sed ut turbulentis* med. om. t — *crediderunt* a — *inprobis* g — 10. *credunt* ante *turb.* om. a — 12. *et* om. a — *salute*] *dignitate* i — 13. *cogitationem* codd. noti: *cogitationes* O, ut iam est in ed. Ven. 1474. — 14. *tanta pericula* D: *pericula tanta* i O — 15. *uestra auctoritate* g i — *more meo* b; *meo me more* t; *et meo me more* a g i — 16. *et meam*] *teneam* t — *prestero* a — 17. *ii* a t i: *hi* a g O — *oderunt* om. t — 18. *uita .r. p. mea* t: *uita r. p. eaque* b; *uita mea r. p. eaque* a g; *mea uita rei p.* (*r. p.* i) *eaque* i O; fort. *custodiatur igitur uita p. c. (patres conscripti) mea atque quoad* cet. — 19. *aut* Faërnus: *autem* (*aut* cum lin. a t) i D O — *fati* -- *gloria* om. a — 23. *meo periculo* t: *periculo meo* a b g i O — 24. *liberum* om. b; *liber* t — *multum* ut glossema suspectum Garatonio. — 26. *iudicaro* b t: *iudicauero* a g i O — *Explicit liber*
tertius
XII. Incipit tredecimus g; a b t i subscriptione carent.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER TERTIUS DECIMUS.

I. 1. A principio huius belli, patres conscripti, quod cum impiis civibus consceleratisque suscepimus, timui ne conditio insidiosa pacis libertatis reciperandae studia restingueret. Dulce enim etiam nomen est pacis, res vero ipsa cum iucunda, tum salutaris. Nam nec privatos focos nec publicas leges videtur nec libertatis iura cara habere, quem discordiae, quem caedes civium, quem bellum civile delectat, eumque ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanae naturae exterminandum puto. Itaque sive Sulla sive Marius sive uterque sive Octavius sive Cinna sive iterum Sulla sive alter Marius et Carbo sive qui alius civile bellum optavit, eum detestabilem civem rei publicae natum iudico. 2. Nam quid ego de proximo dicam, cuius acta defendimus, auctorem ipsum iure caesum fatemur? Nihil igitur hoc cive, nihil hoc homine taetrius, si aut civis aut homo habendus est, qui civile bellum concupiscit. Sed hoc primum videndum est, patres conscripti, cum omnibusne pax esse possit an sit aliquod bellum inexpiabile, in quo pactio pacis lex sit servitutis. Pacem cum Scipione Sulla sive faciebat sive simulabat, non erat desperandum, si convenisset, fore aliquem tolerabilem statum civitatis. Cinna si concordiam cum Octavio confirmare voluisset, *hominum in re publica sanitas remanere potuisset*. Proximo bello si aliquid de summa gravitate Pompeius, multum de cupiditate Caesar remisisset, et pacem stabilem et aliquam rem publicam nobis habere licuisset. II. Hoc vero quid est? cum Antoniis pax potest esse? cum Censorino, Ventidio, Trebellio, Bestia, Nucula, Munatio, Lentone, Saxa? Exempli causa paucos nominavi: genus infinitum immanitatemque ipsi cernitis reliquorum. 3. Addite illa naufragia Caesaris amicorum, Barbas Cassios,

---

In V praescriptum est m. 2: *Incipit Lib. III. X.*

1. *A* om. a — 2. *sceleratisque* a g t — *condicio* V a — 3. *etiam* om. a g — 4. *cum* a g t: *tum* V; *tamen* b; cf. Stuerenb. ad Arch. ed. 1. p. 176. — *nam neque* a; *nam nunc* V - 6. *quem* ante *caedes* om. b — 7. *eiciendum* mei, ut semper. — 8 et 9. *sylla* a g t — 9. *cynna* t — *alte* V¹ — *caruo* V¹ — *qui* V¹: *quis* V² D — 10. *iudicio* V -- 11. *auctorem* V: *cum auctorem* (*auctoritatem* t) D — 12. *ipsum* om. a t — *fatemur* V t: *fateamur* a b g — 13. *si aut*] *sauit* V — *cibile* V — 14. *omnibus* t — 15. *aliquot* V — *expiabile* D — 16. *lex sit*] *lex* t (*x* cum lin.) — *seruitis* V¹ — *sylla* V a g t — *sive simulabat* om. D — 17. *si* V t: *siue non* a b g — 18. *cynna* t — *firmare* t — *hominum -- potuisset*, quae in V¹ desunt, in marg. manus sec. supplevit. — *omnino* coni. Faërnus, *omnium* vir doctus in *Mnemosyne* III, p. 234; nos quidem veremur ne totum colon sit falsum veteris lacunae supplementum. — 19. *in* om. t — 20. *militum de* b — *dimisisset* D — 22. *est* om. b — 23. *Nucula* om. t — *Munatio* V: *.t. munacio* (*numatio* g) D — 24. *inman.* V a g — 25. *reliquorum* V: *belli. quorum* b t; *belli. quorum numero* a g, unde Rau I, p. 31: *reliquorum*.

Barbatios, Polliones; addite Antonii collusores et sodales, Eutrapelum, Melam, Coelium, Crassicium, Tironem, Mustelam, Petissium: comitatum relinquo, duces nomino. Huc accedunt Alaudae ceterique veterani, seminarium iudicum decuriae tertiae, qui suis rebus exhaustis, beneficiis Caesaris devoratis, fortunas nostras concupiverunt. 4. O fidam dexteram Antonii, qua ille plurimos cives trucidavit! o ratum religiosumque foedus, quod cum Antoniis fecerimus! Hoc si Marcus violare conabitur, Lucii eum sanctitas a scelere revocabit. Illis locus si in hac urbe fuerit, ipsi urbi locus non erit. Ora vobis eorum ponite ante oculos et maxime Antoniorum; incessum, adspectum, vultum, spiritum; latera tegentes alios, alios praegredientes amicos. Quem vini anhelitum, quas contumelias fore censetis minasque verborum! Nisi forte eos pax ipsa leniet, maximeque, cum in hunc ordinem venerint, salutabunt benigne, comiter appellabunt unum quemque nostrum. III. 5. Non recordamini, per deos immortales, quas in eos sententias dixeritis? Acta M. Antonii rescidistis, leges refixistis, per vim et contra auspicia latas decrevistis, totius Italiae dilectus excitavistis, collegam et scelerum socium omnium hostem iudicavistis. Cum hoc quae pax potest esse? Hostis si esset externus, id ipsum vix talibus factis, sed posset aliquo modo. Maria, montes, regionum magnitudines interessent: odisses eum, quem non videres. Hi in oculis haerebunt et, cum licebit, in faucibus: quibus enim saeptis tam immanes beluas continebimus? — At incertus exitus belli. — Est omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, virtutem praestare —

Quorum numero cet., at apparet ex b t interpolationis origo. — *cassio* V¹ — 1. *barbacios* a; *barbarios* b; *Barbatos* Ursinus; at v. Garat. — *Polliones* V: *Poliones* D, ut scribendum esse docet Lachmannus in *Comment. ad Lucr.* p. 33; at v. Mommsenii Ind. I. Neap. p. 451. — 1 et 6. *antoni* V — 1. *conlusores* V a — *eutrapilum* V b t; *eutraphilum* g; *eutrapolim* a; v. ep. ad Fam. VII, 32, 1. ad Att. XV, 8, 1 et Inscr. Neap. num. 839. — 2. *Coelium* V: *pontium* (*poncion* b) *cęlium* D; *Caelium, Pontium* i O — *crassitium* t — *petusium* V; *pestutum* t; *peditum* b g; *pelitum* a; cf. ad p. 1375, 15. — 3. *reliquos omitto duces. Huc* t — *nomino duces* a b g — *hunc* V; *huc* delendum videbatur Ernestio. — *ceterisque* V — 4. *iudicium* V — *decuriae tertiae* V D i: *tertiae dec.* O, ut est infra § 37. — 5. *dextram* a² b g t — 6. *ciuis* V b — *o ratum* V t: *ornatum* a g; *ornat* b (sed *nat* in ras.) — 7. *Antoniis* b: *aniis* t; *antonio* V; *antoni* a; *his* g — *si .m.* V b; *sim* t; *si m. antonius* g, ut Faërnus item ex V (?) retulit; *si antonius* a — 8. *luci* V; *l.* a g t — *reuocauit* V t — 9. *ipsi urbi* V: *urbi ipsi* D O — *Ara* t — *uobis eorum ponite* V: *uobis ponite eorum* b; *eorum p. c. ponite uobis* t; *uobis ponite eorum p. c.* a; *uobis eorum* (*eorum uobis* g) *ponite patres conscr.* g O — 10. *incensum* V¹ — *asp.* mei — *later* V¹ — *tegentes* (*tegentis* V) *alios* V D: *tegentes alios, sequentes alios* O; *tegentes. sequentes alios* i, ex qua lect. interpolatio convincitur. — 11. *alios* om. b; *auos* V¹ — *praegredientis* V; *progredientes* b — *quam uim* (*uinę* t) g t — *anelitum* t — *quas* om. a g t — *contumeliis* V — 13. *maximique* V¹ — 14. *per deos imm. quas in eos* om. V, sed *quas in eos* addidit m. 2 in marg. — 15. *dixeritis sent.* a — *marci antoni* V; *M.* om. D — *rescindistis. leges restrixistis* a — 17. *dilectus* V: *dilectum* D (*del.* b) — *excitastis* D — *scelerum socium* V: *socium scelerum* D O — 18. *iudicastis* a b t — *si esset externus hostis* D — 19. *id* V: *tamen id* D O (sed O: † *tamen*) — *tabilibus* t; *stabilibus* a g — *factis sed* a b t: *factisest* V (*est* pro *set*, v. ad p. 1323, 18); *sed* om. g O (in g est *sed si* ante *maria*). Cf. in Pis. § 27. *collegit ipse se vix, sed collegit tamen.* — *posses* t; *posse* b — *mari* V¹ — 20. *uideretis* V om. sequ. *hi*; *odissetis eum, quem non videretis* coni. Faërnus; at latet *hi* in terminatione *etis* — 21. *libebit* coni. Orelli — *enim*] *eum* t — *septis* V; *saepis* t — 22. *istam* a — *immanis* V; *inmanis* a b — *continebitis* Lamb. — *belli. Est* nos: *belli est* V b t; *belli est. Est* a g O — 23. *uirorum fortium* t — *uirtute* D.

tantum enim possunt —, fortunae culpam non extimescere. 6. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solum, verum etiam sapientia postulatur — quamquam vix videntur haec posse seiungi, seiungamus tamen —: fortitudo dimicare iubet, iustum odium incendit, ad confligendum impellit, vocat ad periculum. Quid sapientia? cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione tectior. Quid igitur censet? parendum est enim atque id optimum iudicandum, quod sit sapientissime constitutum. Si hoc praecipit, ne quid vita existimem antiquius, ne decernam capitis periculo, fugiam omne discrimen, quaeram ex ea: etiamne, si erit, cum id fecero, serviendum? Si annuerit, ne ego sapientiam istam, quamvis sit erudita, non audiam. Sin responderit, «tu vero ita vitam corpusque servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut haec libertate posteriora ducas itaque his uti velis, si libera re publica possis, nec pro his libertatem, sed pro libertate haec proiicias tamquam pignora iniuriae:» tum sapientiae vocem audire videar eique uti deo paream. 7. Itaque si receptis illis esse possumus liberi, vincamus odium pacemque patiamur: sin otium incolumibus iis esse nullum potest, laetemur decertandi oblatam esse fortunam. Aut enim interfectis illis fruemur victrice re publica, aut oppressi — quod omen avertat Iuppiter! — si non spiritu, at virtutis laude vivemus.

IV. At enim nos *M. Lepidus*, imperator iterum, pontifex maximus, optime proximo civili bello de re publica meritus, ad pacem adhortatur. Nullius apud me, patres conscripti, auctoritas maior est quam M. Lepidi, vel propter ipsius virtutem vel propter familiae dignitatem. Accedunt eodem multa privata magna eius in me merita, mea quaedam officia in illum. Maximum vero eius beneficium numero, quod hoc animo in rem publicam est, quae mihi vita mea semper fuit carior. 8. Nam cum Magnum Pompeium, clarissimum adolescentem, praestantissimi viri filium, auctoritate adduxit ad pacem remque publicam sine armis maximo civilis

---

1. *non* om. t — 3. *uidetur* V — *hoc* b — *seiungantur* t — 5. *inpellit* g — 6. *rectior* b; *protectior* V² g — 7. *censet* D: *censes* V — *id* om. t — *quid* V — fort. *est* — 8. *praecepit* a t — *quit* V — *existimen* V; *existum̄* t; *exis* a — 9. *ne* V: *non* D — *decernat* t — 10. *si erit* b: *sierit* V¹ (sic, non *fierit* habet nostra collatio); *fuerit* a g t V² O. Egregiam lectionem *si erit* Orelli soloecam dixit! (v. infra § 14), sed ipse sententiam suam retractavit in Vol. IV, 2, p. 590. — *id* om. a — *adnuerit* a g — 11. *ne* D: *nec* V; *nae* O — *sic* t — *erudita non* V: *eruditam* t; *erudita* a b g — *sin* D: *in* V¹; *si* V corr. m. 2. — 12. *itaq.* a — *servato* om. V; vide ne *tuere* post *tu vero* interciderit. — 13. *posteriora libertate* D — *itaquis* V; *atque iis* t; *itaque usui uelis* a (ex *iis uti uelis*) — *ut* t — *libera re publicę* V; *liberare .r. p.* a g t — 14. *ne pro* b — *is* V; *iis* t — *proicias* mei — 15. *audire uocem* b — *uideariquitu deo* V¹ — 16. *ut* D — *pareas* b — *esse poss.* V: *poss. esse* D — 17. *paceque potiamur* i — *sin otium* V: *si uis* b t; *sin ius* a g — *iis* a t: *his* V b g O — 18. *decernandi* t — 19. *interfectis illis* V D: *illis interf.* i; [*victis his*] O cum aliquot codd. Ferrarii; ipse utramque lectionem pro glossemate habet. — *re publicę* V — *aut* V corr. ex *ut* — 20. *Iupiter* b O — *claude* V; fort. *cum laude* — *uidemus* V¹ — 21. *M. Lepidus* ed. Ven. 1474: om. V D i. Nomen a codd. abesse nullus editorum adnotavit. — *maxime optime proxime* V — 22. *hortatur* t — 23. *aput* V — *me*] *marcus* V¹ — *auctoritates* V¹ — *quam marci* V corr. ex *que marcus* — *lipidi* V; *lepidus* a t — 24. *illius* a — *propter* om. t — 25. *mea* V¹: *ac mea* D et V m. sec. — *quidem* b — *officia* om. D — 27. *publica* V (*ca* in ras.) — *est* om. a — 28. *r. p. clarissimum* g — *adul.* V — *praestantissimum* t — 29. *auctoritatē* V — *pacem* V: *urbem* D — *remque p.* (*p.* add. m. 2) *armis* V — *ciuili* V.

belli periculo liberavit, tum me eius beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto. Itaque et honores ei decrevi quos potui amplissimos, in quibus mihi vos estis assensi, nec umquam de illo et sperare optime et loqui destiti. Magnis et multis pignoribus M. Lepidum res publica illigatum tenet. Summa nobilitas est, omnes honores, amplissimum sacerdotium, plurima urbis ornamenta ipsius, fratris maiorumque monumenta, probatissima uxor, optatissimi liberi, res familiaris cum ampla, tum casta a cruore civili. Nemo ab eo civis violatus, multi eius beneficio et misericordia liberati. Talis igitur vir et civis opinione labi potest, voluntate a re publica dissidere nullo pacto potest. 9. Pacem vult M. Lepidus. Praeclare, si talem potest efficere, qualem nuper effecit: qua pace Cn. Pompei filium res publica adspiciet suoque sinu complexuque recipiet, neque solum illum, sed cum illo se ipsam sibi restitutam putabit. Haec causa fuit cur decerneretis statuam in rostris cum inscriptione praeclara, cur absenti triumphum. Quamquam enim magnas res bellicas gesserat et triumpho dignas, non erat tamen ei tribuendum, quod nec L. Aemilio nec Aemiliano Scipioni nec superiori Africano nec Mario nec Pompeio, qui maiora bella gesserunt: sed quod silentio bellum civile confecerat, cum primum licuit, honores in eum maximos contulistis. V. 10. Existimasne igitur, M. Lepide, qualem Pompeium res publica habitura sit civem, tales futuros in re publica Antonios? In altero pudor, gravitas, moderatio, integritas: in illis — et cum hos compello, praetereo animo ex grege latrocinii neminem — libidines, scelera, ad omne facinus immanis audacia. Deinde vos obsecro, patres conscripti, quis hoc vestrum non videt, quod Fortuna ipsa, quae dicitur caeca, vidit? Salvis enim actis Caesaris, quae concordiae causa defendimus, Pompeio sua domus patebit, eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet: redimet, inquam, Cn. Pompei domum filius. O rem acerbam! sed haec satis diu multumque defleta sunt. Decrevistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patriis in praedae dissipatione

---

1. *quam uili parte* t — *parti eobellicatum* V^1 — 2. *putet* V^1; fort. *putavi.* Vulgatam recte explicat Garatoni: «*tum,* h. e. eo tempore me obligatum esse puto, h. e. me tum obligavit»: sed ansam dubitandi affert lectio primae manus in V ab illo non exscripta. — *et hon. ei* V: *ei et hon.* D — 3. *in* om. V — *mihi uos* V a b t i: *vos* om. g; *vos mihi* O — *adsensi* V a — *illo est perarre* V^1 — 4. *pigneribus* a g t — 5. *inligatum* V: *obligatum* D — *omnes honores* V a: *omnis honor ei est* (*est* om. t) b g t; *hominis, summi honores* O cum Naugerio — 6. *ornamenta; ipsius* O; nos distinctionem post *orn.* sustulimus. — 7. *tum ampla* b — 8. *cum casta* a — *cuius* t — *uiuolatus* V — *eius* V: om. D — 9. *libertati* V a; *libertatis* t — *talis igitur* om. g t; *igitur* om. a — *uir ei ciuis* (*cuius* t) *et* (*ei* g) *opinione* g t — 10. *nullo modo* b — *acem* t — 11. *M.* t: om. V a b g — *efficit* V t — 12 et 28. *Pompei* V a t: *Pompeii* O — *publicae aspiciet et suoque* V — *conplexuque* V; *que* om. g — 13. *respiciet* t — 14. *putauit* V^2 t b^2 — *hac* V — *cur ei* Lamb. — *degeneretis* V; *decernetis* a — *rustris* V^1 — 15. *cur*] *cū* V — 16. *gesseris* t — *tamen* om. V — *ei* om. t — 17. *l. melio* a g; *l. medio* b (*l. melione .c. emiliano* t) — *ameliano* V — 18. *meliora* a — *bellum ciu.* V a b t: *civ. bellum* O (*ciu. bell. silentio* g) — 19. *cum* om. D; *ut* maluit Ernesti — *licuerit* a; *liceat* t — 20. *igitur* om. t — *marco* V — 21. *habitatura* t — *talis* V — *in re publica* V: om. D — 22. *grauitia* V^1 — 23. *animo*] *omnino* Ferrarius. — 24. *scelerata* V — *inmanis* V a; *inmane* g — *uos obsecro* V: *obsecro uos* (*uos uos* a) D O — 25. *qui* t — *ista* g — 25 et 26. *quae*] *q.* t — 26. *uidet* D — *concordia* V — 27. *non timoris quem* t — 28. *o rem acerbam*] hic deficit V; v. ad p. 1360, 13. — 30. *patris* b — *dissipationem* i.

inimicus victor redegisset. 11. Sed hanc mihi dispensationem pro paterna necessitudine et coniunctione deposco. Redimet hortos, aedes, urbana quaedam, quae possidet Antonius. Nam argentum, vestem, supellectilem, vinum amittet aequo animo, quae ille helluo dissipavit. Albanum, Formianum a Dolabella reciperabit, etiam ab Antonio Tusculanum: iique, qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno Anseres depellantur. Sunt alii plures fortasse, sed de mea memoria dilabuntur. Ego etiam eos dico, qui hostium numero non sunt, Pompeianas possessiones quanti emerint filio reddituros. 12. Satis inconsiderati fuit, ne dicam audacis, rem ullam ex illis attingere: retinere vero quis poterit, clarissimo domino restituto? An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus quasi [thesaurum] draco, Pompei servus, libertus Caesaris, agri Lucani possessiones occupavit? Atque illud septiens miliens, quod adolescenti, patres conscripti, spopondistis, ita describetur, ut videatur a vobis Cn. Pompei filius in patrimonio suo collocatus. Haec senatus: reliqua populus Romanus in ea familia, quam vidit amplissimam, persequetur, in primis paternum auguratus locum, in quem ego eum, ut, quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Utrum igitur augurem Iovis optimi maximi, cuius interpretes internuntiique constituti sumus, utrum populus Romanus libentius sanciet, Pompeiumne an Antonium? Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc Fortuna voluisse, ut actis Caesaris firmis ac ratis Cn. Pompei filius posset et dignitatem et fortunas patrias recuperare.

VI. 13. Ac ne illud quidem silentio, patres conscripti, praetereundum puto, quod clarissimi viri legati, L. Paulus, Q. Thermus, C. Fannius, quorum habetis cognitam voluntatem in rem publicam eamque perpetuam atque constantem, nuntiant, se Pompei conveniundi causa devertisse

---

1. *mihi dissipationem* t i — 2. *coniugatione* t — *redimes* i — *ortos* g i (*ordo sedis* t) — 3. *urbanae* t — *suppellectilem (subp.)* a g; *suppellectile* b — 4. *uinum* D: *uniuersam* i — *helluo* b g i: *belluo* a: *heluo* t O (*ille helluo, illa belua* i; cf. ad p. 836, 16, ubi nunc *helluo immanis* praeferimus) — 5. *albonum* t — *Formianum* t: *firmianum* a b g; *firmanum* i; cf. ad Att. XV, 13, 5. — *reciperabit* a: *recuperabit* b g t i O (sed g t *recuperauit*) — *ab* om. t — 6. *iique* a t i: *hisque* b; *hique* g O — 7. *depellantur* a g t i: *depellentur* b O. Illud firmat Servius, qui ad Verg. Ecl. IX, 36 affert: *ex agro falerno anseres depellantur.* — *fortasse, sed de mea* ed. Ascens. 1529: *fortasse de mea* b; *fortasse mea* t; *fortasse sed mea me* a; *fortasse sed mea* g i O. «Post *sed* excidit sive *de*, quod Muretus et var. Nauger. addunt (cf. *excidere de memoria* Liv. 29, 19) sive *ex*; cf. Liv. 34, 37 *excidere ex omnium animis*; Cic. de Rep. VI, 9: *ex animo meo discedit illius viri memoria.*» Wesenberg in *emendatt. Tuscul.* III, p. 27. — 9. *inconsiderate* a — 10. *audaces* b — *rem uel ullam* i — *retineri* b — 12. *patrocinio* t — *thesaurum* om. t; Ravius in *var. lectt.* II, p. 168 hoc totum *quasi thesaurum draco* pro glossemate habet; nobis satis fuit *thesaurum* obelo notasse. — 13. *agricolam possessiones* b; *agri Lucani possessionem* (sic) *occupavit* affert Nonius p. 356 M. — 14. *septiens miliens* t: *septies milies* a b g i O (*millies* O) — *spopondistis* a — 15. *discribetur* a, quae vera forma videtur; *describile* i — 17. *prosequetur* i — *in primum* a; *primum in* b — 18. *in quem* codd. Ferrarii: om. b; *inque* a g t; *in quo* i — *accepit* a g t — 19. fort. *augures*, nisi post *constituti sumus* aliquid intercidit. Ut enim nunc locus legitur, ex ipsa forma rhetorica lectionem vitiosam esse apparet. — *Iovis opt. max.* i: *.i.o.m.* a; *.io.m.* b t: *optimi* om. g — *interpres internuncii* a — 20. *libentius* b i: *libenter ius* a g t (*libenĩ iussa sciet* t; a quoque habet *libent* cum lin.) — 21. *sanctiet* b — *Pompeiumne* D: *Pompeium* i O — *an* om. b g[1] — 22. *inmort.* a — 24. *At ne* b; *Nde* t — *praetermittendum* i — 25. *ligati* a t — *pauliq. thermus* a b t — *faunius* b — 26. *eamque* om. g — 27. *conueniundi* t: *conueniendi* a b g i O — *diuertisse* a b g i.

Massiliam eumque cognovisse paratissimo animo, ut cum suis copiis iret ad Mutinam, ni vereretur ne veteranorum animos offenderet. Est vero eius patris filius, qui sapienter faciebat non minus multa quam fortiter. Itaque intelligitis et animum ei praesto fuisse nec consilium defuisse. Atque etiam hoc M. Lepido providendum est, ne quid arrogantius, quam eius mores ferunt, facere videatur. 14. Si enim nos exercitu terret, non meminit illum exercitum senatus populique Romani atque universae rei publicae esse, non suum. At uti potest pro suo. Quid tum? omniane bonis viris, quae facere possunt, facienda sunt? etiamne, si turpia, si perniciosa erunt? si facere omnino non licebit? Quid autem turpius aut foedius aut quod minus deceat quam contra senatum, contra cives, contra patriam exercitum ducere? quid vero magis vituperandum quam id facere, quod non liceat? Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum: si quidem licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisque conceditur. Neque enim, quod quisque potest, id ei licet, nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur. Tibi enim exercitum, Lepide, tam quam maioribus tuis patria pro se dedit. Hoc tu arcebis hostem, fines imperii propagabis: senatui populoque Romano parebis, si quam ad aliam rem te forte traduxerit. VII. 15. Haec si cogitas, es M. Lepidus, pontifex maximus, M. Lepidi, pontificis maximi, pronepos: sin hominibus tantum licere iudicas, quantum possunt, vide ne alienis exemplis iisque recentibus uti quam et antiquis et domesticis malle videare. Quod si auctoritatem interponis sine armis, magis equidem laudo, sed vide ne hoc ipsum non sit necesse. Quamquam enim est tanta in te auctoritas, quanta debet in homine nobilissimo, tamen senatus se ipse non contemnit, nec vero fuit umquam gravior, constantior, fortior. Incensi omnes rapimur ad libertatem recuperandam: non potest ullius auctoritate tantus senatus populique Romani ardor exstingui: odimus, irati pugnamus, extorqueri e manibus arma non possunt: receptui signum aut revocationem a bello audire non possumus: speramus optima, pati vel difficillima malumus quam servire. 16. Caesar confecit invictum exercitum: duo fortissimi

1. *eum* i — *cum* om. g t — 2. *ni*] *an* i; *ni vereretur ne* om. b — *ne -- offenderet* a g t i: *offendere* edd. recentiores, sed in antiquissimis, ut Ven. 1474, Ascens. 1511, Iunt. est vera lectio, non item in Crat. a. 1528. (b quoque, a quo *ne* abest, habet *offenderet*, sed *t* punctata) — 4. *itaque* om. b — *intelligetis* g ex *intellegitis*, ut est in a t — *praesto* om. t — *consilium*] *solum* t — 6. *uideatur facere* t — *si* a g i: *siue* t; *sine* b, sed *ne* punct. — *uos* g — 7. *teret* b — *senatus* om. a — *populique*] *.p.* b (pro *.p.q.*) 8. *atque* et *esse* om. t — *at ubi* a b t i — 9. *quitum* t; *quid cum* g — *viris bonis* O contra meos. — 10. *etiam si* i — 11. *quam*] *qui* t — 12. *magis* om. t — 13. *liceat? liceat* a t — 14. *liceri id* b — 15. *more*] *maiore* t — *enim* om. i — 16. *id ei conceditur. licet* a — 17. *tamquam* edd.; de vi particularum v. Madvigii Opusc. I, p. 494. — 18. *arcebit* b — *finis* b — 19. *patebis* b — *forte te* t — 20. *hoc* i — *cogitas es* a b: *cogitasses* g t i — *M.* om. g — *Lepidus* D: *Lepide* i — 21. *max. fueris pronepos* i — *sin* mei: *si* errore typogr. O — 22. *ne* om. t — *iisque* a t: *hisque* b g i — *quam antiquis* i — 24. *equidem* D: *quidem* i — *sed* om. t — *nec hoc* a — 26. *se ipse* D: *ipse se* i O — 27. *umquam* om. b¹ — *fortior* om. g t — *ad libertatem rapimur* b — 29. *extingui* mei; *restingui* probabiliter Ursinus — *odimus* om. b¹; usurpavit Cic. verba Lucilii, quae ipse attulit in Tuscul. IV, § 48. — *e* nos: om. D i; *de* O, ut est in ed. Ven. 1474. — 30. *receptus (recept')* t — 31. *possemus* t — 32. *confecit* i: *conficit* D.

consules adsunt cum copiis: L. Planci, consulis designati, varia et magna auxilia non desunt: in D. Bruti salute certatur: unus furiosus gladiator cum taeterrimorum latronum manu contra patriam, contra deos penates, contra aras et focos, contra quattuor consules gerit bellum. Huic cedamus? huius conditiones audiamus? cum hoc pacem fieri posse credamus?

VIII. At periculum est ne opprimamur. Non metuo ne is, qui suis amplissimis fortunis nisi bonis salvis frui non potest, prodat salutem suam. Bonos cives primum natura efficit, adiuvat deinde fortuna; omnibus enim bonis expedit salvam esse rem publicam: sed in iis, qui fortunati sunt, magis id apparet. 17. Quis fortunatior Lepido, ut ante dixi? quis eodem sanior? Vidit eius maestitiam atque lacrimas populus Romanus Lupercalibus: vidit quam abiectus, quam confectus esset, cum Caesari diadema imponens Antonius servum se illius quam collegam esse malebat. Qui si reliquis flagitiis et sceleribus se abstinere potuisset, tamen unum ob hoc factum dignum illum omni poena putarem. Nam si ipse servire poterat, nobis dominum cur imponebat? et si eius pueritia pertulerat libidines eorum, qui erant in eum tyranni, etiamne in nostros liberos dominum et tyrannum comparabat? Itaque illo interfecto, qualem in nos eum esse voluit, talis ipse in ceteros exstitit. 18. Qua enim in barbaria quisquam tam taeter, tam crudelis tyrannus quam in hac urbe armis barbarorum stipatus Antonius? Caesare dominante veniebamus in senatum, si non libere, at tamen tuto. Hoc archipirata — quid enim dicam tyranno? — haec subsellia ab Ityraeis occupabantur. Prorupit subito Brundisium, ut inde agmine quadrato ad urbem accederet: lautissimum oppidum nunc municipum honestissimorum, quondam colonorum, Suessam, fortissimorum militum sanguine implevit: Brundisii in sinu non modo avarissimae, sed etiam crudelissimae uxoris delectos Martiae legionis centuriones trucidavit. Inde se quo furore, quo ardore ad urbem, id est, ad caedem optimi cuiusque rapiebat! quo tempore di ipsi immortales praesidium improvisum nec opinantibus nobis obtulerunt. IX. 19. Caesaris enim incredibilis ac divina virtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit: quem tum ille demens laedere se putabat edictis, ignorans, quaecumque falso in eum diceret [in sanctissimum adolescentem], ea vere recidere in memoriam pueritiae

---

1. *assunt* t — *plancii* i — 2. *in* D: *de* i O — *unus fortissimus* a — 3. *taeter.* a: *teter.* b g t i O; item infra v. 20 a solus *taeter* — 4. *quatuor* a g — 5. *condiciones* a — *posse fieri* a — 7. *bonis* cod. Langii: *nobis* a b t i; *uobis* g — *possit* i — 8. *ciuis* b — *fortuna*] *natura* t — 9. *enim* om. t — *his* b g — 11. *sanior uidetur? eius* t; *sanior? uide eius* a — 12. *vidit* om. t — *quam abiectus esset quam conf. esset* b; *quam abiectus esset quam confectus* i — 13. *inponens* a g; *ponens* t; *imponeret* i — 14. *si*] *se* i; *si se* t — *se* om. t i — 15. *ab hoc* a — 16. *dominium* g — *inp.* g t — 19. *in nos eum* a b t: *eum in nos* i O; g *eum* post *voluit* habet. — *inter ceteros* a — *extitit* mei — 20. *in* ante *barb.* om. D i; *in qua enim* ed. Ven. 1474. — 22. *attamen* O — *tutu* a t — 23. *ab ytureis* b; *ab tyraeis* t; *ab itircis* a g i — *occupantur* b¹ — 25. *opidum* a g t — *municipum* Manutius: *municipium* codd. (*municipum, honestissimorum quondam* edd.) — 26. *colonorum ciuiter suessam* a — *inpleuit* g — 27. *brundisi* b — 29. *ad caelum optimi cuius* t — 30. *di* b: *dii* O — *ipsi immort.* (*inm.* a g t) D i (item 5 edd. vett. quas ad manum habemus): *immort. ipsi* O — *inprou.* a g t — *ne opin.* t — 31. *etenim* a; *ē enim* t — 32. *inpetus* a — *crudelis* b t — 33. *in eum diceret* b t: *in eum* om. a g i O; *indiceret* codd. complures, unde Faërnus *in iis dic.*, Ferrarius *is dic.*; nos potius *in sanct. adol.* ut glossema inclusimus. — 34. *adul.* a t — *reciderent* g t i.

suae. Ingressus urbem est, quo comitatu vel potius agmine! cum dextra sinistra, gemente populo Romano, minaretur dominis, notaret domos, divisurum se urbem palam suis polliceretur. Rediit ad milites; ibi pestifera illa Tiburi contio. Inde ad urbem cursus, senatus in Capitolium, parata de circumscribendo adolescente sententia consularis, cum repente — nam Martiam legionem Albae consedisse sciebat — affertur ei de quarta nuntius. Quo perculsus abiecit consilium referendi ad senatum de Caesare: egressus est non viis, sed tramitibus paludatus, eoque ipso die innumerabilia senatus consulta fecit: quae quidem omnia citius delata quam scripta sunt. 20. Ex eo non iter, sed cursus et fuga in Galliam. Caesarem sequi arbitrabatur cum legione Martia, cum quarta, cum veteranis, quorum ille nomen prae metu ferre non poterat: eique in Galliam penetranti D. se Brutus obiecit, qui se totius belli fluctibus circumiri quam illum aut regredi aut progredi maluit, Mutinamque illi exsultanti tamquam frenos furoris iniecit. Quam cum operibus munitionibusque saepsisset, nec eum coloniae florentissimae dignitas neque consulis designati maiestas a parricidio deterreret, tum me — testor et vos et populum Romanum et omnes deos qui huic urbi praesident — invito et repugnante legati missi tres consulares ad latronum et gladiatorum ducem. 21. Quis tam barbarus umquam? tam immanis? tam ferus? Non audivit, non respondit: neque eos solum praesentes, sed multo magis nos, a quibus illi erant missi, sprevit et pro nihilo putavit. Postea quod scelus, quod facinus parricida non edidit? Circumsedet colonos nostros, exercitum populi Romani, imperatorem consulem designatum: agros divexat civium optimorum: hostis taeterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minitatur. Cum hoc, M. Lepide, pax esse quae potest? cuius ne supplicio quidem ullo satiari videtur posse populus Romanus.

X. 22. Quod si quis dubitare adhuc potuit quin nulla societas huic ordini populoque Romano cum illa importunissima belua posset esse, desinat profecto dubitare his cognitis litteris, quas mihi missas ab Hirtio consule modo accepi. Eas dum recito dumque de singulis sententiis breviter disputo, velim, patres conscripti, ut adhuc fecistis, me attente audiatis. A n t o n i u s H i r t i o e t C a e s a r i. Neque se imperatorem ne-

---

1. *in urbem* b, sed *in* punct. — *vel* om. a — *dextera* i; *dextram* b — 3. *pollicetur* a b[1] — *redit* mei — *ubi* g t — 4. *tyburi* a g t; *Tibure* Muretus — 5. *parata* om. b[1] — *adul.* a t — *repentinam martiam* t (*iam* pro *nam* maluit Faërnus) — 6. *albe* t i; *albeae* a — *adfertur* a — 7. *nuncius* a g; *ñcuius* t — *refendi* t — 8. *eodemque die ipso* i — 9. *fecitq; omnia* t — *delata* a g t: *deleta* b, ut voluit Car. Peter (in Philol. VIII, p. 429); *lecta* i — 10. *fugam galliam* t — 11. *caes.* (sic) a t; *caesar* g — *arbitrabantur* a — 12. *potuerat* b fort. recte — 13. *circuiri* g t — 14. *egredi* i; at cf. or. XI, § 4. — *que* om. a — *exultanti* a g t i — 15. *operibus*] hic deficit cod. g — *sepisset* b t i — 16. *col. flor.* a b t: *flor. col.* i O — 17. *deterret* t — 18. *omnis* b — 19. *latronum et gladiatorum* scripsi: *latrones .m. gladiatorum* b t; *latronem .m. gladiatorem* a; *latronem M. Antonium, gladiatorum* i O — 20. *inmanis* a — *tam inferus* t — 21. *responderit neque eum* t — *solum* om. b[1] — 23. *parricidia* a — *circumsedet* b t: *circumsedi* a; *circumsedit* i O — *nostros* a b t: *vestros* i O — 24. *diuexit* a (sed *at* corr. 1 m.); *deuexat* t — 25. *deterrimus* a — 26. *minitaret* a — *lepido* a — 27. *saciari* a t — *p. r.* a; *r. p.* b t — 28. *dubitare adhuc* t: *adhuc dubitare* a b i O — *nulla* t: *ulla* a b i — 29. *inport.* t — *posset* b t: *possit* a i O — 30. *designat* t; *desinet* Ernesti (non item a, ut ait Orelli Vol. IV, 2, p. 590) vere, ut videtur. — *iis* i — 31. *de* om. t — 32. *velim* a b t: om. i — 33. *imp. et neque* b; *imperatorem dicit neque* coni. Ernesti.

que Hirtium consulem nec pro praetore Caesarem. Satis hoc quidem scite: deponere alienum nomen ipse maluit quam illis suum reddere. Cognita morte C. Trebonii non plus gavisus sum quam dolui. Videte quid se gavisum, quid doluisse dicat: facilius de pace deliberabitis. Dedisse poenas sceleratum cineri atque ossibus clarissimi viri et apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis, aut iam soluto supplicio parricidii aut impendente, laetandum est. O Spartace! quem enim te potius appellem? cuius propter nefanda scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina: laetandum esse ausus es scribere? Trebonium dedisse poenas? sceleratum Trebonium? quo scelere, nisi quod te Idibus Martiis a debita tibi peste seduxit? 23. Age, hoc laetaris: videamus quid moleste feras. Iudicatum hoc tempore hostem Dolabellam, eo quod sicarium occiderit, et videri cariorem populo Romano filium scurrae quam C. Caesarem, patriae parentem, ingemiscendum est. Quid ingemiscis hostem Dolabellam? quid? te non intelligis dilectu tota Italia habito, consulibus missis, Caesare ornato, sagis denique sumptis hostem iudicatum? Quid est autem, scelerate, quod gemas hostem Dolabellam iudicatum a senatu? quem tu ordinem omnino esse nullum putas, sed eam tibi causam belli gerendi proponis, ut senatum funditus deleas, reliqui boni et locupletes omnes summum ordinem subsequantur. At scurrae filium appellat: quasi vero ignotus nobis fuerit splendidus eques Romanus, Trebonii pater. Is autem humilitatem despicere audet cuiusquam, qui ex Fadia sustulerit liberos? XI. 24. Acerbissimum vero est te, A. Hirti, ornatum beneficiis Caesaris, et talem ab eo relictum, qualem ipse miraris — Equidem negare non possum a Caesare Hirtium ornatum, sed illa ornamenta in virtute et industria posita lucent. Tu vero, qui te ab eodem Caesare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus? In lustris, popinis, alea, vino tempus aetatis omne consumpsisses, ut faciebas, cum in gremiis

---

1. *neque* a — *pro .p. r.* b; *.p. r. p. r.* a t; *pro r. pr.* i — *satis quidem hec* i; *quidem* om. a — 2. *scite* a i: *scire* b; *scito* t — *ipse* om. t — *suam* b — 3. *gaui sum quando dolui* a — 4. *uide* b — *quid se doluisse* i — 5. *deliberalis* t — *didisse* a — 6. *nomen* t — *finem animaduertentis* b — 7. *parricidii* b, ut coni. Ferrarius: *parricida* t; *parricidae* a i (*parricidi* habet iam ed. Ascens. a. 1529.) — *inpendente* a t — 8. *laetandus* t — *quo* t — 9. *nefanda* a b t: *nefaria* i O — 10. *es* a i: *ē* t; om. b — 11. *martias* t — 13. *hostem* b: om. a t; *hostem* i O ante *iudicatum* habent — *eo quod s. occid.* om. t — 14. *kariorem* a — *pop. R.*] *p. r.* i; *.r. p.* a b t — 15. *caes. patriae parenti ingemiscendiē* (hoc pro *ingemiscendūē*) t — 16. *Dolabellam* a b t: *Dolabellam iudicatum* i O — *quid te* i: *quite* a b t — *dilectu* b: *dilectū* a; *delictu* t; *delectu* i O — 17. *caes. ornatos agis* t — 18. *autem* om. t — 20. *causa* t — 21. *deleas* om. b[1] — *subsequuntur* i — 22. *aut* t — *apellat* a — 23. *eques .r.* b: *.q. r.* t; *quirites* a i — 24. *cuiusquam* ed. Ven. 1474: *cuiusque* a b t i — *ex Fadia* Ferrarius: *ex eadia* a; *ex ea die* b t; *ex eadem* i — 25. *est uero* a b; *uero ee̅* t — *hyrcio* t — *ornatum* ed. Gryph. 1550: *ornatum esse* codd. Cohaerent sic verba: *te, ornatum beneficiis Caesaris, id agere ut* cet. p. 1389, 8. — 27. *sed* om. t — post *illa* in b *omnia* sup. lin. m. 2. — *et in industria* i — 28. *ornatum -- potes* om. t — 30. *ecquo -- ecquo* a: *hecquo -- ecquo* t; *hecquo -- hecquo* b; *etquo -- etquo* i — *ingenium* coni. Ursinus — *in lustris* t i: *illustris* a b — 31. *consumpsisses atq; non modo uirum* mediis om. t — *consumpsisses* (*es* in ras.) *cum ut faciebas in* b.

mimarum mentum mentemque deponeres. et te, o puer — Puerum appellat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sensit et sentiet. Est istuc quidem nomen aetatis, sed ab eo minime usurpandum, qui suam amentiam puero huic praebet ad gloriam. 25. qui omnia nomini debes — Debet vero solvitque praeclare. Si enim ille patriae parens, ut tu appellas — ego quid sentiam videro —, cur non hic parens verior, a quo certe vitam habemus e tuis facinerosissimis manibus ereptam? id agere, ut iure damnatus sit Dolabella — Turpem vero actionem, qua defenditur amplissimi auctoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam! — et ut venefica haec liberetur obsidione. Veneficam audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? quem ita obsides, nove Hannibal, aut si quis acutior imperator fuit, ut te ipse obsideas, neque te istinc, si cupias, possis explicare. Recesseris, undique omnes insequentur: manseris, haerebis. Nimirum recte veneficam appellas, a quo tibi praesentem pestem vides comparatam. 26. ut quam potentissimus sit Cassius atque Brutus. Putes Censorinum dicere aut Ventidium aut etiam ipsos Antonios. Cur autem nolint potentes esse non modo optimos et nobilissimos viros, sed secum etiam in rei publicae defensione coniunctos? Nimirum eodem modo haec adspicitis, ut priora — quae tandem? — castra Pompei senatum appellabatis. XII. An vero tua castra potius senatum appellaremus? in quibus tu es videlicet consularis, cuius totus consulatus est ex omni monimentorum memoria evulsus: duo praetores, sine causa diffisi se aliquid habituros; nos enim Caesaris beneficia defendimus: praetorii Philadelphus Annius et innocens Gallius: aedilicii corycus laterum et vocis meae, Bestia, et fidei patronus, fraudator creditorum, Trebellius, et homo diruptus dirutusque, Q. Caelius, columenque amicorum Antonii, Cotyla Varius, quem Antonius deliciarum causa loris in convivio caedi iubebat a servis publicis: septemvirales Lento, Nucula; tum deliciae atque amores populi Romani L. Anto-

---

1. *mentum mentemque* Arusianus, qui p. 224 affert *cum in -- deponeret* (sic) et aliquot libri Ferrarii: *mentem mentumque* a b i — 2. *apellat* a — *sentit* i — 3. *istud* i — 4. *puero huic* a b: *pueri* t; *huic* i — 5. *nomini* b^1 t: *nomini eius* a b^2 i O — *debet. debet* a b — *soluique* b t — 6. *patriae ille* a — *parens* b t: *carens* a; *pater est* i; *parens est* Manutius — *quid sentiam ego* a — 7. *et tuis* a; *et uis* t; *e* om. b^1; fort. *ex tuis* — *facinorosissimis* mei et O (*facinorissimis* t) — 8. *dampnatus* t — 10. *hac* i — 12. *nove*] *non uero* b — *quis* om. b^1 — 13. *fuerit* i — *te* om. i — *iste* t, fort. ex *istĩ* — 18. *nolim* b t i; *noli'* a — 19. *secum*] *cum* t — *defensionem* i — 20. *modo*] *tempore* t — 21. *appellabatis* var. Iunt. et margo Crat.: *appellatis* codd. noti — 22. *senatum potius* t — *appellarem* a — 23. *est totus consulatus* b; *est* om. i — *monumentorum* i O — 24. *euulsus* t: *auulsus* a b (sed in b *a* et *us* in ras.); *reuulsus* i O; cf. p. Sestio § 33. — *aliquid se* t; *se* om. a — 25. *philadelfus antonius* t; cf. or. XI, § 14. — 26. *udilicii* t; *et edilicii* b — *coricus* a b i t. «Verissime Schuetzius *corycus*. Est: in quo homine quinquies a me defenso, velut in *κωρύκῳ* s. folle arena repleto vires suas athletae, sic ego latera et vocem exercui.» Orelli. Edd. priores male *Coricus* vel *C. Oricus*. Cf. de loco etiam Ravii var. lectt. II, p. 115. — *mea* t — 27. *fraudatorum trebellius* i; vv. *fraud. credit.* suspecta erant Garatonio et item Ravio l. c. ac sane glossae speciem habent. — *dirutusque Q.* i: *diuitique* a b t (sed b ex corr.) — *celius* mei — 28. *antoni* b — *cotila* b i — *Varius quem* ed. Ascens. 1529: *uariusque quem* b; *uariusq;* t; *uarius quos* a i; cf. or. VIII, § 24. — 29. *delitiarum* t i — *iubebat* b i: *uidebat* t; *iussit* a — *a servis publicis* Ferrarius: *asui pubicis* t; *a suis publice* a b i.

nius: tribuni primum duo designati, Tullus Hostilius, qui suo iure in porta nomen inscripsit, qua, cum prodere imperatorem suum non potuisset, reliquit: alter est designatus Insteius nescio qui, fortis, ut aiunt, latro, quem tamen temperantem fuisse ferunt Pisauri balneatorem. 27. Sequuntur alii tribunicii, T. Plancus in primis: qui si senatum dilexisset, numquam curiam incendisset. Quo scelere damnatus in eam urbem rediit armis, ex qua excesserat legibus. Sed hoc ei commune cum pluribus sui simillimis: illud tamen mirum, quod in hoc Planco proverbii loco dici solet: perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent. Fracta sunt, et vivit. Hoc tamen, ut alia multa, Aquilae referatur acceptum. XIII. Est etiam ibi Decius, ab illis, ut opinor, Muribus [Deciis], itaque Caesaris munera rosit. Deciorum quidem multo intervallo per hunc praeclarum virum memoria renovata est. Saxam vero Decidium praeterire qui possum, hominem deductum ex ultimis gentibus, ut eum tribunum pl. videremus, quem civem numquam videramus? 28. Est quidem alter Saserna, sed omnes [tamen] tantam habent similitudinem inter se, ut in eorum praenominibus errem. Nec vero † Extitius, Philadelphi frater, quaestor, praetermittendus est, ne, si de clarissimo adolescente siluero, invidisse videar Antonio. Est etiam Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse a se. Apertam curiam vidit post Caesaris mortem: mutavit calceos, pater conscriptus repente factus est. Non novi Sex. Albesium, sed tamen neminem tam maledicum offendi, qui illum negaret dignum Antonii senatu. Arbitror me aliquos praeterisse: de iis tamen, qui occurrebant, tacere non potui. Hoc igitur fretus senatu Pompeianum senatum despicit, in quo decem fuimus consulares: qui si omnes viverent,

---

1. *tribuni* Ferrarius: *tribunitii* t; *tribunicii* a b i — *tullius* b i — 2. *qua, cum* Rau (II, p. 116): *qui cum* codd. et O. «quasi portam (Mutinae, ut opinor), qua proditionem frustra molitus ad Antonium fugisset, quamque inde faceti homines portam Hostiliam dicerent, ut triumphalem post tantum facinus nomine suo dedicasset.» — *potuisset* mei: *posset* O — 3. *reliquid* t — *Insteius* Gruterus: *insieius* a t; *insicius* b; *niseius* i; *Viseius* O — *quis* i — 4. *intemperantem* a — *ferunt fuisse* t — *Pisauri* t, ut coni. Ferrarius: *isauri* b; *hisauri* a i — *sequentur* t — 5. *tribunitii* t; *tribunii* a — *T.* b: *ut* t; om. a; *C.* i — *imprimis* t — 6. *dampnatus* a t — *rediit* i: *redit* a b t — 7. *ex qua* a b t: *a qua* i; *e qua* O — *ei* om. t — *pluribus* a b t: *plurimis* i O — 8. *sui simillimis* Pighius (sed is soloece *sibi sim.*): *dissimillimis* codd. — *illum* a — *mirum* Klotz: *uerum* codd. et O; *proprium* Ernesti; *minus verum* Rau II, p. 80 post Zumptium, qui ad Verr. p. 123 *non verum* proposuerat, ut iam ante Orelli *minime verum* (postea maluit Vol. IV, 2, p. 590: *perire eum non posse, etiam si ei* cet.); sed *mirum* magis quadrat ad *tamen* quam Zumptianum *non verum*: alterum illud, quod Romam damnatus rediit, minus admirandum erat; nam commune ei erat cum pluribus. — *prouerbi loquo* t — 9. *non* om. a — *essent*] fort. *sint* — 10. *hęc* t, sed corr. m. 1. — *referatur* b t: *fertur* a i O — 11. *etiam pidecius* t (*ibi* in a non deest, ut ait Orelli in Vol. IV, 2, p. 590.) — *muribus* a b t: *maioribus* i — *decus* b; nos *Deciis* cum Bardilio inclusimus. — 12. *munera rosit* b: *munera sit* a; *numerose sit* t i — *quidem*] *quod* i — 14. *possunt* i — *ut*] *et* a t — 15. *quidam* b, fort. recte, ut iam voluit Orelli in Vol. IV, 2, p. 591. — *alter* om. t — 16. *Saserna* Ferrarius (coll. ep. ad Att. XV, 2, 3. Auct. b. Afric. c. 9. 10 cet.): *saserena* a b; *aserena* t; *soserenus* i (om. *sed*) — *tamen* delendum censet Rau I, p. 74. — 17. *praenominibus eorum* t — *extitius* a b t: *Exitius* i O — 18. *ne si de*] *nec de* t — *adul.* a i — *siluero*] *si uero* t — 19. *asinus* t — 20. *electus* t — *a sese* maluit Garatoni — *munitauit* t — 21. *non* om. t — *Albesium* b t: *Albedium* a i O; utrumque nomen corruptum videtur. — 22. *tam* om. t — *indignum* b, quae lectio nobis non adeo spernenda videtur quam visa est Garatonio. — 23. *praeteriisse* O — *his* a b — 24. *senatus* a t — 25. *qui*] *quā* t.

bellum omnino hoc non fuisset; auctoritati cessisset audacia. 29. Sed quantum praesidii fuerit in ceteris, hinc intelligi potest, quod ego unus relictus ex multis contudi et fregi adiuvantibus vobis exsultantis praedonis audaciam. XIV. Quod si non Fortuna nobis modo eripuisset Ser. Sulpicium eiusque collegam ante, M. Marcellum — quos cives! quos viros! — si duo consules amicissimos patriae, simul ex Italia eiectos, si L. Afranium, summum ducem, si P. Lentulum, civem cum in ceteris rebus, tum in salute mea singularem, si M. Bibulum, cuius est in rem publicam semper merito laudata constantia, si L. Domitium, praestantissimum civem, si Appium Claudium, pari nobilitate et voluntate praeditum, si P. Scipionem, clarissimum virum maiorumque suorum simillimum, res publica tenere potuisset: certe iis consularibus non esset Pompeianus despiciendus senatus. 30. Utrum igitur aequius, utrum melius rei publicae fuit, Cn. Pompeium an sectorem Cn. Pompei vivere Antonium? Qui vero praetorii! quorum princeps M. Cato idemque omnium gentium virtute princeps. Quid reliquos clarissimos viros commemorem? nostis omnes. Magis vereor ne longum me in enumerando quam ne ingratum in praetereundo putetis. Qui aedilicii! qui tribunicii! qui quaestorii! Quid multa? talis senatorum et dignitas et multitudo fuit, ut magna excusatione opus iis sit, qui in illa castra non venerunt. Nunc reliqua attendite.

XV. *Victum Ciceronem ducem habuistis.* Eo libentius *ducem* audio, quod certe ille dicit invitus: nam de victo nihil laboro; fatum enim meum est sine re publica nec vinci posse nec vincere. *Macedoniam munitis exercitibus.* Et quidem fratri tuo, qui a vobis nihil degenerat, extorsimus. *Africam commisistis Varo bis capto.* Hic cum Gaio fratre putat se litigare. *In Syriam Cassium misistis.* Non igitur sentis huic causae orbem terrae patere, te extra munitiones tuas vestigium ubi imprimas non habere? 31. *Cascam tribunatum gerere passi estis.* Quid ergo? ut Marullum, ut Caesetium a re publica removeremus eum, per quem, ut neque hoc idem posthac neque multa eius modi accidere possent, consecuti sumus? *Vectigalia Iuliana Lupercis ademistis.* Lupercorum mentionem

---

1. *non fecissent* t — 2. *hic intellegi* t — 3. *ex* t: *e* a b i O — *contundi* t — *exultantis* a t i — 4. *Quo* t — *si non* a b t: *si* i O — *modo* t: *modo non* a b i O — 5. *ante*] *a.* i — *M.* om. mei — *ciuis* b — *duo* b t: *duos* a i O — 7. *africanum* a — 8. *M.* addidit Klotz — *bibolum* a t — *in .r. p.* mei — 9. *semper merito* a t: *merito s.* b i O — 10. *apium* a t — *gladium* a t; om. b — 12. *.r. p. teneri* t — *iis* t: *his* a b i O — *esse* a — 13. *despiciendus pompeianus* b — *utrum illius .r. p.* t — 14. *fuerit* i — *Pompeii* b i O — 15. *antonius* t — *quid vero praetorios* ed. Ven. 1474. — *omni* t — 16. *uirtute* i: *uiri ute* t; *uir uite* a b — *qui* a — *uiros clarissimos* b — 18. *in praetereundo* om. t; *in* om. a — *quid -- quid -- quid* b — 19. *quaestores* i — *quid*] *qui* t i (*qui multi tales?* i) — 20. *iis* t: *is* b; *his* i; om. a — *in illa* a b t: *illa in* i O — 21. *adtendite* a — 23. *quod*] *qui* a — 24. *factum* a — 25. *et quidem* b i: *equidem* a t — *qui a*] *qua* t — 27. *coapto* t; *apto* a — 28. *patere* O cum Lamb. et cod. Ursini: *parere* i (cf. ad p. 1319, 13); *fauere* b; om. a t — 29. *inprimas* a i — *Cascam* b: *caseam* a; *castam* t i — 30. *Quid? ergo ut* distinxit Schuetz — *marrullum* t; *marrulum* b; cf. Mommsenii Ind. I. Neap. p. 449. — *Caesetium* Ferrarius (coll. Suet. Caes. 79): *caes. etium* t; *caes. etiam* a b; *caesar. etiam* i — 31. *ab* a b — *remoueremus* a i: *moueremus* b[1]; *moremus* t — *hoc idem* nos: *hoc ē* t; *idem* b; *idem hoc* a i O — 32. *eius modi* a b t: *huiusmodi* i O — *uestigia iuliani* t; *vect. Iulianis* malebat

facere audet? neque illius diei memoriam perhorrescit, quo ausus est obrutus vino, unguentis oblitus, nudus gementem populum Romanum ad servitutem cohortari? Veteranorum colonias, deductas lege et senatus consulto, sustulistis. Nos sustulimus, an contra legem comitiis centuriatis latam sanximus? Vide ne tu veteranos tamen eos, qui erant perditi, perdideris in eumque locum deduxeris, ex quo ipsi iam sentiunt se numquam exituros. 32. Massiliensibus iure belli adempta reddituros vos pollicemini. Nihil disputo de iure belli — magis facilis disputatio est quam necessaria —: illud tamen animadvertite, patres conscripti, quam sit huic rei publicae natus hostis Antonius, qui tanto opere eam civitatem oderit, quam scit huic rei publicae semper fuisse amicissimam. XVI. Neminem Pompeianum, qui vivat, teneri lege Hirtia dictitatis. Quis, quaeso, iam legis Hirtiae mentionem facit? cuius non minus arbitror latorem ipsum quam eos, de quibus lata est, paenitere. Omnino mea quidem sententia legem illam appellare fas non est, et, ut sit lex, non debemus illam Hirtii legem putare. Apuleiana pecunia Brutum subornastis. Quid? si omnibus suis copiis excellentem virum res publica armasset, quem tandem bonum paeniteret? nec enim sine pecunia exercitum alere nec sine exercitu fratrem tuum capere potuisset. 33. Securi percussos Petrum et Menedemum, civitate donatos et hospites Caesaris, laudastis. Non laudavimus, quod ne audivimus quidem; valde enim nobis in tanta perturbatione rei publicae de duobus nequissimis Graeculis cogitandum fuit. Theopompum, nudum expulsum a Trebonio, confugere Alexandriam neglexistis. Magnum crimen senatus! De Theopompo, summo homine, negleximus, qui ubi terrarum sit, quid agat, vivat denique an mortuus sit, quis aut scit aut curat? Servium Galbam eodem pugione succinctum in castris videtis. Nihil tibi de Galba respondeo, fortissimo et constantissimo civi: coram aderit;

Ferrarius coll. Dione 44, 7: *κἀκ τούτου καὶ πενταετηρίδα οἱ ὡς ἥρωι, ἱεροποιούς τε ἐς τὰς τοῦ Πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑταιρίαν ἣν Ἰουλίαν ὠνόμασαν* cet. — 1. *audit* a — 3. *coartari* a t — 4. *et s. c.* a b t: *et* om. i O, quam lectionem veram esse longa disputatione Garatoni probare conatus est. At quidni diceret Antonius colonias lege et s. consulto deductas esse, eo scil. quod ipse fecerat? Nam si Ciceronem audias, ne populus quidem eam legem accepit; v. or. V, § 7. — 5. *comitis* a — *lata* t; *latas* a; *lege -- lata* coni. Ferrarius; *leges -- latas* maluit Garatoni — *tamen* a b t: *tum* i — 7. *iam ipsi* i — 8. *desputo* t — 9. *advertite* ed. Ven. 1474. — 10. *quam*] *q.* t; *qui* a b i — *sit ut huic* b — *natus -- huic rei p.* om. t — 11. *huic* om. a — 12. *fuisse semper* i; *semper* om. b — 13. *teneri lege Hirtia dictitatis* Orelli (in adn.): *teneri lege hyrtia dignitatis* t; *tenere lege hirtia (hircia) dignitatis* a b; *tenere lege Hirtia dignitates* i O, sed O: † *tenere* — *quis, quaeso iam* cod. Ursini: *quis* (*qui* b² i) *quasi iam* b t i; *quisquam etiam* a; *qui, quaeso, iam* O cum Ferrario; cf. infra ad § 41. — 15. *penitere* mei; *poen.* O, et sic item infra v. 19. — *quidem mea* i; *mea quidem est* b — 16. *lex non est. Debemus* t — 17. *Apuleiana* a b t (*apuleianā pecuniā* t): *Appuleiana* i O — *subornastis* om. t; *subornatis* Manutius — 20. *Petrum* mei: *Paetum* O cum ed. Iunt.; *Petraeum* probabiliter M. Hauptius et hic et in Caes. b. civ. III, 35, 2; v. Nipperdei *quaest. Caes.* p. 168 sq. — 22. *laudavimus* Lambinus: *laudemus* t; *laudamus* a b i O (quod Orelli in Vol. IV, 2, p. 591 ex a retulit deceptus sua collatione, falsum est) — *audimus* t — 23. *graculis* b — 24. *nudum non (ñ) expulsum* a b t; videtur in *non* nomen loci latere. — 27. *quis aut scit* om. a — *seruium* t: *Ser.* O — 28. *in castisis* t — 29. *respondebo* aliquot codd. dett. — *ciui* a b t: *cive* i O.

praesens tibi et ipse et ille, quem insimulas, pugio respondebit. Milites aut meos aut veteranos contraxistis, tamquam ad exitium eorum, qui Caesarem occiderant: et eosdem nec opinantes ad quaestoris sui aut imperatoris aut commilitonum suorum pericula impulistis. Scilicet verba dedimus, decepimus; ignorabat legio Martia, quarta, nesciebant veterani quid ageretur. Non illi senatus auctoritatem, non libertatem populi sequebantur; Caesaris mortem ulcisci volebant, quam omnes fatalem fuisse arbitrabantur: te videlicet salvum, beatum, florentem esse cupiebant. XVII. 34. O miser cum re, tum hoc ipso, quod non sentis quam miser sis! Sed maximum crimen audite. Denique quid non aut probastis aut fecistis, quod faciat, si reviviscat — quis? credo enim afferet aliquod scelerati hominis exemplum — Cn. Pompeius ipse? O nos turpes, si quidem Cn. Pompeium imitati sumus! aut filius eius, si modo possit? Poterit, mihi crede: nam paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrabit. Postremo negatis pacem fieri posse, nisi aut emisero Brutum aut frumento iuvero. Alii istuc negant: ego vero, ne si ista quidem feceris, umquam tecum pacem huic civitati futuram puto. Quid? hoc placetne veteranis istis? quibus adhuc omnia integra sunt. Nihil vidi tam integrum quam ut oppugnare imperatorem incipiant, cum tantum studium consensumque ostenderint. — 35. Quoniam vos assentationibus et venenatis muneribus † venistis. Depravati an corrupti sunt, quibus persuasum sit foedissimum hostem iustissimo bello persequi? At militibus inclusis opem fertis. Nihil moror eos salvos esse et ire quo lubet, si tantum modo patiuntur perire eum, qui meruit Quam benigne! Denique usi liberalitate Antonii milites imperatorem re-

---

1. *tibi* om. b^1; *tibi ipse* i — 2. *aut meos* b i: *autem* (per comp.) *meos* a t — *exitum* b — 3. *nec opinantis* b — 4. *ad eū questoris* t — 5. *dedimus uerba* a t — *decipimus* a — 6. *nesciebant* i: *nec sciebant* a b t — *Num* i — 7. *ille* t — *non* a: *an* b t i; fort. *aut*, ut Ferrarius in aliquot libris invenit. — *populi* a b t: *populi Rom.* i O — *sequantur* a t — 8. *ulcisci mortem* i — 10. *quid non* i — *probastis* t: *probauistis* a b i O — *fecistis, quod* Madvigius (Opusc. II, p. 200) et Weiske (in *Clarorum virorum epist., quae inter Ciceronis epistolas servatae sunt.* Lips. 1792. p. 30): *fecistis? quid* (*Quid* t) t i O; *fecistis? que* (*quae*) a b, fort. recte ut sit: quid non fecistis eorum quae faciat Pompeius? — 12. *quid* b^{2}i — *enim* om. i — *adferet* a; *afferret* i — 13. *Cn. Pomp. -- si quidem* om. i — *pompeios* t — *uos* b — 14. *imitati* t et codex Lamb. in marg. (ut voluit Muretus in marg. exempli sui, quod Romae exstat): *imitaturi* a b i — *filium* i — *si modo* t^1: *si domo* a b; *si domus* t corr.; *si domi* i, quae est interpolatio ex versu sequ.; *si domi esse* O, ut iam est in ed. Asc. 1529. — 15. *poterit enim mihi* a — 16. *patronos* t — *inmigrabit* a — *fieri posse* a b t: *posse fieri* i O — 17. *aut*] *a* t, item paulo post — *omisero* b; *remisero* i — *aut a frumento uiuere* a — 18. *ita* i — *ne si ista fecerit unquam* t — *huic ciuitati pacem* b — 19. *Quid hoc?* t — 20. *obpugnare* t — 21. *cum tantum studium consensumque* scripsi: *quem tanto studio consensuque* codd. et O — *ostenderint* t: *offenderint* codd. rell. noti; *defenderint* O cum ed. Ald. — 22. *absent.* a (ex *adsent.*) — 23. *veniistis* ed. Ascens. 1529. — *depravati* om. t; *venistis depravati. Depravati aut* cet. coni. Weiske l. c. p. 31; *venistis depravati . . . An corrupti* cet. Klotz; fort. *quoniam vos eos ass. et ven. mun. venistis depravatum. — Iine corrupti sunt, quibus persuasum sit* cet. — 24. *sit* a b^1 t i: *est* b^2 O — *iusto* cod. Lamb. — 26. *lubet, si tantum modo* scripsi: *iubetis tantum modo* t; *iubetis si tantum modo* a b; *lubet si tamen* i; *iubetis si tamen* O — 27. *Itaque* probabiliter Ferrarius; cf. tamen Garat. ad h. l. et Handii Tursell. II, 267. — *usi sunt* t, sed *sunt* eadem m. expunctum. — *libertate* a.

liquerunt et se ad hostem metu perterriti contulerunt: per quos si non stetisset, non Dolabella prius imperatori suo quam Antonius etiam collegae parentasset. 36. Concordiae factam esse mentionem scribitis in senatu et legatos esse consulares quinque. Difficile est credere eos, qui me praecipitem egerint, aequissimas conditiones ferentem et tamen ex iis aliquid remittere cogitantem, putare aliquid moderate aut humane esse facturos. Vix etiam veri simile est, qui iudicaverint hostem Dolabellam ob rectissimum facinus, eosdem nobis parcere posse idem sentientibus. Parumne videtur omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem initam confiteri? Nonne cernitis ex uno fonte omnia scelera manare? Ipse denique fatetur, hoc quidem satis acute, non posse eos, qui hostem Dolabellam iudicaverint ob rectissimum facinus — ita enim videtur Antonio — sibi parcere idem sentienti. XVIII. 37. Quid huic facias, qui hoc litteris memoriaeque mandarit, ita sibi convenisse cum Dolabella, ut ille Trebonium et, si posset, etiam Brutum, Cassium, discruciatos necaret * * * eademque inhiberet supplicia nobis? O conservandus civis cum tam pio iustoque foedere! Is etiam queritur conditiones suas repudiatas, aequas quidem et verecundas: ut haberet Galliam ultimam, aptissimam ad bellum renovandum instruendumque provinciam: ut Alaudae in tertia decuria iudicarent, id est, ut perfugium scelerum esset † cum turpissimis rei publicae sordibus: ut acta sua rata essent, cuius nullum remanet consulatus vestigium. Cavebat etiam L. Antonio, qui fuerat aequissimus agri privati et publici decempedator, Nucula et Lentone collega. 38. Quam ob rem vos potius animadvertite, utrum sit elegantius et partibus utilius, Trebonii mortem persequi an Caesaris, et utrum sit aequius, concurrere nos, quo facilius reviviscat Pompeianorum causa totiens iugulata, an consentire, ne ludibrio simus inimicis. Si esset iugulata, numquam exsurgeret: quod tibi tuisque contingat! Utrum, inquit, elegantius — atqui hoc bello de elegantia quaeritur! — partibusque utilius. 39. Partes, furiose, dicuntur in foro, in curia. Bellum contra patriam nefarium suscepisti: oppugnas Mutinam, circumsedes consulem designatum: bellum contra te duo consules gerunt cumque iis pro praetore

---

1. *ad hostem perterriti reliquerunt contulerunt* t — *per quas* i — *si stetisset* coni. Ernesti — 3. *parentassent* b — *esset* a; om. b — 4. *consularis* a b — 5. *eos*] *ee̅ cons̃.* t — *egerunt* i — *condiciones* a — 6. *iis* a t: *his* b i O — *cogitandum* t — 7. *putare* abundare adnotavit Manutius; at firmat Priscianus XV, 3, 13 qui affert: *putare -- facturos*; cf. Garat. ad h. l. — *esse* om. Prisc. — 8. *iudicauerit* i — *obiectissimum* t — 10. *uidetur aperte omnium* b — *facinerum* a — 11. *nonne -- fatetur* om. t — 13. *Dol. iudicauerunt* i; *iudicauerint Dol.* b — 14. *Qui* a b[1] — 15. *hoc* a t: *haec* b i O — *in litteris* a — 16. *illic* b[1] — *discrutiatos* t; *discrutiatores* a — 17. *eademque* a b t: *eadem* i O; signum lacunae cum Klotzio posuimus, cum emendatio *eadem ipse* minus probabilis videatur. — *inhiberet* om. a — *o* t et cod. Lamb.: om. a b i O — 18. *condiciones* a t — 20. *instruendamque* t — *ut a laude* a; *ut laude* t — 22. *cum* codd.: *in* Klotz; fort. *tum* vel *iam*, nisi vox cum Garat. delenda est. — 23. *remanent* a — *uestigium consulatus* t — 24. *aequissimũ* t — 26. *sit* om. a — 28. *reuiuescat* t — *toties* O — 29. *non ludibriosissimis inimicis* i — *exurgeret* t i; *resurgeret* cod. Lang. — 30. *continget* a; *contingeret* t — 31. *partibusque* a b t: *et partibus* b[2] i O — 32. *furiosę* t — 33. *obpugnas* a t — *designatum -- consules* om. t — 34. *iis* a t: *his* b i O — *.p. r. p. r.* a t; *in .p. r. p. r.* b; *pretor* i.

Caesar: cuncta contra te Italia armata est. Istas tu partes potius quam a populo Romano defectionem vocas? Trebonii mortem an Caesaris persequi. — Trebonii satis persecuti sumus, hoste iudicato Dolabella: Caesaris mors facillime defenditur oblivione et silentio. Sed videte quid moliatur. Cum mortem Caesaris ulciscendam putat, mortem proponit non iis solum, qui illam rem gesserunt, sed iis etiam, si qui non moleste tulerunt. XIX. 40. Quibus, utri nostrum ceciderint, lucro futurum est. Quod spectaculum adhuc ipsa Fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies lanista Cicerone dimicantes: qui usque eo felix est, ut isdem ornamentis deceperit vos, quibus deceptum Caesarem gloriatus est. Pergit † in me maledicta, quasi vero ei pulcherrime priora processerint: quem ego inustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriae sempiternae. Ego lanista? et quidem non insipiens: deteriores enim iugulari cupio, meliores vincere. Utri ceciderint, scribit, lucro nobis futurum. 41. O praeclarum lucrum! quo te victore — quod di omen avertant! — beata mors eorum futura sit, qui ex vita excesserint sine tormentis. A me deceptos ait eisdem ornamentis Hirtium et Caesarem. Quod, quaeso, adhuc a me est tributum Hirtio ornamentum? nam Caesari plura et maiora debentur. Deceptum autem Caesarem a me dicere audes? Tu, tu, inquam, illum occidisti Lupercalibus: cuius, homo ingratissime, flaminium cur reliquisti? Sed iam videte magni et clari viri admirabilem gravitatem atque constantiam. 42. Mihi quidem constat nec meam contumeliam nec meorum ferre, nec deserere partes, quas Pompeius odivit, nec veteranos sedibus suis moveri pati nec singulos ad cruciatum trahi, nec fallere fidem, quam dedi Dolabellae. Omitto alia: fidem Dolabellae, sanctissimi viri, deserere homo pius non potest. Quam fidem? an optimi cuiusque caedis, urbis et Italiae partitionis, vastandarum diripiendarumque provinciarum? Nam quid erat aliud, quod inter Antonium et Dolabellam, impurissimos parricidas, foedere et fide sanciretur? 43. Nec Lepidi so-

---

1. *cuncta cum contra* b — *te* om. a t — *tui partis* b — *quam - - Treb. mortem* om. b — 2. *a .p. r.* a t: *a re p.* O cum cod. Urs. (*quam .p. r. defensionem* i) — *uocas. potius* (*potiusne* i) *Trebonii mortem quam Caesaris persequimur* codd. Secuti sumus Ferrarium et Garat., quamquam, si statuas Ciceronem verba epistolae paulum immutasse (ut supra v. 31), facilius sic corrigas: *vocas? potius T. mortem quam C. persequi.* — 6. *his* a b — *ullam* a — *his* a b — *si* om. aliquot codd. — 7. *nostri* t — 8. *fortuna ipsa* a — 10. *dimicantis* t; *dimicante* i — *isdem* a t: *hisdem* b; *eisdem* i — 11. *in me* t: *in* a; *in mea* b i O; *in me* iam Schuetzius scripsit, sed ne sic quidem locus sanatus videtur; equidem sic corrigo: *pergit in me maledicta iacere* (vel *iactare*) — 12. *ea* a — 13. *iniustum* t — 14. *et quidem* t b²: *quidem* b¹; *equidem* a; *etenim* i — *iugulare* i — 16. *O* om. i — *quo lucro te* i; *cum* (*quom*) *te* coni. A. Augustinus. — *di* t: *dii* O — 17. *eorum* om. a — *ex* nos: *ei* t (cf. ad p. 1325, 25); *e* a b i O — *excesserunt* a t — 18. *hisdem* t — 19. *queso* i; *quasi* a b t; cf. ad p. 1392, 13. — *ornatum* t — 20. *plurima* i — *Caesarem a me* t: *patrem Caes. a me* a b; *patrem a me Caes.* i O — 22. *flamminium* a b; *flamonium* t; *flaminia* i; veram lectionem Ferrarius coni. assecutus est. — *reliquistis* t — *praeclari* b² — 24. *meam quidem contumeliam* t i — 24. *partis* b — 25. *poneius* t — *odiuit* a b i: *uidi* t — 26. *patiar* i — 28. *cedes* b corr. ex *cedis* — 29. *orbis* t — *partitiones* a b t; *partiones* i — *uastandarum* b t et cod. Lamb.: *suas. dandarum* a; *sententias dandarum* i; *suis dandarum* O cum aliquot codd. Ferrarii — 30. *iter* t — *impurissimas paricidas fodere* a — 31. *et* mei: *ac* O — *nec*] *ne* mei.

cietatem violare, piissimi hominis. Tibi cum Lepido societas aut cum ullo, non dicam bono civi, sicut ille est, sed homine sano? Id agis ut Lepidum aut impium aut insanum existimari velis. Nihil agis — quamquam affirmare de altero difficile est — de Lepido praesertim, quem ego metuam numquam, bene sperabo, dum licebit. Revocare te a furore Lepidus voluit, non adiutor esse dementiae. Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quaeris, et, quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. 44. Nec Plancum prodere, participem consiliorum. Plancum participem? cuius memorabilis ac divina virtus lucem affert rei publicae — nisi forte eum subsidio tibi venire arbitraris cum fortissimis legionibus, maximo equitatu peditatuque Gallorum —: quique, nisi ante eius adventum rei publicae poenas dederis, ille huius belli feret principatum. Quamquam enim prima praesidia utiliora rei publicae sunt, tamen extrema sunt gratiora. XX. 45. Sed iam se colligit et ad extremum incipit philosophari. Si me rectis sensibus euntem di immortales, ut spero, adiuverint, vivam libenter. Sin autem me aliud fatum manet, praecipio gaudia suppliciorum vestrorum. Namque si victi Pompeiani tam insolentes sunt, victores quales futuri sint, vos potius experiemini. Praecipias licet gaudia: non enim tibi cum Pompeianis, sed cum universa re publica bellum est. Omnes te di homines, summi medii infimi, cives peregrini, viri mulieres, liberi servi oderunt. Sensimus hoc nuper falso nuntio, vero propediem sentiemus. Quae si tecum ipse recolueris, aequiore animo et maiore consolatione moriere. 46. Denique summa iudicii mei spectat huc, ut meorum iniurias ferre possim, si aut oblivisci velint ipsi fecisse, aut ulcisci parati sunt una nobiscum Caesaris mortem. Hac Antonii sententia cognita dubitaturumne A. Hirtium aut C. Pansam, consules, putatis, quin ad

---

1. *uiolarem* i — 2. *ciue* b^2i — *sano* t i: *solo* a b — 3. *existimandũ* t — 4. *adfirmare* a — *de aliquo* i — 5. *bene* om. t; malis *bonum*. Verborum distinctionem correxit Madvigius in *Emendatt. in Cic. libr. philos.* I, p. 191, ante quem fuerat: *nihil agis; quamquam affirmare de altero diff. est, de Lepido praesertim, quem* cet. — 6. *te a furore* i: *a te* (*ad te* a) *furorem* a t; *furorem a te* b — 7. *queris* a t i — 8. *ñullum* t. Aliter locum legisse videtur Pompeius in Commento artis Donati, qui p. 131 ed. Lind. haec habet: «*Pius piissimus* duos habet gradus, positivum et superlativum. Quamquam et hoc *piissimus* vituperat Cicero in Philippicis. Dicit: *Non potest piissimus dici per rerum naturam.* Insultabat Antonio: *Tu,* ait, *utere* (*uteris*?) *semper hoc verbo piissimus.* Tamen Caper, ille magister Augusti Caesaris, laboravit vehementissime et de epistulis Ciceronis collegit haec verba, ubi dixerat ipse Cicero *piissimus.* Scias, quoniam amaritudine rhetorica hoc ei obiecerat, ut diceret: *non potest per rerum naturam dici piissimus.*» — *divinam* om. t — 9. *consiliorum Pl. participem* om. a — 11. *adfert* a — *eum* om. i — 12. *peditatu* mei — *quiqui* a — 13. *aduentum eius* i — *ille* delevit Ernesti cum ed. Gryph.; at v. Madvig. ad Cic. de finn. p. 742 sq. — 14. *Quamquam -- gratiora* om. t — 15. *sed etiam* a — 16. *prophetare* i — 17. *dii* mei — *inm.* a — *adiuuarint* a b — *si autem* i; *sin autem -- manet* habet Nonius p. 349 M. — 18. *me aliud* a b i et Nonius (*aliut* a): *me aliud aut* t; *aliud me* O — *nostrorum* t — 19. *nam* i — *sunt insolentes* b; *sunt* om. i — 20. *futuri sunt* b — *nos* t — 21. *tibi enim* t — 22. *dii* mei et O — *infinimi* t — 23. *Sentimus* t — 24. *recolueris* b: *coleris* t; *recolis* a i O — 25. *moriere*] *memorię* t — 26. *iniurias*] *insidiosas* a — 27. *uolunt* b — *sunt* mei: *sint* omnes (?) libri Ferrarii et O — 29. *dubitaturumne A. Hirtium aut* a b t: *dubitaturosne A. Hirtium* i O.

Antonium transeant? Brutum obsideant? Mutinam expugnare cupiant? Quid de Pansa et Hirtio loquor? Caesar, singulari pietate adolescens, poteritne se tenere, quin D. Bruti sanguine poenas patrias persequatur? Itaque fecerunt ut his litteris lectis ad munitiones propius accederent: quo maior adolescens Caesar maioreque deorum immortalium beneficio rei publicae natus est, qui nulla specie paterni nominis nec pietate abductus umquam est, sed intelligit maximam pietatem conservatione patriae contineri. 47. Quod si partium certamen esset, quarum omnino nomen exstinctum est, Antoniusne potius et Ventidius partes Caesaris defenderent quam primum Caesar, adolescens summa pietate et memoria parentis sui, deinde Pansa et Hirtius, qui quasi cornua duo tenuerunt Caesaris tum, cum illae vere partes vocabantur? Hae vero quae sunt partes, cum alteris senatus auctoritas, populi Romani libertas, rei publicae salus proposita sit, alteris caedes bonorum, urbis Italiaeque partitio? XXI. Veniamus aliquando ad clausulam. Legatos venire non credo — bene me novit — † quod venias, proposito praesertim exemplo Dolabellae. Sanctiore erunt, credo, iure legati quam duo consules, contra quos arma fert, quam Caesar, cuius patris flamen est, quam consul designatus, quem oppugnat, quam Mutina, quam obsidet, quam patria, cui igni ferroque minitatur. 48. Cum venerint, quae postulant cognoscam. Quin tu abis in malam pestem malumque cruciatum! Ad te quisquam veniat nisi Ventidii similis? Oriens incendium qui restinguerent, summos viros misimus; repudiasti: nunc in tantam flammam tamque inveteratam mittamus, cum locum tibi reliquum non modo ad pacem, sed ne ad deditionem quidem feceris?

Hanc ego epistolam, patres conscripti, non quo illum dignum putarem recitavi, sed ut confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia videretis. 49. Cum hoc pacem M. Lepidus, vir ornatissimus omnibus et virtutis et fortunae bonis, si haec videret, denique aut vellet fieri aut posse arbitraretur? «Prius undis flamma», ut ait poëta nescio quis, prius denique omnia quam aut cum Antoniis res publica

---

1. *Brutum obsideant* om. t — 2. *Quid -- persequatur* om. t — *loquor* i: *loquar* a b — 3. *poteritne* a b i: *poterit* O cum codd. Ferrarii. — *quin* om. b¹ — 4. *ut* mei: *uti* O — 5. *Caesar* om. t — *maiore* i — 6. *qui illa* t — *patri* a — 7. *umquam* t in marg. habet pr. m. add. ante *abductus* — *set* scripsi: *et* a b t; om. i O — *intellegit* a t — 8. *patrum* t — *quorum* t — 9. *extinctum* mei — *antoniine* a — 10. *primum* om. i — 11. *tenuerint tum* t — 12. *illae duae partes cum alteris* mediis om. t — 13. *rei p.* om. t — 14. *urbis* om. a t; vide ne plura post *bonorum* intercidertint coll. or. V, c. 3 in. et XIII, § 42. — 15. *uenire uelim non credo* a (est *uelim* lectio varia ad sequentem) — 16. *quod uenias* t: *uelim quo uenias* b; *bellum quod ueniat* (*ueniant* i) a i; *bellum quo veniat* O; *quo velint veniant* coni. Rau I, p. 31, ut sint verba Antonii; *quo veniant* Orelli Vol. IV, 2, p. 591; fort. *quid venias proposito p. c. Dolabellae?* — 17. *sanctiore* b¹ et cod. Colon.: *sanctiores* a b² t i — *ui iure* a — 18. *quam consul* om. t — 19. *obpugnat* a — *obsedit* a — 20. *minatur* i — *quae*] *quam* t — *postulant* a b¹ t: *postulent* i O et b corr. m. 1.— 22. *uenti dissimilis* t — 24. *tantamque inuentam* b¹ — *cum*] *eum* b — *locum*] *hoc* a; fort. *cum nullum locum* — *reliquum* a i: *relictum* b t (ex *relicuum*), sed in b *ct* in ras. — 27. *offensionibus* a t — 29. *et forme bonis* b — *hoc* i — *videret* om. t — 30. *fieri aut posse* b: *fieri posse* a t; *aut fieri posse* i O — *undis flamma* aliquot recentiores libri Ferrarii: *undas flammam* mei et plerique codd.; *cum undis flamma* ed. Gryph. 1550. Eodem dicto Augustus usus est apud Dion. LV, 13: *τοῦ δὲ δήμου σφόδρα ἐγκειμένου τῷ Αὐγούστῳ ἵνα καταγάγῃ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, θᾶσσον ἔφη πῦρ ὕδατι μιχθήσεσθαι ἢ ἐκείνην καταχθήσεσθαι.* — 31. *nescio quis* mei: *nescio qui* O — *pius* t — *cum* om. i; *quem* t — *antonis* a b; *antonius* t.

aut cum re publica Antonii redeant in gratiam. Monstra quaedam ista et portenta sunt [prodigia] rei publicae. Moveri sedibus huic urbi melius est atque in alias, si fieri possit, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta nec nomen audiat, quam illos, Caesaris virtute eiectos, Bruti retentos, intra haec moenia videre. Optatissimum est vincere; secundum est nullum casum pro dignitate et libertate patriae non ferendum putare. Quod reliquum est, non est tertium, sed postremum omnium, maximam turpitudinem suscipere vitae cupiditate. 50. Quae cum ita sint, de mandatis litterisque M. Lepidi, viri clarissimi, Servilio assentior et hoc amplius censeo, Magnum Pompeium, Gnaei filium, pro patris maiorumque suorum animo studioque in rem publicam suaque pristina virtute, industria, voluntate fecisse, quod suam eorumque, quos secum haberet, operam senatui populoque Romano pollicitus esset, eamque rem senatui populoque Romano gratam acceptamque esse eique honori dignitatique eam rem fore. Hoc vel coniungi cum hoc senatus consulto licet, vel seiungi potest separatimque perscribi, ut proprio senatus consulto Pompeius collaudatus esse videatur.

---

1. *antoni* b — *in gratiam* om. t — *ista et port. sunt* a b t: *sunt ista et port.* i O — 2. *prodigia* a b[1]: *et prodigia* b[2] (m. 2) a i O; nos *prodigia* ut glossema inclusimus. — *sedibus* mei: *sedibus suis* O cum aliquot libris Ferrarii. — *huic uerbi* t — 3. *in* om. a t i; cod. Francianus *in* ante *terras* habet. — *posset* i — 9. *viri clar.*] *.u. c.* a b t i — 10. *Gnaei*] *cn. (c. n.)* mei — 11. *in .r. p.* mei — 12. *pristrina* t — 13. *consenatui* t — *populoque R.*] *.p. q. r.* i; *.r. q. p.* a b t — 14. *rem s. p. q. ri* t — 15. *coniugium hoc* b[1] — 17. *conlaudatus* a.

ORATIONUM PHILIPPICARUM

LIBER QUARTUS DECIMUS.

NOTAE EXPLICATIO.

v = codex Vaticanus num. 3227, qui est ex vetustioribus Italicis. Librum XIV in nostrum usum gratis excussit E. Freiburgerus.

I. 1. Si, ut ex litteris, quae recitatae sunt, patres conscripti, sceleratissimorum hostium exercitum caesum fusumque cognovi, sic id, quod et omnes maxime optamus et ex ea victoria, quae parta est, consecutum arbitramur, D. Brutum egressum iam Mutina esse cognovissem: propter cuius periculum ad saga issemus, propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum sine ulla dubitatione censerem. Ante vero quam sit ea res, quam avidissime civitas exspectat, allata, laetitia frui satis est maximae praeclarissimaeque pugnae; reditum ad vestitum confectae victoriae reservate. Confectio autem huius belli est D. Bruti salus. 2. Quae autem est ista sententia, ut in hodiernum diem vestitus mutetur, deinde cras sagati prodeamus? Nos vero cum semel ad eum, quem cupimus optamusque, vestitum redierimus, id agamus ut eum in perpetuum retineamus. Nam hoc quidem cum turpe est, tum ne dis quidem immortalibus gratum, ab eorum aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. 3. Atque animadverto, patres conscripti, quosdam huic favere sententiae: quorum ea mens idque consilium est, ut, cum videant gloriosissimum illum D. Bruto futurum diem, quo die propter eius salutem redierimus, hunc ei fructum eripere cupiant, ne memoriae posteritatique prodatur propter unius civis periculum populum Romanum ad saga isse, propter eiusdem salutem redisse ad togas. Tollite hanc: nullam tam pravae sententiae causam reperietis. Vos vero, patres conscripti, conservate auctoritatem vestram, manete in sententia, tenete vestra memoria, quod saepe ostendistis, huius totius belli in unius viri fortissimi et maximi vita positum esse discrimen. II. 4. Ad D. Bru-

---

1. *Si ut* i: *Sicut* a b t v — *scel. hostium exercitum fusum caesumque cognovi* affert Nonius p. 312. — 2. *si id* t — 3. *optauimus* a — *et* om. mei — 4. *arbitramur* om. i — *esse si* a v — *cognossem* b — 5. *ciuis* v — 7. *sit* i post *allata* habet — *quam -- satis est* om. t — *audacissime* v — *laetitia frui* a b: *laetitiae risus* i v; *laetitiae usus* O cum codd. Ferrarii — 8. *que* om. i — 9. *conuictae* t — *reseruare* a b fort. recte; *seruare* t — 11. *togati* t — 12. *redigerimus* t — *imperpetuum* i — 13. *dis* v: *diis* O — 14. *inmort.* t — *eorundem* i — 15. *animaduertite* v — 16. *est* om. i v — 17. *glor. illum* t v: *illum glor.* i; *illud glor.* b; *illum* om. a — *decimo* i — 18. *redierimus* a b t v: *redierimus ad vestitum* i O; in cod. Mauritiano *ad togam* interpolatione additum est. — *hunc* a b t v: *hunc tantum* i O — 19. *potestatique* t — 20. *ivisse* i — 21. *repperietis* v — 24. *fort. viri* v.

tum liberandum legati missi principes civitatis, qui illi hosti ac parricidae denuntiarent ut a Mutina discederet: eiusdem D. Bruti conservandi gratia consul sortitu ad bellum profectus A. Hirtius, cuius imbecillitatem valetudinis animi virtus et spes victoriae confirmavit: Caesar, cum exercitu per se comparato † cum primis pestibus rem publicam liberasset, ne quid postea sceleris oriretur, profectus est ad eundem Brutum liberandum vicitque dolorem aliquem domesticum patriae caritate. 5. Quid C. Pansa egit aliud dilectibus habendis, pecuniis comparandis, senatus consultis faciendis gravissimis in Antonium, nobis cohortandis, populo Romano ad causam libertatis vocando, nisi ut D. Brutus liberaretur? A quo populus Romanus frequens ita salutem D. Bruti una voce depoposcit, ut eam non solum commodis suis, sed etiam necessitati victus anteferret. Quod sperare nos quidem debemus, patres conscripti, aut inibi esse aut iam esse confectum: sed spei fructum rei convenit et evento reservari, ne aut deorum immortalium beneficium festinatione praeripuisse aut vim fortunae stultitia contempsisse videamur.

6. Sed quoniam significatio vestra satis declarat quid hac de re sentiatis, ad litteras veniam, quae sunt a consulibus et a pro praetore missae, si pauca ante, quae ad ipsas litteras pertineant, dixero. III. Imbuti gladii sunt, patres conscripti, legionum exercituumque nostrorum vel madefacti potius duobus duorum consulum, tertio Caesaris proelio. Si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas: nefarium scelus, si civium. Quousque igitur is, qui omnes hostes scelere superavit, nomine hostis carebit? nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis dubitantes, utrum in cive an in hoste figantur. 7. Supplicationem decernitis: hostem non appellatis. Gratae vero nostrae dis immortalibus gratulationes erunt, gratae victimae, cum interfecta sit civium multitudo! De improbis, inquit, et audacibus; nam sic eos appellat clarissimus vir: quae sunt urbanarum maledicta litium, non inustae belli internecivi notae. Testamenta, credo, subiiciunt aut eiiciunt vicinos aut adolescentulos circumscribunt; his enim vitiis affectos et talibus malos aut auda-

---

2. *D.* om. t — 3. *sortiti* i t; *sortitus* a — *inbec.* t — 4. *ualitudinis* a i t — 5. *cum* (*eum* v) *primis pestibus* a b t v: *a primis pest.* i; *primis pestibus* cum aliquot (?) codd. O; *tum primis pest.* Ferrarius; at videtur gravius vulnus latere, fort. *compressis pestibus* — 6. immo *oreretur,* ut est in V pag. 1346, 21. — 7. *karitate* a — 8. *dilectibus* a b t v: *del.* i O — *pecunia comparanda* b; *pecuniae comparandis* v — 9. *grauissimus* v — *cohartandis* t — *p. R.* i t — 10. *Brutum liberaret* i — 11. *deposcit* b — 13. *quid* v — *inibi* a i t: *uerbi* per compendium b; *mihi* v; cf. Non. p. 124 M. — 14. *esse* om. v — *sed*] *et* mei — *euento* b: *uento* t; *euentui* a v i O — 15. *inmort.* a — 16. *vim*] *cum* v — 17. *nostra satis* b; *satis uestra* t — *de hac re* i — 18. *consulibus* Ferrarius: *cos.* (*cons.*) a b i t; *consule* v; cf. § 22. — *et a p. p. r.* a b; *et a pr.* (*p. r.* t) i t; *et praetore p. r.* v — 19. *quae*] *q.* t — 20. *gladii sunt* a b t v: *sanguine gladii* i O — *exercitumque* t — 21. *madefecti* b — *duobus duorum* a b t (sed t: *deduobus*): *duorum* i v; *duobus* O — 22. *si civium* i: *si* om. a b t v — 23. *hostis* t — *superabit* a t[1] — 25. *dubitantis* t; *dubitatis* v; *et dubitare* i — *fingantur* v — *decernis* et tum *appellas* b, ut Orelli (3) scripsit: «Eleganter ad unum P. Servilium Vatiam, Isaurici filium, qui id decreverat, sese convertit, ita tamen ut eum non appellet.» — 26. *vero* om. i — *dis* v: *diis* O — 27. *uictumae* t; *uictoriae* b — 29. *licium* t — *inustae belli interneciui notae* scripsi: *iniusta euelli internecuno te* t v; *iniuste belli interiectionis* b; *iniusta belli internecione* a; *iniusta euelluntur nec uno te* i; *inusta b. internecini notae* edd.; at cf. Alschefski ad Liv. XXII, 58. — 30. *adul.* a i t u — 31. *circuminscribunt* v; *circum hi scribunt* a — *iis* t; *his et* v — *adfectos* a — *et talibus*] *sed* a —

ces appellare consuetudo solet. 8. Bellum inexpiabile infert quattuor consulibus unus omnium latronum taeterrimus; gerit idem bellum cum senatu populoque Romano; omnibus — quamquam ruit ipse suis cladibus — pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat; Dolabellae ferum et immane facinus, quod nulla barbaria posset agnoscere, id suo consilio factum esse testatur; quaeque esset facturus in hac urbe, nisi eum hic ipse Iuppiter ab hoc templo atque moenibus reppulisset, declaravit in Parmensium calamitate, quos optimos viros honestissimosque homines, maxime cum auctoritate huius ordinis populique Romani dignitate coniunctos, crudelissimis exemplis interemit propudium illud et portentum, L. Antonius, insigne odium omnium hominum vel, si etiam di oderunt quos oportet, deorum. 9. Refugit animus, patres conscripti, eaque dicere reformidat, quae L. Antonius in Parmensium liberis et coniugibus effecerit. Quas enim turpitudines Antonii libenter cum dedecore subierunt, easdem per vim laetantur aliis se intulisse. Sed vis calamitosa est, quam illis obtulerunt: libido flagitiosa, qua Antoniorum oblita est vita. IV. Est igitur quisquam, qui hostes appellare non audeat, quorum scelere crudelitatem Karthaginiensium victam esse fateatur? Qua enim in urbe tam immanis Hannibal capta quam in Parma surrepta Antonius? nisi forte huius coloniae et ceterarum, in quas eodem est animo, non est hostis putandus. 10. Si vero coloniarum et municipiorum sine ulla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis urbis, quam ille ad explendas egestates latrocinii sui concupivit? quam iam peritus metator et callidus decempeda sua Saxa diviserat? Recordamini, per deos immortales! patres conscripti, quid hoc biduo timuerimus, a domesticis hostibus rumoribus improbissimis dissipatis. Quis liberos, quis coniugem adspicere poterat sine fletu? quis domum? quis tecta? quis larem familiarem? Aut foedissimam mortem omnes aut miserabilem fugam cogitabant. Haec a quibus timebantur, eos hostes appellare dubitamus? Gravius si quis attulerit nomen, libenter assentiar: hoc vulgari contentus vix sum, leviore non utar.

---

aut audaces scripsi: *aut* om. a b t v; *et audaces* i O — 1. *solet consuetudo* b — *expiabile* a t v — *quatuor* a t — 2. *deterrimus* a — 3. *quanquam* i v; *aquam* t — *luit* a — 5. *ferrum et inmane* a — *barbaries p. ignoscere* i — *suo*] *duorum* i — 7. *hic* b t, ut coni. Ferrarius: *hinc* a i v — *Iuppiter* t: *Iupiter* O — *hoc templo atque* om. i — *moenibus* a b t v: *his moenibus* i O — *reppulisset* i t v: *repul.* O — 9. *maxima* i — 10. *crudelissime* (om. *exemplis*) i — *interfecit* i — *propudium* b, ut coni. Ferrarius: *proludium* a t v; *praeludium* i — 12. *dii* mei et O, sed v *dis* — *oderunt* b i O — *deorum* b t: om. a v; *omnium deorum* i O — *defugit* t; cf. Verg. Aen. II, 12. — 13. *eaque*] *atque* coni. Ernesti — *formidat* mei, sed i *formidat dicere*; *reformidat* Naugerius primus videtur scripsisse. — 14. *cum decore sub.* a; *subierunt cum dedecore* t — 16. *obtulerunt* t: *intulerunt* a b v i O; *illi tulerunt* (*sustulerunt*?) coni. Faërnus — 17. *oblata* t — *hostis* t — 18. *cartaginiensium* v; *carthaginensium* a b i t (sed t *cartag.*) — *fateatur* om. i et habet *constat* post *crudel.* — 19. *quia* a — *inmanis* a — *in* om. a — 20. *subrepta* v — *et* om. t — 21. *hostis* mei: *hostis Antonius* O — 22. *est* om. b — 23. *urbis censetis huius* t — *explendas* a b: *expiandas* i t v; cf. ad p. 1029, 5. — *latrociniis suis* male coni. Graevius; est enim *latrocinii sui* idem quod *latronum suorum.* — 24. *mercator* i — 25. *hoc dubio* v — 26. post *hostibus* codd. noti glossema habent: *id est (idē) qui intra moenia hostes sunt,* quod Ferrarius expulit. — 27. *aspicere* a i t v — *poterit* v — 28. *familiarem larem* a — *Aut* a b t v: *iam aut* i O — 30. *adsenciar* a — 31. *leuiorē* t.

11. Itaque cum supplicationes iustissimas ex iis litteris, quae recitatae sunt, decernere debeamus, Serviliusque decreverit, augebo omnino numerum dierum, praesertim cum non uni, sed tribus ducibus sint decernendae. Sed hoc primum faciam, ut imperatores appellem eos, quorum virtute, consilio, felicitate maximis periculis servitutis atque interitus liberati sumus. Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non imperator appellaretur, aut minimis rebus gestis aut plerumque nullis? Quam ob rem aut supplicatio ab eo, qui ante dixit, decernenda non fuit, aut usitatus honos pervulgatusque tribuendus iis, quibus etiam novi singularesque debentur. V. 12. An si quis Hispanorum aut Gallorum aut Threcum mille aut duo milia occidisset, eum hac consuetudine, quae increbuit, imperatorem appellaret senatus: tot legionibus caesis, tanta multitudine hostium interfecta — hostium dico? ita, inquam, hostium, quamvis hoc isti hostes domestici nolint — clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorium nomen adimemus? Quanto enim honore, laetitia, gratulatione in hoc templum ingredi debent illi ipsi huius urbis liberatores, cum hesterno die propter eorum res gestas me ovantem et prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit? 13. Is enim demum est mea quidem sententia iustus triumphus ac verus, cum bene de re publica meritis testimonium a consensu civitatis datur. Nam sive in communi gaudio populi Romani uni gratulabantur, magnum iudicium, sive uni gratias agebant, eo maius, sive utrumque, nihil magnificentius cogitari potest.

Tu igitur ipse de te? dixerit quispiam. Equidem invitus, sed iniuriae dolor facit me praeter consuetudinem gloriosum. Nonne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam bene merentibus non referri? Etiam in eos, qui omnes suas curas in rei publicae salute defigunt, † impetus crimen [invidiaque] quaeretur? 14. Scitis enim per hos dies creberri-

---

1. *supplicatione iustissima* t — *his* b v — *literis* v — 3. *cum non uni sed tribus* a: *cum non uni de tribus* b; *cũ unus etribus* t; *cum uni e tribus* v; *communiter* (om. *tribus*) i; *communiter tribus* 1 cod. Ferrarii et O — *dicibus* t — 4. *imperatores* om. a b t v, in quibus nota *impp.* ante *appellem* videtur absorpta esse. — 5. *uirtute et consilio* i; *consilio uirtute* v — *feliciter* i — 6. *cui*] *cum* a v — 7. *imp.* t — 8. *duxit* t — 9. *his* b v — 10. *singulares* a t; *et singulares* i — *An* Muretus et b: *at* rell. mei. — 11. *Threcum* t v: *Thracum* a b i O — *mille*] *unum* b — *millia* O — *eum* Muretus: om. b; *unum* a t v (fort. ex *illum*, ut est in Oxon. v); *non eum* i — *haec* a — 12. *increpuit* a (nullus ex meis *increbruit* habet) — *imp. appellare* t — 13. *tanta uirtute hostium* t — *hostium dico? ita, inquam* 2 codd. (?) Ursini: *dico ita inquam* a b t v; *dico inquam* i; *ita inquam* (om. *hostium dico?*) O cum Garat. — 14. *hostes isti* a — 15. *supplicationum honorem* a b, ut coni. Ferrarius: *supplicationem bonorum* t v; *supplicationis honorem* i — *imperatorum* i — 17. *eos* t — 19. *reduxit* a; *dom. i. red.* om. i — *enim* om. i — 21. *meritus* v — 22. *siue uni* a b t v: *uni* om. i O — 23. *aiebant* v — *cogitari* b: *excogitari* a i t v O; cf. Bake ad Cic. legg. p. 451. — 25. *ipse* om. i — *equidem* b: *et quidem* mei rell. et O — 26. *dolor facit me* a b: *dolore ac me* t v; *dolore aio me* i — *propter* i — 27. *ab omnibus* t v — *referre* a b v; *ferre* t — 28. *in omnes qui eos* b — *curas suas* v — *salutem* a t v; at v. or. VII, § 5. — *definguntur* v — *impetus crimen queretur* t; *impetus crimen inuidia quaeretur* a b; om. i v, qui p. 1403, 2 habent *in aliquemne in peius crimen inuidia quaererctur* (*queratur* i) *credo* cet.; *crimen invidiaque quaeretur* O (1) cum Faërno; *impetus, crimen invidiaque quaeretur* O (3), quod vereor ut sic dici potuerit; fort. *inpietatis crimen* (vel *crimen invidiaque*, nisi potius *invidia* glossema est) *quaeretur*, ut saepe in his orationibus hostes rei publicae *impii cives* nominantur.

mum fuisse sermonem, me Parilibus, qui dies hodie est, cum fascibus descensurum. In aliquem credo hoc gladiatorem aut latronem aut Catilinam esse collatum, non in eum, qui ne quid tale in re publica fieri posset effecerit. An ego, qui Catilinam haec molientem sustulerim, everterim, afflixerim, ipse exsisterem repente Catilina? Quibus auspiciis istos fasces augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem? Quemquamne fuisse tam sceleratum qui hoc fingeret, tam furiosum qui crederet? Unde igitur ista suspicio vel potius unde iste sermo? VI. 15. Cum, ut scitis, hoc triduo vel quadriduo tristis a Mutina fama manaret, inflati laetitia atque insolentia impii cives unum se in locum, ad illam curiam, partibus potius suis quam rei publicae infelicem, congregabant. Ibi cum consilia inirent de caede nostra partirenturque inter se, qui Capitolium, qui rostra, qui urbis portas occuparent, ad me concursum futurum civitatis putabant. Quod ut cum invidia mea fieret et ut cum vitae etiam periculo, famam istam fascium dissipaverunt; fasces ipsi ad me delaturi fuerunt. Quod cum esset quasi mea voluntate factum, tum in me impetus conductorum hominum quasi in tyrannum parabatur; ex quo caedes esset vestrum omnium consecuta. Quae res patefecit, patres conscripti, sed suo tempore totius huius sceleris fons aperietur. 16. Itaque P. Apuleius tribunus pl., meorum omnium consiliorum periculorumque iam inde a consulatu meo testis, conscius, adiutor, dolorem ferre non

---

1. *me*] *ne* t v — *Parilibus* t (de quibus v. Fest. p. 237. Plin. N. H. XVIII, 25, 66. XIX, 5, 24): *per idus quintiles* (*quintilis* a) a b i v; *pridie Vinalia* O cum Ferrrario, qui etiam *postridie Palilia* proposuerat. Lectionem a nobis receptam firmat Pseudo-Cornutus ad Pers. Sat. I, 72 p. 264 ed. Iahnii: *Si Palilia dicit, diem dicit sacram in honorem Iliae, quae peperit Remum et Romulum, quorum mentionem sacrificiorum Cicero in Philippicis sic commemorat.* (Locus ipse intercidit.) Emendatio, quam cod. Tegernseensis suppeditavit, loco quoque epistolae ad M. Brutum I, 3, 2 stabilitur, ubi contio, quae pridie habita Ciceronique gratulatio facta est (v. supra § 12 sq.), *XII Cal. Mai.* fuisse dicitur; Parilia autem postero die sive *XI Kal. Mai.* celebrabantur, qui dies urbis Romae natalis habebatur; v. Plinii Nat. Hist. XVIII, 66, § 247. — *qui* bis habet t — 2. *discensurum* t — *in* om. i v; de lectione post *aliquem* in i v conf. supra ad p. 1402, 28. — *hoc* om. t — *in gladiatorem* i — 3. *conlatum* scripsi: *consulatum* t; *consultatum* b; *consultum* i O; *consulum* v; *confictum* a, ut coni. Muretus. — *nonne in* t; *non eum* b — 4. *posse* t; *possit* i — *an ego* Faërnus: *an ut ego* mei et O; est tamen *ut* in t sup. lin. sed pr. m. — *talinam* t — *hoc* i — 5. *adfixerim* a — *exsisterem* Manutius: *extiterim* mei — *istoc facis* t — 6. *quatinus* a b t — *tarderem* t — *quemquamne* a, ut coni. Ferrarius (coll. p. Rosc. Com. § 4): *quaequam ne* (*nō* corr.) b; *quamquam nec* t v; *quanquam opinor nec* i — 7. *furiosum*] *fuit* t, fort. ex *fatuum* — *qui hoc crederet* v — 8. *unde* post *potius* om. i — 9. *vel*] *uel fusum* t; *uel susum* (*susum* punctatum) b; fort. ex *uel summum* — *quadriduū* t; *quatriduo* mei rell. et O — 10. *illam furiam* a b[1] — 11. *partibus* Klotz: *iuris* (vel *uiris*) t; *uiribus* a b i O, sed hic cum crucis signo. Coniecerunt alii *civibus, victoribus, rebus* (sic H. Waardenburg in *Opusc. orat.* Harlemi 1812 p. 163 et post eum Ravius in *Var. Lectt.* I, p. 32.) — *sui* t — *p. r.* i — 12. *consilia* a b t v: *consilium* i O — 13. *rostra* Faërnus: *hostia* mei; *Ostiam* A. W. Zumpt in *comment. de Cic. ad Brut.* cet. *epist.* (Berol. 1845) p. 31, not. 2. — 13. *occuparint* t — *futurum* om. t — 14. *cum* om. i — *ea* t — *et ut* a: *ut* t; *et* i v O; *et -- fuerunt* om. b[1] — 15. *ista* t — *dissipauerint* t — *fascis* t — *delati* v — 16. *quod* om. v; *sed* t — *in me* om. i — 18. *uestrum omnium* a b i t (*omnia* b): *omnium uestrum* v O — *patefecit* mei (sed b[1] *patefeci*): *patescit* O cum codd. Ferrarii. «*quae* est accus. neutr. plur.; haec consilia adversariorum omnia res ipsa, id quod actum est, manifestavit. Vulgo *patescit* et contra Cic. consuetudinem et prava sententia.» Orelli (3). — 19. *sed*] *quod* i — *totius* b: *totiusque (totiusq.)* a i t v, ut aliquid excidisse videatur. — *aperiretur* t — 20. *P.* om. a i — *apuleius* a b t v: *App.* i O — 21. *tam* t — *inde a cons.* a b: *in cons.* t; *inde quam a cons.* i v — *et adi.* i.

potuit doloris mei: contionem habuit maximam populo Romano unum atque idem sentiente. In qua contione cum me pro summa nostra coniunctione et familiaritate liberare suspicione fascium vellet, una voce cuncta contio declaravit nihil esse a me umquam de re publica nisi optime cogitatum. Post hanc habitam contionem duabus tribusve horis optatissimi nuntii et litterae venerunt: ut idem dies non modo iniquissima me invidia liberarit, sed etiam celeberrima populi Romani gratulatione auxerit.

17. Haec interposui, patres conscripti, non tam ut pro me dicerem — male enim mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus —, quam ut quosdam nimis ieiuno animo et angusto monerem, id quod semper ipse fecissem, uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent. Magnus est in re publica campus, ut sapienter dicere Crassus solebat, multis apertus cursus ad laudem. VII. Utinam quidem illi principes viverent, qui me post meum consulatum, cum iis ipse cederem, principem non inviti videbant! Hoc vero tempore in tanta inopia constantium et fortium consularium quo me dolore affici creditis, cum alios male sentire, alios nihil omnino curare videam, alios parum constanter in suscepta causa permanere sententiamque suam non semper utilitate rei publicae, sed tum spe, tum timore moderari? 18. Quod si quis de contentione principatus laborat, quae nulla esse debet, stultissime facit, si vitiis cum virtute contendit: ut enim cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur. Tu, si ego de re publica optime sentiam, ut me vincas, ipse pessime senties? aut, si ad me bonorum concursum fieri videbis, ad te improbos invitabis? Nollem, primum rei publicae causa; deinde etiam dignitatis tuae. Sed si principatus ageretur, quem numquam expetivi, quid tandem mihi esset optatius? ego enim malis sententiis vinci non possum, bonis forsitan possim et libenter. 19. Haec populum Romanum videre, animadvertere, iudicare quidam moleste ferunt. Poteratne fieri ut non proinde homines de quoque, ut quisque mereretur, iudicarent? Ut enim de universo senatu populus Romanus verissime iudicat, nullis rei publicae temporibus hunc ordinem firmiorem aut fortiorem fuisse, sic de uno quoque nostrum et maxime, qui hoc loco sententias dicimus, sciscitantur omnes, avent audire quid quisque senserit: ita de quoque, ut quem-

---

1. *contentionem* t v — 2. *contentione* t — *me* om. a — *nostra* om. i — 3. *liberalē* t — *suspicionem* v; *suspitione* i — *una voce* om. a — 4. *coniuncta* t v; *iuncta* a — 5. *contentionem* a t v — *tribus ñ oris* t — 6. *iniq. me* a b v t: *me iniqu.* i O — 7. *liberaret* mei — *congratulatione* v — 9. *tam* om. v; *iam* t — *dicerem* Naugerius: *dixerim* codd. et O (etiam a, de quo Orelli in orr. sell. falsum retulit); cf. ad p. 1403, 5. — 10. *dissentione* v — 11. *quodam* t v — *memorem* v — 12. *ego semper* (om. *ipse*) i — 14. *dicerē* t — fort. *L. Crassus* — *solebat Crassus* i — 15. *illi quidem* t — 16. *his* a v; om. t — *crederem* a — 19. *parum* om. v — 20. *non propter utilitatem* i — *sed tum spectum* t; *sed conspecto* a b i v; *sed cum spe tum* O — 21. *laboraret* i — *quae*] *quod* t — 22. *facit nisi si virtus cum v.* i — 23. *in uiribus* v — 25. *aut*] *nam* t — *bonorum ad me* t — *incursum* a — 26. *nollem* mei: *nolim* O cum cod. Huydec. — *deinde*] *de* t — 27. *si* om. t — *qui tandem* i — 28. *esset* om. t — *optabilis* i — 29. *possum* t — *haec .r. p. uidere animaduertite* t — 30. *proinde* t: *perinde* rell. mei et O — 31. *de* Ferrarius: om. mei — *ut quis* t — *meretur* a — 32. *senatu dicam p. r.* v — 33. *aut* a b i t: *atque* v O — 34. *suscitantur* t v — 35. *quod* t i — *de quoque* b t: *de unoquoque* a i v O — *quique* t.

que meritum arbitrantur, existimant. 20. Memoria tenent me ante diem XIII Kalendas Ianuarias principem revocandae libertatis fuisse; me ex Kalendis Ianuariis ad hanc horam invigilasse rei publicae; meam domum measque aures dies noctesque omnium praeceptis monitisque patuisse; meis litteris, meis nuntiis, meis cohortationibus omnes, qui ubique essent, ad patriae praesidium excitatos; meis sententiis a Kalendis Ianuariis numquam legatos ad Antonium; semper illum hostem, semper hoc bellum, ut ego, qui omni tempore verae pacis auctor fuissem, huic essem nomini pestiferae pacis inimicus. 21. Idem P. Ventidium, cum alii † tr. pl. uolusenum, ego semper hostem. Has in sententias meas si consules discessionem facere voluissent, omnibus istis latronibus auctoritate ipsa senatus iam pridem de manibus arma cecidissent. VIII. Sed, quod tum non licuit, patres conscripti, id hoc tempore non solum licet, verum etiam necesse est, eos, qui re sunt hostes, verbis notari, sententiis nostris hostes iudicari. 22. Antea cum hostem ac bellum nominassem, semel et saepius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt: quod in hac causa iam fieri non potest. Ex litteris enim C. Pansae A. Hirtii consulum, C. Caesaris pro praetore, de honore dis immortalibus habendo sententias dicimus. Supplicationem modo qui decrevit, idem imprudens hostes iudicavit: numquam enim in civili bello supplicatio decreta est. Decretam dico? ne victoris quidem litteris postulata est. 23. Civile bellum consul Sulla gessit; legionibus in urbem adductis quos voluit expulit, quos potuit occidit: supplicationis mentio nulla. Grave bellum Octavianum insecutum est: supplicatio Cinnae nulla victori. Cinnae victoriam imperator ultus est Sulla: nulla supplicatio decreta a senatu. Ad te ipsum, P. Servili, num misit ullas collega litteras de illa calamitosissima pugna Pharsalia? num te de supplicatione voluit referre? Profecto noluit. At misit postea de Alexandria, de Pharnace: Pharsaliae vero pugnae ne triumphum quidem egit. Eos enim cives pugna illa sustulerat, quibus non modo vivis, sed etiam victoribus incolumis et florens civitas esse posset. 24. Quod idem contigerat superioribus bellis

---

2. *XIII.* Ferrarius: *XIIII.* mei; cf. Garat. ad h. l. — *principem -- Kal. Ian.* om. t — 3. *uigilasse* i — 4. *noctesque* t: *noctes* a; *et noctes* b i v O — *monimentisque* v — 5. *meisque coh.* i — *adessent* v — 6. *ad Kal. Ian.* i — 7. *ad* om. b[1] — 9. *P.* Ferrarius: *.r.* t, *R.* v; om. a b i O (*item praetorem V.* coni. Orelli in ed. pr.) — *cum aliis .tr. pl. uolusenũ. ego* t; *cum alii p. r. t. r.* (*.p. t. r. p.* a) *uolusenum ego* a b; *cum alii tr. pl. uoluissent num ego* i v; *cum alii tribunum pl. vocavissent, non ego* Faërnus; *cum alii praetorem, non ego* Garatoni coll. or. XII, § 17; *cum alii praetorem, tribunum Volusienum, ego* Orelli (3), cui coniecturae iam verborum ordo ratioque rhetorica refragatur. — 10. *inter* a — 11. *si consules* Manutius: *si .gg.* t; om. a; *si cos. (coss.) design. (designati)* b i v et codd. plerique. — 12. *de manibus arma de manibus* t — 13. *non* ante *lic.* om. v — *id*] *in* t; *ad* a — 14. *hostes sunt* v — *uerbi* t — 15. *ac* t: *aut* rell. mei et O — 17. *fieri iam* a b v — 18. *hirti* b — *pro pr.* i; *propter* (per comp.) *retore* t; *praetore* a v — *dis* b v: *diis* O — *inm.* a — 19. *dicimus* a b t: *diximus* i v O — *supplicacione* a; *supplicationes* b — 20. *inpr.* a — 21. *decreta* maluit Faërnus, ut est in 2 Oxonn.; at cf. p. 1259, 20. — *quidem* om. a — 22 et 25. *sylla* mei — 23. *nulla uictoris. graue* i — 24. *Octauii* i, at v. de nat. deor. II, § 14.— *insecutus* a t v — *cynnae* t v — *uictori* t: *uictoris* rell. mei et O; cf. §§ 11. 24 et saepe alias. — 26. *Servili num* a b: *seruilium* i t v — 27. *calamitosa* i — *Pharsalia* nos: *parsalie* a b t v; *pharsalie* i; *Pharsalica* O; v. ad or. II, § 39. — *referre ferre* a v — 28. *pharnaco* b — *Pharsaliae* a b i t: *Pharsalicae* v O — 30. *uictoribus sed etiam uiuis* i — *et incolumis* i O — 31. *idem*] *id* a t.

civilibus. Nam mihi consuli supplicatio nullis armis sumptis non ob caedem hostium, sed ob conservationem civium novo et inaudito genere decreta est. Quam ob rem aut supplicatio re publica pulcherrime gesta postulantibus nostris imperatoribus deneganda est, quod praeter A. Gabinium contigit nemini, aut supplicatione decernenda hostes eos, de quibus decernitis, iudicetis necesse est. IX. Quod ergo ille re, id ego etiam verbo, cum imperatores eos appello: hoc ipso nomine et eos, qui iam devicti sunt, et eos, qui supersunt, hostes iudico, cum victores appello imperatores. 25. Quo modo enim potius Pansam appellem? etsi habet honoris nomen amplissimi. Quo Hirtium? Est ille quidem consul, sed alterum nomen beneficii populi Romani est, alterum virtutis atque victoriae. Quid? Caesarem, deorum beneficio rei publicae procreatum, dubitemne appellare imperatorem? qui primus Antonii immanem et foedam crudelitatem non solum a iugulis nostris, sed etiam a membris et visceribus avertit. Unius autem diei quot et quantae virtutes, di immortales, fuerunt! 26. Princeps enim omnium Pansa proelii faciendi et cum Antonio confligendi fuit: dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore. Cuius si acerrimum impetum cohibere Pansa potuisset, uno proelio confecta res esset. Sed cum libertatis avida legio effrenatius in aciem hostium irrupisset ipseque in primis Pansa pugnaret, duobus periculosis vulneribus acceptis sublatus e proelio rei publicae vitam reservavit. Ego vero hunc non solum imperatorem, sed etiam clarissimum imperatorem iudico: qui cum aut morte aut victoria se satis facturum rei publicae spopondisset, alterum fecit, alterius di immortales omen avertant! X. 27. Quid dicam de Hirtio? qui re audita e castris duas legiones eduxit incredibili studio atque virtute, quartam illam, quae relicto Antonio se olim cum Martia legione coniunxit, et septimam, quae constituta ex veteranis docuit hoc proelio militibus iis, qui Caesaris beneficia servassent, senatus populique Romani carum nomen esse. His viginti cohortibus, nullo equitatu, Hirtius ipse aquilam quartae legionis cum inferret, qua nullius pulchriorem speciem imperatoris accepimus, cum tribus Antonii legionibus equitatuque conflixit hostesque nefarios,

---

1. *sumptis* om. t — 3. *supplicio* a — *r. p. pulch. gesta* t: *ob r. p. pulch. gestas* a v; *ob res .r. p. pulch. gestas* b; *ob rem p. pulch. gestam* O; *ob conseruationem rei p. pulcherrime* i; cf. p. 693, 20. — 4. *nostris* a b t v: *uestris* i O — *imperatoribus* t v: *imp̃. p.* a b (ortum ex compendio *im͠pp.* cf. ad v. 7 et p. 1407, 14); *imperatoribus publice* i; *imp. patres conscr.* O cum Oxon. v — *A.* t: *ea* a b; om. i v O — *gabium* v — 5. *supplicatio est d.* i — *decreta* v — *hostes* - - *qui supersunt* om. i — 6. *etiam ego* a — 7. *imp̃. p. eos* a — 8. *qui super* t — verba *cum* - - *imperatores* Ferrario ex glossemate adiecta videbantur; defendere conatus est Wopkens in lectt. Tull. I, 9, p. 55. — 9. *quo mo ergo potius* t — 10. *nomen ampl.* mei: *ampl. nomen* O — *quo modo* coni. A. Augustinus — *hyrcius* t — *est enim ille* i — 11. *p. r. est* t v: *pp. r. est* b (*o* supra); *pōp. p. r. est* a; *est .p. r.* i O — 12. *beneficia* t — 13. *Antonii* v post *crudel.* habet — *inmanem* a; *immane* t — 14. *sed iam* b — 15. *auertit*] hic deficit t, sequente quaternione octo foliorum deperdito; *auertitur* b, sed *ur* punct. — *quod et quartae* a — *di* v: *dii* O — 17. *confliendi* a — aut *Martia* delendum aut *Pansa* post *imperatore* addendum videbatur Ferrario; at v. Garat. ad h. l. — 18. *Pansa* mei: om. O — 19. *res* om. v — 20. *inrupisset* a; *irripuisset* b — *pugnare* b[1] — 21. *e*] *a* a v — *reseruauit* b i: *seruauit* a v — 24. *di* v: *dii* O — 26. *quartam enim illam* a — 28. *hoc* mei: *illo* O — *militibus* om. a — *his* b v — 30. *legioni* v — 31. *qua* b v: *quia* a i.

huic Iovis optimi maximi ceterisque deorum immortalium templis, urbis tectis, libertati populi Romani, nostrae vitae sanguinique imminentes prostravit, fudit, occidit, ut cum admodum paucis nocte tectus, metu perterritus, princeps latronum duxque fugerit. O solem ipsum beatissimum, qui, antequam se abderet, stratis cadaveribus parricidarum cum paucis fugientem vidit Antonium! 28. An vero quisquam dubitabit appellare Caesarem imperatorem? Aetas eius certe ab hac sententia neminem deterrebit, quando quidem virtute superavit aetatem. Ac mihi semper eo maiora beneficia C. Caesaris visa sunt, quo minus erant ab aetate illa postulanda: cui cum imperium dabamus, eodem tempore etiam spem eius nominis deferebamus; quod cum est consecutus, auctoritatem decreti nostri rebus gestis suis comprobavit. Hic ergo adolescens maximi animi, ut verissime scribit Hirtius, castra multarum legionum paucis cohortibus tutatus est secundumque proelium fecit. Ita trium imperatorum virtute, consilio, felicitate uno die locis pluribus res publica est conservata. XI. 29. Decerno igitur eorum trium nomine quinquaginta dierum supplicationes: causas, ut honorificentissimis verbis consequi potuero, complectar ipsa sententia.

Est autem fidei pietatisque nostrae declarare fortissimis militibus quam memores simus quamque grati. Quam ob rem promissa nostra atque ea, quae legionibus bello confecto tributuros nos spopondimus, hodierno senatus consulto renovanda censeo; aequum est enim militum, talium praesertim, honorem coniungi. 30. Atque utinam, patres conscripti, civibus omnibus solvere nobis praemia liceret! quamquam nos ea, quae promisimus, studiose cumulata reddemus. Sed id quidem restat, ut spero, victoribus, quibus senatus fides praestabitur: quam quoniam difficillimo rei publicae tempore secuti sunt, eos numquam oportebit consilii sui paenitere. Sed facile est bene agere cum his, a quibus etiam tacentibus flagitari videmur: illud admirabilius et maius maximeque proprium senatus sapientis est, grata eorum virtutem memoria prosequi, qui pro patria vitam profuderunt. 31. Quorum de honore utinam mihi plura in mentem venirent! duo certe non praeteribo, quae maxime occurrunt: quorum alterum pertinet ad virorum fortissimorum gloriam sempiternam, alterum ad leniendum maerorem et luctum proximorum. XII. Placet igitur mihi, patres conscripti, legionis Martiae militibus et

---

1. *Iovis opt. max.* Muretus: *ioui .m.* i; *iouim* a; *ioui marti* v; *ioui* cum ras. post hoc voc. b — 2. *liberato* a b v — *pop. R.* om. v; *p. r.* a b — 4. *ipsẽ ipsũ* a — 5. *quante quam* a — 6. *uidi* a — 7. *Caesarem* om. a v — 8. *sperauit* a — 9. *ea maiora* i — 10. *dabamus* om. v — *eodem in tempore* b — *etiam* codd. Ferrarii: *et* mei — 11. *eius nominis* mei: *nominis eius* O — *esset consec.* malim — 12. *nostri decreti* i O — *adul.* a — 14. *imperatorum* a: *imp. p.* (pro *impp.*) b; *triumphatorum* v (pro *trium impp.*); *imperatorum populi Romani* (*p. r.* i) O i; at v. § 37. — 15. *una* v — 17. *ut* a b v: *quas ut* i — 18. *potuero* b v: *potero* a i O — 20. *sumus* a b i v — 22. *reuocanda* a — 24. *quanquam* v — 25. *ea quae nos* i — *promissimus* a — *cumulata* Naugerius: *quam multa* a b; *quamquam multa* v; *multa* i; *cumulateque* Lamb.; fort. *atque cumulate*, cf. § 35. — 26. *praestabitur* a b: *praestatur* i v O — *quam quoniam* Orelli: *quamquam* b¹; *quamquam id* a b²; *quanquam id* i; *quanquam idem* v; *quam quidem cum* Ferrarius; *quam quum* ed. Or. (*quam quum -- secuti sint* Ernesti) — 28. *penitere* a i v — *cum his* a b v: *cum iis* i O — *etiam a quibus* i — 29. *uidemur* a b v: *videbimur* i O — 30. *est*] *et* b — *g͠re* (i. e. *gratie*) *horum virtutem* b; *gratiarum* (*gratarum* v) *uirtutem* a i v — 31. *fuderunt* v — 33. *fort. uirorum* v.

eis, qui una pugnantes occiderint, monumentum fieri quam amplissimum. Magna atque incredibilia sunt in rem publicam huius merita legionis. Haec se prima latrocinio abrupit Antonii, haec tenuit Albam, haec se ad Caesarem contulit; hanc imitata quarta legio parem virtutis gloriam consecuta est. Quarta victrix desiderat neminem: ex Martia nonnulli in ipsa victoria conciderunt. O fortunata mors, quae naturae debita pro patria est potissimum reddita! 32. Vos vero patriae natos iudico: quorum etiam nomen a Marte est, ut idem deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur. In fuga foeda mors est, in victoria gloriosa: etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. Illi igitur impii, quos cecidistis, etiam ad inferos poenas parridii luent: vos vero, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti. Brevis a natura vita vobis data est, at memoria bene redditae vitae sempiterna. Quae si non esset longior quam haec vita, quis esset tam amens qui maximis laboribus et periculis ad summam laudem gloriamque contenderet? 33. Actum igitur praeclare vobiscum, fortissimi, dum vixistis, nunc vero etiam sanctissimi milites, quod vestra virtus neque oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum sepulta esse poterit, cum vobis immortale monumentum suis paene manibus senatus populusque Romanus exstruxerit. Multi saepe exercitus Punicis, Gallicis, Italicis bellis clari et magni fuerunt, nec tamen ullis tale genus honoris tributum est. Atque utinam maiora possemus, quando quidem a vobis maxima accepimus! Vos ab urbe furentem Antonium avertistis; vos redire molientem reppulistis. Erit igitur exstructa moles opere magnifico incisaeque litterae, divinae virtutis testes sempiternae, numquamque de vobis eorum, qui aut videbunt vestrum monumentum aut audient, gratissimus sermo conticescet. Ita pro mortali conditione vitae immortalitatem estis consecuti.

XIII. 34. Sed quoniam, patres conscripti, gloriae munus optimis et fortissimis civibus monumenti honore persolvitur, consolemur eorum proximos, quibus optima est haec quidem consolatio: parentibus, quod tanta rei publicae praesidia genuerunt; liberis, quod habebunt domestica exempla virtutis; coniugibus, quod iis viris carebunt, quos laudare quam lugere praestabit; fratribus, quod in se ut corporum, sic virtutis similitudinem esse confident. Atque utinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris consultisque possemus vel aliqua talis iis adhiberi pu-

---

1. *occiderint* a b v: *occiderunt* i O — 2. *sunt* om. a — *in r. p.* a i — 3. *primo* b v — *antoni* b — 4. *hac imitata* a — 5. *ex*] *et* v — 7. malim *sit pot. reddita*; cf. tamen § 27 extr. — *nos* v — 8. *decus* v — *nos* v — 10. *pugnerari* a — 11. *lucent* a — 13. *a natura*] *autem* i — *uita uobis* b v: *nobis vita* a i O — 14. *haec*] ē (vel c̃) b — 15. *esse* b[1] — *ad laudem gloriamque summam* v — 17. *etiam* om. i — 18. *neque* a b v: *nec* i O — *nunc* om. i; v. de imp. Cn. Pomp. § 27. — 19. *sepulta* a b: *insepulta* i v O — *inmort.* a — 20. *multis* a v[1] — 21. *puniciis* b — 23. *ad urbem* b[1] — 24. *reppulistis* i: *repul.* O — 25. *latere* v (pro *literae*, ut v habere solet) — 26. *aut qui* i — *nostrum* a — 28. *condicione* a v — *inmort.* a — 29. *minus* b — 30. *monumento* v — *consulemur* a — 31. *quidem haec est* a — 32. *habebant* a — 33. *his* b v, *is* a — 34. *virtutis* b: *virtutum* a i v O — 35. *confidunt* a v — *hiis* b — *abstergere sentenciis nostris atque consultis fletum* b — 36. *iis* a: *his* b i v O. Cf. Madvig. Opusc. I, p. 508. — *adhiberi publice* mei: *publ. adhiberi* O.

blice posset oratio, qua deponerent maerorem atque luctum gauderentque potius, cum multa et varia impenderent hominibus genera mortis, id genus, quod esset pulcherrimum, suis obtigisse, eosque nec inhumatos esse nec desertos, quod tamen ipsum pro patria non miserandum putatur, nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus atque muneribus eaque exstructione, quae sit ad memoriam aeternitatis ara Virtutis. 35. Quam ob rem maximum quidem solacium erit propinquorum, eodem monumento declarari et virtutem suorum et populi Romani pietatem et senatus fidem et crudelissimi memoriam belli: in quo nisi tanta militum virtus exstitisset, parricidio M. Antonii nomen populi Romani occidisset. Atque etiam censeo, patres conscripti, quae praemia militibus promisimus nos re publica recuperata tributuros, ea vivis victoribusque cumulate, cum tempus venerit, persolvenda: qui autem ex iis, quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, coniugibus, fratribus eadem tribuenda censeo.

XIV. 36. Sed, ut aliquando sententia complectar, ita censeo: Cum C. Pansa, consul, imperator, initium cum hostibus confligendi fecerit, quo proelio legio Martia admirabili incredibilique virtute libertatem populi Romani defenderit, quod idem legiones tironum fecerint, ipseque C. Pansa, consul, imperator, cum inter media hostium tela versaretur, vulnera acceperit: cumque A. Hirtius, consul, imperator, proelio audito, re cognita, fortissimo praestantissimoque animo exercitum castris eduxerit impetumque in M. Antonium exercitumque hostium fecerit eiusque copias occidione occiderit, suo exercitu ita incolumi, ut ne unum quidem militem desiderarit: 37. cumque C. Caesar, pro praetore, imperator, consilio diligentiaque sua castra feliciter defenderit copiasque hostium, quae ad castra accesserant, profligarit occiderit: ob eas res senatum existimare et iudicare eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio, gravitate, constantia, magnitudine animi, felicitate populum Romanum foedissima crudelissimaque servitute liberatum; cumque rem publicam, urbem, templa deorum immortalium, bona fortunasque omnium liberosque conservarint dimicatione et periculo vitae suae, uti ob eas res bene, fortiter feliciterque gestas C. Pansa A. Hirtius consules, imperatores, alter ambove, aut, si aberunt, M. Cornutus praetor urbanus supplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulvinaria constituat: 38. cumque virtus legionum digna clarissimis imperatoribus exstiterit,

---

1. *consolatio* malebat Burmannus secundus. — 3. *est* i — *suis* om. i — 6. *extructione* a i v — 7. *quidem maximum* a b v — 8. *solacium* a v: *solatium* O — *erit* om. a b; fort. scribendum est: *Quam ob rem erit illud quidem maximum solacium* cet. — 9. *et p. r. pietatem* b: *et etatem* i; *et pietatem* a v O — 10. *militum nisi tanta* b — *antoni* b; *antonio* a — 11. *nomen r. p.* a — *patres -- re publ.* om. a — 12. *p. r.* v — 13. *uenit* b[1] — 14. *ex his* b v — 15. *eadem* om. i — 16. *ut*] *ut si* a — fort. *sententiam* — *complectat* b — 18. *R. P.* v — 19. *defenderet* i pr. m. — 20. *cum in media* a — 21. *A.* om. a — *audito et cognito* i — 22. *praesentissimoque* Ursinus — *et exercitum* a — 23. *eius* a — 24. *occidione* Ferrarius et b: *occisione* a i v — 25. *desiderarit* a b: *desideraverit* i v O — *Caesar*] *cōs.* a — *pro praet.* aliquot codd. Ferrarii: om. mei; Garatonio etiam *pontifex* ante *pro pr.* addendum videbatur, ut est in decreto V, § 46 et 53. — 26. *felicia* a b v — 27. *ad ea castra* Klotz — 30. *crudelissima* b[1] — 31. *inm.* a — 32. *conseruauerint* a — *dim. periculoque* b — *ut* i — 34. *aberint* i v. Cf. ad p. 934, 11. — 35. *constituant* i — 36. *imp. pp. extiterit* b.

senatum, quae sit antea pollicitus legionibus exercitibusque nostris, ea summo studio re publica recuperata soluturum: cumque legio Martia princeps cum hostibus conflixerit, atque ita cum maiore numero hostium contenderit, ut, cum plurimos caederent, caderent nonnulli, cumque sine ulla retractatione pro patria vitam profuderint; cumque simili virtute reliquarum legionum milites pro salute et libertate populi Romani mortem oppetiverint: senatui placere ut C. Pansa A. Hirtius consules, imperatores, alter ambove, si eis videatur, iis, qui sanguinem pro vita, libertate, fortunis populi Romani, pro urbe, templis deorum immortalium profudissent, monumentum quam amplissimum locandum faciendumque curent quaestoresque urbanos ad eam rem pecuniam dare, attribuere, solvere iubeant, ut exstet ad memoriam posteritatis sempiternam scelus crudelissimorum hostium militumque divina virtus; utique, quae praemia senatus militibus ante constituit, ea solvantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, coniugibus, fratribus, iisque tribuantur, quae militibus ipsis tribui oporteret, si vivi vicissent, qui morte vicerunt.

Loci qui a grammaticis ex Philippicis afferuntur nec in iis exstant.

1. Nonius p. 373 ed. Merc. Proiectum, *subtractum. M. Tullius in Philippicis lib. IIII.* quid? hoc senatus consultum fecit ut clam te ex urbe proiceres?

2. Arusianus Messius p. 225 Lind. Deflexit de proposito. *Cic. Philipp. XVI.* Laterensis ne vestigium quidem deflexit.

3. Arusianus Messius p. 225 Lind. Disceptata lis est. *Cic. Philipp. XVI.* Non est illa dissensio disceptata bello.

4. Schol. Bob. ad or. p. Mil. c. 10 Vol. II, p. 286 ed. Or. *Quos nunc vulgo muliones dicimus, eos scilicet, qui iumenta vehiculis subiuncta moderantur et regunt, eos veteres, ut animadvertis, redarios dicebant, muliones autem proprie eos, qui negotiationem lucri sui sausa in huius modi iumentis exercebant: quamvis et in Philippicis* mulionem Ventidium *dixerit*

---

2. *soluturum* b: *resoluturum* codd. rell. noti et O; *persoluturum* Manutius, quod verbum utique in hac re usitatum est; at cum scripserit Cic. § 35 *praemia persolvenda*, idem tamen habet § 30 *solvere praemia*. — *cumque* i: *quod* a b v — 3. *maiori* a b — *hostibus* a v — 4. *ut cum* scripsi: *cum* codd.; *ut* O cum Ferrario — *caderent nonnulli* scripsi: *cadere nonnullos* a b v; *caperent nonnullos* i O — *sine aliqua* v — 5. *retractatione* a b v: *necessitate* i — 7. *optinuerint* a v — 8. *si iis* i; *si his* b v; *his* a; cf. or. V, § 53. — *uidear* a — *his qui* a b — 9. *fortunis* a b: *fortunisque* i v O — *templis* a b v: *templisque* i O — *inm.* a — 11. *curent quaestoresque urbanos* Ferrarius (sed hic *quaestores*; *que* addidit Garatoni): *urbem* codd., quod Muretus in *curent* correxit, nihil praeterea addens; O ut nos, sed *quaestores* (*faciendum* Q. VRB. A. Augustinus) — *contribuere* i — 12. *extent* i — 13. *scelus* b: *ad scelus* a v i O — *diuina uirtus* b: *uirtutem diuinam* a; *divinam virtutem* i v O — *utique* b et Manutius: *utque* a i v O — 14. *ante* om. i — 15. *fratribus iisque* Ferrarius: *fratribus iisque* (*hisque* v) *fratribus* a v; *fratribus* b i; *fratribus, tribuanturque quae* coni. Baiterus — 17. *si vivi vicissent* Ernesti: *si illi uicissent* mei; *si illi vixissent* O cum Naugerio et cod. Scalae — *quo* a, qui deinde *uicerunt* in ras. habet. — 21. *hoc s. c. facit clam te ex urbe proieceris* codd.; correxit C. L. Roth — 24. *XVI* cod. Gud.: *XVII* cod. A. Mai.

eapropter, quod de publico redemerat iumentorum praebitionem, quae esset apud exercitum necessaria. — Schol. ad Iuven. VII, 199 p. 287 ed. Iahn. *Ventidius ex mulione Caesaris dictatoris, ut Tullius in epistolis* [ad Fam. X, 18, 3] *et in Philippicis loquitur, opitulante Antonio et Augusto usque eo provectus est, ut ei crederetur Parthicum bellum.*

---

5. Cf. etiam Plin. nat. hist. VII, c. 43 § 135: *Triumphare P. Ventidium de Parthis voluit quidem* (Fortuna) *solum, sed eundem in triumpho Asculano Cn. Pompei duxit puerum, quamquam Masurius auctor est bis in triumpho ductum, Cicero mulionem castrensis furnariae fuisse, plurimi iuventam inopem in caliga militari tolerasse.* Videndum est ne in or. Phil. XI, § 11, ubi mentio fit Censorini, collegae Ventidii in praetura, colon a verbis *quid Ventidium?* incipiens interciderit; nam etiam in or. XIII, 2, 2. 11, 26. 12, 26 *(duo praetores sine causa diffisi se aliquid habituros)* Ventidius una cum Censorino appellatur, qui iidem significantur in or. XII, § 20 in verbis: *non duo praetores* cet. — His fragmentis praeterea addendus est locus ex Pompei commento artis Donati, quem ad or. XIII, § 43 in adn. crit. attulimus; contra locus, quem significavit scholiastes Persii ad Sat. I, 72, iam inventus est scriptura vulgata in or. Phil. XIIII, § 14 ex cod. Tegernseensi egregie emendata.

[M. TULLII CICERONIS]

ORATIO

PRIDIE QUAM IN EXSILIUM IRET.

RECENSUIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = codex Parisiensis n. 7794 ab Halmio collatus. Vide supra p. 830.
G = codex Gemblacensis, nunc Bruxellensis n. 5345, a me collatus.
E = codex Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum *Varr. lectt. ex cod. Erfurtensi enot.* p. 46 sqq.
S = cod. Erlangensis 38 (20) ab Halmio collatus. Vide C. Halmium *zur Handschriftenkunde der Ciceronianischen Schriften* p. 2 sq.
C = codices nostri omnes.
O = ed. Orelliana a. 1826.

I. 1. Si quando inimicorum impetum propulsare ac propellere cupistis, defendite nunc universi unum, qui, ne omnes ardore flammae occideretis, mei capitis periculo non dubitavi providere. Nam quem virtutis gloria cum summa laude ad caelum extulit, eundem inimicorum invidia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam continetis, nolite eo velle carere, qui carissimam vestram procreationem sibi esse duxit. 2. Est enim liberale officium serere beneficium, ut metere possis fructum: fidei conducit in loco debitum retribuere. Illic enim animi voluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur. Itaque si omnibus grave iugum servitutis esse debet in libertate educatis, sit is vestris animis acceptissimus, qui a vestro corpore iugum acerbissimum reppulit servitutis.

Inscriptio Orationis. *M̄. Tvlli Ciceronis inc̄. pridie qvam in exilivm iret* P; *incipit Oratio M. Tvllii Ciceronis in senatv anteqv͠a pelleretvr in exilivm* G; *Incipit oratio .M. t. Ciceronis pridie quam in exilium iret* E; *Oracio M. T. C. quam fecerat pridie cum a romanis in exilium missus fuerat* S.

1. *propellere ac propulsare* E S — 2. *ardore flammae occideretis* C: *concideretis ardoreque* (*orum* suprascr.) *flammae conflagraretis* O — 3. *dubitavi*] *timui* G — 5. *liberum* P; *libertatis* E S — 7. *dixit* C — 10. *conlaudatur* P — *iugum servitutis* C: *servitutis iugum* O — 11. *is* P²: *in* P¹ G; om. E S — 12. *aceruissimum* P — *reppulit* P G E: *repulit* S O.

3. Et si maiores vestri eos imperatores, qui militum virtute hostium fregerunt furorem, iucundissimo fructu libertatis reconciliato non solum statuis dignos putarunt, sed etiam aeterna triumphi laude decorarunt, tum vos eum consulem, qui non militum praesenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem civium mentem senatus auctoritate vindicavit, existimate vobis retinendum esse in civitate. II. 4. Si, quae beneficia singulis civibus privatimque dantur, ea solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta, iure et merito possum ego vos ad defensionem meae salutis adhortari, quos conservavi universos. Nam neque maius est defendere unum quam populum, neque verius ab singulis quam ab omnibus repetere officii praemium et fructum, propterea quod in unius periculo saepe contentio parva est, ut levis sit labor defensori sustinendus, in rei publicae insidiis, quo firmius est quod oppugnatur, eo paratiores sunt inimici, ut iis nisi magna sollicitudine, industria, virtute non queat resisti. 5. Et singulorum opes saepe sunt tenues et infirmae ad gratiam referendam, ut opitulari bene merentibus nequeant, si maxime cupiant: universorum auxilium plurimum prodest, quo firmioribus opibus est nixum. Iure igitur, quoniam et maior impensa in patriam officii facta est, quam in privata fit defensione, et plus a vobis praesidii quam a ceteris opis ad salutem potest afferri, vos obtestor, quos mihi et debere et posse intelligo opitulari. 6. Non convenit enim, cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad gratiam referendam esse tardiores, ne, cuius amplitudinem et gloriam laude atque honoribus amplificare debeatis, eius incolumitatem et salutem deserendam existimetis. III. Etenim errat, si qui arbitratur M. Tullium idcirco in periculum capitis vocari, quod deliquerit aliquid, quod patriam laeserit, quod improbe vixerit. Non citatur reus audaciae: virtutis reus citatur; non accusatur, quod rem publicam oppugnarit, sed quod homo novus perniciosum nobilium restinxerit furorem. Non obest mihi nocens et turpis, sed honestissime lautissimeque acta vita; non odio bonorum, sed invidia premor malorum. 7. Intelligunt homines, tot et tam praeclaris testimoniis monimentisque virtutis comparatis, M. Tullio, dum sit incolumis, fore voluptati. Idcirco vitam eripere cupiunt, uti cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. Nonne igitur indignum

---

2. *iocundissimo* P G S — 3. *statuis* superscr. m. sec. *imaginibus* P — 4. *eum* om. E S — *consules* E; *cons'* S — 7. *his* P G; *hijs* S — 8. *iure*] *tute* C — 9. *adortari* P — 10. *ab singulis* C: *a singulis* O — 11. *offici* P — *proemium et fructum* P; *fructum et praemium* G E S — 12. *contento parui* E; *contento parua* S — 14. *his* P G; *hijs* S — *nisi* C: *sine* O — 16. *referundam* G — *nequeant* C: *non queant* O — 17. *plurimum* P: *eo plurimum* G E S O — *quo* C: *quod* O — 18. *inpensa* P — 19. *facta* C: om. O — *fit* edd. antiquae: *fuit* C; *sit* O errore, ut videtur. — *a vobis* extra versum a manu recenti addita habet P et ante v. *praesidii* erasae sunt duae litterae, quae fuisse videntur *in,* cum sic exhibeat cod. Bernensis ex Parisiensi descriptus. — 20. *adferri* P — *optestor* P — 21. *intellego* G, item v. 31. — 22. *gratiam ref.* C: *ref. gratiam* O — 23. *referundam* G E — *et* C: *ac* O — 24. *debetis* G — *incolomitatem* E — 25. *si qui arbitratur* P: *si qui arbitrantur* S; *si quis arbitratur* G E O — 26. *iccirco* G, item v. 33. — *periculum capitis* C: *capitis periculum* O — 28. *publicam* om. S — *oppugnarit* C: *vi oppugnarit* O — 29. *restrinxerit* E S — 30. *nocens et turpis* C: *turpis et nocens* O — *lautissimeque* P G S: *laudatissimeque* E (?) O — 32. *monimentisque* G S: *monmentisque* P; *monumentisque* E (?) O — *tullium (tulliũ)* C — 33. *uti* C: *ut* O — 34. *iocunditatis* G S.

est eos praemiis meis invidere, qui virtute certare noluerunt, eos in contentionem venire honoris, qui officiis se superari animo aequissimo tulerunt? Si dulcis est gloria, consequere virtutem; noli abiicere labores, † petere honorem: honorem dico? immo vero famam, fortunas, familiam, liberos, caput, corpus, ipsum denique sanguinem atque animam. Cedo invitus de re publica; cedo oppressus de fortuna, de dignitate; discedo ab re publica victus audacia malorum. 8. Liceat manere, si non illum M. Tullium, custodem urbis, defensorem omnium, patrem patriae, at certe reliquias Tullii; liceat in conspectu civium, in hac urbe, quam ex parricidarum faucibus eripuit, remanere, tecta omnium, fana deorum, universam videre periculi * * civitatem; liceat ex hac flamma evolare, praesertim qui illud impium incendium perditorum hominum lacrimis potius meis quam vestro sanguine restingui malui. Neque enim ego peto ut mihi detis vitam, sed datam repeto ut reddatis. Si meministis quod dedi, non debetis [istis] oblivisci retribuere quod debuistis. IV. 9. Vos, vos obtestor, di immortales, qui meae menti lumina praetulistis, cum consensum exstinxi coniurationis arcemque urbis incendio ac flamma liberavi liberosque vestros a gremio et complexu matrum ad caedem et cruorem non sum passus abstrahi. Num igitur potest fieri a clientibus ut recipiar, cum a quibus debeam retineri reiicere instituant? Socii quo fugiant, cum aditus custodi praeclusus sit? Quo modo spes salutis reliquis residebit, cum civibus praeclusa sit exspectatio incolumitatis? pax et concordia extraneis gignetur, cum domesticis non insideat, sed publice providenti eripiatur? 10. Nam quid ego improborum facta renovem oratione, ut redintegratio illius coniurationis animos vulneret vestros? Auxilium ab alienis efflagitabitis, cum cives deseratis? Sociorum invocem subsidium, cum a civibus interclusum sit praesidium? Quam colere gentem non institui? utrum custos accipiar an ut proditor excludar? si ut conservator, vestra erit ignominia; si ut oppugnator, praecisa erunt omnia. Itaque quod putavi fore gaudium, id exstitit exitio. 11. Si, Quirites, eundem in ceterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, et pro innocentissimo quoque propugnare et nocentissimum quemque oppugnare nobis utilissimum esse arbitraremur; et si cum optimi cuiusque rebus adversis nostram salutem, cum deter-

---

1. *cos in - - tulerunt* om. G — 2. *animo aequissimo* P S: *aequissimo animo* E O — 3. *uirtute* P erasa lineola super litt. *e* — *abicere* C — *laborẽ*⁎ P (lineola videtur a recentiore m.) — 4. *petere* P E S: *pete* G; *perdere* O — *famam*] *formam* E S; vide ad p. 1304, 1. — 7. *ab* P G E: *a* S O — *maiorum* C — 9. *tulli* P — *urbe* om. P G — 11. *periculi* C: *periculo liberatam suo* O; *periculi expertem* Halmius — 13. *uestro sanguine* P: *sanguine uestro* G E S O — 15. *istis obliuisci retribuere* C (sed in P *istis* correctum est in *isti*): *oblivisci: sed retribuere* O — *debuistis* C: *debetis* O — *vos* om. E S — 16. *optestor* P — *di* P: *dii* O — *cum* om. P in rasura. — 17. *extinxi* C — *urbis* om. E S — *incendio* P: *ab incendio* G E S O — 18. *a* C: *e* O — *graemio* P — 19. *Num*] *Non* C — 20. *reicere* C — 21. *fugiant* C: *fugient* O — *custodi* C: *custodi patriae* O — *Quomodo* G: *commodorum* P; *uel commodorum quomodo* E S — 22. *expectatio* P G E — *incolomitatis* E — 23. *gignitur* P — *cum* C: *cum iam* O — 24. *prouidendi reperiatur* P — 25. *redintegratio - - uulneret* C: *redintegratione - - vulnerem* O — 26. *efflagitabitis* C: *efflagitabo* O — *ciues* C: *cives vestros* O — *sociorumque* E S — 28. *gentem* om. E — *non institui* C: *nunc instituam* O — *custos* C: *ut custos* O — 29. *si* C: *sin* O — *praeciosa* S; *praetiosa* P G; *preciosa* E — 30. *gaudiu* G[1]; *gaudio* G[2] — *extitit* C — *exilio* C: *exilium* O — 34. *aduorsis* P G.

rimorum autem secundis nostra pericula putemus coniuncta, frequentes profecto talibus conatis obviam ire nitamur, neque partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia ac multitudine amicorum fulti, cum perfacile existimemus adversariorum vim ac factionem a nobis repelli posse, subito ipsi simili periculo circumventi, in nostro eventu aliorum reminiscentes casus, iure id nobis accidere nequiquam queramur. V. 12. Quis est enim, Quirites, qui, cum inimicorum nostrorum vim ac violentiam perspiciat cumque nostrum periculosissimum casum recognoscat, qui non sibi ac suis diffidat fortunis? Quo enim se satis tutum arbitrabitur praesidio? Virtutis gloria? At ea nos ipsa hoc tempore oppugnat. Multitudine amicorum? † Apparuere fortasse amicos, si in eorum potestate nostra sita salus non est. Paucitate inimicorum? At id non in ipsius, sed in aliorum voluntate positum est. Nam non satis est ne cui iniuriam facias providere, si tamen sunt voluntarii inimici, qui tuis praemiis te oppugnent. 13. Atque adeo cum haec omnia omnibus sunt gravia atque acerba, tum vero nobis misera atque intoleranda, quorum et officia in rem publicam recentissima et incommoda ob rem publicam frequentissima in familia versantur. Nunc si eadem conditio disceptationis proponetur, aequi auditores adhibebuntur, aures non obtunsae criminatione, sed vacuae praebebuntur: qui sunt assecuti summum gradum honoris, non despoliabuntur honore, qui sperant, facilius et proclivius ad laudem nobilitatis pervenient. Quam ob rem nolo me duce supplicii vos ad fraudem deduci, ut ego ad pristinum statum recidam casus. Nunc igitur, si lingua est concertandum, innocentiae virtute fretus supero; si facta compensanda sunt, conferamus aequitatem; si violentiae impetu opprimimur, decedam pro omnibus unus tribunicio furori, quoniam laborem pro cunctis perferre consuevi. VI. 14. Si igitur aliquo tempore iis hominibus consuluistis, quorum animus religione pietatis defunctus est, debetis mihi quoque prospicere, qui numen deorum consecratum sartum ac tectum ab omni periculo conservavi et, vos ut tutam ac tranquillam fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia.

---

1. *autem* P G: *hominum* S O; om. E — *putemus* C: *putaremus* O (*putemus coniuncta* in P sup. lin. manu sec. sed vetere) — 2. *conatis* C: *conatibus* O — *nitamur* C: *niteremur* O — 4. *existimemus* C: *existimaremus* O — *vim* om. E S — 6. *nequiquam* P G S: *nequidquam* O — *queramur* C: *quereremur* O — 7. *est (ẽ) enim* nos: *enim* C; *enim est* O — *qui* C: *qui nunc* O — 8. *ac* P G E: *atque* S O — *cumque* C: *quique* O — *nostrum* C: *nostrûm ipsum* O — 10. *gloria* P: *gloriae* G E S; *et gloriae* O — *At ea nos*] *ante annos* P — *hoc*] *huius* E — 11. *oppugnat* P: *oppugnant* G E S O — *Multitudine amicorum* om. S — *Multitudinem* E — *apparuere fortasse amicos* P: *apparuere fortes se esse amicos* G E S; *Aperuerunt non fortes esse se amicos* O. Fort. *at parũ ẽ fortes esse amicos*; hoc saltem certum est, in prima syllaba verbi *apparuere* latere particulam *at* — 12. *sita salus* E S: *sit* ‖ *assalus* P; *salus sita* G — *paucitate* corr. in *paucitatı* P — 13. *at id* -- *aliorum* om. S — *ad* corr. in *at* P — *in* ante *ipsius* om. P — 15. *praemiis te* C: *te praemiis* O — *oppugnant* G — 16. *sunt* P G¹ E: *sint* G² S O — 20. *obtunsae* (littera *n* expuncta) P: *obtusae* G E S O — 21. *despoliabuntur* P G E: *spoliabuntur* S; *dispoliabuntur* O — 22. *laudem n. peruenient* m. vetere corr. ex *labem n. peruenire* in P — 25. *superero* Nic. Angelius — *conpensanda* G — *uiolentia* P¹ G E S; fort. *violentia impetus* — 26. *decidam* P² — *tribunitio* P — 28. *his* P G; *hijs* S — *hominibus* P: *nominibus* G; *omnibus* E S — *animos* P¹ — *religione pietatis defunctus est* nos: *religioni pictatis defunctus* C; *est religionis pietate defunctus* O — 29. *numen* P: *numini* G E S — 30. *sartum ac tectum* P G: *sartum ac tentum* E S; *sartum tectum* O — *periculo* P G: *piaculo* E S O — 31. *ac tranquillam* C: *tranquillamque* O — *traderetis* P.

Nam me, quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, *cui* virtus contulit laudem, populus tribuit honorem, eundem tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem. Quoniam animadvertistis illam conspirationem conflatam ita esse restinctam, ut nulla scintilla compareat incendii, vos quoque tribuniciam sedate temeritatem: qui nunc se mihi iniquum ostendit, se prius esse vestrum professus est inimicum: ne rei crudelitas experta in me in vos convalescat et calamitas remorata longius serpat ac progrediatur, praecavete. 15. Nunc vel solus delectus ad calamitatem vel primus ad tale evocatus periculum omnium animos iure debeo commovere. Omnia sunt immutata: manus religantur ad demonstrandam iniuriam; lingua inciditur ad deplorandam calamitatem; animus praecluditur ad exponendam rei indignitatem. Humilitatem generis obiiciunt nobis, qui novam rationem suscitant, maiorum obterunt laudes. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis aut in vos scelerate loquar factis? quorum cognita. improbitas me tacente coarguitur turpitudine vitae, ut de iis non sit necesse inimicos praedicare, de quorum scelere ne amici quidem aut ipsi possunt negare. 16. Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas; apud vos loquor de mea calamitate, quos habui semper innocentiae et virtutis meae testes. VII. Igitur ex civitate bene meritus de re publica civis exturbatur? innocens expellitur? consularis homo, non minimis facultatibus usus quondam amicorum, nunc partim ab invidis, partim ab inimicis circumventus indigne? Huic si opem non tuleritis in periculo capitis, vos, credo, retinebitis vestram libertatem, qui neque tantum valetis auctoritate neque tantorum officiorum impensam fecistis in patriam? Mihi credite, hoc in uno incommodum confirmatum multorum infirmabit incolumitatem et, si initio non erit refutatum, impune ad omnium perniciem convalescet. Proinde aut in meo periculo salutem integram praestate communem, aut in vestris hoc idem exspectate incommodum fortunis. 17. Nemo tam perdita auctoritate, tam facinerosa inventus est vita, qui, cum de scelere fateretur, non tamen sententiis prius iudicum convinceretur quam supplicio addiceretur. Ego repente vi tribunicia correptus non modo loquendi libere in iudicio, sed ne consistendi quidem in civitate habeo potestatem. Eiicior non solum sine teste, sine iudice, sed sine crimine,

---

1. *paullo* O — *cui* nos: om. C O — *contulit laudem* C: *extulit ad laudem* O — 2. *populis* E — 3. *quoniam* C: *Et quoniam* O — *aduertistis* E S — 4. *compareat* P: *comparet* G¹ E S; *compareret* G² — 5. *tribunitiam* G — *nunc* E: *non (ñ)* P G S — *mihi inicum* P; *mihi inimicum* G O; *inimicum mihi* E S — 6. *se* E: *sed* P G S — *prius esse uestrum* C: *vestrum prius esse* O — 7. *conualescat calamitas. et remorata* C — 8. *ac* C: *atque* O — *defectus* C — 9. *euocatus* C: *vocatus* O — 10. *debebo* P — *religantur ad demonstrandam* C: *ad demonstrandam religantur* O — 11. *animus* C: *anima* O — 12. *indignationem* G — *generis obiciunt nobis* P² G E S; *genae obisiunt risobis* P¹ — 13. *maiorum* C: *veteres maiorum* O — *obterant* C — 14. *in me pro maledictis* C, sed in P *pro* lineola subducta delendum significatur. — 15. *agnita* G — *turpitudine* G E S: *turpitudone* P¹; *turpitudoque* P² — 16. *his* P G; *hijs* S — 21. *minimis facultatibus usus quondam* C: *facultatibus usus quondam minimis* O — 22. *amicorum* C: *amicorum multorum praesidio munitus* O — *indigne* C: *eget indigne* O — 24. *tantum* P: *tanta* G E S O — 25. *inpensam* P G — *fecistis* nos: *e istis* (superscr. litt. *g* a manu sec.) P; *egistis* G E S O. Cf. p. 1413, 19. — 27. *pernitiem* G — 29. *in nostris* S — *expectate incommodum* C: *incommodum exspectate* O — 30. *facinerosa* P: *facinorosa* G E S O — 34. *eicior* C — *iudice* C: *indice* O — *sed sine crimine, sine accusatore* nos: *sine crimine. sine accusatore* C; *sine crimine, sed sine accusatore* O.

sine accusatore, sine etiam scelere. 18. Hostibus in bello, qui dissident voluntate, dimicant armis, vitam quotidie oppugnant, in ipsa acie cum proeliantur, licet loqui, licet disputare: mihi in pace, civi, qui perditorum hominum fregi furorem, pro fortunis meis apud vos loqui non licebit? Servi, qui ad supplicium verberibus caesi trahuntur, apud eos saepe disputant, quos necare voluerunt: ego consularis apud eos non loquar, quos conservavi? Tacebo, si necesse est; tacebo, inquam, animo aequo, quoniam virtus mea me tacente agit meam causam. VIII. 19. Itaque ut ego in contione mea nihil ponam de meis rebus gestis, tamen in animis memoria vestra largiter relinquam. Isti modo videant, qua ratione hanc meam mutam fugam ferre possint. Etenim si a me, ut isti existimant, Lentuli mortui sordes, si Catilinae notissimus furor, si amentia Cethegi, si luxuries ac stupra Cassii poenas repetunt, profecto istis hora nulla eiecto Tullio vacua a periculo aut exspectatione periculi relinquetur. Ita in dies non meis insidiis, quae nullae a me parantur, sed suorum conscientia scelerum cruciati mihi absenti et populo Romano dabunt poenas. 20. Quas ob res ego inimicorum amentiae cupiditatique paucorum omnium salutis causa decedam, neque in eum ** deducam aut progredi patiar, ut opera mea manus inter vos conseratis caedesque civium inter se fiat, multoque potius ipse patria liberisque meis carebo, quam propter unum me vos de fortunis vestris reique publicae dimicetis. Sic enim ab initio fui animatus, ut non magis mea causa putarem me esse natum quam rei publicae procreatum. 21. Sed illud queror, quod non iam ad unius perniciem, sed ad universorum struitur calamitatem, conqueri, commiserari, dicere, expurgare, suspicionem demovere, crimen diluere non licere, ore oppresso cervices esse praebendas: quae tamen omnia non tam sunt calamitosa, quod mihi sunt subeunda, quam perniciosa, quod in rem publicam sunt introducta. IX. Quam ob rem statutum est atque decretum in his temporibus civitatis omnia perpeti, quae volet furor libidinosus. Vim volunt afferre? praesto sum; eiicere volunt? exeo; indicta causa volunt abire? causam non dico; aliud quippiam conantur? agant: nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod rem publicam tutabitur; non enim victus illis cedo, sed incolumibus vobis me condono. 22. Neque enim mors miseranda est, quae ob rem publicam capitur,

---

2. *cotidie* P G; *cottidie* E S — 5. *uerberibus caesi* C: *caesi verberibus* O — *eos apud* E S — 6. *apud eos* C: *apud vos* O — 7. *animo aequo* C: *aequo animo* O — 8. *meam causam* P G S: *causam meam* E O — 9. *contione* P G: *concione* O — *meis rebus* C: *rebus meis* O — 10. *memoria uestra* P: *memoriam vestris* G E S; *et memoria vestra* O — 11. *meam mutam* C: *inultam meam* O — 12. *catillinae* P — 13. *Cethegi*] *elegi* P — *cassi* P — *repetent* S — 14. *Tullio* C: *M. Tullio* O — *a* C: om. O — *expectatione periculi* C: *periculi exspectatione* O — 15. *ita* P S: *itaque* G E; *itaque illi* O — 16. *conscientia scelerum* C: *scelerum conscientia* O; cf. etiam ad p. 1418, 6. — 17. *dabunt poenas* C: *poenas dabunt* O — 18. *in eũ deducam aut* P: *eo deducar ut* G E S; *eo deducam aut* O; *in eum* [*locum rem*] *deducam aut* Halmius — 19. *conferatis* P — 21. *nostris* S — *sic enim* in lacuna a sec. m. habet P — 22. *mea causa putarem me* P: *me mea causa putarem* G E S O — 24. *struitur* C: *instruitur* O — *calamitatem*] *honestatem* C; fort. *struitur, honeste conqueri* cet. — 25. *suspitionem* P — *demouere* P: *dimovere* G E S O — 26. *deluere* G[1]E — 27. *omnia* C: *omnia iam* O — *tam sunt* P G E: *sunt tam* S O — 28. *in re .p.* P — 29. *adque* P — *hijs* S — 30. *adferre* P — *eicere* C — 31. *exeo indicta causa. uolunt abire. causam non dico* P: *exeo indicta causa. uolunt audire causam. non dico* G E S; *exeo indicta causa. Nolunt audire? causam non dico* O — *quippiam* C: *quidpiam* O — 33. *condono* P: *concedo* G E S — 34. *captatur* S.

neque exsilium turpe est, quod virtute suscipitur, cum praesertim non nullam hae poenae habeant in se consolationem. Nam vitam si eripiunt, non adiment gloriam immortalem; si exsilio multabunt corpus, non animum a re publica removebunt. Nam ubicumque ero, hoc cogitabo, haec semper futura mea, meque vobis ereptum, non a vobis repudiatum existimabo. 23. Illud ab universis peto postuloque, si, dum in civitate manere licitum est, nemini iniuste periculum creavi, nemini innocenti fui calamitati, si omnibus auxilio praesidioque esse consuevi plurimosque in hac civitate sum tutatus, uti vos liberos meos in vestram fidem recipiatis eosque defendatis, neve inimicos meos longius in familiam nostram progredi patiamini, utique, sive hinc abiero sive hic ero oppressus, ea maneat opinio et existimatio, quae virtute parta, non quae infelicitate illata est. X. 24. Nunc ego te, Iuppiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teque particeps conubii, socia regni, regina Iuno, teque Tritonia, armipotens Gorgophona Pallas Minerva, ceterique di deaeque immortales, qui excellenti tumulo civitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam, ut non solum cunctam intueri, sed etiam tueri possitis civitatem, a quorum ego quondam altariis impiam civium manum removi, a quorum templis meo periculo funestam facem reppuli, ne illustrissimum orbis terrarum monumentum cum principe omnium terrarum occideret civitate, teque, Iuppiter Stator, quem vere huius imperii statorem maiores nostri nominaverunt, cuius in templo hostilem impetum Catilinae reppuli a muris, cuius templum a Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum Victoria est collocatum, oro atque obsecro: ferte opem pariter rei publicae cunctaeque civitati meisque fortunis; resistite tribunicio furori, favete innocentiae, subvenite solitudini, miseremini senectutis; nolite eum supplicem a vobis absterrere et excludere, qui in suo magistratu funestam facem a vestris reppulit templis. 25. Si C. Mario auxilio fuistis, quod in clivo Capitolino improborum civium fecerat caedem; si P. Scipioni, quod Hannibalis furibundam mentem a vestris reppulit templis; si denique Cn. Pompeio, quod terra marique hostes reddidit pacatos: sic nunc in meis calamitatibus aliquam ferte opem divinam! ut saepe multorum in periculis fecistis, sic nunc

---

1. *exsicium* P[1]; *exicium* P[2] E, *exitium* G; *exitum* S; *exilium* O — *est* P G E: om. S O — 2. *ae* superscr. litt. *h* P — fort. *eripient* — 3. *gloriam mortalem. si* P; *gloriam. Mortale si* G E S — *exilio* C O — 5. *futura* (esse) *mea* C: *cura mea erit* O — 6. *existimabo. insidiae nullae a me parantur. sed suorum conscientia scelerum cruciati mihi absenti et .p. r. dabunt poenas. illud* C; cf. § 19. — *ab uniuersis* P: *a uobis* G E S — *peto postuloque* C: *postulo petoque* O — 9. *fidem*] *sedem* P — 10. *longius in f. nostram* C: *in f. nostram longius* O — 11. *hic ero* C: *ero hic* O — 13. *inlata* P — *iuppiter* P G E: *Iupiter* O; item v. 21. — 14. *conubii* P G: *connubii* O — 15. *gorgophona* P: *gorgona* G E S; *Gorgophora* O — 16. *di* P: *dii* O — *inmortales* G — fort. *qui ĩ exc.* — 17. *cuncta* P — *intueri*] *intui* P G; *tui* E S — 18. *possis* G — *altariis* C: *altaribus* O — *inpiam* G — 19. *ciuium manum* C: *manum ciuium* O — 20. *facem* om. P — *reppuli* P G E: *repuli* O; item v. 23 et 31. — *inlustrissimum* P — *monimentum* S — 23. *a moeris* P — 24. *radice tum uictoria* P; *radice tum uictoriae* G E; *radice tum uictore* S — 24. *conlocatum* P — 25. *opsecro* P, item p. 1449, 3. — 26. *tribunitio* P G — 27. *abstergere* E; *exterrere* G — *a nostris* S — 28. *reppulit* G E S: *pepppulit* P (prima *p* ex vetere correctione, secunda superscripta; fueratne *depulit* ?); *repulit* O — 29. *Si C.* E: *Si G.* P G; *Sic* S — *in clivo*] *in clito* E S — *capitolio* E — 30. *hanibalis* P S — 31. *a nostris* S — *Gn.* P G S — 32. *hostis* P G.

in meis miseriis divinum aliquod auxilium et numen ostendite. XI. 26. Deinde vos, quorum potestas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, quibus singillatim saepe supplex ad pedes iacui, ut eum, quem singuli stratum atque abiectum sublevastis, nunc universi conservatum velitis; si neminem umquam vestrum laesi; si nemini innocenti obfui, sed etiam e contrario, ut quisque meum auxilium desideravit, opem ferre non dubitavi; si denique, quaecumque administravi, ex vestra auctoritate et patrum conscriptorum voluntate feci; si malui inimicorum cupiditati quam rei publicae et legitimae auctoritati poenas sufferre: uti existimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu ereptum in antiquum statum dignitatis restitui convenire. 27. Sed quoniam neque mihi libere loquendi neque vobis clementer audiendi neque omnino iudicandi paucorum furore et audacia facta est potestas, sed oppressa est res publica armis, metu debilitata servili, uti liberum spiritum ducendi nullam habeat potestatem, cedam inermus armatis, innocens nocentibus, privatus furibundo magistratui. Neque enim Q. Metellus quicquam de sua virtute detraxit, quod cessit L. Saturnino furenti, neque C. Cotta, quod Q. Vario tribuno pl., inferiore genere orto, cedendum putavit, neque C. Marius, qui quantas res gesserit, vestra vobis libertas indicio esse poterit, neque M. Tullius suum animum a vestra abalienavit potestate, cum praecipuum vobis obsidem sui animi vestram reliquerit libertatem. 28. Quam ob rem testor deos deasque immortales vestrasque maxime mentes, me non vitae turpitudine, non pro magnitudine scelerum, non propter reliquae aetatis infamiam poenas iure et lege persolvere, sed propter virtutis invidiam, propter iucundissimam ingenii laudem, propter magnitudinem rerum gestarum crudelissime civitate privari. Quod si idem accidit Q. Caepioni, si Mancino, si Rutilio, mihi hoc accidisse non magno opere erit mirandum, cum praesertim non generis antiquitate, sed virtutis ornamentis summam laudem sim consecutus. XII. 29. Nunc vos, equites Romani, obtestor, quorum virtute nomen Romanum victoriam cum laude possidet coniunctam, quorum factis gloriantur cives, laetantur socii, gemunt hostes, ut, si erga vos omni tempore optime fui animatus, si mea pericula neglexi, dum timorem a patria propulsarem, si aeque liberis vestris prospexi ac vos parentibus consuestis, ut nunc me velitis vestris opibus [defensum] incolumem in hac civitate retinere, quae civitas cum a scelerata coniuratione

---

1. *nomen* E S — 2. *inmortalium* G — 3. *ascendit* E S — 6. *sed* C: *si* O — *meum auxilium* C: *auxilium meum* O — 8. *ex nostra* S — 10. *uti* P: *ut* G E S O — *ex illo* P: *exilio* G; *auxilio* E S — 12. *eloquendi* P; cf. p. 1416, 33. — *audiendi*] *iudicandi* C; *vindicandi* Halmius — 13. *audatia* P — 15. *ducendi* P: *dicendi* G E S — *inermus* P: *inermis* G E S O — 17. *quidquam* O — *sua uirtute* C: *virtute sua* O — 18. *C.*] *.G.* P; om. G E S — *cocta* G E; *cota* S — *Q.*] *que* E S — *TR. PL.* P; *tribuno plebis* O — *inferiori* P — 19. *G.* P S — *marium* P — 20. *inditio* P; *iudicio* S — *neque* P G: *neque vero* E S O — 21. fort. *abalienabit* — *praecipuum* P: *praecium* S; *precium* E, *pretium* G — 22. *deasque* C: *deasque omnes* O — 23. *immortalis* P, *inmortalis* G — 24. *scelerum magnitudine* C: *magnitudine scelerum* O — 25. *et*] *uel* G — *iocundissimam* G — 27. *Q.*] *que* E S — *cepioni* G; *saeptioni* P; *scipioni* S — 28. *mihi* C: *mihi quoque* O — *magnopere* C — 30. *uos* C: *ego vos* O — *optestor* P — 32. *gemunt hostes. laetantur socii* G E S — 35. *consuletis* G^1; *consulitis* G^2E S — *defensum* superscr. habet P — 36. *ciuitas* C: om. O.

esset incensa, meo ductu ac labore restincta est, nec patiamini me a meis liberis abstractum, a coniuge abreptum, ab aris focisque innocentem proiectum vitam degere in exsilio, miserrimi mortalis casum subire. 30. Proiicitur Tullius in exsilium itaque: nimirum innocens ab inimico, religiosus a scelerato, benevolus huic civitati ab hoste. O misera vitae ratio, quae tam diu resides in voluptate, quam diu fortunae poscit libido! Egone inimicus huic civitati? quam ob rem? quia inimicos necavi: egone hostis? quid ita? quia hostes interfeci. Hem conditionem huius temporis! Antea gloria ac laude dignissimi ducebantur qui haec perfecerunt: nunc scelerati ac parricidae esse dicuntur qui haec administrarunt. Sint sane scelerati; superet istorum victoria, si modo victoria appellanda est, in qua civitatis inest luctus; habeant hanc palmam ex innocentis cruore: tantum a vobis, equites Romani, peto et rogo, ut, quem saepe numero vestra laude cohonestastis, eundem in dubiis vitae periculis vestra virtute conservetis.

---

1. *luctu* C — 2. *meis liberis* C: *liberis meis* O — 3. *exilio* C O, item v. 4. — *miseremini* C — *causum* P¹ — 4. *proicitur* C — *in exsilium itaque: nimirum* nos: *in exilium. Itaque nimirum* C; *in exilium. At a quo? Nimirum* O. De particula *itaque* pluribus verbis postposita conf. Plin. N. H. XVIII, § 43: *omnium sententiis absolutus itaque est.* — 5. *beniuolus* C — 8. *hem* P G: *hanc* E; *noui* S; *En* O — *conditione* P — 9. *ac* P E S: *et* G O — *ducebantur dignissimi* S — 10. *scelerati* in rasura a m. sec. recentiore habet P — *ac* C: *et* O — 11. *victoria* post *modo* om. E S — 12. *ciuitate* C — *hanc* om. S — 13. *tantum* P G: *tantum illud* E S O — 14. *cohonestatis* P S — *M. TVLLI. CICERONIS. PRIDIE QVAM IN EXILIVM IRET EXPLIC. INCIPIT CVM SENATVI GRATIAS EGIT* P; *EXPLICIT. INCIPIT CV̄ SENATVI GRATIAS EGIT* G; *Explicit oratio marci tulij ciceronis pridie quam in exilium iret pulchra* S.

[C. SALUSTII CRISPI]

IN M. TULLIUM CICERONEM

DECLAMATIO.

RECENSUIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

A = cod. Gudianus n. 335 saec. X. collatus ab Alfredo Fleckeisen.
T = cod. Tegernseensis n. 1472, nunc Monacensis 19472, saec. XI, collatus ab Halmio.
B = cod. Benedictoburanus n. 111, nunc Monacensis 4611, saec. XII, collatus ab Halmio.
G = cod. Gissensis n. 1256 saec. XV, collatus a F. G. Ottone.
C = codices mei omnes.
O = editio Orelliana a. 1826.

I. 1. Graviter et iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis quam morbo animi petulantia ista uti; sed cum in te neque modum neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi, ut, si quam male dicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas. Ubi querar, quos implorem, patres conscripti, diripi rem publicam atque audacissimo cuique esse perfidiae? Apud populum Romanum, qui ita largitionibus corruptus est, ut se ipse ac fortunas suas venales habeat? an apud vos, patres conscripti? quorum auctoritas turpissimo cuique ludibrio est, ubi M. Tullius leges, iudicia, rem publicam defendit atque in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non reperticius accitus

---

Inscriptio declamationis. *Salvstivs in Ciceronem* A; *Salustii in Ciceronem* T; *C. Sallustii Crispi oratio inuectiua in Ciceronem* recentiore manu B; *Incipit inuectiua Salustii in Tulium* G.

1. *Graviter -- M. Tulli* affert interpolator Quintiliani IV, 1, 68. — 2. *ista petulantia* G — *cum*] *quoniam* Halmius — 4. *coepisti* A T B — *male audiendo* G: *maledicendo* A T B — 5. *diripe* G — 6. *perfidiae*] *perfidie locum* G — *aput* A ubique — 7. *qui tam* B — *ut se ipse* A T B: *ut sese* G; *uti sese* O — 9. *cuique* A T B: *cuique et sceleratissimo* G O — *est ludibrio* G — *ubi ubi* A T B — *iudicia remp.* G: *audacia r. p.* T B; *R. P. audacia* A; *iudicia populi Romani* O — 10. *hoc* om. A — *moderatur ita* T — 11. *ex familia* G: *effamilia* B; *a familia* T; *familia* (om. praep.) A — *viri* om. B — *accitus* C: *ascitus* O.

ac paulo ante insitus huic urbi civis. 2. An vero, M. Tulli, facta tua ac dicta obscura sunt? an non ita a pueritia vixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alicui collibuisset? aut scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiae iactura perdidicisti? Itaque minime mirandum est, quod eam flagitiose venditas, quam turpissime parasti. II. Verum, ut opinor, splendor domesticus tibi animos tollit: uxor sacrilega ac periuriis delibuta; filia matris pelex, tibi iucundior atque obsequentior, quam parenti par est. Domum ipsam tuam vi et rapinis funestam tibi ac tuis comparasti, videlicet ut nos commonefacias, quam conversa res sit, cum in ea domo habitares, homo flagitiosissime, quae P. Crassi, viri clarissimi, fuit. 3. Atque cum haec ita sint, tamen Cicero se dicit in concilio deorum immortalium fuisse, inde missum huic urbi civibusque custodem, absque carnificis nomine, qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit: quasi vero non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus et idcirco res publica disiecta eo tempore, quod te custodem habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quae post consulatum cum Terentia uxore de re publica consuluisti, cum legis Plautiae iudicia domo faciebatis: ex coniuratis *alios exsilio*, alios pecunia condemnabas, cum tibi alius Tusculanum, alius Pompeianam villam exaedificabat, alius domum emebat; qui vero nihil poterat, is erat calumniae proximus, is aut domum tuam oppugnatum venerat aut insidias senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. 4. Quae si tibi falsa obiicio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit, qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum et Pompeianum infinito sumptu aedificaveris, aut, si retices, cui dubium potest esse, quin opulentiam istam ex sanguine et miseriis civium paraveris? III. Verum, ut opinor, homo novus Arpinas ex M. Crassi familia illius virtutem imitatur, contemnit simultatem hominum nobilium, rem publicam caram habet, neque terrore neque gratia removetur † aliud vero amicitia tantum ac virtus est animi. 5. Immo vero homo levissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum modo illarum partium, fidus nemini, levissimus senator, mercennarius

---

1. *ac*] *at* G — *paulo* A B G: *paullo* O, ubique — *inscitus* G — *facta tua ac dicta* A T: *facta tua aut dicta* B; *facta ac* (*hac* G) *dicta tua* G O — 3. *alicui* C: *alteri* O — *aut* C: [*An*] O; *tu* Halmius — 5. *quod* C: *si* O — 7. *tollit* C: *attollit* O — *ac*] *atque* G — *delibuta* T: *debilitata* A B G O — *pelex* C: *pellex* O — *iocundior* A B G — 10. *res sit* A T: *sit resp.* G; *res sit publica* (*p.* B) B O — *habites* Halmius — 11. *viri clarissimi*] *ũ. c.* A; *v. c.* T; *V. C.* G; *ut ẽ* B; *viri consularis* Lamb. — *cum haec* A T B: *haec cum* G, *haec quum* O — 12. *Cicero se* A T B: *se Cicero* G O — *immortalium deorum* G — 16. *quod*] *quo* C — *te* om. B — 18. *domo* A T: *dono* B; *domi* G O — *alios exsilio* Halmius: *alios morte* O; om. C — 19. *condempnabas* A B G — *Tusculanum* C: *Tusculanam* O — 20. *edificabat* A G — 21. *calumniae proximus erat* A — *is aut*] *is autem* T B — *oppugnatum domum tuam* T — 23. *si tibi*] *sit* A; *tibi si* B — *obitio* A B, *obicio* T G — *acceperas quod tibi laudibus* B — 25. *pompeianum que infinito* G — *exedificaueris* A — 26. *dubium potest esse* A T B: *potest esse dubium* G O — 27. *parasti* C — *M. Crassi* C: *C. Marii* O — 28. *illius* C: *eius* O — *contempnit* C — *simultates* G — 29. *remouetur* A T B: *commovetur* G O — 30. *amicitię* B; *amicitię* superscr. «*vel a*» T — *virtus est animi* A T B: *virtus animi est* G; *virtus est amici* O (*Illud verae amicitiae, hoc virtutis est animi* Lambinus; *Illud vero amicitiae tantum ac virtutis est animi* Cortius.) — 32. *nemini fidus* G — *mercennarius* A T B: *mercenarius* G O.

patronus, cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat, lingua vana, manus rapacissimae, gula immensa, pedes fugaces, quae honeste nominari non possunt inhonestissima. Atque is cum eius modi sit, tamen audet dicere: O fortunatam natam me consule Romam! Te consule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem et miseram, quae crudelissimam proscriptionem eam perpessa est, cum tu perturbata re publica metu perculsos omnes bonos parere crudelitati tuae cogebas, cum omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erant, cum tu sublata lege Porcia, erepta libertate, omnium nostrum vitae necisque potestatem ad te unum revocaveras. 6. Atque parum quod impune fecisti, verum etiam commemorando exprobras neque licet oblivisci iis servitutis suae. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris quidlibet; satis est perpessos esse: etiamne aures nostras odio tuo onerabis? etiamne molestissimis verbis insectabere cedant arma togae, concedat laurea linguae? quasi vero togatus et non armatus ea, quae gloriaris, confeceris atque inter te Sullamque dictatorem praeter nomen imperii quicquam interfuerit. IV. 7. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva omnes artes edocuit, Iuppiter optimus maximus in concilio deorum admisit, Italia exsulem humeris suis reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paulos, Fabios, Scipiones superasti, quem tandem locum in hac civitate obtines? quae tibi partes rei publicae placent? quem amicum et quem inimicum habes? Cui insidias in civitate fecisti ancillaris: quo iure, cum de exsilio tuo Dyrrachio redisti, eum sequeris? Quos tyrannos appellabas, eorum potentiae faves; qui tibi ante optimates videbantur, eosdem nunc dementes ac furiosos vocas; Vatinii causam agis, de Sestio male existimas; Bibulum petulantissimis verbis laedis, laudas Caesarem; quem maxime odisti, ei maxime obsequeris; aliud stans, aliud sedens sentis de re publica; his male dicis, illos odisti, levissime transfuga, neque in hac neque in illa parte fidem habens.

---

1. *patronis* B — *corporis pars* A — 3. *atqui is* B — 4. *dicere audeat* B — *O* om. G — *natam* om. G — 5. *fortunatam consule* A — 6. *eam* A T B: *civium* G O — *tu* om. B — 7. *percussos* G — 8. *tu* om. A B — 9. *portia* A; *portio* B — *omnium nostrum* C: *nostrum omnium* O — 10. *reuocaras* B — *parum quod* A T: *parum* (om. *quod*) B; *parum est quod* G O — 11. *obl. iis* A B: *obliuiscius* T; *obl. hiis* G; *obl. his* O — *suae* C: *tuae* O — 12. *profeceris* A T; *profeceras* B — *quidlibet* C: *quod libet* O — 13. *odio tuo onerabis* A T B: *onerabis odio tuo* G; *onerabis tuo odio* O — *etiam in molestissimis* A T B — *insectabere verbis* G — 14. *concedat*] *cedat* G — 15. *syllamque* T; *scyllamque* A; *sillamque* B G — 16. *quicquam* C: *quidquam* O; item p. 1424, 2. — *interfuit* A T B — 17. *de tua insolentia plura* T — *omnis* A T — 18. *artis* T B — *Iuppiter* B: *Iupiter* O — *concilio* C: *concilium* O — 19. *exulem* C — *o Romule Arpinas* affert interpolator Quintil. IX, 1, 89. — 20. *Paulos* C: *Paullos* O — *fabios scipiones* A T B: *Scipiones, Fabios* G O — 21. *optines* A G — 22. *et* A T B: om. G O — *cui*] *cum* A — *in civitate insidias* C: *insidias in civitate* O — 23. *ancillares* C. Post vv. *ancillaris, faves, vocas, agis, existimas, laedis, Caesarem, obsequeris* interrogandi signa sunt in O — *quo de iure* G — *exilio* A T B — *dirrachio* A G; *dyrratio* T B; *Dyrrhachio* O — *redisti* A T: *cecidisti* B; *rediisti* G O — *eum sequeris*] *cum quem dilexisti persequeris* G — 24. *appellas* B — *eorum* C: *eorum nunc* O — 25. *eosdem* C: *eosdem nunc* O — 26. *uatini* C — *Sestio* C: *Sextio* O — *estimas* B — 27. *odisti ei maxime* om. B — 28. *sentis de re p.* C: *de re publica sentis* O — *hiis* G — *maledictis* A[2] B — 29. *neque in hac* om. B — *habens* C: *habes* O — *Salustii in Tulium invectiva explicit* G; subscriptione carent A T B.

[M. TULLII CICERONIS]

IN C. SALUSTIUM CRISPUM

CONTROVERSIA.

RECENSUIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

Codicibus iisdem usi sumus, quibus ad praecedentem declamationem.

I. 1. Ea demum magna voluptas est, C. Salusti, aequalem ac parem verbis vitam agere neque quicquam tam obscenum dicere, cui non ab initio pueritiae omni genere facinoris aetas tua respondeat, ut omnis oratio moribus consonet: neque enim qui ita vivit, ut tu, aliter ac tu loqui potest, neque qui tam illoto sermone utitur vita honestiore est. Quo me praevertam, patres conscripti, unde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum, quod aut, si de mea vita atque actibus huic conviciatori respondero, invidia gloriam consequetur, aut, si huius facta, mores, omnem aetatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. 2. Id vos, si forte offendimini, iustius huic quam mihi suscensere debetis, qui initium introduxit: ego dabo operam, ut et pro me minimo cum fastidio respondeam, et in hunc minime mentitum esse videatur. Scio me, patres conscripti, in respondendo non habere magnam exspectationem, quod nullum vos sciatis novum crimen in Salustium audituros, sed omnia vetera recognituros, quis et meae et vestrae iam et ipsius aures

---

Inscriptio. *Controversia Ciceronis in Salvstivm incipit* (in margine manu recentiore *Ciceronis defensio contra Salustium*) A; *Tulii in Salustium invectiva incipit* G; inscriptione carent T B.

1. *G. salusti* A T; *G. S.* B; *Crispe salusti* G; *Crispe Sallusti* O — 3. *omni*] *in omni* G — 4. *ratio* C — 5. *neque ei qui* G — *inloto* A T B — *honestiore* B: *honestior* A T G O — 6. *praevertam* A T B: *pervertam* G; *vertam* O — *sumamus* B — *maius*] *magis* G — 7. *quod si aut* T B — *nostrum. Quod* O — 8. *de* om. A[1] — *uita mea* T B — *actibus*] *actibus nostris* A G, sed in A *nostris* linea subducta delendum significatur. — *conuitiatori* A T B — 9. *consequetur* A[1] G: *consequatur* A[2] T B — *denudauero* A — 10. *obicio* C — 11. *vos* om. B — *suscensere* T: *succensere* O — *debeatis* C — 12. *et* om. B — 13. *mentitum esse videatur* A T: *mentitum esse uidear* B G; *mentitus esse videar* O, sed quidni *mentitum* passive hic quidem scriptor usurpaverit? — *me enim p. c.* G — 14. *magnam non habere* G — *expectationem* T B G — 15. *Salustium* C: *Sallustium* O; sic ubique — 16. *quis* A T B: *quibus* G; *queis* O.

calent. Verum eo magis odisse debebitis hominem, qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus posuit rudimentum, sed ita ingressus est, ut neque ab alio vinci possit neque ipse se omnino reliqua aetate praeterire. 3. Itaque nihil aliud studet nisi ut lutulentus sus cum quovis volutari. Longe vero fallitur opinione: non enim procacitate linguae vitae sordes eluuntur, sed est quaedam calumnia, quam unus quisque nostrum testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. Quod si vita istius memoriam vicerit, illam, patres conscripti, non ex oratione, sed ex moribus suis spectare debebitis. Iam dabo operam, quam maxime potuero, breve ut faciam: neque haec altercatio nostra vobis inutilis erit, patres conscripti; plerumque enim res publica privatis crescit inimicitiis, ubi nemo civis, qualis sit vir, potest latere.

II. 4. Primum igitur, quoniam omnium maiores C. Salustius ad unum exemplum et regulam quaerit, velim mihi respondeat, num quid hos, quos protulit, Scipiones et Metellos, ante † fuerint aut opinionis aut gloriae, quam eos res suae gestae et vita innocentissime acta commendavit. Quod si hoc fuit illis initium nominis et dignitatis, cur non aeque nobis existimetur, cuius et res gestae illustres et vita integerrime acta? Quasi vero tu sis ab illis, Salusti, ortus: quod si esses, non nullos iam tuae turpitudinis pigeret. 5. Ego meis maioribus virtute mea praeluxi, ut, si prius noti non fuerunt, a me accipiant initium memoriae suae: tu tuis vitae, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras, ut, etiam si fuerint egregii cives, certe venerint in oblivionem. Quare mihi noli antiquos viros obiectare: satius est enim me meis rebus gestis florere quam maiorum opinione niti, et ita vivere, ut sim posteris meis nobilitatis initium et virtutis exemplum. Neque me cum iis conferri decet, patres conscripti, qui iam decesserunt omnique odio carent et invidia, sed cum eis, qui mecum una in re publica versati sunt. 6. Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus — non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Salustius duxit —, aut in gerundis magistratibus aut in vindicandis maleficiis tam severus aut in re publica tam vigilans, quam tu proscriptionem vocas, credo quod non omnes tui similes incolumes in urbe vixissent: at quanto meliore loco res publica staret, si tu par ac similis scelestorum civium una cum illis adnumeratus esses? 7. An ego tunc falso scripsi c e d a n t a r m a t o g a e,

---

1. *odisse debebitis* A T B: *debetis odisse* G; *odisse debetis* O — 2. *minimis*] *in minimis* G — *imposuit* G — 4. *Itaque*] *ita* B — *nil* G — *luculentus* T — *sus* om. C — 7. *qui*] *quod* A T B; *qui quidem* G — 8. *vita* om. G — *illam*] *aliam* C — 9. *debebitis* A T B: *debetis* G O — 10. *potuero* C: *potero* O — *breve ut* C: *ut breve id* O; cf. Cic. ad Att. XI, 7, 6: *breve faciam* — 12. *latere potest* G — 13. Initio capitis secundi praeposita est littera *K (kaput)* in A T — *omnium*] *omnes* G — *G.* A T B; *Crispus* G O — 15. *hos* A T B: *hii* G; *hi* O — *Metellos* A T B: *Metellos vel Fabios* G O — in *fuerint* latere videtur verbum transitivum, a quo pendent accusativi *hos -- Metellos*; fort. *fouerit* — 16. *qua eos* G — *suae gestae* A T B: *gestae suae* G O — *commendarit* G — 18. *nobis* C: *de nobis* O — 19. *illis* A T B: *illis viris* G O — *quod si tu esses* G — 20. *maioribus meis* T B — 21. *proluxi* A — *fuerunt* A T: *fuerint* B G O — 22. *vitae* C: *vita* O — 23. *certe a te uenerint* G — 24. *mihi noli* A G: *noli mihi* T B O — *uiros antiquos* A — *me*] *mihi* B — 25. *sim* A T B: *ego sim* G O — 26. *initium et virtutis* om. B — *hiis* G; *his* A T B — *conferre* G — 28. *Sed fuerim* coni. Cortius — 30. *pernitiosam* A T B — 32. *gerundis* C: *gerendis* O — *in re p.* A T B: *in tuenda re p.* G O — 33. *perscriptionem* A — 34. *urbe* C: *hac urbe* O — 35. *sceleratorum* B G.

qui togatus [armatos] et pace bellum oppressi? An illud mentitus sum fortunatam natam me consule Romam, qui tantum intestinum bellum ac domesticum urbis incendium exstinxi? III. Neque te tui piget, homo levissime, cum ea culpas, quae in historiis mihi gloriae ducis? An turpius est scribentem mentiri quam [illum] palam in hoc ordine dicentem? Nam quod in aetatem increpuisti, tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum te a pudicitia. 8. Sed quid ego de te plura querar? quid enim mentiri turpe ducis, qui mihi ausus sis eloquentiam ut vitium obiicere, cuius semper nocens eguisti patrocinio? an ullum existimas posse fieri civem egregium, qui non his artibus et disciplinis sit eruditus? an ulla alia putas esse rudimenta et incunabula virtutis, quibus animi ad gloriae cupiditatem aluntur? Sed minime mirum est, patres conscripti, si homo, qui desidiae ac luxuriae plenus sit, haec ut nova atque inusitata miratur. 9. Nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem et in filiam meam invasisti, quae facilius mulieres se a viris abstinuerunt quam tu vir a viris, satis docte ac perite fecisti: non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuos compellarem; unus enim es satis materiae habens, neque quicquam domi tuae turpius est quam tu. Multum te, opinor, fallit, qui mihi parare putasti invidiam ex mea re familiari, quae mihi multo minor est quam habere dignus sum. Atque utinam ne tanta quidem esset, quanta est! ut potius amici mei viverent, quam ego testamentis eorum locupletior essem. 10. Ego fugax, C. Salusti? furori tribuni pl. cessi, utilius duxi quamvis fortunam unus experiri quam universo populo Romano civilis esse dissensionis causa: qui, posteaquam ille suum annum in re publica perbacchatus est omniaque, quae commoverat, pace et otio resederunt, hoc ordine revocante atque ipsa re publica manu retrahente me reverti. Qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superet, cum universi vos populusque Romanus frequens adventu meo gratulatus est: tanti me fugacem, mercennarium patronum, hi aestimaverunt. IV. 11. Neque hercule mirum est, si ego semper iustas omnium amicitias existimavi: non enim uni privatim ancillatus

---

1. *togatos* G — *armatos* om. C; nos seclusimus. — *et*] *in* B — 2. *O fortunatam* G — *natam* om. A T B — 3. *extinxi* A T B — *neque te tui* A T: *neque tui te* B; *nec quidem te tui* G — 4. *homo hominum* (*omnium* Otto) *levissime* G — *in* om. C — *mihi gloriae* C: *gloriae mihi* O — 5. *an*] *num* B; *nã* vel *nũ* T, sed vocalis erasa est. — *est* A T B: *est, patres conscripti (p. c.)* G O — *quam illum palam*] Inde ab his verbis A alia manu scriptus est. — *illam* T; *illa* Lamb.; nos seclusimus. — *in* Lamb.: om. CO — 6. *quod*] *qui* B — *in* C: om. O — *aetatem*] *meam aetatem* G — *tantum me -- a pudicitia* om. T — 7. *te* B G: *tu* A O — 8. *ducis* A G: *dicis* T B; *duces* O — 9. *obicere* C — *patrocino* A — 10. *hiis* G — 11. *erudimenta* T B G — *cunabula* B, *cunabila* G — 13. *homo*] *homo leuissimus* A — *luxuriae aut desidiae* A — *sit*] immo *est* — 14. *rabies* A — 15. *invasisti* om. A T B — *mulieres se* C: *se mulieres* O — 17. *sperasti me* G — 18. *es satis* A: *satis es* T B G O — 19. *domui* G — *multum* A T B: *multum vero* G O — *te opinor* T B G: *te ut opinor* A; *te opinio* O — *qui*] *quae* A — 20. *multo mihi* G — 22. *ego* om. A — 23. *fugax*] *quidem* A — *C.* G: *G.* A T B; *Crispe* O — *plebis* omnibus litteris T B O — 25. *essem* C — *annum*] *animum* G — *in* om. B — 26. *perbachatus* A T B — *omnia quae c.* A; *omnia quaeque c.* T B — *resederunt* A T G: *residerint* B; *residerunt* O — 27. *ipsa p. r. manu* T B; *ipso p. r. manu* A; *ipsa manu populi ro.* G — 28. *reliqua omni* A, sed additis signis transpositionis. — 30. *est -- aestimaverunt* in B post verba *neque -- existimavi* transposita sunt. — *mercennarium* T B G: *mercenarium* O — 31. *hii* G — *Neque -- existimavi* om. A T — 32. *estimaui* B — *uni*] *ui* A.

sum neque me addixi, sed, quantum quisque rei publicae studuit, tantum mihi fuit aut amicus aut adversarius. Ego nihil plus volui valere quam pacem: multi privatorum audacias nutriverunt. Ego nihil timui nisi leges: multi arma sua timeri voluerunt. Ego numquam volui quicquam posse nisi pro vobis: multi ex vobis potentia freti in vos suis viribus abusi sunt. Itaque non est mirum, si nullius amicitia usus sum, qui non perpetuo rei publicae amicus fuit. 12. Neque me paenitet, si aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum aut Sestii insolentiam repressi aut Bibuli patientiam culpavi aut virtutibus Caesaris favi: hae enim laudes egregiae civis et unicae sunt; quae si tu mihi ut vitia obiicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset disserendum, patres conscripti, non apud vos, quos habui omnium actionum mearum monitores. Sed ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis?

V. 13. Nunc, ut ad te revertar, Salusti, patremque tuum praeteream: qui si numquam in vita sua peccavit, tamen maiorem iniuriam rei publicae facere non potuit quam quod te talem filium genuit: neque tu si qua in pueritia peccasti, exsequar, ne parentem tuum videar accusare, qui eo tempore summam tui potestatem habuit, sed qualem adolescentiam egeris. Hac demonstrata facile intelligetur, quam petulanti pueritia tam impudicus et procax adoleveris. Posteaquam immensae gulae impudicissimi corporis quaestus sufficere non potuit et aetas tua iam ad ea patienda, quae alteri facere collibuisset, exoleverat, cupiditatibus infinitis efferebaris, ut, quae ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. 14. Ita non est facile exputare, patres conscripti, utrum inhonestioribus corporis partibus rem quaesierit an amiserit. Domum paternam vivo patre venalem habuit, vendidit: et cuiquam dubium potest esse, quin mori coëgerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia? Neque pudet eum a me quaerere, quis in P. Crassi domo habitet, cum ipse respondere non queat, quis in ipsius habitet paterna domo. At hercules lapsus aetatis tirocinio postea se correxit. Non ita est, sed abiit in sodalicium sacrilegii Nigidiani: bis iudicis ad subsellia attractus extrema fortuna stetit et ita discessit, ut non hic in-

---

1. *addixi* T: *abduxi* A; *adduxi* B G — *tantum mihi fuit aut amicus* A T B: *tantum fuit aut mihi amicus* G; *mihi tantum fuit aut amicus* O — 2. *adversarius* C: *inimicus* O — *volui plus* G — 5. *in* om. A T B — 7. *neque* C: *Neque* [*enim*] O — *penitet* A T B; *poenitet* O — 8. *uatino* A T B — *Sestii* B G: *sesti* A T; *Sextii* O — 9. *hee* G — 10. *enim* C: om. O — *egregiae* T: *egregii* A B G O — *et* om. G — *obicis* C — 11. *reprehendatur* A T G; *reprehendantur* B — 12. *disserendum* Cortius: *discerendum* G; *discernendum* A T B; *dicendum* O — 13. *habui* C: *ego habui* O — *actionum mearum* A G: *mearum actionum* T B O — 15. *ut* om. A — *o salusti* G — 16. *peccauit in uita sua* G — 18. *videar accusare* A T B: *accusare videar* G O — 19. *qui*] *si* A T B — 20. *hac* C: *hac enim* O — *intellegetur* T: *intellegitur* B, *intelligitur* A G — 21. *tam impudicus*] *quam pudicus* G — *postquam* G — 22. *questus in stipendia sumptus sufficere* G — 23. *ad ea iam* A — *pacienda* A; *facienda* B — *collibuissent* G — 24. *efferebaris infinitis* G — 25. *itaque non est facile* G; *ita difficile est* A — *expectare* A; *et putare* B — 26. *rem acquisierit* G — 27. *patre* A T B: *patre turpissime* G O — *et cui umquam* G — 29. *neque pudet -- paterna domo* om. A cum lacunae signo. — 30. *habitat* G — *non queat* A: *nequeat* T B G — *in* om. B — 31. *hercules* A T B: *hercule* G O — 32. *sacrilegi* C — *iudicis ad* A T B: *ad iudicis* G O — 33. *extrema*] *in extrema* B — *hic non* A G, sed in A addita sunt signa transpositionis.

nocens esse, sed iudices peierasse existimarentur. 15. Primum honorem in quaestura adeptus secutus est hunc locum et hunc ordinem † despectus, cuius aditus sibi quoque, sordidissimo homini, patuisset. Itaque timens ne facinora eius clam vos essent, cum omnibus matribus familiarum vestris opprobrio esset, confessus est vobis audientibus adulterium neque erubuit ora vestra. VI. Vixeris ut libet, Salusti, egeris quae volueris: satis sit unum te tuorum scelerum esse conscium; noli nobis languorem et soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum, sed ita experrecti non sumus, ut a te cavere possimus: audacia tua vincit studia nostra. 16. Ecquod hunc movere possit, patres conscripti, factum auditu turpe, quem non puduerit palam vobis audientibus adulterium confiteri? Quod si tibi per me nihil respondere voluissem, sed illud censorium eloquium Appii Claudii et L. Pisonis, integerrimorum virorum, quo usus est quisque eorum, pro lege palam universis recitarem, nonne tibi viderer aeternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non posset? Neque post illum dilectum senatus vidimus te: nisi forte in ea te castra coniecisti, quo omnis sentina rei publicae confluxerat. 17. At idem Salustius, qui in pace ne senator quidem manserat, posteaquam res publica armis oppressa est et idem † victores, qui exsules reduxit, in senatum post quaesturam est reductus: quem honorem ita gessit, ut nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit. Ita egit, ut nihil non aequum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset, neque aliter vexavit ac debuit, si quis praedae loco magistratum accepisset. 18. Peracta quaestura, posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine vitae se coniunxerat, unus iam ex illo grege videbatur: eius enim partis erat Salustius, quo tamquam in unam voraginem coetus omnium vitiorum excesserat. Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis subsederant nominis perditi ac notissimi, nulla in parte castris apti nisi licentia vitiorum et cupiditate rerum novarum. VII. 19. At

---

1. *esset* B — *extimarentur* G — 2. *in questura honorem* G — *adeptus secutus est* (*est* om. T) *hunc locum et hunc ordinem despectus* C: *adeptus hunc locum et hunc ordinem despexit* O — 3. *cuius* om. G — *quoque sibi* G — 4. *eius* C: *sua* O — *vos*] *uobis* G — *matribus* G: *matrum* A T B O — 5. *vestris* A T B: *viris* G O — *opprobrio uobis suspectus esset* G — 6. *lubet et salusti* B; *libet o salusti* G — 7. *sit*] *est* G, sed in margine *sint* — *esse conscium* C: *conscium esse* O — *noli*] *noli esse* B — *languorem nobis* A — 8. *nimis* G — 9. *a* om. B — 10. *Ecquod*] *et quod* C — *hunc movere possit p. c.* in G transposita sunt post *turpe* — *possis* T — 11. *auditu* A T B: *ac dictum* G; *aut dictum* O — *puduerit* A T B: *puduit* G O — 12. *per me nihil* T B G: *pro me nihil* A; *nihil per me* O — 13. *eloquium* C: *elogium* O — *apii* A B — 15. *uideret* G — 16. *posset* A T B: *possit* G O — *delectum* A T G O — 17. *senatus* A T B: *senatus umquam* G O — *uidimus te* A: *te vidimus* T B G O — *in ea*] *mea* A — 18. *confluxerat -- res publica* (v. 19) om. A — 20. *uictore* T erasa in fine littera; *huic* A; *auctorem* B — *exules* O — 21. *ut nihil in eo non venale* B G: *ut non in eo nihil uenale* A; *ut nihil non in eo non uenale* T — 22. *aliqui* T — *ita* C: *ita igitur* O — 23. *neque taliter* B — *uexavit* (in marg. «uel *uixit*») A; *uetauit* T; *uetuit* B — *ac*] *quam* G — 24. *magisterium* G — 25. *uitae similitudine* B; *similitudine uite sue* G — 26. *illo*] *illorum* B — *erat* A T B: *exemplar erat* G; *erat exemplar* O — 27. *quo* A (in rasura): *qua* B; *quod* T G — *tanquam* B; *tantam* A T G — *unam* A T B: *imam* G O — 28. *cylonum* A T B; *cillonum* G O — 29. *deditorum* C — *in* ante *urbe* om. A T — *in municipiis in coloniis in italia* B — 30. *subsederant* om. A — 31. *apti nisi*] *apta in* A — *licentia*] *diligentia* G.

posteaquam praetor est factus, modeste se gessit et abstinenter. Nonne ita provinciam vastavit, ut nihil neque passi sint neque exspectaverint gravius in bello socii nostri, quam experti sunt in pace hoc Africam interiorem obtinente? unde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum traiici aut in naves contrudi. Tantum, inquam, exhausit, patres conscripti, quantum voluit: ne causam diceret, sestertio duodecies cum Caesare paciscitur. Quod si quippiam eorum falsum est, his palam refelle, unde, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tamquam somnio beatus hortos pretiosissimos, villam Tiburti C. Caesaris, reliquas possessiones paraveris. 20. Neque piguit quaerere, cur ego P. Crassi domum emissem, cum tu eius villae dominus sis, cuius paulo ante fuit Caesar. Modo, inquam, patrimonio non comeso, sed devorato, quibus rationibus repente factus es tam affluens et tam beatus? Nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit nisi similis ac par tui? VIII. At hercules egregia facta maiorum tuorum te extollunt: quorum sive tu similis es, sive illi tui, nihil ad omnium scelus ac nequitiam addi potest. 21. Verum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, C. Salusti, tantidem putas esse bis senatorem et bis quaestorem fieri, quanti bis consularem et bis triumphalem? Carere decet omni vitio, qui in alterum dicere paratus est: is demum male dicit, qui non potest verum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum assecula, omnium cubiculorum in aetate pelex et idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo es et civilis belli memoria. Quid enim hoc gravius pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine videmus? 22. Desine petulantissime consectari bonos, desine morbo procacitatis isto uti, desine unum quemque moribus tuis aestimare. His moribus amicum tibi efficere non potes: videris malle inimicum habere. Finem dicendi faciam, patres conscripti; saepe enim vidi gravius offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos, qui commiserunt:

---

1. *factus est* G — *non ita* T B — 2. *passi sint*] *possint* A¹ — *expectauerint* A T: *expectauerunt* B; *exspectarint* G O — 4. *optinente* A T — *fide hominum* G — 5. *traici* A T; *trahici* G; *trahi* B — *imquam* A ubique — *exhausit p. c.* A T B: *patres conscripti, exhausit* G O — 6. *sestercio* A T; *sextercio* G; *sestercia* B — 7. *quippiam* A T B: *quispiam* G; *quidpiam* O — *hiis* G; *hic* tacite Cortius — 8. *unde* C: *unde tu* O — *qui modo*] *quomodo* G; *quommodo* B — *redimere*] *relinire* C; *relinere* cod. Pithoei, fort. recte. — 9. *sompnio* G; *somno* B — *Tiburti* T B: *tyburti* A; *tiburci* G; *Tiburtinam* Lamb.; *Tiburtem* vel *in Tiburte* Cortius. — 10. *C.*] *G.* A B — 11. *eius* nos: *uetus* A T B; *veteris* G O — *sis* om. G — 12. *fuit* A: *fuerit* T B; *fuerat* G O — *commeso* T B — 13. *factus es repente* G — 15. *quisque* B — 16. *hercules* A T B (A syllabam *es* habet in rasura): *hercule* G O — 17. *ille* A — *tui* cod. Pithoei: *tibi* C — 18. *C.* G: *G.* A T B; *Crispe* O — 19. *tantidem*] *totidem* C — 20. *quanti*] *quot* A T G; *quod* B — *decet* A T B: *debet* G O — 21. *dicere paratus est* G: *dicere* (*edicere* B) *paratus* (om. *est*) A T B; *paratus est dicere* O — *is* om. A T B — *qui*] *quod* A — 22. *assecula* A T: *assecla* O — 23. *in prima aetate* B — *pelex* T B G: *pellex* O; cf. p. 1422, 7. — *ordinis* om. A — 24. *et* om. A T — *enim* in A expunctum est — *hoc* A T: om. B G O — 25. *incolomem* A T B — 26. *petulantissime consectari bonos* A: *bonos petulantissime consectari* cod. Pithoei; *bonos petulantissima consectari lingua* T B G O — 27. *existimare* G — *hiis* G — *tibi* om. B — *efficere* A T B: *facere* G O — 28. *malle* A: *velle* T B G O — *faciam p. c.* C: *patres conscripti, faciam* O — 29. *uidi grauius* T B: *uidi grauiter* (*ter* in rasura a manu sec.) A; *gravius vidi* G O.

mihi quidem ratio habenda est, non quae Salustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possim.

---

1. *non quae* A: *non que* B; *neque* T; *non quia* G; *non quid* O — 2. *ego* om. B G — *possim* C: *possum* O — *M. Tulii in T. Salustium explicit invectiva* G; subscriptione carent A T B.

Nequaquam a me impetrare potui, ut his subiungerem cetera longe peiora scripta Ciceroni supposita, veluti Orationem de pace; Orationem in Valerium (cuius habeo editionem Lugdunensem a. MDXV. in volumine Orationum Tullianarum); Librum de re militari a Iunta et Cratandro cum Ciceronis operibus editum; Synonyma ad L. Veturium et Librum de proprietate sermonis, quorum in Bibliotheca nostra Carolina exstat Codex seculi XV. descriptus ex Bernensi, e quo et Editione Romana a. MCCCCXCI. denuo editurus erat Ianus Ruardius (v. Peerlkamp in Xenoph. Ephes. Praef. p. LIX). Cum Schuetzio omisi Consolationem Sigonianam, ab Ernestio servatam; eodem enim iure libellum longe maioris pretii, etsi minus eleganter conscriptum, illi comitem dare potuissem: quartum dico de Natura Deorum librum Bononiae, id est Berolini, MDCCCXI. typis excusum, quem alii, ut Ebertus in Lexico bibliographico, de Wettio et Marheineckio, alii Cludio Hildeshemiensi, alii denique Aretino, nobili Bavaro, tribuunt. Or.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Or. pro Quinctio. § 14. pag. 4, 24. Charisius *Instit. grammat.* II, 14, 200: *Repentino* pro *repente* Cicero, ut Statilius Maximus notat.

§ 27. p. 7, 13. *atque spem imbiberit* coni. Kayserus in censura ed. nostrae (v. *Gelehrte Anzeigen der k. bayer. Akad. d. Wiss.* 1855. Philos. philol. Cl. Vol. 41 Nro. 4 sqq.) coll. p. 642, 16, ubi Orellii coniecturam *imbibit* (pro *inhibet*, ut est in codd.) probat.

§ 31. p. 8, 9. Locus Rufiniani *de fig. sent. et eloc.* § 18 a Ruhnkenio sic scriptus est: «*Dolabella autem quemadmodum homines nobiles*, usque, *iniuriam fortissime perseverat.*»

§ 35. p. 9, 11. Grillius in commentario inedito ad Cic. lib. de Inv. fol. 34ª locum sic affert: Hortensius reprehenditur, quia et in simplicibus causis partiatur, ut in Quintiana: *faciam, ut te semper animadverti facere, Hortensi: totam causae meae dictionem in partes dividam.*

§ 47. p. 12, 18. In adnotatione littera P significat palimpsestum Ambrosianum.

§ 49. p. 13, 14. Ut figura commutationis (ἀντιμεταβολῆς) servetur, Kaysero locus sic scribendus videtur: *Etenim mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat: at vita turpis saepe ne morti quidem honestae locum relinquit.* Eidem paulo post § 50 v. 23 verba *ut carnifices* glossema videntur.

§ 51. p. 13, 30. *mavult enim commemorare, se, cum posset perdere, pepercisse, quam, cum parcere potuerit, perdidisse.* Hoc quidem alterum ipse commemoraturus non erat. Sed agitur non de ipsius hominis commemoratione, sed de ceterorum et de fama atque opinione. Scripsit Cicero: *mavult enim commemorari, se* cet., id est, hunc esse hominum de se sermonem. Madvig.

§ 62. p. 17, 15. *At quis erat procurator? Credo aliquem eiectum hominem egentem, litigiosum, improbum* cet. *Eiectus* homo aut exsul est, qui sane procurator esse non poterat, aut naufragus in terram eiectus, quod ridiculum est. Vel ordo verborum mendum ostendit, quod cum pridem coniectura sustulissem, vidi postea tribus codd. Oxonn., nunc multis Kelleri redargui. Scripsit enim Cicero: *Credo aliquem electum* (esse data opera et fraudandi consilio) *hominem egentem* cet. Madvig.

§ 64. p. 18, 3 sqq. Ad codicum indicia accedit sententiae testimonium. Illa enim *cuius procurator non omnia iudicia acceperit* cet. sic dicuntur, quasi Alfenus iudicium aliquod accipere noluerit, quod contra est. Ipsa autem oratio miram habet offensionem in hac repetitione *cuius procurator -- cuius procurator* sine ulla figura rhetorica. Mihi Cicero haec sola scripsisse videtur: *aut C. Aquilius -- hoc ius in civitate constituat, cuius procurator a praetore tribunos appellare ausus sit, eum non defendi* cet. Madvig.

§ 69. p. 19, 8. Ad lectionem *summe cupisti* conf. pro Roscio Amer. § 13 p. 33, 13.

§ 71. p. 20, 1. *Praestituendae horae ad arbitrium nostrum. — Iudex ipse arcebit.* Adversarius superbe iniquissimas agendi leges Quinctio praescribit; hic eas subire cogitur. Sed superbe minanti non convenit gerundium *praestituendae,* timide cedenti non magis haec auxilii parati fiducia: *iudex ipse arcebit*; verbum autem ipsum *arcendi* (pro eo quod est: resistet, obviam ibit vestrae superbiae) ineptum est. Codd. *praestituendum* et *arcebitur.* Omnia haec tribuenda adversario et sic scribenda: *Praestituentur horae ad arbitrium nostrum, iudex ipse coercebitur.* (Id enim facere conati erant § 33.) Tum Quinctius quasi plura imperia exspectans: *Quid tum?* — Respondet adversarius: *Tu aliquem* cet. Madvig.

§ 79. p. 22, 13. De verbis *ago* et *aio* inter se permutatis vide etiam p. 486, 2.

§ 86. p. 25, 22. *latitare* coni. Kayserus.

§ 89. p. 26, 12. De verbis *omnia* et *omnino* inter se permutatis conf. var. lect. p. 58, 25.

§ 94. p. 27, 18. *si, quae pudore ornamenta sibi peperit, ea potest contra petulantiam te defendente obtinere.* Mire his tam abrupte interponitur haec iudicis appellatio *te,* quem post § 92 initium Cicero non significavit; neque ad iudicem aptum est *defendendi* verbum. Non dubito quin Cicero scripserit: *me defendente.* Quum semel scriptum esset *m,* quod scribi debebat *(petulantiame defendente),* male littera *t* adiecta est. Madvig.

p. Roscio Amerino. § 1. p. 30, 6. Verba *ita fit -- vitant* affert rhetor incertus in Anecd. Paris. p. 4 ed. Eckst., *quia periculum vitant* Grillius in comment. ad Cic. de invent. fol. 4b. Uterque igitur auctor firmat lectionem palimpsesti *vitant.*

§ 7. p. 31, 15. *ut evellat* coni. Kayserus.

§ 8. p. 31, 33. *consueverant* scribendum erat; cf. p. 118, 23 sq.

§ 9. p. 32, 9. comma post *attribuit* delendum est.

§ 11. p. 32, 26. *sanguini remedium esse sperant futurum* coni. Kayserus coll. p. 118, 32. — De indicativo *cum interea — factae sunt* (v. 25) a nobis primum restituto cf. nunc etiam Kempf. ad Val. Max. p. 227.

§ 13. p. 33, 13. *ipsum* praeter G etiam Lag. 26 omittit, quem codicem in nostrum usum Otto Ribbeckius excussit; pronomen aut delendum aut *ipsi* corrigendum videtur.

§ 17. p. 34, 17. uncini, quibus *quod sciam* inclusum est, delendi sunt; v. adnot. nostram in ed. Berol. 1854.

§ 21. p. 35, 21. *Haec -- nummum* spuria videntur Osenbrueggio.

§ 31. p. 38, 19. fort. *undique omnes inmineant terrores* (H.); Kayserus mavult: *undique minae et terrores* om. *omnes.* — 23. *res tanta exstat* coni. Mommsenius.

§ 35 sq. p. 39, 28. Kaysero locus sic constituendus videtur: *De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo, at non eodem modo de omnibus. Quid igitur est? Prima illa res* cet.

§ 39. p. 40, 21. Signum interrogationis post *versatus* ponendum est.

p. 40. in adnot. v. 5 lege: Madvig (Op. II, p. 327.)

§ 56. p. 44, 27. fort. *si accusatus est* (H.)

p. 47. in adn. v. 8 lege: cod. Paridis.

§ 68. p. 48, 8. *praerupta audacia* Lag. 26 recte.

§ 70. p. 48, 22. malim *scripsit* (H.)

§ 74. p. 49, 27. scribe: *Si per liberos, quos homines?* (H.)

§ 76. p. 50, 13. fort. *per quos homines hoc tantum facinus tam occulto absens praesertim conficere potuerit* (H.)

§ 77. p. 50, 25. *victus quotidiani minister* Lag. 26.

§ 80. p. 51, 22. fort. *confugit?* (H.) — 24. *Iterum mihi* coni. Kayserus — 27. *nonne* ex codd. restituendum erat et v. 31. scribendum *et in sanguine,* ut habet Lag. 26.

§ 85. p. 52, 30. *atque iudicem* Lag. 26. — 33. *quam incitatus ad severitatem* coni. Kayserus coll. Tusc. V, § 68.

§ 86. p. 53, 13. *elucet* recte Heumannus; cf. p. 63, 6.

§ 89. p. 54, 5. *multos caesos ad Trasimenum lacum et ad Servilium vidimus* affert Schol. Lucani II, 161.

§ 95. p. 55, 31. fort. *facta sint* (H.)

§ 102. p. 57, 24. fort. *ut vel in minimis*; alias enim sententia perversa est. (H.)

§ 107. p. 58, 29. scrib. *quis indicarit?* (H.)

§ 110. p. 59, 23. *aliqua afferenda mora* emendavit Naegelsbach.

§ 111. p. 59, 33. *in iis* recte Lag. 26.

§ 113. p. 60, 22. *asperserit* bene Lambinus; cf. p. Planc. § 30.

§ 118. p. 61, 31. *constat* recte Lag. 26. Statim post vera videtur Gulielmi emendatio *si quo de illorum* cet.

p. 62, 3. *a gladio recessisse*] cf. var. lect. ad p. 1080, 5.

§ 120. p. 62, 13. fort. *quam ob causam rem recusaris.* (H.) — 20. Madvigii emen-

dationem Kayserus ita probat, ut sic tamen supplere malit: *At neque in dominos quaeritur* cet. At verendum est ut *neque* sic recte dicatur eius loco quod Cicero solet: *At ne in dominos quidem q.*

§ 121. p. 63, 7. scrib. *ab istis opprimitur* (H.)

§ 123. p. 63, 26. *coeperim* coni. Weiske.

§ 126. p. 64, 13. *quo modo*] recte Ernesti *quo more*, ut item p. 307, 25 cum Ruhnkenio corrigendum est: *quo more? quo iure? quo exemplo?*

§ 129. p. 65, 6. *ipsi* delendum est cum G et Lag. 26. — 9. *pertinent* Lag. 26.

§ 130. p. 65, 18. *multa multos furtim imprudente L. Sulla commisisse* coni. I. Ieepius (in litteris ad nos datis) et Kayserus, ille quidem coll. p. 902, 6.

§ 132. p. 66, 7. Adscribenda erant scholiastae verba graviter vitiata: «Maxime metu ut Sullam scilicet. deribat tamen. Et ait se, id est suspicionem suam in alium deducit. Hoc enim dicebat Chrysogonus: Non timui ne mihi tollerentur bona Roscii, ideo eius praedia dissipavi, sed quia aedificabam, in Veientanam ideo de his transtuli.» Haec sic fere corrigenda videntur: *Maxime metuit*: Sullam scilicet; deridebat tamen. Et ait *se*, id est, suspicionem suam in alium deducit. Hoc enim dicebat Chrysogonus: Non quod timui cet. — 11. Lectio *Brutiis* ex *Brittiis* orta videtur; v. ad p. 496, 36.

§ 133 p. 66, 16 *ut qui praetereuntes praeconem enuntiare audiebant* coni. Mommsenius.

§ 139 p. 68, 7 scrib. *nostri illi nobiles.* (H.)

§ 141 p. 68, 21 *posse*, quod verbum ab aliis codd. abest, in aliis locum mutat, supplementum veteris lacunae esse apparet, quae sic potius explenda videtur: *quod speravit sese apud tales viros aliquid valiturum ad perniciem innocentis.* — 22. fort. *Idcircone excitata* cet. — 24. in scriptura codicum *bona fortunas vestrasque (vestras atque) nostras* Kaysero tertium substantivum latere videtur: *bona, fortunas possessionesque nostras* coll. p. Caec. § 76: *bona, fortunae possessionesque omnium.*

§ 142 p. 68, 32 Mommsenius emendat: *ille improbissimus Chrysogoni fautor, qui sibi cum illo rationem communicatam putat, cum laeditur, ab hoc splendore causae separatur.*

§ 153 p. 72, 1 fort. *quem in locum rem publicam venturam putetis*; nam videtur *per* sive *p* cum linea post *r. p.* ex dittographia ortum esse, cf. p. 887, 2. 946, 11.

pro Roscio Comoedo. § 7 p. 75, 7 post *illae* excidit *sunt.*

§ 8 p. 75, 14 post *dices* signum interrogationis ponit Kayserus.

§ 11 p. 76, 1 *Si paret HS ꟾↃↃↃ deberi. Hic* coni. Kayserus, v. 3 *tantum non* pro *tamen*, v. 8 § 12 *si paret deberi* eius loco quod est in codd. *si peieres.*

§ 14 p. 76, 27 *cum*] *cuius* emendat Huschkius.

§ 20 p. 78, 13 *qui quam ob rem Roscium similem sui in fraude et malitia existimarit, nihil videtur nisi forte* cet. Ad hanc scripturam, quae in nullo codice reperta est, (habent enim *existimarit mihi videtur*) defendendam advocantur interpretes Livii ad XXV, 7, hoc est, opinor, perversa Doucatii coniectura de loco a Gronovio e codice Puteaneo et aliis pridem restituto. Opinor scribendum esse: *existimarit, mirum mihi videtur,* ut librarii oculus aberrasse putetur in syllaba *mi.* Madvig.

§ 22 p. 78, 39. Verba Kaysero sic transponenda videntur: *Debebat? immo in suis nummis versabatur. Egebat? immo locuples erat.*

§ 25 p. 79, 17 *propter atrocitatem criminis* coni. Kayserus coll. p. 565, 32.

§ 32 p. 81, 17 verba *iure fecerunt multi* Kaysero glossema videntur et v. 21 vv. *si fit hoc vero*, ut est in codd.

§ 35 p. 82, 6. Kayserus scribit: *Nesciebat Fannium Roscio esse socium? Sciebat praeclare* cet. et § 37 v. 13: *si non alia certiora et clariora* (sc. argumenta) *in causa haberem.*

§ 39 p. 83, 2 proponit idem: *Quid tum? non exitum exactionis, sed initium repromissionis spectare debemus, neque, si ille persequendum, quod in re fuit, non putavit, iudicabimus Roscium suas, non societatis lites redemisse.*

§ 42 p. 83, 31 *si ex fide, iudicem sumpsisti* emendat Kayserus.

§ 46 p. 84, 29. *Quis enim deprecatione deorum utitur, qui non conscientiae fide commovetur?* coni. idem.

§ 47 p. 84, 36. *Tum enim forsitan improbis nimis cupidus videretur, qui, qua de re iudex fuisset, testis esset; nunc omnibus inimicis necesse est castissimus et constantissimus videatur, qui* cet. Sinistrum de Cluvio iudicium ad malevolos solos pertinebat, bonum et honorificum ad omnes. Saltem scribendum erat: *omnibus, etiam inimicis.* Sed omnino *inimicitiarum* inepta hic significatio est nec ullum earum in reliqua Cluvii mentione vestigium est. Hoc Cicero dicit, si iuratus Cluvius diceret, quae dicat, posse eum fortasse nimis cupidum videri, non tamen omnibus nec iuste aestimantibus, sed *improbis*; nunc, quum iniuratus dicat, nemini omnino in suspicionem venire, prorsus omnibus castissimum necessario videri. Apparet tollendum esse *inimicis.* Id ortum est ex *improbis* sive ei explicandi causa adscriptum aut potius quod aliquis, sententiae et orationis forma non perspecta, improborum mentionem etiam in altero membro desideravit et mutato vocabulo addidit. MADVIG.

pro Tullio. § 29 p. 95, 32. *Videtis praetores per hos annos intercedere hoc* [*interdicto velut inter*] *me et M. Claudium* cet. Neque praetor *intercedit* neque quisquam *interdicto* (abl.) *intercedit.* Cicero scripserat: *per hos annos interdicere hoc* [*exemplo, velut inter*] *me et M. Claudium.* MADVIG.

§ 35 sq. p. 97, 18 *absolvantur omnes de simili causa necesse est. Hoc solum, bona mehercule* [*fide*], *si hoc solum esset, tamen vos* cet. Neque bona fides hic habet quod agat, neque ablativus illo loco interpositus intelligi potest, neque geminatum illud *hoc solum* et tam inepto cum pondere praepositum tamque perverse: *hoc solum, si hoc solum.* Scribendum est sublatis duobus vocabulis, quae librarius errore prius scripsit, quam debuit, deinde, errore animadverso, tamen non delevit, ut saepe factum in antiquis codicibus videmus: *absolvantur omnes simili de causa necesse est, bona mehercule! Si hoc solum esset, tamen* cet. Acerbe Cicero exclamat, bonam mehercule illam esse causam. MADVIG.

§ 38 p. 98, 4. Tollendus est soloecismus, qui est in hac temporum coniunctione: *Dicis oportere quaeri, homines M. Tullii iniuria occisi essent necne.* Scribendum *occisi sint.* Nec minus pravum est, quod paulo post editur: *quid attinuit -- queri praetoris iniquitatem, quod de iniuria non addiderit?* Recte Huschkius *addidisset.* MADVIG.

p. 102, 4. Grillius, ubi disputat de exordio orationis, haec affert p. 42a: «In obscuro genere quid facere debes, ut docilem facias auditorem? quod fecit in Tulliana: *de hac re,* inquit, *iudicabitis.*»

in Q. Caecilium. § 4 p. 105, 1 *fuisset. Sed quo* coni. Ruhnkenius in Mnemos. III, p. 229.

§ 10 p. 106, 4 scrib. *possitis.*

§ 34 p. 110, 13 scrib. *indicium.*

§ 46 p. 113, 7 *commiserari, conqueri*] vide ne alterum verbum alterius sit explicatio ex margine adiecta. (H.)

p. 113, 12 *ne motu corporis perstringat* (sic) *aciem ingenii tui* affert Grillius fol. 22b.

§ 50 p. 114, 10. Corrigendum videtur: *ex quibus alienissimis hominibus — ita paratus venis — tibi hospes est aliquis recipiendus.* (H.)

§ 68 p. 118, 13 fort. *istius modi* (H.)

in Verrem Act. I. § 1 p. 119, 21 verba *quae nunc sint* vir doctus nescio quis in Mnemosynae III, p. 229 delenda censet coll. p. 134, 23. Idem Baiterus quoque in adnot. proposuit. At confert Iordanus (in litteris ad nos datis) p. 137, 25. 149, 4. 179, 37 cet.

§ 11 p. 122, 3. Verba *primus gradus honoris,* quae post *quaestura* leguntur, manifestum sunt glossema, quod neminem adhuc vidisse est quod mirere. (H.)

§ 19 p. 124, 7 *ad ipsum fornicem Fabianum* affert Schol. Lucani IV, 15.

§ 23 p. 125, 9 sqq. *quam liberaliter eos tractasset et iam antea, cum ipse praeturam petisset, et proximis consularibus praetoriisque comitiis. -- Hoc alios negasse se audere* cet. emendat Iordanus.

§ 26 p. 126, 2 *quacumque posset ratione* emendaverunt Spengelius et vir doctus in Mnemosynae III, p. 229.

§ 27 p. 126, 10 fort. *propterea quod L. Metellus est praetor in Sicilia.* (H.)

§ 33 p. 127, 33 *malitiose* glossema esse docuit Cobetus in *Variis lectionibus* cet. p. 292.

§ 36 p. 128, 16 sq. fort. *profiteor huic generi hominum me* [*inimicum accusatorem*] *odiosum, assiduum, acerbum adversarium.* Nam ut verbis transponendis locus probabiliter sanari possit, admodum vereor; videntur potius verba a nobis inclusa aliena manu adiecta esse. (H.)

§ 41 p. 129, 28 comma post *nuper* tollendum et § 44 p. 130, 14 colon post *requisivit* ponendum est, ut significavit Iordanus.

in Verr. lib. I. § 35 p. 142, 7 *afflare* post Zumptium coni. etiam C(obet) in Mnemos. III p. 230.

§ 49 p. 146, 3. *Tenen* habet etiam codex Cassellanus Servii ad Aen. II, 21 et deinde v. 4 *Tenedos.*

§ 57 p. 147, 38 fort. *definiri videtis.* (H.)

§ 59 p. 148, 11. *Socii vero nationesque exterae spem omnem tum primum abiecerunt rerum ac fortunarum suarum* emendat Iordanus.

§ 70 p. 151, 29 fort. *aliquanto tamen felicior fuit* (H.)

§ 116 p. 165, 4. Recte Priscianus *iam quid ad praetorem* cf. adn. ad p. 55, 6.

§ 145 p. 173, 2. Emendationem in adn. propositam *detectum* firmare videtur legis municipii Malacitani fragm. v. 139 p. 383 ed. Mommsen.

in Verr. lib. II. § 5 p. 179, 14 *ad omnes res sic illa provincia semper usi sumus* emendat Cobetus in Mnemosynae III, 230.

§ 54 p. 194, 16 *cum rem sensisset* coni. Cobetus ibid.

§ 87 p. 204, 3 *qui floruit Himerae* coni. idem (cf. p. 455 ed. nostrae).

§ 93 p. 205, 34 fort. *bonis se exacturum*; cf. tamen Madvig. ad Cic. de fin. p. 670. (H.)

§ 98 p. 207, 13 *non adfuit* glossema videtur viro docto in Mnemos. III, 230.

§ 166 p. 227, 10 *eum his quoque odio esse oportere* coni. Cobetus et § 171 p. 228, 12 *portorium* pro *portum.*

§ 174 p. 229, 3 vv. *publicanorum iudicio* Bakio delenda videntur.

§ 178 p. 230, 10 *me non suscepisse, quem accusarem, sed recepisse, quos defenderem* coni. Cobetus et § 180 v. 20 *de hoc toto crimine societatis.*

§ 192 p. 234, 9 *illius infamia, libidine, nequitia* coni. vir doctus in Mnemos. III, 230.

in Verr. lib. III. § 14 p. 240, 13 *in Sicilia* glossema esse docuit Bake et § 96 p. 269, 16 voc. *senatorium.*

§ 198 p. 307, 25 *quo modo?*] *quo more?* emendavit Ruhnkenius. Cf. ad p. 64, 13.

in Verr. lib. IV. § 7 p. 326, 21. Emendationem Baiteri *viserit* firmant hi loci huius ipsius orationis §§ 74. 122. 127. 128. 130. 132. 135. Paulo post offendit Iordanus in locutione *homines cuiusque modi*; at v. Flori epit. p. 63, 3 ed. Iahn. *cuiusque modi ludibriis foedare mortem.*

§ 12 p. 328, 18 in emendatione Hotomani *et* ante *IO* delendum est, ut apparet ex p. 334, 5. (H.)

p. 334 in adn. crit. v. 2 sic legendum est: quod adest praedicatum *audientem.*

§ 35 p. 336, 27. Lectio librorum servari potest, si ita verba interpungas: *Iussit Timarchidem aestimare argentum, quo modo qui umquam tenuissime -- aestimavit.* (H.)

§ 44 p. 340, 12 *de manibus amissa* recte R; v. ad p. 1022, 12.

§ 54 p. 344, 5. *Et ne forte hominem existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coacervare voluisse (videte quanti vos, quanti existimationem populi Romani, quanti leges et iudicia, quanti testes Siculos negotiator iste* [cf. p. 327, 8] *fecerit), posteaquam tantam multitudinem collegerat emblematum --, instituit officinam Syracusis* cet. coni. Ieepius, de parenthesi conferens p. 351, 16. 336, 6. 387, 9.

§ 70 p. 350, 14 *audies homines e conventu Syracusano* emendat Cobet.

§ 73 p. 351, 15 *bello Punico tertio* glossema videtur Bakio.

§ 81 p. 354, 23. *Desinat ista praeclara nobilitas, desinat queri* cet. coni. Ieepius, coll. p. 68, 10 sq. et p. 868 v. 13 et 34.

§ 90 p. 358, 2 fort. *eius religione te ipsi devinctum a. dedamus.* (H.)

§ 103 p. 362, 25. Emendationem a nobis in adn. propositam *reportandos reponen-*

dosque firmat locus simillimus p. 351, 31 sq. et Valerius Maximus I, 1, Ext. § 2, qui locum Ciceronis exscripsit.

§ 104 p. 362, 30 *aut sociali iure* emendat Cobet. Cf. p. 182, 4.

§ 113 p. 366, 1 *ut ad Verrem adirent*] *ut Verrem adirent* maluit R. Klotz; at v. p. Rosc. Am. §§ 25. 110. in Verr. V, § 21.

§ 126 p. 370, 18 *eat ad Felicitatis* coni. vir doctus in Mnemosyne III, 230.

p. 370, 21. Ex scriptura in R *ornamentum* corrigendum est: *Verres ornamentorum -- habent plenam domum.* (H.)

§ 128 p. 371, 8 *porcinum caput* coni. Georges in litteris ad nos datis.

§ 133 p. 372, 19 *signum ullum, tabulam ullam pictam* emendat Bake.

§ 135 p. 373, 9. Verba *propter quod unum visuntur Thespiae* Bakio glossema videntur ex p. 325, 21. Paulo post v. 16 *vos,* quod ab R abest, ante *volo* ponendum videtur.

in Verr. lib. V. § 2 p. 380, 13 *tum deprecabitur a vobis, tum etiam suo iure* (sic) *contendet* affert Grillius fol. 32ᵇ et ibid. vv. *sit fur -- imperator* § 4.

§ 20 p. 386, 17. Cum sit in R lectio *in hominem honestissimae* (sic enim in adn. corrigendum est) *maximae civitatis honestissimum*, vide ne vera lectio fuerit: *in hominem maximae civitatis honestissimum.* Vulgata tamen lectio aliquod patrocinium habet ex Verr. V, § 122: *adest Centuripinus Phalacrus, in amplissima civitate amplissimo loco natus* (H.)

§ 23 p. 387, 5 *breviter recognoscite* bene coni. Eduardus Wurm.

§ 27 p. 388, 25 fort. *iura discripserat* (H.)

§ 44 p. 393, 18. Locus sic vulgandus videtur: *Navem vero cybaeam maximam triremis instar* [*pulcherrimam atque ornatissimam cybaeam*] *palam aedificatam* cet.; videntur enim verba inclusa ex inferiore loco v. 26 illata esse. (H.)

§ 56 p. 397, 19. *Age porro: tu* distinguit M. Seyffert *Schol. Lat.* p. 42. Cf. p. 401, 9. — 22. fort. *adierunt te et* (H.)

§ 61 p. 399, 18. Secundum R scribendum est: *Recita testimonia*, abiecto *civitatum* (H.)

§ 70 p. 401, 33 *ut is victu*] *ut ei uictus* R, i. e. *utei* (sive *uti*) *uictu* (H.)

§ 72 p. 402, 19. Lectio Vaticani *involutis* firmatur locis similibus p. 432, 6 et 15.

§ 93 p. 409, 12. In lectione codicis R¹ *sicut erat anper consuetudo* latere videtur: *sicut erat antea semper consuetudo.* (H.)

§ 128 p. 422, 6. Ex R lectio *domu* recipienda erat, ut item habet cod. Vat. in or. Phil. II, § 45.

§ 133 p. 424, 12. Lectionem a nobis ex pal. Vat. restitutam *in crimen et in invidiam vocari* coniectura praecepit Buechnerus ad or. p. Rosc. Am. p. 310.

§ 142 p. 427, 27. In lectione R *illum* latet forma *illim*; cf. ad p. 1146, 5 et 1263, 11.

§ 152 p. 430, 30 *tantum sibi auctoritatis in re publica sumsit* coni. T. I. Halbertsma in Mnemosyne III, p. 231.

§ 161 p. 433, 32. Ex lectione *recio* in R nomen *Raecius* hic et p. 436, 14 et 17 restituendum est. (H.)

§ 169 p. 436, 33. De forma *fretu* add. p. 935, 19. — p. 444, 4 lege 37 pro 31. — p. 449. In lect. ad p. 166, 16 allata corrige: *execrabantur.*

pro Fonteio. § 3 p. 463, 20. *Atqui* cet.] Haec et facilius et rectius, quam supra factum est, restitui possunt; scripsit enim Cicero: *Atqui omnes, qui hoc genere quaestionis accusati sunt, reprehensos videmus primum testibus* cet. Madvig.

p. 465, 5. Addendus est locus Iulii Victoris c. 15 p. 243 ed. Or.: Licet etiam principales quaestiones in principiis praecerpere, sed praecursu solo atque tactu, ut de his quaeri videatur, quo modo pro Flacco et pro Fonteio M. Tullius: *nihil agi illo iudicio, nisi ut magistratus in provinciis non audeant imperare sociis quod ex usu rei publicae sit.*

§ 13 p. 466, 8 *est item urbs Massilia, de qua ante dixi, fortissimorum fidelissimorumque sociorum, qui Gallicorum bellorum pericula p. R. copiisque remis compensarunt.* Scrib. *qui Gallicorum bellorum pericula populi Romani copiis atque praemiis compensarunt.* Tantas dicit fuisse copias a p. R. Massiliensibus subministratas, tanta praemia tributa, ut ii Gallicorum bellorum pericula iis compensata redemptaque putarint. Madvig. Paulo ante v. 5 corr. *dicionemque,* ut est in V.

§ 19 p. 468, 14 sqq. Mommsenius locum parum feliciter tractasse videtur, qui Ciceroni has orationis sordes tribuerit: *Tolosae — Segoduni — Volcalone —*; *atque in his locis Segoduni et Volcalone,* deinde quum scriptum esset: *Croduni - - se crodunt,* ut nomen alibi lectum efficeret, *Segodunum* bis posuerit, alia admodum violenter mutarit, Tolosae duplex portorium exactum finxerit, alterum a Titurio, Romani nominis homine, alterum ab Oduluscanto. Praestat menda relinquere quam tam incerta substituere. Unum tamen certum est, altero loco *sc. Croduni et Vulchalone* interpretandi causa adnotatum esse, quum Cicero *in his locis* scripsisset, et hinc confirmari quod praecedit *Croduni*; ne illud quidem valde dubium puto quin in littera *M* nota numeri obscura lateat; illud certissimum in primis syllabis monstri illius *elosioduluscantum* quartum loci, in quo portorium exactum sit, nomen a superioribus diversum latere. *Munii* et *Servaei* nomina non multo certiora sunt quam *Oduluscanti.* Madvig.

§ 25 p. 470, 21 *profecto satis erit, id quod dixi antea, non surdum iudicem huic muneri atque officio praeesse.* Cui muneri? nempe iudicandi. Quae igitur haec perversitas est *satis erit non surdum iudicem iudicandi muneri praeesse?* Apparet Ciceronem scripsisse: *satis erit non surdum* (hominem) *huic muneri a. o. praeesse.* Madvig.

§ 32 p. 472, 7 *vos tamen cum Gallis stare malitis* emendat Cobet in Mnemosyne II, 423.

§ 37 p. 473, 28. Ad lectionem a nobis propositam *si non vera, at commode ficta* cf. p. Rosc. Am. § 54: *finge aliquid saltem commode, ut ne plane videaris id facere, quod aperte facis* cet.

pro Caecina. In hac et sequente oratione varietatem lectionum codicis Tegernseensis iam plenius ex ipso codice afferre potui. (B.)

§ 1 p. 480, 2. *atque in iudicis. inpudentia* T — 3. *cecina* T — *facienda* T — 7. *michi* ubique T — *cum*] *qm̃* i. e. *quoniam* T — 12. *qm̃*, non *quum*, T.

§ 2 p. 480, 12 scribit Kayserus in Ann. Heidelberg. 1851, 684: *quomodo si facta vis esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset, quia enim contra ius moremque facta sit, A. Caecinam cum amicis metu perterritum profugisse, ita nunc quoque in iudicio* cet.

§ 3 p. 480, 22. *aduersari* T.

§ 3 p. 481, 4 *cum, iis sive creditur, creditur hoc ipsum* iam proposuit Lambinus in adnot. ad or. Philipp. XI, c. 11.

§ 4 p. 481, 7 *inpudentius* T — 8. *inpudenter* T — 15. *inprobitate sex aebuti* T — 16. *A.*] *auli* T — 18. *nichil* ubique T — 25. *omnis* T — 31. *qm̃* T, non *quum* — 32. *rep̃hendendum* T.

§ 6 p. 481, 33 *ideo quod cum omnia aut distrahendarum controversiarum aut puniendorum maleficiorum causa reperta sint* scribit Kayserus cum Lambino.

§ 6 p. 482, 3 *persepe* T — 12. *condempnatur* T — 13. *fidutiae* T — 20. *instare*] *iusta re* T.

§ 9 p. 483, 7 *sepius* T — 10. *demonstrare* corr. ead. m. in *demonstrande* T — 12. *queso* T — 15. *sue* T — 21. *Aliquando* T — 23. *fuscinius* T — 25. *fidium* T — 29. *mature̜* T — 30. *adulescens* T — 35. *familiaritē* T — *conpendio* T.

§ 14 p. 484, 5 *cognoscis retiperatores* T — 6. *adsentatoris* T — 8. *mulieris* T — 13. *oportuna* T — 16. *qm̃*, non *quum,* T — 21 *annenin* T — *illus* T — 22. *negocia* T — *attendis*, non *attendidis*, T — *negocium* T.

§ 16 p. 485, 2 *p̃cio* T — *aebucio* T — 5. *e̜meretur* T — 6. *omnis* T — 13. *pe̜cunia* T — 17. *et*] *ex* T — 19. *aspergit* T.

§ 17 p. 485, 20 *hanc sextulam* coni. Bake in Mnemos. II, p. 423.

§ 18 p. 485, 25. *inperitusque* T — 31. *herciscinde*, non *herciscindi*, T.

§ 20 p. 486, 11. *coe̜gisse* T — 18. *omnis* T.

§ 23 p. 487, 2. *confer una meieci* T — 4. *.p. r.* T — 9. *inprobo* T — 10. *etenim non uitiis nos* (sic) T.

§ 23 p. 487, 10 *stultitia istius* scribit Kayserus cum K.

§ 23 p. 487, 11. *ledit inprobitas* T — 13. *inprobissime* T — 15. *testis* T — 20. *proterrui* habet T — 23. *cecinae* T — *reciperatores* T — 28. *aebuti* T — 33. *lucius* T.

§ 26 p. 488, 1 *conpluribus* T — 5. *perterrit* T — 7. *Vt illius* T — 9. *aebucius* T.

§ 27 p. 488, 9 verba *hoc est mortem minaretur*, cum sint manifestum glossema, retinere non debuimus.

§ 27 p. 488, 14. *argentariis* T — 15. *phormio*, non *formio*, habet T — 16. *terennianus* T — *formio* T — 17. *expectatus* T — 21. *lederet* T — 29. *uoluisset* habet T — *condempnare* T — 30. *dampnarent condempnari* T — 32. *condempnandum* T.

§ 29 p. 489, 2. *p̃cio* T — *obicitur* T — 3. *Veruntamen* T — 4. *eum*] *cum* T — *affuisse* T — 6. *eum*] *cum* T — 7. *intellegere* T.

§ 30 p. 489, 8 *et tantum modo id errare* coni. Kayserus.

§ 30 p. 489, 11. *inprobitatis* T — 12. *dep̃cetur* T — 18. *intellegitur* T — 20. *intellegeres* T — 23. *et*] *ut* T — 24. *queramus* (sic) T — 25. *cecinam* T — 28. *negociorum* T.

§ 33 p. 490, 1. *quicquam* T — 2. *equitatim* T — 7. *armant* T — 11. *inpune* T — 13. *sepius* T — 19. *qm̃*, non *quum*, T — 27. *qui ad* T.

§ 35 p. 490, 28 *an ad atrocis rei notionem atque animadversionem ages iniuriarum?* coni. Kayserus.

§ 35 p. 491, 2. *condempnaris* T — 3. Verba *Actio enim -- mitigat* ex glossemate adiecta existimabat Ruhnkenius Mnemos. II, p. 423. — 4. *inminutae* T — *Pretor* T — 13. *numquam* prima littera expuncta T — fort. *inuisitatum* (H.) — 15. *aedis* T — 19. *deicitur* T — 20. *intellegere* T — 23. *proterritus* habet T.

§ 38 p. 492, 6. *restui* T — 9. *deminuta* habet T — 15. *expereundi* T — *ius constitutum in eum, qui obstiterit* coni. Bake (Mnemos. II, p. 423) — 16. *non*] *in* T — 20. *aspicere aut aspirare* T — 22. *reppulerit* habet T.

§ 40 p. 493, 2. *neglegentius* T — *stulcius* T — 7. *Veruntamen* T — 8. *condempnari* T — 16. *loquimur* coni. Bake.

§ 42 p. 493, 21. verba *formidine animum perterritum* delenda censet Kayserus. — 22. *sepe* bis T, item v. 27 et 29. — 24. *statuerint* T — 28. *inpulsu* T — 29. *comminus* habet T — 30. *aspectuque* T.

§ 43 p. 494, 4. *sautiacio* T — 11. *intellegimus* T — 14. *uetus ẽ ‖ est et m.* T — 15. *faciendam* T — 16. *quauis* T — 17. *ne* T — *.pr.* T — 20. *inpetus* T — 22. *coęgisse* T — 25. *cominus* T — 26. *alicunde* habet T — 30. *pęna* T.

§ 47 p. 495, 1. *intellegi* T — 5. *cede* T — *intellegetis* T.

§ 49 p. 495, 19. *Ain tu, qui* cet. coni. Bake — 20. *diiudicas et*] *diuidisset* T — 25. *intellegamus* T — 27. *vi*] *in* T — 28. *intellegatur* T.

§ 50 p. 495, 30. Verba *deiectus esse quisquam* Bake in Mnemosyne II, p. 424 glossema esse perspexit, itemque ea condemnat Kayserus, sed hic retento *esse*. — 31. *ne equo* T — *Quid? ergo hoc* cet. interpungit Buechnerus ad or. Roscianam p. 148.

§ 50 p. 496, 2. *posumus* T — 4. *inpudentiam* T — 9. *omnis* T — 10. *quicquam* T — 11. *intellegatur* T.

§ 51 p. 496, 13. *quae fiducia, quae stipulatio aut pacti et conventi formula* coni. Bake — 16. *et* ante *familiaris* recte abest a T — 17. *coherebit* T — 19. *intellegi* T — 26. *quintus* T — 27. *m. curiã* T — 28. *filiis* T — 34. *inmunita* T.

§ 54 p. 497, 1. *quandoque* habet T — 2. *cecus* T — 5. *interp̃tibus* T — 6. *uerum nemium multa conplectamur* T — 13. *restituisse* habet T — 18. *intellegamus* T (et sic ubique).

§ 56 p. 497, 21. *auctoritas respuit hanc defensionem et pro nihilo putat* scribit Kayserus. — *intellegendam* T.

§ 56 p. 498, 1. *quin ego tu nostri* T — 7. *poene* T — *an*] *aut* T — 12. *negocio* T — 14. *negocii* T — *sed quod id in hac re quaerit nihil attinet* Bake quoque scribendum esse vidit. — *mercennarii* habet T — 19. scrib. *tamen ei ipsi* (H.)

§ 60 p. 499, 5. *sed verbis ponderantur* emendat Bake. — 11. *si quod* habet T — 13. *delitescas* T — 21. *tam* habet T — *inpudens* et *inpudentior* T — 23. *negocio* T.

§ 63 p. 500, 1. *uilicus* et *mercennarii* habet T — 6. *hęę*, non *hae*, T — 18. *quicquam* T — *heream* T — 23 sqq. *Nam ceteri tum ad istam orationem decurrunt, cum se*

in causa putant habere aequum et bonum quod defendant: si contra verbis et literis - - contenditur, tum solent eius modi iniquitati aequi et boni nomen dignitatemque opponere, tum illud SIVE NIVE *irrident, tum* cet. scribit Kayserus ad Cornificium p. 246. — 24. *tum*] *cum* T — 26. *equi et boni* T — 27. *quod* habet T.

§ 65 p. 501, 1. *litterā* T — 3. *scriptum sequi calumniatoris esse, iudicis* (om. *boni*) *voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere* coni. Kayserus. — 6. *hȩc* T — 8. Adnotatio ad hunc versum versui nono male adiuncta est. — 9. *hoc*, non *haec*, T — *equitas* T — 10. *Non deieci, sed eieci te ex eo loco* coni. Cobetus Mnemos. II, p. 424. — 13. *sceuolam* T — 14. *quam* (sic) *antea non commemoraui* T — 28. *iudicatum* h. l. T — 29. *iudicaturum* T — 30. *quippiam* T.

§ 69 p. 502, 1. *si ut* habet T — 2. *est iudicatum est. etenim* T — 6. *contempnendum* T — 7. *is* om. T — *reuellit* habet T — 8. *interp̃tis* T — *si imperitos iuris esse dicit* spuria censet Cobet. — 9. *inperitos* T — *detrahitis imperitis* T — 10. *ledit* T — *legis* T — 15. *cȩteris* T — 21. *tabulae* habet T — 25. *Iudica hoc factum esse aut nequaquam esse factum* coni. Kayserus — *numquam factum esse. creatum crede* T — 28. *tutore* pro glossemate habet Cobet; at v. Cic. Topic. § 46. Liv. 34, 2. Leg. munic. Salpensani fragm. v. 98 ed. Mommsen. — 26. *conproba* T — 30. *de p̃cio* T.

§ 73 p. 503, 3. *auderet iudicaret iudicare* T — 4. *retinendam* habet T — 6. *pȩcunia* T — *opp̃ssum* T — 7. *neglegentius* T — 10. *si incertum est, quae patrimonia tua iure mancipii sunt* emendat Kayserus coll. p. 503, 24. — 12. *teri*, non *feri*, T — 13. *quae* habet T — 16. *isdem* habet T — 21. *que ductus*, non *aque ductus*, T — 25. *septa* T.

§ 75 p. 504, 4. *ita territa mitteret* T — 5. *populi Romani*] *.pr.* T — 11 sqq. *non restituis tu res si ec uosx est esse uim ñ incedes solum. sed etiam in ami libidinis nisi cruor appareat. uim ñ ee factam. in iuris deiectum ee. qui prohibitus sit libidinis nisi ex eo loco ubi uestigiū inp̃sserit deici neminem posse. iuris rē. et sententiā. et aequitatem plurimum ualere oportere. libidinis uerbo ac littera ius omne intorqueri. uos statuite recuperatores utre uoces uobis honestiores et uiliores ee uideantur* T, cuius codicis ope egregiae Madvigii et Spengelii emendationes partim confirmantur partim perficiuntur. Itaque totus locus posthac sic scribendus erit: *non restitues. Iuris si haec vox est, esse vim non in caede solum, sed etiam in animo, libidinis, nisi cruor appareat, vim non esse factam; iuris, deiectum esse, qui prohibitus sit, libidinis, nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, deiici neminem posse; iuris, rem et sententiam et aequitatem plurimum valere oportere, libidinis, verbo ac littera ius omne intorqueri: vos statuite, recuperatores, utrae voces vobis honestiores et utiliores esse videantur.*

§ 77 p. 505, 5. *affuit* T — 7. *quod* habet T — 12. *populus R.*] *.pr.* T — 14. *populo R.* h. l. om. T — 15. *expositamque pr. praebuerit* T — 18. *ingenium ut ab uita* (corr. in *inita*) *fides ut quicquid* T — 19. *Quā ob rē* (*ob* expunctum) T — 23. *quibus*] *omnibus* T.

§ 79 p. 506, 3. *deiectum* habet T — 7. *plurisnis sepe* T — *et equi et boni* T — 11. *facere* habet T — 15. *deiectus* babet T — 17. *qm̃*, non *quum*, T — 25. *cõprendi* T — 27. *intellegitur* T — 29. *qm̃*, non *quum*, T — *Quero* T — 30. *praetor*] *.pr.* T.

§ 82 p. 507, 3. *alicunde* habet T — 27. *retulisse* T.

§ 86 p. 508, 9. *intellegebant* T — 10. *si qui ab*, non *si quid ab*, habet T — 11. *quicquam* T — 16. *declarare tū quȩ resse inuenerunt* T — 19. Kaysero quoque Baiteri emendatio *unde Telesinus* certissima videtur, sed requirit, ut *deiectus*, quo codicum quoque vestigia ducant, repetatur et emendatio sic consummetur: *unde deiectus Telesinus?* At participium *deiectus* haud magis iterandum est quam proximo versu *deiecti*, quod item semel positum ad duo subiecta refertur, et codicum menda nata sunt ex primis syllabis nominis *Telesinus* in archetypo vel evanidis vel depravatis.

§ 88 p. 509, 1. *intellegitur* T — 8. *qm̃*, non *quum*, T — 17. *praetor*] *pr.* T — 28. *deici* T.

§ 91 p. 510, 1. *cotidianum* T — 2. *deici* T — 9. *condempnari* T — 10. *deiciuntur* T — 15. *p̃cario* T, item v. 19. — 23. *inermis* T — 24. *inter haec dicta* T — 25 et 26. *et quid* ter T — 28. *cecinam* T — 32. *conductum decennia fundum* T.

§ 94 p. 511, 2. *haeres* T — 3. *cecina* T, item v. 6. — 9. *sylla* T — 10. *rei p.*] *.rp.* T — 11. *syllam* T — 13. *asscriptio* T — 15. *querote* T — 23. *dissertissimum* T.

§ 97 p. 512, 6. *sylla* T — 9. *inperiti* T — 11. *praeit* T — 13. *sepe* T — 17. exemplis in commentario allatis adde p. 628, 25.

§ 99 p. 513, 1. *uisceribus* T — *intellegunt* T — 2. *maioris* T — 5. *exilium* ubique T — 9. *caeteras ciuitatis* T — 18. *qua* T — *uestri* habet T — 20. *intellegerent* T — 21. *esse ciuitatem* T — 22. *sulla* h. l. habet T — *caeteros* T — 26. *intellegi* T — 27. *Sulla*] *si illa* T.

§ 102 p. 514, 1. *fuerint*] cf. Madvig *Opusc. Acad.* I, p. 282 n. — 2. *et .a. c. r. hereditates* T — 8. *existat* T — 10. *qm̃*, non *quum*, T — *quicquam* T — 15. *contempnere re aebutium* T — 17. *quod homini* habet T.

§ 104 p. 515, 5. *coegisse* T — *DEFENSIO .M. TVLL CICERONIS PRO .A. CECINA EXPLICIT* T.

or. de imperio Cn. Pompei. § 7 p. 519, 5. Comma post *die* delendum est; v. C. W. Nauckium ad Cic. Cat. mai. p. 48.

§ 24 p. 524, 30. *nam hoc* probat Mauritius Seyffert in Schol. Latinis p. 35.

§ 28 p. 526, 10. Vide ne lateat in scriptura Coloniensis haec lectio: *Hispaniense mixtum ex civili et* (ex bello) *cum bellicosissimis nationibus*; nisi hoc totum *mixtum -- nationibus*, quibus verbis membrorum aequabilitas turbatur, librarii cuiusdam curiosi manu adiectum est. (H.)

§ 33 p. 527, 23. scr. *ex Miseno.*

§ 40 p. 529, 17. fort. *qua ille sit temperantia* (H.)

§ 46 p. 531, 21. a verbis *vestris iudiciis* incipit T — 23. *ualituras esse existumetis* T — 28. *sepius* T.

§ 47 p. 532, 1. *praeteritã* T — 8. *diis*, non *dis*, T — 9. *dii* T — *immortales* om. T — 16. *diis*, non *dis*, T — 17. *r. p.* T — 19. *caeteras* T — 20. *oportunitãs* T — 22. *expectamus* T — *diis* T — 23 et 25. *r. p.* T — 27. *praeditusque hortensius* T.

§ 52 p. 533, 5. *idemque hortensi* T — 7. *A.*] *aulum* T — 10. *si apud plus pr̃.* T — 11 et 13. *populi R.*] *pr.* T — 14. *prouintiis* T — 18. *non* h. l. habet etiam T — 19. *non*] *nunc* T — 25. *populus R.*] *pr.* T — 28. *persemque* T — 29. *carthaginiensis* T — 30. *Hii* T.

§ 55 p. 534, 1. *nos quoque qui* T — 4. *aegeo* T — 6. *prouintiis* T — *horis* T — 7. *apia* T — 8. *populi R.*] *.pr.* T — 11. *tumque hortensi pr.* T — 13. *populus R.*] *.pr.* T — 22. *dirripiendasque prouintias* T — 23. *populo R.*] *.pr.* T — 26. *latinienses* T — 27. *.pl.* T.

§ 58 p. 535, 1. *quicquam* T — 8. *quereret* T — 9. *si quid factum esset eo* T — 15. *res p.*] *.rp.* T — 22. *que* T — 25. *iugurta* T — *theutonis* T — 30. *rei p.*] *.rp.* T — *praeesse*] *p̃cem* T.

§ 61 p. 536, 1 *peradulescenti* T — 2. *affricam* T, item v. 4. — 6. *at* habet T — *populus R.*] *.pr.* T — 13. *inco .rp. bene gerende* T — 15. *adulescentis* T — 16. *senatu consulto* T — 25. *gn.*, ut semper, T — 26. *p. q. r.* T — 31 et 32. *.rp.* T.

§ 64 p. 537, 2. *asya cilitia siria* T — 27. *pecunia* T — 30. *prouintias et quibus iacturis. quibus conditionibus* T, ut in E quoque exstare verisimile est.

§ 67 p. 538, 3. *uiciis* T — 8. *extiterunt* T — 9. *esse nemo* T — 11. *gn.* T — 18. *populo R.*] *.pr.* T — 21. *uideamus -- praeficiendo* om. T — 22. *uidemus* habet T — 23. *quicquid* T ubique — 24. *populi R.*] *.pr.* T — 26. *populo R.*] *pr.* T — 28. *ad rp.* T.

§ 71 p. 539, 4. *bona* T — 6. *intellegam* T — 8. *rei p.*] *.rp.* T — 9. *prouintiarum* T — scrib. *rationibus* — *FINIT .M. T. CICERONIS DE IMPERIO .GN. POMPEII. DEFENSIO AVCTORALIS* T.

or. p. Cluentio. § 6 p. 542, 23 vv. *nisi hic ex ipsis causis iudicabimus* delenda censet Kayserus.

§ 8 p. 543, 19. *Hodierno enim die primum ipsius criminis diluendi potestas est data* coni. idem.

§ 10 p. 544, 6 Kaysero *satis facere* concinnitatis rhetoricae causa servandum, sed v. 10 *pro* ante *vivo* delendum videtur.

§ 14 p. 545, 17 *non libidinis* delet idem.

§ 31 p. 550, 23 Kayserus *nihil ei clausum* servat, sed *nihil ei sanctum* delendum censet.

§ 34 p. 551, 11. de lectione *non longe* v. Classenium p. 160.

§ 37 p. 552, 10 *ipse* Kayserus post *Avillius* in eodem versu transponit; deinde scribit v. 11: *Asuvius, quasi in hortulos iret, in ar. q. e. p. E. perductum occidit.*

§ 40 p. 553, 6 *circumforaneum* Kaysero glossema videtur ex v. 8 confectum.

§ 47 p. 555, 2 *medico non ignobili et spectato viro* emendat idem, secundum ST.

§ 52 p. 556, 24. *quicque* etiam Torrentius adscripsit margini exemplaris Aldini a. 1554. — 26. *Si quaesiveram, quae inimicitiae S. cum Habito fuissent, fatebatur nullas fuisse, sed Oppianicum, cuius ille minister esset* cet. coni. Kayserus.

§ 65 p. 560, 27 verba *quod confessi estis* Kaysero aut delenda aut post *abstulistis* transponenda videntur.

§ 67 p. 561, 7. Eandem lectionem, quam Garatonius e suo codice, etiam Torrentius nescio unde enotavit; itaque verba *sententia absolutus* vel delenda vel uncis includenda videntur. (B.)

§ 77 p. 564, 22 *hominem* om. Torrentius.

§ 79 p. 565, 5 *conflatam, atque in hanc flammam recentem tum C. Iunium iniectum, hominem aedilicium et iam* cet. coni. Kayserus.

§ 84 p. 566, 24 scrib. *Atti* — 32. *admonitus est* corrigit Kayserus.

§ 88 p. 567, 29 *ita multum agitata, ita diu iactata est*, *ut hodierno die primum defensa sit* coni. idem.

§ 97 p. 570, 9 *et quae res*] *qua* [an *ex qua*?] *reus* coni. Kayserus.

§ 103 p. 571, 36. Kaysero in Annal. Heidelberg. 1851 p. 687 locus sic supplendus videtur: *Non numero hanc absolutionem; nihilo minus enim potest, ut illam multam non commiserit* (scil. quod non suae decuriae munere neque ex lege sedisset), *accepisse tamen ob rem iudicandam pecuniam, ut Staienus, qui maiestatis est damnatus*, *cum iudex pecuniam accepisset, causam tamen nusquam ea quidem lege dixit: proprium crimen illud quaestionis eius non fuit.*

§ 107 p. 572, 37 *ita*] *illa* Torrentius.

§ 111 p. 574, 4 *etiam* habet Torrentius quoque. — 22. *iam putabitur aliqui ab initio non sedisse* coni. Kayserus eidemque v. 21 vv. *aliquis Oppianicum gratis condemnavit* plane supervacanea videntur. Paulo post v. 26 *prolatam* pro *obiectam* legere mavult.

§ 121 p. 576, 35 *lectos* habet etiam Torrentius.

§ 156 p. 588, 11 post *adstringatur* Kaysero quaedam deesse videntur.

§ 168 p. 591, 15. *Perspicite cetera* delet idem.

§ 195 p. 598, 34. *Pueris illud hoc tempore et mulieribus oppidum scitote esse traditum idque in praesentia communi Italiae pace in domesticis copiis esse tutum.* Nihil est *tutum esse in domesticis copiis* nec satis id, quod dici debet, exprimitur illis: *communi Italiae pace esse tutum*; dici enim debebat, quo proprio praesidio careret, ut illud unum in communi pace positum superesset. Scripserat Cicero: *communi Italiae pace, non domesticis copiis esse tutum.* Quum omnes viri Larinates Romam profecti essent, nullae erant, quae oppidum tuerentur, domesticae copiae. Madvig.

§ 199 p. 599, 33 corr. *At quae mater!*

Ad **orationes in Rullum de lege agraria** commentarium criticum supplemus collatione cod. Salisburgensis (S) aulici, nunc Monacensis cod. Lat. 15734, quem C. Halmius excussit, et cod. Ambrosiani (M) Part. sup. C. 96, a Baitero nuper collati.

pag. 602, 3. *M. T. Ciceronis de lege agraria liber primvs* S; *M. Tvllii Ciceronis de lege agraria contra P. Seruilivm rvllvm tr. pl.* M. In margine est: *In quodam antiquo uolumine deficiunt due charte in principio (codice desunt in principio duo folia* M). *quare hoc non est principium orationis* S M — § 1. *occulte* pro glossemate habet Ruhnkenius — 7. *repugnantibus* S — 8. *uinulentorum* S M — 9. *sapientum* S M — 10. *helluo* S M recte — 12. *nepos* habent S M — 13. *perscribit* S M — 19. *tr. pl.* ubique M — 20. *ueniat* S M — 22. *est. tamen consume sane. quoniam commodum est* S M — 25. *populo romano* habent S M — 26. *Tu uero* M — 28. *consulibus* om. S.

pag. 603, 1. *uendiderunt* M — 3. *nunc quoad fecerit iter* S M — 6. *P.* om. S M — 8. *Flaminii* S M — *Pauli* S M — 11. *carthaginem* S M et sic semper — 12. *vero* om. S M — 13. *atque*] *ac* S M — 14. *carthaginensium* S M — 15. *ob*] *ad* S M; *ad* potius interpo-

latione adiectum quam ex *ob* corruptum videtur et sic legendum: *sive oblata aliqua religione ad aeternam hominum memoriam consecravit.* (H.) — 17. *iube* M; *iubes* S — 29. *ut*] fort. *uel* (H.) — 30. *in* om. S.

pag. 604, 1. *mittantur* S M — 2. *omnium rerum* S M — 3. *tum fasces* S — 7. *quas stipulationes* coni. Kayserus — 9. *sulla* habet M; *sylla* S — 10 et 16. *enim* om. S M — 18. *hiemsale -- hiemsali* S M — 19. *recentoricus* habent S M — 20. *attinet* S M — 20. *sin ut fedus* S — 22. *de quibus* (vel *quas*) *gratis exciperet* coni. Kayserus — 23. *Nunc quisnam tandem* S M; fort. *Num quisnam tam esse* (H.) — 26. *audite* semel habent S M — 28. *pervenerit*] *peruenit aut peruenerit* S M — *manubiis* habent S M — 31. *omnis* S M — 32. *ab Fausto* M — 36. *habeat pecuniae* S M.

pag. 605, 1. *deferat* S M — *atque in illa lege* S; *atque ut illa lege* M — 2. *romae* S — *eiciuntur* M — *manubias*] *manibus* M — 4. *in* om. S M — 5. *hanc* S — 11. *ergo* S M — *eidem* S M — 14. *a non inuito* S — 16. *ego* om. S — 18. *prospicite* S M — 27. *Quo numero hominum* coni. Kayserus coll. p. 630, 11. At firmat hic ipse locus iam a Baitero allatus lectionem *quo?*, cum in eo legatur: *tu non definias, quo colonias, in quae loca, quo numero colonorum deduci velis?* — 30. *machinationibus* M — 33. *arguere* M — 36. *Quid* S M — *coloniis* S M — 37. *existimastis* S M.

pag. 606, 1. *quas in col.* S — 4. *sed ne* S M — 5. *coarguuntur* habent S M — 6. *Iam omnis tolletur error* coni. Kayserus — 7. *sedem* habent S M — 8. *gentium*] *hominum* S — 13. *ueteri* S M — 14. *copia* S — 17. *quicquam* S M — 18. *in urbe* om. S M — 19. dele uncos — 28. *dii* S M — *quicquid* M — 32. *et*] *ac* S — 34. *diminutionem* S M — 35. *praemitto* M — *quin grauissima et uerissima* S M — 38. *vectigal* om. S pr. m.

pag. 607, 7. *nostra* S — 8. *retinendum* S M — 11. *ego* habent S M — 13. *cogitarint* S M — 18. *sunt* S M — 21. *deditionibus* etiam S M; emendat Kayserus *deductionibus* (cf. var. lect. ad p. 635, 32.) — 23. *metu* S — 25. *esse intuendum* S — 28. *summam tranq.* M — 32. *ostendero* om. M et S pr. m. — 36. *aliquod* habent S M — *neque rem ullam* S M — 39. *aliquid* M; *aliud* S corr. ex *aliquid.*

pag. 608, 1. *p. cons.*] *.p. r.* S M — 2. *contempnere* M — 4. *perspicitis* S M — 7. *uulnera. multa* habent S M — *externum* habet S; *extremum* M — 11. *dicuntur a me* S M — 14. *quis* S M — *specie* M; *spe* S corr. ex *spetie.*

pag. 609. *M. T. Ciceronis de lege agraria contra .p. rvllvm liber .ii. incipit.* S; *M. Tvllii Ciceronis in senatv kl. ianvariis de agraria lege contra rvllvm liber primvs explicit incipit secvndvs* M. — In margine M: *In exemplari uetustissimo hoc erat in margine. Emendaui ad Tyronem et Laecanianum. acta ipso Cicerone et Antonio cos. oratio XXIIII. In exemplo sic fuit: Statilius Maximus rursum emendaui ad Tyronem et Laecanianum et Dom̃. et alios ueteres. III oratio eximia.* — 2. *ei qui* S M — 3. *orationem* S M — 4. *in ratione* S M — 7. *mihi quidem* S M — 8. *non quo non tales fuerint* habet S; *non quod non tales fuerint* M — 10. *autem ipso* S M — *vos* habent S M — 20. *Neque* S M — 21. *per se* S M.

pag. 610, 2. *recordare* M — 5. *serius*] *inferius* S M — 8. *possumus* S M — 11. *dignitati* S — 13. *multis posthabitis* S M — 16. *uocem unam* S M — *uestrum* S M — 19. *universus* habent S M; *sed una vox universi populi Romani* emendat Kayserus. — 21. *cum*] *tum* S — 22. *multo magis* S M — 25. *cum omnibus* habent S M — 26. *cuius*] *cum* S M — *recte* habet S; *recto* M — 27. *praeponitur* S M — 32. *uituperari* M — 33. *gerundum* S M — 36. *mihi* om. S M — 38. *magnopere* S M, ut semper.

pag. 611, 3. *ullo modo facere possum ut cum* S M — 7. *essem* S M — *verbi* om. S M — 9. *insidiosas* om. M — 15. *uestrum otium* S M — 17. *metu* om. S M; vv. *ac perturbatione -- iudicatarum* Kayserus adiecta putat ex p. 612, 2. Nec tamen *ac* delendum videtur, cum verisimilius sit veterem lacunam a librario curioso sic praepropere ex inferiore loco expletam esse. — 22. *enim est* S M — *ii* S — 26. *quod* habent S M et v. 28. *in* — 28. *possit* om. M — *qui* S M — 29. *maioribus etiam* S — 30. *ut* S M — 31. *Quirites (quir.)* habent S M et v. 33. *uobis* — 32. *libertatemque propriam* M — 34. *et* habet S; *ut* M.

pag. 612, 3. *qui -- solent esse exitus* Kaysero adiecta videntur ex p. 383, 31. —

5. *sed si aliud quid est obscure* S M — *aliud specie* (om. *spe ac*) scribit Bake; contra Kaysero locus sic constituendus videtur: *neque ii qui agros p. R. pollicentur, si aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spei simulatione ostentant, populares existimandi sunt.* — 9. *plebi* S M — *Ti. et .C.* S M — 11. *arbitrarer* S M — 12. vv. *quorum -- constitutas* ut glossema suspecta sunt Kaysero — 13. *partis* S M — 15. *quoniam*] *quom* M; *cum* S — 20. *adiutorem atque auctorem* (sine *me*) S — 25. *solicitudinem* M — *quibus in rebus* S M — 27. *contio tandem expectata* S M, in qua codd. omnium lectione Kaysero latere videtur: *concitata iam pridem exspectatione* coll. ep. ad Fam. II, 1, 2: *ut, quam exspectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis.* — 30. *obsolentiore* S M.

pag. 613, 1. *tamen si qui* S M — 3. *tamen* S — 5. *legem ad me* S M — *uobis ratione* S M — 9. *odio* habet S et corr. M — 15. *popularis et honeste* habent S M — 16. *Atque* S M — 21. *populari uos nihil* S pr. m. — 24. *per tr. pl. quem maiores praesidem libertatis custodemque* S M — 26. *Quir.* om. S M — 29. *uestrorum* recte habet S, cf. p. 629, 7; *uestrum* M — *partamq.* M — 30. *labore uestro* S M — 33. *demin.* habent S M — 35. *septemdecem* et *nouem* S M.

pag. 614, 2. *totiens* S M — 4. *hecquando* S; *haec quando* M — *sint* S M — 7. *diligant* S — 9. *et* S M — 13. *eodemque* S M — 20. *coaptaretur* S M — 21. *hominem nob.* S M — 24. *populi ad partes traheret* coni. vir doctus in Mnemosynae II, 425. — 26. *mutavit quin ei* S M quoque; fort. *mutavit, ut ei* (H.) — 28. *dari populo nullo modo* S M — *tamen quod animo dedit* S — 29. *pacto poterat potestate quadam* S M — 32. *quid spectant* S M — 33. *Quir.* om. S M — 34. *habere comitia decemuiris creandis* S M.

pag. 615, 1. *denuntiare* S M — 3. *putantur* S M — *sortitur* S M — 4. *educit* S M — 6. *hi* S M — *ac*] *atque* S M — 9. *se* om. S M — 14. *affinis* S M — *excidit* M; *excludit* S — *curatione* habent S M — 17. *ad illos* S M — 21. *uocauit* S M — 24. *arbitrarer. Optime* S M — *sine ulla suspitione* S M, ut rell. codd., quam lectionem sic emendat Kayserus: *sine ulla periculi suspitione* coll. p. 630, 5. — 25. *eidem -- eidem* M — *leges sibi sua lege* M — *petet* habent S M — 26. *comitiis* M — *his* S — 28. *primus inuidie et in* S M — 30. *ex*] *et* S; *ei* M.

pag. 616, 2. *queretur* S — 4. *e cunctis* S — 5. *et mari* S M — 7. *adulescentia* M — 10. *non excipitur -- fieri possit* om. S M — 12. *iis* habet M; *his* S — 13. *est siue accepta* S M — 14. *asscriberetis* (et sic semper *asscribere, asscriptor* aut *ascr.*) S — 19. *non eos in primis id* habent S M — 23. *crearetis* S M — *dum uitiis* M — 25. *parum* S M — 29. *nouo more uti curiata* S M — 31. *praetore p. r. qui* S M — *fieri* S M — 32. *ei* S M — 33. *designari. et is* habent S M — 34. *legibus quicquid in* S M.

pag. 617, 2. *nobis* M — 3. *cum* om. S — 4. *tum*] *cum* M — 5. *esse* M — 6. *peniteret* S M — *Nunc quia prima illa* S M — 9. *ea -- sinitis* S M — 11. *binis*] *huius* S M — *uoluerunt* S M — 14. *habere potestatem* S M — 15. *ferre de his legem centuriatam* S M — 17. *sin is* S M — 18. *posset* S M — *aut rid.* S M — *aut obsc.* S M — 23. *ei* S M — 26. *posset* S M — 27. *cum*] *quoniam* S M — 31. *nostrum* S M.

pag. 618, 3. *praetor* habent S M et *si* v. 5. — 7. *intercedendi* S M — 11. *Sint* habent S M — 14. *efficiat* M — 18. *nec te ea lex ipsa commouet talis uiros* S M — 19. *esse creatos* S M — 20. *Ti.* habent S M — 21. *factum sit* S M — 27. *ianitores* S M — 33. *ferundus* M.

pag. 619, 4. *deinde de orbis* S M — 7. *iis* habent S M — 8. *a quibus uolent uel quos uelint* S M — 10. *coloniis* S M — 11. *regnorum vel dandorum* S M — 13. *commodum quacumque* (om. *sit*) S M — 15. *de consiliis* S M — *e maxumis* M — 16. *uni ulli* S M — 19. *enim* om. S — *quod non, si minus -- contineretur* S (recte); *quod non se minus -- contineretur* M — 21. *imperium uestrum* S M — 24. *ea*] *eis* S M — 26. *aut* om. S M — *tam est* S M — 29. *impudentia* habent S M — 33. *accedit* S M — 34. *adiungentur etiam* S M — 35. *herculantea* S M.

pag. 620, 5. *facta numquam* S M — 7. *potestas permittitur* S M — 8. *uos* S M — 12. *intelligitis* S — 15. *putasset* S M — 17. *aliud nequid* S M — 18. *quicquid ergo sit* S; *quid ergo sit* M — 20. *caput* S M — *omnis gentis* S M — 22. *quaero enim qui* S M — 23. *non possint decemuiri* S M — 25. *cui non liceat idem* S M — 26. *trallis* S M — 30. *uolet*

S M — 31. *existimabit* S M — 32. *quoniam*] *quod iam* S et M in marg. ab eadem manu — *est* om. S — *iudicatum quam hereditatem* S M — *creuimus* habet S; *creauimus* M.

pag. 621, 2. *statiua* S M — 4. *mitylenae* M, *mitilene* S — *certe*] *terre* S, *terrae* M — 8. *recondita sunt* S M — 9. *Alexandri* S — 14. fort. *sentio*, *quando* (H.) — *mortuo* habent S M — 15. *nostris* delendum videbatur C. D. Beckio — 19. *petentem* S M — 22. *et uerum* S M — 24. *adiudicabit* habent S M — *alexandream* M (hoc uno loco) — 26. *reperitur* S M — 28. fort. *tum de populi R. hereditate* (H.) — 32. *cur* habet S; in M additum est ab eadem m. in margine — 34. *cum decreto* S M — 35. *an quietis iis qui* S M.

pag. 622, 1. *tetris* S M — 2. *unaque* (*unaq.* M) *legatos uestros* S M; *illud circumspicite vestris mentibus animisque* (sic cum Lauredano coll. p. 470, 20. 669, 13) *diligenter. Nostros homines* cet. coni. Kayserus — 4. *liberas* habent S M — 6 *quod*] *que* S — 8. *totum* om. S M — 9. corr. *vagabuntur, quo* — 14. *quam* habet S; *qua* M — 15. *dicet? at quanta* S M — 21. *impudenter* S M — 22. *subripiatur* S — 26. *irrumpant* habet M; *irrumpent* S — 29. *nobis* S M — *cogitat* S M — 31. *quam*] *cuius* Kayserus; fort. *quamquam* (H.) — 32. *ipsam* S M — 33. *est* om. S M.

pag. 623, 1. *nobis* habent S M — *reliquerunt* habet M; *reliquerint* S — *partim* S M — 3. *monimentum* M; *monumenta* S — 7. *pompei* M — 13. *hanc totam* S M — 15. *uideo comparari ut* S M — 17. *attaliensium* S M — *phasiletum* S M — *olympinorum* S; *olimpinorum* M — 18. *orindicum* S M — *seruili* M — 19. *clarissimi uiri* habet S; *clarissimi L. uiri* M — 20. *chersonesso* S M — 21. *perse* S M — *item a cens.* habent S M — 22. *idem* S M — 25. *Karthaginem* om. M — 26. *sedum illarum* habet S; *sedium illarum* M — *consili* M — 27. *nec*] *sed* S M — *decertarunt* S M.

pag. 624, 1. *atque* habent S M — 2. *meote* S M; fort. *M a e o t i c i s* (vel *Maeotidibus*) *paludibus* (H.) — 10. *Cn.* om. S M — 13. *sinope* S M — 14. *tu* om. S M — *mea lege* S M — 20. *uenerit* S¹ M — 21. *inimici* S M — 29. *qui hoc sperent* S M — *haec* om. S M — 30. *his* S M — 34. *refrenandam* S M — 35. *haec aut illo ex loco* S M; *hoc i l l u s t r i s s i m o* vel *amplissimo*) *ex loco* coni. Kayserus — 36. *et imperpetuum* S — *a nobis* S M.

pag. 625, 2. *illa auctione sua* S M — 5. *non modo ne uobis quidem arbitris* S M; fort. *non modo n o n vobis arbitris* (H.) — 8. *a Sylla* S — 9. *sicque agro pergrande uectigal* S M — 10. *quantum intolerandum* S M — *quam regnum* S — 12. *publica* (sine *r. p.*) S M — *in* om. S M — 14. *ipse*] *saepe* M; *semper* S — *Sed quid haec* S M — 17. *poss. amicissimis* (*amoenissimis* marg. S) S M; *se moveri amicissimis sedibus* coni. Kayserus — 18. *diis* S M — *ac*] *at* M — verba *At* (sic) *si est privatus, quid eum excipis* (om. *ager Recentoricus*) Kaysero post *gaudeo* v. 14 transponenda videntur. — 21. vv. *qui publ. esse fateatur* delet Kayserus. Videntur potius haec verba, quae propter concinnitatem membrorum abesse non possunt, ob defectum aliquem corrupta esse, velut *qui publicus esse* [*possessoribus ipsis*] *videatur.* (H.) — 22. *alia* S M — 23. *dilectu* S M — 24. *adiicientur* S — 25. *ueniunt* M; *ueniant* S — 28. *marituma* M — *hiemsalem* M, item v. 30. — 29. *et tamen* S M — *coctam* M — 32. *totus excipit* M — 34. *iube regis* S M — 35. *adulescens* M.

pag. 626, 3. *quodcunque* S M — 7. *nunc iudicium* habet S; *nullum iudicium* M — 9. *nostris* M — 11. *hinc* M — 12. *excipit* habet S; *excidit* M — 17. *cui*] *quod* S M — 24. *praecipue* S M — 26. *si turpe si intol.* habent S M — 28. *nostros* S M — 30. *sit* S M — 31. *sibi* om. S — 33. *tam* S.

pag. 627, 1. *quanta sit* S M — 2. *sit*] *sed* S M — 7. *certorum* habent S M — *oportunam* S — 9. *quo decumani* M; *quo decumam* (*decumati* corr.) S — 10. *uelim* S M — 11. *uideretis* et v. 13. *permitteretis* habent S M — 18. *philippi* S M — 20. *commissa* habent S M — 22. *uectigalis* M — 24. *committo* M — *uos nunc* S M — 25. *odorari* habent S M — 28. *sit* S M — 30. *plebes* habet M; *plebs* S — *deducatur* habent S M — 32. *hoc* om. M — 34. *Libet* S M — 37. *uestinus* S M.

pag. 628, 1. *liternus* S M — *casinas* S; *ancasianas* M — 2. *sabinus ager. reatinus. ueneranus* S M — 3. *omnis* S M — *similis* S — 5. *plebs* S M — 6. *in* post *et* om. S M — 8. *an in italiam* S M — 9. *Age non diffinis locum. quid natura? ager uero* S; *Age non definis locum. quid naturam? agri uero* M — 11. *sit* om. M — *ueratianae* habent S M —

12. *qua* om. S initio versus — 15. *et*] *aut* S M — 18. *hoc quoque multo* S M — 19. *inietur* S M — 20. *expediret* S M — 25. *expertimescebant* S M — 31. *ei* habent S M.

pag. 629, 4. *iam ex oppresso* S M — 5. *graui sua* S M, quam lectionem Kayserus veram habet. — 6. *condere* S corr. ex *concedere* — 7. verba *plurimo* - - *quaesita* Kaysero ex p. 613, 28 adiecta videntur. — *uestrorum* habent S M — 12. *posset* S M — 15. *eos uendent* S — 16. *idem est* S M — 18. *verbo* om. S M — 22. *forte*] *ferre* M — 23. *in sipontina siccitate aut in salpinorum* S M — 26. *tum*] *cum* M — 30. *pecuniae fiet et referre* S M — 34. *adducuntur* S M — 36. *possumus* M — 37. *his* habent S M.

pag. 630, 3. *postulet? est plane rectius. et quo* S M — 4. *maiorum diligentiam* S — 5. *sic* habent S M — 6. *esse* S M habent post *imperii* — 10. *nostris possint collocare* S M — 17. *cogitet* habet M; *cogitent* S — *permittit* habent S M — 18. *omnis* S M — 19. *coloniis agros* S M — 20. *et*] *ac* S M — 22. *multitudinem id est totam* S M — 26. *orbis* habet S; *orbi* M, recte; cf. p. 953, 28. (B.) — 28. *atque quid* S M — *ad hoc* S — *prius uestro* S M — 30. *delectetur* S M — 31. *p.* om. S M — *At* S.

pag. 631, 2. *delectat* S M — 3. *quinquagenos sibi singuli sumunt* S M — 4. *aut uestris* S M — 5. *omnibus* S M — 6. *Si erit* coni. Kayserus — *si* om. S M — *quam* S M — *uester me* S — 7. *omnis reip. partis* S M — 8. *fert commonebo* S M — 11. *patiemini* habent S M — *nos* M — 14. *coemant* S M — 16. *At* habent S M — 20. *expectat* S M — 26. *a se* S — 28. *ab usura nam usque* S M.

pag. 632, 1. *uos* S M — *quid syriae cura* S M — 4. *est*] *sit* S M — *ut cum domi* S M — 7. *ei*] *et* S M — 8. *poterant* M — 14. *per iter*] *pariter* S M; *et quem iter qui faciunt vestrum esse audiunt, is cum erit divisus, vester neque erit neque esse dicetur* coni. Kayserus — 15. *neque uestrum dicetur* S; *neque uestrum dicitur* M — 16. *primum* recte E (H.) — 17. *increpuerint* S M — 18. *et* om. M — 19. *affluentis* S M — *praeferri* M — 20. *sedis* S M — 21. *auitis poss.* habent S M — 23. *Quir.*] *quod* S M — *senator* M — *fui* om. S M — 24. *ut et priuatos* S M — 25. *coemeret* habent S M — 29. *priuatum* habent S M — *commouet* S M.

pag. 633, 1. *commouebit* habent S M — *At idem* S, ut coni. Mommsenius; *ad fidem* M — 5. *M. Attilius* S; *M. atilius* M — 7. *facultatibus* - - *facultates* S M — 11. *et* om. S M — 13. *a plebe* habent S M — 14. *plebecola* (*plebecula* M) *tr. pl.* S M — 18. *tradatur* S M — 21. *et quidem* S M — 23. *maletis* S M — 26. *pertineat* S M — 30. *paulum* S M — 31. *a stellatis. et multitudo* S; *ac stellatis. et multitudo* M — 34. *Neapolim* habent S M.

pag. 634, 1. *deuincent* S M — 2. *libertateque* habent S M — 3. *exilium* S M — *campaniae* S M — 4. *capua* S M — 6. *nostrum* habent S M — *nefarii* habet S; *nefarie* M — 7. *uestram* S M — 11. *tum* om. S — 16. *separentur* S M — 18. *eripere* S M — 19. *consultum* S M — 21. fort. *magistratus et publicum* cet. coll. p. 634, 38 (H.) — 23. *monimentis* M — 25. *comparandis* S M — 31. *his* M — 33. *existimauissent* S M — 34. *Romani* om. M — 35. *M.* om. S M — 36. *uidemus* S M — 38. *magistratum* S M.

pag. 635, 2. *qui ante omnia commutarent* S M — 4. *esset* om. S M (videtur *esset* inter *plane* et *exortum* intercidisse) — 8. *omnino excogitatum* S M — *carthaginiensium* M; *carthaginensium* S — 11. *multae*] *mille* M — *in hac rep.* habent S M — 12. *fragellanum* S — 14. *oportunissimam* S — 16. *conditionibus* S M — 23. *arrogantiam* S M — 27. *urbis omnibus eiectis* S M — 29. *te* om. S — *omina* habent S M — 31. *capua et locreanti* S M — 32. *deditionis* S M — 35. *Considio* habent S M.

pag. 636, 1. *intelligatis* habent S M — 2. *deducta fuit* S M — 4. *Quibus* - - *hanc* habent S M et v. 7. *praetoribus* (sine *urbanis*) — 7. *fascibus duabus* (*duobus* corr.) S; *facibus duabus* M — 9. *probatis* S M — 10. *immolabant* S M — *dein* M — *conscripti*] *centum* S — 11. *Considii* habet S; *consilii* M — *ferundum* S M — 12. *ut grandi* S M — *atque* om. S M — 13. *supercilio*] *praesidio* M; *predio* S — 14. sitne in S M *iubellios* an *uibellios*, quae vera scriptura est (cf. ad p. 1075, 12), discerni non potest. — 16. *percunctantium quid .pr.* (*p. r.* M) S M — *quod enuntiasset* S M — 17. *hinc* (*huic* M) *Roma qui* S M — *iam* habent S M — 18. *perspexerint* S M — 23. *natura bonis a uita consuetudine* S M — 24. *carthaginenses fraudolenti* S — 27. *Ligures montani duri* S M.

pag. 637, 1. *nata est* habet S; *apta sunt* M — *consulem postulauit* habent S M —

2. *deinde et ea* M — 3. *huic* M — ɪɔɔ] *modo* S M — 4. *deduxerint* habent S M — 7. *optimis suis* S, *optumis suis* M — 8. *pro sua* S M — *ac prae illis semilis* S M; *ac prae illis plateis* coni. Kayserus; fort. *ac prae latis suis viis* (H.) — 9. *uaticantium et pupinianicum suis optimis atque uberibus* S M — 10. *scilicet* om. S M — 11. In adnotatione ad hunc versum pro *risum* scribendum est *iocum*; *per* ante *iocum* om. etiam S M — 12. *contemnent* S M — *Lauicos* S; *uicos* M — *hercle Lanuuium* habent S M — 13. *Puteoli* S — 15. *sed certe si - - uetustatis* habent S M — 16. *progredientur. longius efferentur* habent S M; *progredientur invicti, securi ferentur* coni. Kayserus — 17. *facili sese* S M; *sanctis se et ratis* cet. coni. Kayserus coll. de Legg. II, § 21 et or. p. Quinct. § 26; fort. *vix artis se regionibus officii - - continet* (H.) — 18. *continet* habet S; *continetur* M — *a Rullo* S — 20. *luxuriosis* S M — *collati* S — 23. *eandemque* S M — 25. *commouebuntur* habent S M — 27. *actoribus* S M — 28. ad verba manca in S in marg. adscriptum est: *deficit*; in M est lacuna unius versus atque margini adscripta sunt verba: «*deest unus versus.*»

pag. 638, 1. *dignitati* S — *opponere uis ut* S M — 2. *potestatis* S M — *liberas* S M — 6. *partim in inuidiosos* S; *partim in inuidiosis* M; fort. *ut iidem partim in invidiosos agros - -, partim in desertos - - populum Romanum induceretis* (H.) — 7. *possessoribus* habent S M — *pestilentis* S — 8. *p. R.* S — 13. *quoius* S M — *r. p.* S M — 14. *ciuis* S M — 15. *ut nihil - - omni pecunia* (v. 19) inducenda putat Kayserus — 16. *nihil uelata manu* S M — 18. *gentis* S M — 21. *iudiciorum* habent S M — 23. *non in senatum cogere non cos.* S M — 24. *possit* S M — 27. *publica* om. S M.

pag. 639, 1. *debetis* habent S M et *sic* v. 2, *quare* v. 3. — 3. *modo ut uita* S M — 4. *polliceor* habent S M — *summis viribus conabor* [*cogor laboribus?* H.] *ab istorum* supplet Kayserus — *scelerum* S — 5. *bonae fidei* S M — 6. *non ignavo* om. S M — 7. *tr. pl.* S M — 9. *iussisset? Ego cum uestris* S M — 10. *ornatus* S M — 11. *progredi posse* S M — *nec vereor* habent S M — 13. *possit* habet S; *posset* M — *contione* et v. 14 *legem* habent S M — 20. *quibus otiosi otium fecissemus otiosissimos reddam* M; *quibus ociosi ocium fecissemus* (add. sup. lin. m. 2 *atque*) *ociosissimos reddam* S; fort. *qui vobis otiosis negotium facessunt, quietissimos atque otiosissimos reddam* (H.) — 23. *honos* habet S; sed verendum est ne haec sit falsa emendatio lectionis, quae est in melioribus (etiam in M) libris, *hos*; exspectatur enim potius *salus* vel simile aliquid (H.) — 24. *aequitate magnos timores familiares* S M — 25. *tenere* S M — *Tam etsi ei qui* M; *Nam etsi ei qui* S et marg. M; verba *Nam si* usque ad finem orationis Ciceroni abiudicanda esse censet Kayserus. — 26. *in* habent S M — *sub ipso ocio* (*otio* M) *quo uos fortunam regitis si hunc statum quem habetis esset* (*esse* M) *non ignoraui non anquesitum* (*quaesitum* M) *sed uita partum ocium* (*otium* M) *tenueritis* S M.

pag. 640, 1. *hunc statum, quem avetis esse, non ignavia* cet. coni. Ieepius — 2. *ea*] *et* S M — 3. *inuitissimis iis esse hominibus quos uos* (*uos* om. M) *in cos. inimico esse et corporis actibus* (*iactibus* M) S M — 5. *iidem tr. pl. quid turbulentum* S M — 7. *qualis uos hodierna* S M — 8. *talis* S M — *p. r.* S M — *pro certo polliceor* habent S M.

pag. 641. *M. T. Ciceronis de lege agraria oratio ad qvir. incipit.* S; *M. Tvllii Ciceronis in consvlatv ad popvlvm contra legem agrariam* M — v. 3. *nostrae* S M — 9. *retulisse* M — 15. *syllanarum* M (sic plerumque) — 16. *commodo uestro* S M — 18. *sit* S M — 22. *iis* habent S M — *a* om. M — 24. *a uulgi* S M — 25. *Quir. quin* habent S M.

pag. 642, 4. *commouere. Neque* S M — 6. *reip.* (*r. p.* M) *confessus* S M — 7. *iis* habet M; *his* S; *huius modi* coni. Kayserus — 9. *interrex* habent S M — 13. *verum* habent S M et v. 14. *impudentior* — 16. *habet in*] *inhibet* S M; *imbibit* cum Orellio probat Kayserus — 17. *ademptus - - datus* S M — 18. *Papirium coss.* S; *papirium cos* M — 21. *fore* habent S M — 22. *uestrum* S M — 25. *agros* S M — 30. *syllana* S M — 31. *sint* S M — 33. *partim* S — 35. *imprudens* S M.

pag. 643, 1. *priuatum. sed ita* S M — 6. *quam obligata* habent S M — 7. *commodiore*] *meliore* M — 9. *crebra* S M — *uectigali* M — *qui a* S M — 11. *cogat* S M — 12. *praediis* habent S M (item § 14, v. 13 et § 15, 20.) — 13. *in* om. S M — 14. *Ac* habent S M — 23. *coss.* (*cos.* M) *possidet* S M — *quo* om. S M — 24. *est* om. S M — *eiecit* S M — *si clam* habet S; *sic iam* M — 27. *furtum* habet S; *futurum* M — 29. *defendit* habent S M et v. 30 *uobis* — 32. *Africa* om. S M — 33. *quaesiuerunt* S M.

pag. 644, 2. *scripta sit tum ad* et *accommod.* habent S M — 4. *genere impudentiae* S M — 5. *hic*] *id* S — 9. *ac non nullo* M — 11. *cassinati* S M — 12. *que* om. S M — 13. *confirmando* S M — *eundi* S M — *perfecit* S; *perfecerit* M — 15. *promulgauit* S M — 17. *.r. p.* M; *resp.* S — 19. *deinde* S M — 20. *uenalis* S; *uendis* M — 21. *nec patiar* S — *quoquam* habent S M — *dimoueri* S M — 22. *Quir.* om. S M — 23. *nobis* S — *in* om. S M — 24. *ac caedem* M — 25. *Atqui* habent S M et v. 29 *et* — 30. *conuocauerunt* S M — Subscriptione carent S M.

p. C. Rabirio perd. reo. § 7 p. 647, 23. *quorum uno crimine* coniecit Garatoni in curis sec. Paulo post *Curtius* scribendum erat; v. ad or. p. Rab. Post. § 3 et Verr. lib. I §§ 100 et 102.

§ 8 p. 647, 29. *Quid enim est tam non veri simile* coni. Ernesti, *Quid enim? est veri simile, cariorem* cet. Garatoni in curis sec.

§ 13 p. 648, 37 fort. *suppliciis inuisitatis*; v. ad or. Phil. XI, § 2 et var. lect. p. 927, 22.

p. 649, 2 *lictor, conliga manus* affert Nonius p. 51 et p. 386 *caput obnubito, arbori infelici suspenditur* (sic).

§ 18 p. 650, 23 *praeclarissimi patrui* coni. A. Krause in Iahnii Tabul. philol. XIII, p. 307. — 26. Rufinianus in figura epanalepsis haec affert § 31: «Cicero pro Rabirio: *Libenter, si esset integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabirii manu interfectum. Nihil me iste clamor commovet* usque hoc *libenter, inquam, profiterer.*»

§ 21 p. 652, 3. «Budaeus ad Pand. p. m. 138 legit *evocassent.* Optime; facta est enim tum *evocatio*, de qua v. Serv. ad VIII Aen. 1 et Donat. ad Terent. IV Eun. 7, 2. Vidit hoc Graevius et ad Flori III, 17, 6 hunc locum ex Bud. lectione attulit, atque ita hic recte veteres libros habere subiecit. Sed neque in sua ed. emendavit, neque in Var. lect. quidquam monuit.» GARATONI in curis sec.

in Catilinam libri IV. p. 656. lege: t = codex Tegernseensis, nunc Lat. Mon. 19472.

I, § 1 p. 658, 1. *Quousque -- pat. nostra* affert Schol. Lucani VII, 64. — 11. *notat et designat oculis* idem ad VIII, 55.

I, § 9 p. 662, 3. De repetita praepositione *de* cf. p. 565, 9.

I, § 12 p. 663, 13. *reliqua* delendum esse censuit Ruhnkenius (Mnemos. III, p. 231). — 22. De lectione recepta *in fama* cf. var. lect. ad p. 1081, 6.

I, § 15 p. 664, 17 *et corpore, ut aiunt, effugi* maluit Ruhnkenius.

I, § 17 p. 665, 18 *placare posses, tu opinor* cet. coni. Cobet. Paulo post (v. 19) proponit Kayserus: *nunc, cum te patria -- cogitare: huius tu neque* cet.

II, § 4 p. 674, 22 *quem amare in praetexta catamitum coeperat* coni. Car. Beierus ad fragm. oratt. Cic. p. 112. 276 et iam ante eum Withofius prob. Kaysero.

II, § 6 p. 675, 22 *nisi vero si quis* recte codd.; cf. ad or. Phil. II, § 70.

II, § 6 p. 676, 4 *ad vesperam*] cf. or. Phil. II, § 77.

II, § 18 p. 680, 21. *Quid ergo? in vastatione* distinguit Mauritius Seyffert in Scholl. Latt. p. 102.

II, § 25 p. 683, 23 *populo* prorsus delendum erat, ut est in B a c s. Ad sententiam cf. or. Phil. IV, § 14.

II, § 25 p. 684, 7. Verba *virtutes omnes* et deinde *cum vitiis omnibus* Kaysero inducenda videntur ut ex v. 12 praecepta et huc illata.

III, § 15 p. 693, 12. *Atque*] *Itaque* coni. Kayserus, cui deinde verba v. 16 sqq. *Atque etiam supplicatio -- re publica constituta est* emblema videntur. — 17. *primum*] cf. ad or. Phil. II, § 114 et Phil. IX, § 13.

III, § 19 p. 695, 22 *devulsa* coni. Ruhnkenius.

III, § 20 p. 696, 14 *illud signum* Kaysero male ex v. 11 repetitum videtur.

III, § 27 p. 700, 6. *Quamquam, Quirites*] haec usque ad finem orationis Ciceronis esse negat Kayserus, cui haec pars imitatio epilogi or. IV, § 20—24 videtur.

IV, § 2 p. 702, 11 cod. Ambrosianus Baitero teste non habet *auspiciis consularibus*, sed vulgatum verborum ordinem.

IV, § 8 p. 706, 5 *multos una dolores animi atque corporis -- ademisset* coni. Kayserus.

IV, § 10 p. 706, 21 *ferat: at is et nudius tertius* cet. coni. idem.

IV, § 11 p. 707, 16 *facile me crudelitatis vituperatione exsolveritis* coni. idem.

IV, § 16 p. 711, 5 Kayserus scribere malit: *quam quidam hic summo loco nati,* nisi fort. vv. *et summo loco nati* plane abiicienda sint.

or. pro Murena. § 2 p. 717, 12 *idem consul ea vestrae fidei commendat* coni. Kayserus.

§ 3 p. 717, 31 *una*] *manu* (vel *per manus*) Kayserus coll. or. de prov. cons. § 39. ep. ad Fam. VII, 5, 3.

§ 4 p. 718, 1. *Etenim si* coni. Kayserus. Idem v. 10 cum Quintiliano *maximas tempestates* (om. *rei publ.*) scribendum et v. 12 verba *alio loco* inducenda putat. — § 6 v. 21 pro eo quod codd. habent *negat* requirit *negas* vel *negas, Cato*, cet.

§ 8 p. 719, 30 fort. *Nam cum praemia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini, contentiones quibus ceperis ea, cum adeptus sis, deponere esset hominis et astuti et ingrati.* Ad sententiam cf. ep. ad Fam. II, 4, 2. (H.)

§ 9 p. 720, 10 *quem contra antea veneris* coni. Kayserus et § 10 v. 27: *ut lex magis quaedam accusatores quam vera male dicendi facultas de vita L. Murenae dicere aliquid coegerit.*

§ 11 p. 720, 34 *ne*] immo *ut,* quod est in G v; nam *huic -- fugiendum fuit* idem videtur quod: nonne par fuit hunc patris triumphum decorare, ut paene simul cum patre triumpharet? (H.)

§ 12 p. 721, 6. Scholiastes Lucani ad VII, 144 p. 434 ed. Web. haec habet: «*merebat*] militabat, ut ait Cicero: *meruisses vero in eo bello, quod tum pop. Rom.,* i. militasses.» Hinc probabile fit *stipendia* glossemate ex v. 9 adiectum esse; cf. p. 720, 30.

§ 13 p. 721, 15 fort. *ex scurrarum aliquo coetu.* (H.) Paulo post v. 23 proponit Kayserus: *non sumptus ostenditur: cum ea* cet. et § 14 v. 31: *integrum hominem esse defenditur* coll. p. 730, 27 et de Finn. b. et m. III, § 71.

§ 16 p. 722, 21 fort. *memoriam prope intermortuam generis sua virtute renovare* (H.) — 34 comma post *inimici* et p. 726, 15 post *excussa* delendum est.

§ 19 p. 723, 11 fort. *Reliqui temporis spatium -- ab utroque dissimillima ratione transactum est.* (H.)

§ 20 p. 723, 20 *L. Lucullo* tollendum censet Kayserus; paulo post Lambini emendatio *impertiit* (v. 28) recipienda erat.

§ 23 p. 724, 24 *quod tanto opere diligis* coni. Kayserus. Paulo post (v. 26) verba sic rectius distinguentur: *dignissimum iudicavi: quod quidem* cet.

§ 30 p. 728, 8 *sed nunc de rebus ad honorem potissimis -- disputo* coni. Kayserus coll. ed. Cornificii p. 235, 3. Idem recte monet non ante versum 23, sed ante § 31 novi versus initium faciendum fuisse.

§ 32 p. 729, 17 *tantam in spem conatumque convaluit* coni. Kayserus coll. ep. ad Att. VII, 3, 5.

§ 34 p. 730, 11 Kaysero locus sic constituendus videtur: *Hoc dico, si bellum hoc, si hostis ille* (cf. p. 728, 27) *contemnendus fuisset, neque tanta cura senatus et populus R. suscipiendum illud putasset, neque tot annos gessisset atque* (nisi *neque,* quod libri habent, prorsus delendum sit) *tanta gloria L. Lucullus* cet. et deinde v. 16: *quae cum rege ipso commissa est.* Idem paulo post mendosam orationis formam in passivo illo *arbitraretur* (v. 26) adiecto *a Pompeio* ante v. *existimata est* bene emendat.

§ 35 p. 731, 3. Lectio a Quintiliano servata ita Kaysero probatur, ut *agitationes commutationesque fluctus* corrigatur.

§ 43 p. 733, 28 *Servius* Kaysero glossema videtur.

§ 45 p. 734, 19. *Eius modi vocibus amici intimi debilitantur, studia deponunt; aut molestiam omnem abiiciunt, aut* cet. coni. Kayserus.

§ 47 p. 735, 11 *aut in incommodo morbi* coni. Ruhnkenius. Sequenti versu uncini, quibus *haec* circumscriptum est, tollendi sunt; nam contrarium est voc. *illa* v. 14.

§ 49 p. 736, 10 *ipsius* obelo notat Kayserus.

§ 50 p. 736, 17 *voces percrebruissent, quas iactavisse in contione domestica dicebatur* emendat idem.

§ 51 p. 737, 3. *Erupit e senatu* (sine *atque*) coni. idem.

§ 52 p. 737, 10. Repetitum *in campum* post *descendi* ingratum auribus accidit; videtur ex v. 9 male adiectum esse. (H.)

§ 55 p. 738, 6 *quae a maioribus relicta* coni. Kayserus; at si quid deest, quod utique videtur, facilior est emendatio: *quae ei relicta* cet.

§ 56 p. 738, 12 *accusat amicus eum Postumius, vetus* cet. coni. Kayserus et paulo post (v. 16): *qui quum a Murena nulla re umquam alienus fuit, tum ea condicione* cet.

§ 60 p. 740, 2 *at ego non temere dixerim peccare te nihil* coni. Kayserus et v. 7. *Accessit a Stoicis doctrina* cet. At cf. v. 15, ex quo loco apparet nondum Stoicos ab oratore nominari potuisse. In lectione, quam codd. habent *his tot*, posterior vox ex dittographia — nam sequitur *doctrina* — orta et locus sic corrigendus videtur: *Accessit his* (virtutibus) *doctrina* cet. (H.)

§ 61 p. 740, 9 *oratio habenda apud imperitam multitudinem* coni. Kayserus.

§ 64 p. 741, 22 *cum eiusdem anni custodem te -- fortuna posuisset* praefert Kayserus cum codice M.

p. 741, 25 *aut, si pronuntiasses* (vel *professus esses*), *mitiorem in partem interpretarere* coni. Kayserus; ego nunc malim: *aut, si proposuisses, mit.* cet. (H.)

§ 65 p. 742, 2. In lectione librorum *etiam in dissolvenda severitate sed tamen est laus aliqua humanitatis* videntur *etiam* et *sed tamen* duae diversae scripturae esse, ex quibus vera suo loco mota est; apta saltem existet sententia, si ita scripseris: *sed tamen in dissolvenda severitate est laus aliqua humanitatis.* (H.)

§ 67 p. 742, 28 *conducti*, cuius loco alii codd. *corrupti* habent, spurium esse vidit Kayserus coll. p. 745, 6.

§ 69 p. 743, 18 fort. *num aut criminosum est aut mirandum* cet. (H.)

§ 71 p. 744, 12 *si nihil valent gratia ipsi. Denique* cet. coni. Kayserus. Eidem § 72 v. 26 sq. verba *Haec homines -- assequebantur* scholion videntur.

§ 76 p. 746, 22. *Quid tandem ais? num me rogari oportet* cet. coni. Kayserus.

§ 80 p. 748, 1 *cives, inquam, si hoc nomine appellare fas est* affert Iulius Rufinianus de fig. sent. et eloc. § 14.

§ 85 p. 750, 1. Verba sic distinguenda sunt: *ferrum flammamque metuemus, quae iam diu comparantur. Eadem ista* cet. (H.)

§ 89 p. 751, 11. *Sed quid eius matrem aut domum appello* coni. Kayserus.

or. pro Sulla. § 1 p. 754, 11 *redomiti*] fort. *perdomiti*, de qua syllabarum confusione v. var. lect. ad p. 1292, 12. (H.)

§ 43 p. 768, 10 *meminisse*] *comminisci* coni. Cobet et § 44 v. 19: *non mecum familiari tuo questus es?*

§ 51 p. 770, 26. *Cornelium* Cobeto delendum videtur et p. 771, 3 *et* (cuius loco Madvigius *sed* scripsit) ante *quid dixi* cet.

§ 63 p. 775, 4 *videatur*, ut proposuit Garatoni in curis secundis, Madvigius quoque scribendum esse intellexit. «Neque indicativus *videbatur* ferri ullo modo potest in eius rei significatione, quam Cicero factam negat, neque imperfectum (relatum ad tempus legis a Caecilio latae) locum habet, quoniam additur non *velle,* sed *voluisse*, itaque quaeritur, quid *nunc videri* possit *tum voluisse.* Una adhibita correctiuncula *videatur* non dubitandum est, quin locus prorsus sanitati restitutus sit, cum sit et sententia et oratio optima. Poterat Cicero dicere: *Qui si id promulgasset -- recte reprehenderes.* nunc altera forma utitur, tanquam si de re adhuc incerta dicat: Videamus, quid Caecilius promulgarit. Nam si id promulgavit, in quo videri possit contineri rerum iudicatarum rescissio, concedo te recte reprehendere. Nihil eius modi est: non id tulit, sed cet.»

§ 72 p. 778, 1. Vide ne ipsa lectio codicis T *cum illius vita* vera sit, quamquam sequitur *notissimam* ad *vitam* relatum. Cf. or. p. Marc. § 22 *ex unius tua vita pendere omnium.* or. Phil. XI, § 9 *conferre vitam Trebonii cum Dolabellae.* (H.)

§ 73 p. 778, 16 *Quae domus celebratio quotidiana!* coni. Iordanus.

§ 79 p. 780, 24 *valeat et ad poenam et ad salutem plurimum* cet. emendat idem.

§ 87 p. 783, 16 sq. Verba *persolvi patriae -- debentur* ad finem capitis transponenda

censet Ruhnkenius. Videtur ille scribere voluisse ad finem paragraphi post *deducor* v. 23, ut vidit E. I. Kiehl in Mnemosyne.

§ 88 p. 783, 28. Scriptura codicis T reliquorumque praeter Erf. *solacia reliquae vitae* vera videtur; cf. in Verr. V, § 35 p. 391, 4. (H.)

§ 91 p. 784, 31 corr. *relictus esse*, ut apparet ex adn. crit.

or. pro Archia. § 8 p. 788, 28. *Est ridiculum ad ea, quae habemus, nihil dicere, requirere quae habere non possumus* cet. coni. Cobetus. Idem praefert § 15 p. 790, 36 *est quod respondeam*; fort. *est certe quod respondeam.* (B.)

or. pro Flacco. § 1 p. 798, 4. *esset*] *est* coni. Van den Es.

§ 7 p. 801, 9. Ex lectione codicis Oxon. H, quae est item in nostro T, *hostes* Ieepius *hos testes* emendandum esse existimat.

§ 18 p. 804, 10 *largitionis* ex T recipiendum erat.

§ 26 p. 806, 9 *acerrime* Ruhnkenio glossema videtur ad vv. *intentis oculis* adscriptum. — 23. *esset*] *est* coni. Van den Es.

§ 52 p. 814, 15 *ceteri*] *ubi ceteri* coni. Cobet.

§ 82 p. 822, 31. «Ridet Cicero querelas Laelii accusatoris de Deciano subscriptore suo a Flacco corrupto. Tenendum est, Decianum in Flaccum dixisse neque Laelium questum esse, quod Decianus non dixisset, sed quod nimis multa et fortasse parum utilia causae; nam id fere unum Cicero Flaccum a Deciano redimere potuisse dicit, ut *duceret iudicium* diu dicendo, sed in eo ipso exiguam potestatem Deciani fuisse, cui lex omnino sex horas dedisset, ut, etiamsi Laelio morem gerere brevius dicendo et aliquid de tempore detrahere vellet, perexiguum id futurum fuerit. Itaque querelas Laelii Cicero ex invidia ortas aut fictas ad sermones hominum non secundos a se in Decianum frequenti perfidiae commemoratione avertendos videri vult. Hac loci sententia intellecta apparet scripturam multo minus traxisse vitii, quam editores putarint. Sic enim Cicero scripsit: *Nimirum illud est, quod ipse suspicatur. Invidisti ingenio subscriptoris tui, quod ornabat facete locum, quem prenderat, et acute testes interrogabat; aut fortasse fecisti, ut te ex populi sermone exciperes; idcirco Decianum usque ad coronam applicuisti.* (Darum hast du in einem fort der umstehenden Menge die Person des Decianus vorgehalten und sie mit ihr beschäftigt.) Ceterum in hac Deciani laude aliquid ironiae subest. Sed sequitur locus aperte interpolatus, qui sic editur: *Sed ut hoc verisimile est,* [*ita*] *haud verisimile Decianum a Flacco esse corruptum. Ita scitote, iudices, esse cetera.* Ridicule et perverse Cicero id, quod ipse cum irrisione Laelii dixit, cum ipsius Laelii querela ita comparat: «Sed ut verisimile est, quod dixi, ita non verisimile est quod tu dicis,» et in ea comparatione locum concludit. Neque recte ad novam sententiam transitur illis verbis: *ita scitote*; dicendum erat: *Sed eiusdem modi scitote esse cetera* aut similiter. Sed satis interpolationem codices arguunt, in quibus *ita* ante *haud* prorsus abest. Apparet Ciceronem a Laelii de Deciano querelis ad ceteras eius querelas breviter refellendas sic transire: *Sed ut hoc verisimile est, Decianum a Flacco esse corruptum, ita scitote esse cetera.* Eandem cetera veri similitudinem habere dicit, id est, nullam omnino. Hanc sententiam verborum *ut hoc verisimile est* declaravit aliquis adscriptis illis: *haud verisimile,* eaque deinde a margine in Ciceronis orationem recepta sunt (cf. § 46 extr.).» Madvig.

or. cum senatui gratias egit. § 3 p. 832, 5. Nunc praeferimus lectionis P[1] *deluit* correctionem *delituit,* quae est in E F. Similiter apud Nonium p. 86 s. v. *canum* vera lectio *delituit* abiit in *deleuit*, ut in loco Cic. *deluit* in P[2] in *deleuit* mutatum est.

§ 10 p. 834, 16 *pravae*] verius videtur *parvae*, ut est in G E.

§ 12 p. 835, 26 sqq. Verba *ne aperte incommoda patriae lugeretis ediceret,* quae in P manu secunda addita sunt, videntur falsum supplementum veteris lacunae; nam exspectatur potius talis sententia: *ut, quo minus occulte vestrum malum gemeretis, nihil* [*ageret, ne palam lugeretis e*]*diceret.*

or. de domo sua. p. 861. In adnot. ad v. 26 post «*an res quae* G M V» addendum est: *an res illa talis erat de qua* O.

§ 9 p. 862, 16 *denique eam* voluit etiam Cobet Mnemos. III, p. 234.

§ 25 p. 867, 20 *mutam*] *mutilatam* ed. Iuntina et Ruhnkenius Mnemos. III, p. 234.

§ 50 p. 875, 4. Vocabulo *praeda* ut aperte corrupto signum crucis praefigendum erat; fort. *praedicatione* (H.)

p. 875, 14 fort. *id te posse, architectum facinorum et stuprorum omnium* cet. (H.)

§ 67 p. 879, 26 corr. *domumque compulerit,* ut apparet ex adn. crit.

§ 69 p. 880, 17 in lectione Parisini *ororetur* latet vera forma *orcretur*; cf. p. 1346, 21. — Paulo post v. 19 sqq. verba sic distinguenda videntur: *Nam legem quidem istam nullam esse, quotienscumque de me senatus sententiam dixit, totiens iudicavit: quoniam quidem* (= sed quoniam) *scripto illo istius sententiam dicere vetabatur, atque hanc rem par illud simile, Piso et Gabinius vidit, homines legum iudiciorumque metuentes -- dicebant* cet. (H.)

§ 72 p. 881, 10. Cf. etiam p. 1386, 14.

§ 82 p. 884, 9 fort. *amplexaris* (H.)

§ 86 p. 885, 14. Cf. Mus. Rhen. Ritschelii et Welckeri IX, p. 346.

§ 90 p. 886, 24 fort. *omnes homines ordinum atque aetatum omnium* coll. p. 710, 3. (H.)

§ 107 p. 891, 19 fort. *nec est ulla erga deos pietas sine honesta de numine eorum ac mente opinione* (H.)

§ 110 p. 892, 16 fort. *quam ex urbe totam sustulisti* (H.) — 22. scr. *cum indemnatum me exturbares.*

§ 113 p. 893, 19 *suas domos*] *tuas domos* codd., in qua lectione *in suas d.* latere videtur, ut etiam p. 890, 22 iam priores *in meam intulit* recte emendaverunt. (H.)

§ 117 p. 894, 26 in adnotatione scribendum est *auct. in uno, quae* O (pro C).

or. de harusp. resp. § 42 p. 920, 16. De forma *frudaret,* quae est in P, v. Ritschelii Prolegg. ad Plaut. p. XCVI et inpr. in Parerg. I, p. 541.

§ 45 p. 921, 11 *senatus* ante *principe* delendum est ut ex dittographia ortum. Dixit Pompeius *princeps,* i. e. primus sententiam, non ut *senatus princeps.* Cf. p. 1075, 25.

§ 46 p. 921, 26. Ad emendationem in adnot. propositam *defensum iri*, quae nobis quidem certissima videtur, cf. var. lect. ad p. 991, 12. (H.)

§ 59 p. 923, 3 fort. *qui omnes angustias, omnes altitudines, omnia moenia obiecta semper vi ac virtute perfregit* (H.)

or. pro Sestio. § 15 p. 934, 17. *Fuerat ille annus* cet.] «De hoc loco a me olim una verbi *est* adiectione ex manifestis codicum vestigiis emendato numquam posthac dubitavi. Nulla aptior hac sententia inveniri potest, prope dixerim, nulla apta praeter hanc: Necesse est, antequam de Sestii tribunatu dicam (a. 57), me superioris anni (58) naufragium rei publicae exponere. Fuerat (ante hoc naufragium) iam ille annus in re publica (perpessa iam erat res publica illum annum), quo intentus est arcus in me ac potius in universam rem publicam, Clodii ad plebem traductione (59). Hunc secutus est annus (58) Gabinio et Pisone coss., quum Clodio tribuno ipsa sagitta ex arcu iam ante intento emissa me et rem publicam vulneravit. De hoc igitur naufragioque rei publicae eo anno facto exponam.» Madvig.

§ 16 p. 935, 4 delendum comma post *potuerunt.*

§ 71 p. 955, 27 *abit ille annus* codd. fort. recte, ut sit idem quod «vergit, inclinatur».

§ 77 p. 958, 18 scr. *nulla lata lege concitatam* cet.

§ 78 p. 958, 28 fort. *quam acceptam tamen gemere posset* (B.)

§ 137 p. 980, 3 *discriptionem* recte P G; cf. p. 953, 30.

or. in Vatinium. § 1 p. 984, 5 *aut ita rogandum* nunc cum G praeferimus.

§ 24 p. 993, 4 fort. *consulem patria privare cupiebas* (B.)

ad § 26 p. 993, 22 scr. in adnotatione: *ergo* P G: *ego* S O.

§ 38 p. 997, 28 sq. excidit *se* vel post *dixisse* vel post *tulisse* (B.)

or. pro Caelio. § 5 p. 1002, 1 fort. *praesenti Tusculani*; videtur enim in lectione Parisini *prae****ani* syllaba *prae* dittographia ex *praesenti* repetita esse, atque epitheta (v. 9) *tam illustre ac tam grave* in hoc municipium egregie quadrant, cf. p. 474, 28. 1108, 1. (B.)

§ 27 p. 1009, 5 fort. *viserit* (B.)

§ 35 p. 1011, 24 fort. *atque ita videro, ut severissimis* cet.; displicet enim appellatio iudicum post illam v. 22. (H.)

§ 35 p. 1012, 5. Verba *aut falsa esse doceas* glossema videntur. (B.) — *pusio cum maiore sorore cubitavit* affert Quintilianus VIII, 3, 22.

§ 36 p. 1012, 8 fort. *excitabo iuvenem aliquem* cet.; P enim *sumam* a m. sec. in rasura habet. (H.)

§ 50 p. 1017, 8 fort. *aut impudentia etiam huic defendendi sui facultatem dabit.* (H.)

§ 65 p. 1022, 22 fort. *qua si iam tradita servis evasissent* cet. (H.)

§ 70 p. 1024, 16 corr. *hac nunc lege,* ut apparet ex adnot. crit.

§ 78 p. 1026, 22 malim *absolutus est.* (B.)

or. de provinciis consularibus. § 15 p. 1032, 32 *alter non audet nos certiores facere, cur imperator appelletur* recte Ant. Augustinus.

§ 25 p. 1035, 35 fort. *rebus eius gestis* cet. (H.)

or. pro Cornelio Balbo. p. 1047. In adnot. ad v. 20 sic corrigendum est: «(*non scire* in rasura habet P²)». Sic iam lectio *non scire* admodum dubia videbitur.

§ 25 p. 1051, 2. Ad emendationem a nobis in adnot. propositam *quos magnis adiutoribus illis* (sc. Gaditanis) *usi armis subegimus,* quae nobis quidem certissima videtur, cf. ex hac ipsa oratione p. 1051, 8 et 16. 1056, 1. et add. Vell. Pat. II, 127: *magnis adiutoribus usi sunt.* (H.) — 8. fort. *uti nobis tantum liceret.* (H.)

§ 32 p. 1053, 27 fort. *ubi est igitur in foedere Gaditano* cet. (H.)

§ 35 p. 1055, 10 fort. *Id habet hanc vim, ut sit illis locus in foedere inferior?* (H.)

§ 37 p. 1055, 23 *tamen*] immo *tantum* (H.)

§ 40 p. 1056, 14 corr. *memoriae gloria,* ut apparet ex adnot. crit.

§ 45 p. 1558, 8 *omnibus iuris peritissimis* recte codd. habent; cf. p. 1061, 31. (H.)

§ 47 p. 1058, 18 fort. *quem iam oculis non potestis.* (H.)

p. 1058, 21 fort. *si tanta bella gessisset,* ut tandem foeda illa non correctio, sed depravatio *legisset* expellatur. (H.)

in Pisonem. § 1 p. 1067, 6 *quibus eras ignotus* scribere debebamus.

§ 2 p. 1067, 14. Ad lectionem *mihi ipsi* (sine *homini*) *detulit* cf. p. 333, 3.

§ 12 p. 1070, 26. *Egere, foris esse Gabinium, sine provincia stare non posse; spem habere a tribuno pl., si tua consilia cum illo coniunxisses, a senatu quidem desperasse.* Nihil esse et prorsus ridicule dici illud *foris esse* de homine obaerato, Manutius intellexit; addo, in hac enumeratione et progressu prave in primo membro duo verba esse. Deinde non *Gabinio* spes ostendebatur, si *Piso* se cum eo coniunxisset, sed tribunus Gabinio misere egenti nec a senatu auxilii quidquam speranti operam suam pollicebatur, si Gabinius se tribuno addixisset; addit Piso (proximis verbis), se Gabinio spem a tribuno obiectam sequenti non resistere. Et habent codd. *sua,* non *tua,* et deinde *coniunxeris sed.* Scripsit Cicero: *Egere sordidissime Gabinium; spem habere a tr. pl., si sua consilia cum illo coniunxisset; a senatu* cet. [Posterior emendatio a nobis quoque inventa iam recepta est.] De superlativo adverbii restituendo nulla dubitatio est; *sordidissime* an *turpissime* Cicero scripserit, non definiverim; illud tamen propius ad vestigia codicum accedere videtur. Madvig.

§ 15 p. 1071, 24. Comparantur Piso et Gabinius, cum Clodii coniuncti, cum Catilina. *Voluit ille senatum interficere, vos sustulistis; leges incendere, vos abrogastis; interire patriam, vos adiuvistis. Quid est vobis consulibus gestum sine armis?* Primum apertum est, ubi scribitur *interire,* activae significationis infinitivum requiri, ineptum tamen esse *interimere*; nam neque *interimere patriam* usitata translatione dicitur et hoc loco post illud *interficere senatum*, quod proprie dicitur, perversum est. Deinde pravissimum est, quod subiicitur *vos adiuvistis.* Quem adiuverunt? Clodium, opinor. At primum non Clodii (saltem non solius Clodii), sed ipsius Pisonis et Gabinii scelera notantur; deinde omnino Clodius significari nequit; in hac enim verborum coniunctione: *ille* (Catilina) *voluit patriam interire; vos adiuvistis*, si recta esset oratio, patriam adiuvisse intelligerentur; ut nunc cetera sunt, necessario Catilinam adiuvisse putandi sunt, quod ineptissimum est. Omnino non *adiuvisse* aliquem illi dici debent, sed aliquid ipsi fe-

cisse, quod tantundem sceleris contineat et eiusdem generis sit, atque id quod Catilina fecerit. Postremo quo pertinet vehemens haec interrogatio: *Quid est -- sine armis?* aut quo vinculo cum iis, quae praecedunt, aut cum iis, quae sequuntur, cohaeret? Nam post eam continuatur comparatio, traducta tantum ab uno Catilina ad omnem coniuratorum manum *(illa manus -- vos)*. Unum vocabulum emendandum et tollenda interpolatio est hoc modo: *leges incendere, vos abrogastis; vi terrere* [quae ipsa lectio est in G, ut iam coniecit Zumptius] *patriam: quid est vobis consulibus gestum sine armis?* Quum Cicero in hoc extremo membro formam figuramque orationis eatenus mutasset, ut pro affirmatione *(vos armis omnia egistis)* interrogationem poneret, aliquis, qui eandem atque in superioribus membris orationis formam requirebat nec id, quod quaerebat, in ipsa interrogatione inesse animadverterat, ineptum illud *vos adiuvistis* interposuit. *Vis* et *arma* eodem genere continentur, eadem sunt. (Prorsus similis interpolatio codice Vaticano antiquior a Lambino deprehensa est § 57 in verbis *levis est.* Non intellexerat qui interpolavit, haec inter se contraria referri: *levitatis -- animi lucem splendoremque fugientis.* Nihil ineptius levitatis mentione in altero membro; contraria vitia notantur, inter quae recta ratio medium locum tenet.) Possit alicui in mentem venire *vi tenere patriam*; sed *tenere patriam* parum esse videtur (debebat dici *oppressam tenere*) et omnino aptior terroris mentio; propius etiam codicum vestigiis *uiterrere* quam *uitenere.* MADVIG.

§ 23 p. 1074, 17. *Huius tu, Clodianae canis* cet. recte Garatoni, ut videtur.

§ 35 p. 1079, 4. De necessitate emendationum Halmii dubitare licebit; conf. p. 637, 11 *ac iocum*; p. 652, 11 *ac iuventus*; (p. 1101, 3 *ac iudicii*;) p. 1250, 8 *ac iuventutis*; p. 1104, 19 et 1179, 1 *a iudicibus*; p. 1108, 25 *a iudicio*; p. 1111, 25 *a iuventute.* (B.)

§ 46 p. 1082, 27 verba sic distinguenda videntur: *sed valde ex voluntate — mihi enim numquam veniret in mentem furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis.* (B.)

§ 59 p. 1087, 17 *ardet* glossema videtur. (B.)

§ 62 p. 1088, 21. *L. Crassus -- spiculis prope scrutatus est Alpes* cet. Obscuratus est huius loci lepos. Non *prope* scrutatus est Crassus Alpes, sed plane perscrutatus; inepte autem additur in hac communi scrutandi significatione et imagine instrumenti nomen; nam neque vere instrumento huius modi illa scrutatio facta est, et tamen, si facta esset, quo alio instrumento imperator et milites uterentur, nisi hastis? In cod. Vat. scriptum exstat *peculiis (civitatis peculiis).* Cicero scripserat: *specillis prope scrutatus est*, ut *prope* pertineat ad totum hoc *specillis scrutari.* Lepide enim Cicero Crassum non minus prope diligenter Alpes scrutatum esse dicit quam medici specillis vulnera scrutantur et, num quid lateat, tentent *(fast mit Sonden durchgesucht).* MADVIG.

§ 73 p. 1092, 13. *Poetarum more locutus hoc intelligi volui* cet. Vix, puto, Cicero *locutus* pro eo quod est *loquens* posuit. Vaticanus habet *conlocutus.* Cicero scripsit: *Poetarum more sum locutus; hoc intelligi volui.* MADVIG. Cf. emendationem a nobis in adnot. propositam.

§ 75 p. 1092, 26. *Primo nonne compensabit cum uno versiculo tot mea volumina laudum suarum?* Omnino non agitur hoc loco de praesenti aut futuro tempore, sed de Pompeii animi habitu et affectu tum, quum in Asia Ciceronis versum legit *(sit offensus — est commotus — tam crudelis fuisset).* Itaque non *compensabit* Cicero scripserat, sed *compensabat.* «Nonne statim, quum illum versum legit, etiamsi offensum putaverimus, tamen cum illo compensabat laudes suas saepe a me commemoratas?» MADVIG. Utique adv. *primo*, quod significat *initio, im ersten Augenblick,* iungendum est cum verbo *sit offensus,* sic: *Sed sit offensus primo: nonne* cet. (B.)

§ 76 p. 1093, 14 recte T *stare in suo iudicio*, i. e. in suo de Cicerone iudicio perseverare.

§ 83 p. 1095, 29. Glossema, quod lectione in E G *praesidia auxilia* proditur, potius in verbo *auxilia*, ut monet Baiterus, quaerendum est.

§ 88 p. 1097, 7. *Quid quaestor aedilicius reiectus praepositus?* Scribendum est: *Quid quaestor aediliciis reiectis praepositus?* Reprehendit Cicero, quod Piso provincia

decedens, quum aedilicios homines secum legatos haberet, non horum aliquem, sed iis reiectis inferioris gradus hominem, quaestorem, prava ambitione provinciae praefecisset. In ea re delectum fuisse proconsulis propraetorisve, apparet cum per se et aliunde, tum ut hoc utar, ex epist. ad Atticum VI, 5 et 6. MADVIG.

or. pro Plancio. § 8 p. 1104, 22 *vel quod*] fort. *id quod* (H.)

§ 26 p. 1110, 8 scr. *votis ominibus lacrimisque* (H.)

§ 43 p. 1115, 4. *Et si*] *ut si* E T; fort. *aut, si* (H.)

§ 63 p. 1121, 28 scr. *te etiam reprehendo, quod ea non enumeras* (sic T), *alia quaedam et levia conquiris.* (H.)

§ 78 p. 1127, 1. Recte codices: *sed quia saepe concurrunt propter aliquorum bene de me meritorum inter ipsos contentiones* cet.; nam non vidit Garatoni *propter* adverbium esse et ad *concurrunt* pertinere.

§ 86 p. 1129, 7 fort. *furialis illa vox, stupris religiosis altaribus inlatis effeminata* (H.)

§ 88 p. 1129, 32 in adnotatione scrib. «*ultores esse* O, qui ordo verborum efficit versum hexametrum.»

§ 97 p. 1132, 15 scrib. *quae se potius exscindi -- facile pateretur*; nam *vel* ante *potius* adhaesit ex v. 14. (H.)

pro Rabirio Postumo. § 1 p. 1136, 1 *quod fortunarum suarum fundatas praesertim atque optime constitutas opes* coni. Mommsenius, receptam lectionem interpolatam habens.

§ 2 p. 1136, 20 *si quidem non modo in gloria rei militaris Paulum Scipio aut Maximum filius, sed etiam* cet. Male me plura habent in hoc loco, primum Q. Maximus, Aemilio Paulo, Macedoniae victori, qui posterior fuit, postpositus, deinde idem sic sine praenomine appellatus (nam *Paulum* adiectum Scipionis nomen definire videtur, etsi vel sic Ciceronis mori magis conveniret *L. Paulum*), tum inconcinnitas haec membrorum: *Paulum Scipio, Maximum filius,* quasi Scipio Pauli filius non fuerit, postremo, quod Q. Maximum, Q. Cunctatoris filium, nulla eximia belli gloria illustravit (quamquam Cicero ad familiares IV, 6 magnas res gessisse dicit); nam quod pro *filius* in codd. est *filium,* id in hac oratione nihil habet momenti (cf. § 4 *quamvis, ei natura* pro *et natura, culpae* pro *vitae,* § 5 *cum spem magnam,* § 9 *notissimus* pro *notissima* cet.) Venit mihi in mentem: *Paulum Scipio aut Maximus [filii],* ut unus pater Paulus cum P. Decio componatur, Pauli autem uterque filius (qui quidem superstes fuit) nominetur; nam etiam Q. Maximus Aemilianus, etsi minori fratri minime par fuit (Lael. § 69), tamen bellica gloria ex bello Viriathico non caruit (et, si Appiano credimus, etiam Numantino interfuit legatus fratris), ut, quamvis per se solus hic nominari non debuerit (non magis quam Cunctatoris filius, ut videtur), tamen cum fratre in hoc genere clarissimo coniungi potuerit. Ea tamen est haec coniectura, ex qua animus non acquiescat fiducia veri inventi confirmatus. Paulo ante (v. 19) proxime ad verum Schuetzius accessisse videtur, etsi mihi ut in re incerta haec forma magis placet: *hanc fere qui sunt eius stirpis, quod sermo hominum ac memoria patrum virtutē* (virtutem) *celebret, cupidissime pers.* Mendum in verbo *celebret* ortum videtur, cum lineola altero loco *(memoria)* addita, altero *(virtutem)* detracta esset. MADVIG.

§ 12 p. 1139, 28. Fingit Cicero se cum iudice aliquo, qui iam in Gabinium sederat, de Rabirii causa, iudicum potestate, legis Iuliae sententia ita sermocinantem, ut ipse neget iure nunc Postumum ea lege accusari iudicique quicquam in eum licere, iudex defendere conetur Postumum recte suae tabellae obnoxium esse. *Datur tibi tabella iudicii* (scr. *iudici*; nam iudicii tabella nulla est)*; qua lege? — Iulia de pecuniis repetundis. — Quo de reo? — De equite Romano. — At iste ordo ea lege non tenetur. —* † *Illo, inquit, capite quod erat in Postumum quod in Gabinium iudex esses nihil Gabinio dato* (sic codd.; non *datum*) *quum in eum lites aestimaret (aestimarent) at nunc audio.* In his extremis, quae manifesto vitiosa sunt, primum iudici aperte sic danda sunt illa: *Illo, inquit, capite* et hoc: *at nunc audio*, ut interiecta Ciceronis verba, quae cum iudicis coaluerunt, separentur. Ex his *at nunc audeo* apparet, Ciceronem negasse, iudicem antea quicquam de Postumo audisse; poterat autem (et debebat Ciceronis sententia, si iure nunc de Postumo sententiam laturus erat) bis audivisse aut in ipso

Gabinii iudicio aut in eius litium aestimatione. Itaque Ciceronis verborum haec fuit forma (ipsa verba, quod ad initium attinet, praestari nequeunt): [*Nihil audisti*] *in Postumum, quom in Gabinium iudex esses, nihil Gabinio damnato, quom in eum lites aestimares.* Apparet et Ciceronis verborum et iudicis, quae praecedebant, partem intercidisse aut propter idem vocabulum bis positum aut propter duo similia aliamve ob causam; iudex autem sic loqui fictus erat: *Illo (imo?), inquit, capite, quo ea pecunia pervenerit.* Tota quidem loci forma certa est, certa etiam, quae restitui, *damnato* et *aestimares.* (*Caput est in Postumum* non dicitur Latine, etsi dici aliquo modo potest: *caput est in equites, equestrem ordinem*; multo minus: *caput erat in Postumum.*) MADVIG.

§ 13 p. 1140, 12 *tamen, quum odium non restingueretis, huic ordini ignem novum subiici non sivistis.* Inepta est neque eam, quae requiritur, orationis figuram efficit haec duarum sententiarum negativarum coniunctio; nam perspicuum est, hoc dici debuisse et hoc concludi, senatum, quum alibi incendium restingueret, equestri ordini novum ignem subiici non sivisse; repugnaturum enim sibi fuisse. Deinde perversa haec et prorsus inanis rei non factae (odii non restincti) commemoratio etiam falsa per se ipsa est; nam senatus, quum legem severiorem de repetundis, quae ad senatores pertineret, ferri iuberet, odium restinguebat (hoc est, restinguere conabatur). Nisi multum fallor, Cicero sic scripsit: *tamen, quum odium nostrum restingueretis, huic ordini* cet. Recte iam senatus equestri ordini contrarius ponitur apparetque, cur haec verba *huic ordini* primum locum teneant. Nam minus verisimile videtur omnino tollendum esse *non* (etsi id alibi quoque in hac oratione prave et additur, ut § 44, et omissum in codd. est, ut § 9), ut sit: *tamen quum odium restingueretis* cet., contrariaeque ponantur odii restinctio et novi ignis subiectio. In hac sententia vix illo loco ponerentur ista *huic ordini.* MADVIG.

§ 19 p. 1141, 18. *Quocum stante si me Cn. Pompeii auctoritas in gratiam non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret. Stantis* Gabinii appellatio apta esset in ea sententia, quae hanc praecedit, ubi etiam *afflictus* dicitur, si ad hanc formam ea composita esset: *quem stantem defendi, eum afflictum violare non debeo*; hoc loco, ubi contrarium infertur *nunc iam* absurda est. Codices hanc habent scripturam: *quocum me stantem Cn. Pompeii* (omisso *si*). Scribendum est: *Quocum me si ante Cn. Pompeii auctoritas non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret.* Ex *i* factum *t*; is erroris fons ac potius omnis error. MADVIG.

§ 21 p. 1139, 31 adnotationi haec adiungenda sunt: *quum in Gabinium iudex esses, nihil Gabinio datum, quum in eum lites aestimarentur* O.

§ 22 p. 1142, 4 malim: *et uitae eius uis allata paene est; multa praeterea, quae libido regis, quae necessitas coëgit perferre, pertulit: quarum* cet. (B.)

§ 24 p. 1142, 23. Necessaria est negatio, quamquam ex ficto Hotomani codice recipienda. *Semper stulti* non est *quoquo modo possit se expedire,* sed sapientis, etsi sero; stultus non se expedit, sed semper magis implicatur; deinde omissa negatione hoc Cicero dicit, id, quod Postumus fecerit, non solum sero sapientis esse, sed etiam semper stulti; itaque Postumum semper stultum facit, et tamen hoc ei propositum est, ut ostendat, Postumum, quod regio imperio obtemperaverit, nihil fecisse aliud nisi ut *non semper* stultus esset, sed, quum initio stultus fuisset, sero saltem resipisceret. MADVIG.

§ 28 p. 1143, 24. *Id autem facere non poterat nisi dioecetes: hoc enim nomine utitur qui a rege esset constitutus.* Rectam orationis formam hanc esse: *nisi dioecetes -- esset constitutus*, Patricius et Orellius senserunt; nam nec brevitas illa *nisi dioecetes* (pro *nisi dioecetes esset*) Ciceroniana est, sed argenteae aetatis scriptorum, nec dioecetes, si definiendus esset, sic definiretur: *qui a rege constitutus est,* omisso, quod caput est, cui rei agendae constitutus esset *(qui a rege ad reditus regni administrandos constitutus est)*, et rem conficit verumque ostendit imperfectum coniunctivi tempus *esset.* Sed et *qui* pronomen iniuria delent et in verbis *a rege* mendum relinquunt, pro quibus in codd. scribitur *retie, aretie, aritie.* Scribendum puto: *Id autem facere non poterat, nisi dioecetes (hoc enim nomine utitur, qui ea regit) esset constitutus.* Pronomen *ea* refertur

ad id, quod praecessit: *curationem et quasi dispensationem regiam.* Saltem hoc constat in illis litteris, quae in codicibus sunt, verbum praesentis indicativi modi latere. MADVIG.

§ 30 p. 1144, 17. *Ait enim, dum* (hoc codices omittunt, sed necessario additum est) *Gabinio pecuniam Postumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam sibi coegisse.* Praepositionem *ex* omittunt codices Oxonienses exceptis χ et ψ, omnium interpolatissimis, et veteres editiones. Sed antequam de verbis quaeramus, de ipsa re videamus. Pecunia, quam rex Ptolemaeus Gabinio dare debebat, non ex decumis frumenti cogebatur, sed, ut totus hic locus ostendit *(tam gravi onere tributorum)*, tributo Aegypto imposito et descripto. Sed ad id tributum, quod necessarium erat, ut Gabinio satisfieret (decem milia talentorum), accusator, ut proxima verba ostendunt, arguebat Postumum *decimam* adiecisse (dena in centena, ut nos loquimur, vel, ut prorsus barbare dicam, dena pro centenis), quae ipsi lucro esset. Iam quae sint in tali re *decumae imperatorum*, nemo, opinor, dixerit, nisi quod erunt fortasse, qui *imperata* neutro genere intelligi velint, quod prorsus nego fieri posse, ut pecuniarum summae imperatae sic appellentur. Itaque mendum manifestum teneri puto; emendationem afferre non possum nisi eam, quam in oratione paulo melioribus codicibus conservata audacem et temerariam dicerem, in hac reiiciendam non arbitrer. Videtur enim mihi Cicero scripsisse: *dum Gabinio pecuniam Postumus cogeret, decumas imperatarum pecuniarum sibi coegisse.* (Significat summas in partes regni et urbes descriptas et propter eam ipsam causam plurali numero *decumas* dicit, proxime *decumam.*) Hoc sic ambigue dictum est, ut posset Cicero (quod facit) quaerere, utrum *praeter* id, quod Gabinio cogeretur, accessio decimae facta diceretur, an ex coacta summa, quae Gabinio deberetur, Postumus decumam exsecuisse et retinuisse. Unum obscurum videri possit, quo modo Ciceroni dicere licuerit, si prius illud factum sit, XI, non X talentum milia ad Gabinium pervenisse, quum tamen mille talenta ex accessione nata Postumum retinuisse argueret idem, qui accessionem factam omnino diceret, accusator. Sed ad Gabinium pervenisse Cicero dicit omnem eam pecuniam, cuius exigendae causa in illo fuisset. Ac mendum quidem in hoc loco esse mihi certum est; veritatis vestigia minime tam expressa sunt quam aut in superioribus huius orationis locis aut in eo, de quo deinceps dicam. MADVIG.

§ 33 p. 1145, 14. *Quam diu inimicissimus* cet. Et quam diu inimicitiae sibi cum Gabinio fuerint, integram mansisse cum Pompeio amicitiam dicit et ex animi sententia se hortante Pompeio cum Gabinio in gratiam redisse. Prorsus perverse et contra omnem argumentationis cohaerentiam contraque eam, quam constanter Cicero his annis sequitur, familiarissimae cum Pompeio coniunctionis speciem significaret, Pompeium aliquando sibi Gabinii causa *non* amicum fuisse; ne proxima quidem recte adiungerentur (*nec, posteaquam* cet.). Itaque hactenus sententia recta est praveque A. Augustinus scribi voluit: *non amicissimus mihi Pompeius fuit.* Sed et is et Patricius recte senserunt orationis formam pravam esse neque illo loco ante Pompeii nomen *non* poni posse. Sed Patricii coniectura vitium non tollitur. In hac enim forma, in qua tollenda negatione affirmatur, necessario ei negationi, quae ut falsa tollitur *(Pompeius amicissimus mihi non fuit)* praeponenda est altera negatio *(Neque tu hoc non vides. Et tu hoc vides neque mihi non perspicuum est. Non, si -- idcirco non* Cic. N. D. I, 9, 21.) Itaque pro eo quod est *non possum non flere* nemo dixit *non flere non possum.* Quid igitur fiet? Opinor, sic scribemus: *Nec, quam diu inimicissimus Gabinio fui, non amicissimus mihi Pompeius fuit, nec, posteaquam --, quicquam simulate egi* (hoc enim egregie Halmius restituit). Neque antea suam Pompeiique amicitiam illis cum Gabinio inimicitiis imminutam fuisse dicit neque rursus nunc perfidia sua violandam esse aut hactenus esse violatam. *Nec* inter *m* et *q* non ita difficulter excidere poterat. MADVIG.

§ 36 p. 1146, 7. Ciceronem scripsisse puto: *humeris gestum agebant, temporis, credo, causa; nunc scilicet tempus nullum est.* Primum ponitur universe, quo colore adversarii fortasse usuri sint ad elevandum Alexandrinorum in Gabinii iudicio testimonium; occurrit Cicero eodem modo elevari, quod nunc dicturi sint. Sed in hac orationis forma adversariorum excusatio simpliciter adiungi debet rei commemoratae sine

ulla temporis nota *(tum)*; ipsi enim nihil cogitant de alio tempore *(nunc)*; Cicero contra recte dicit, quod *tunc* factum sit, *nunc* etiam fieri posse. Itaque si hoc dilatare placet, huius modi erit forma: «Temporis, inquit, causa faciebant»; concedo, sed, si tempus fuit, est etiam nunc tempus. Apparet *tum* locum habere in refutatione, nullum in excusatione. MADVIG.

§ 37 p. 1146, 13. *Lites, quo ea pecunia pervenerit, non suis propriis iudiciis, sed in reum factis condemnari solent.* Neque *lis* est ulla, quo ea pecunia pervenerit (etsi id iudicium ex litium aestimatione oritur) neque *lites*, sed homines *condemnari* solent. Quae essent *iudicia in reum facta*, contraria *suis propriis*, non intelligerem (nam omnia iudicia in reum fiunt), nisi ex toto loco suspicarer, ea intelligi debere, quae in *alium* reum (repetundarum) ante facta essent, miro sane loquendi genere. Sed vocabuli *lites* ne minimum quidem in codicibus vestigium est; pro his autem *sed in reum factis* ibi scribitur, particulae *sed* nullo vestigio relicto: *in rem facti.* Perspicuum est Ciceronem de hominibus dicere, hac orationis forma: *Quo ea pecunia pervenerit* (id est, hoc capite, hoc crimine, quod his verbis significatur, ut saepe iudicii genus, quo quis accusatus damnatusve sit, huius modi legis verbis ostenditur), *non suis propriis iudiciis rei facti condemnari solent* (sed quasi appendice superioris repetundarum iudicii in ius trahi). Ipsumne illud *rei facti* Cicero posuerit an aliud eiusdem generis participium, non definio (velut aptum ad sententiam esset *convicti*). Paulo post, ubi Lambinus et alii, quid sententia et cohaerentia orationis postularet, viderunt, sed sine ulla probabilitate posuerunt *quam ceperit is,* quorum verborum (saltem duorum postremorum) ne tenuissimum quidem in codicibus indicium est, hanc opinor fuisse veram orationis formam: *ut intelligi facile possit, quod ex ea pecunia, qua reorum quis damnatus sit, pervenisse ad aliquem* (hoc codices addunt) *in illo primo iudicio planum factum sit, id hoc genere iudicii redigi solere.* Codices habent *ex ea pecunia, quae ad quem eorum qui damnatus est,* in quibus *ad quem* errore ex iis, quae sequuntur *(pervenisse ad aliquem)* huc retractum puto. MADVIG.

§ 40 p. 1147, 13. In desperato loco unum video, haec primum verba cohaerere et id continere, quod a contraria parte Cicero dici fingit: *At permutata aliquando pecunia est; ductae (subductae?) naves Postumi Puteolis sunt, auditae visaeque merces.* (Dicebant homines, pecuniam, quam Rabirius regi credidisset, non illam quidem ei Alexandriae numeratam esse, sed tamen permutando solutam, quum naves mercibus Aegyptiis onustae Rabirii nomine Alexandria venissent exque iis mercibus pretiosis pecunia refecta esset. Nam hoc etiam *permutandi* nomine continetur, quum pro ea pecunia, quae Alexandriae numeranda est *(«baar auszuzahlen»)* ea assignantur, quae in Italia e mercibus conficitur.) Deinde adiungitur e Ciceronis ipsius sententia: *Fallaces quidem et fucosae, chartis* cet. (Elevat illarum mercium, quas Rabirii nomine Puteolos advectas ibique venditas negare non potest, pretium negatque ex iis quantum Rabirio deberetur ullo modo confici potuisse. Ea elevatio adiungitur particula *quidem*, noto usu, de quo dixi ad Cic. de Fin. p. 77, oblitus tamen adnotare, *et quidem* habere elevationem ex adiuncta alia re, *quidem* tantum elevationem.) Cetera intacta relinquo. MADVIG.

§ 42 p. 1148, 20 *sunt ea quidem magna, quis negat? sed magnis excitata sunt praemiis ad memoriam hominum sempiternam.* Res gestas virtutesque ad memoriam hominum propagari quid sit, intelligo; sed quid sit eas excitare ad memoriam sempiternam, nescio; magis etiam, quid sit, praemiis ea ad memoriam excitare; nam memoriam hominum aut ipsum praemium esse puto aut cum praemiis coniunctam, ut utroque homines incitentur ad res gerendas, non ut aut praemiis ad memoriam aut memoria ad praemia excitentur. Scripsit Cicero *praemiis ac memoria hominum sempiterna.* Sed aliud praeterea mendum esse puto; neque enim in hac generali sententia ullus perfecto locus est; itaque pro *excitata sunt* scriptum fuisse credo *excitantur.* MADVIG.

§ 45 p. 1149, 20. Etsi offendere potest ter brevissimo intervallo recurrens nomen *filii,* tamen iniuria, opinor, Ernestius id nomen extremo loco sustulit. Nam quum sic dicitur: *C. Rabirii iudicio et voluntate filius, natura sororis,* efficitur ut contraria inter

se cum pondere orationis referantur, partim *iudicio et voluntate* et *natura*, partim *C. Rabirii* et *sororis*, omissa communi notione, in qua nullum sit pondus; at sic pravissima efficitur sententia, quasi inter se contrarii sint *pater* adoptivus et *mater* naturalis. Omnino duo tantum homines inter se componuntur significaturque, quo vinculo Rabirium Postumum contingant, Curtius et C. Rabirius. Curtii Postumus *filius* erat, C. Rabirii autem voluntate *filius* erat, natura *sororis filius*, itaque hoc postremum pro uno est vocabulo *(«Schwestersohn»)*, quo fit ut et illa, quae videtur in repetito nomine offensio esse, elevetur nec ulla vere sit, et necessarium prorsus sit *filii* vocabulum. Madvig.

§ 46 p. 1149, 24. Multa notari in his extremis capitibus poterant, quae ulcus habent occultum, sed uno loco contentus ero. Sic enim nunc Cicero de Rabirio dicit: *At hoc etiam optat miser, ut condemnetur a vobis; ita bona veneant, ut solidum suum cuique solvatur.* Hocine ut Cicero in epilogo dixerit, eum, pro quo dicat, optare, ut condemnetur? Scilicet ideo hoc optat, ut bona magno veneant creditoribusque plane satisfiat. At, ut bona venirent, condemnatione nulla opus erat; ea contra efficeret, ut bonorum Rabirii magna pars, fortasse omnia bona creditoribus reliquis erepta, in aerarium redigerentur ad eam pecuniam restituendam, quae ad eum a Gabinio pervenisse iudicata esset; sin absolutus esset, quod Cicero pugnat, neque quidquam ab eo illo nomine exactum, poterat fortasse bonis venditis privatis creditoribus plene satisfieri; id optabat Rabirius, nihil, ut ait Cicero, nisi fidem curans, ad acerbissimam sortem, bonorum venditionem, subeundam paratus. Itaque etiam subiicit Cicero, iudices, si Rabirium condemnaverint, nihil nisi fidem ei eripere posse. Qui igitur fidem unam curabat, is condemnari volebat, ut fides sibi eriperetur? Nugae maximae hae sunt. Cicero postquam miserum acerbumque praeconium, quo quasi ipse bona Rabirio sestertio nummo addicit (ut emptor creditoribus solidum solvat), deploravit, sese revocans addit: *At hoc etiam optat miser, ut ita bona veneant, ut solidum suum cuique solvatur.* Ea, quae in codicibus inter *ut* et *ita* interponuntur *«condemnetur a vobis»* addita ab aliquo sunt, qui longissime a sententia aberravit. Simile additamentum nescio quo errore ortum paulo post § 47 haeret in his verbis, quod statim notabo: *Possum excitare multos* [*reductos*] *testes liberalitatis tuae.* Intelligunt, opinor, reductos ex exilio, sed neque id ita breviter dici ullo modo potest neque is aut Rabirius aut pater eius fuit, qui ex exilio homines revocare posset. Multos pecunia et re familiari iuverant. Sed mendorum hic, ut dixi, omnia plena, ut statim editur: *Sed iam, quoniam, ut spero, fidem, quam potui, tibi praestiti, Postume, reddam etiam lacrimas, quas debeo.* Voluit, qui hoc sic composuit, concinnam orationem efficere, contrarie inter se his relatis: *fidem quam potui* et *lacrimas quas debeo*; sed nihil inanius; nam non minus lacrimas quam fidem potuit praestare et reddere; illud *quam potui* sic dicitur quasi contrarium aliquid sit, quod Cicero praestare non potuerit. Itaque ex corrupta codicum scriptura: *Sed iam quoniam spero fidem quam praestiti Postume* cet. quid effici debeat, nescio: illud *quam potui* falsum esse scio; nec tamen negaverim hactenus verum vidisse, qui id primus posuit, ut recte iudicaret excidisse aliquid. Probabilius erit hoc supplementum: *quoniam, ut spero, fidem, quam* [*tibi dedi*], *praestiti, Postume* cet. Similitudo litterarum *tibi* et *titi* errorem obiicere potuit. Madvig.

§ 47 p. 1150, 6 *quod saepe audivi patri tuo cui id magno adiumento fecisset in iudicio capitis fuisse.* Sic codices; quod editur, et inanem habet sententiam in illis: *qui id fecisset* (facile enim intelligitur, ei, qui id non fecisset, eam rem adiumento non fuisse), nec probabiliter e codicum vestigiis effectum est, quoniam verbi transponendi causa non apparet. Puto Ciceronem scripsisse: *quod saepe audivi patri tuo* C u r t i o *magno adiumento in iudicio capitis fuisse,* et *fecisset* additum esse, quum errore pronomen relativum ortum esset. Significatur idem iudicium, quod pro Rab. perd. reo c. 3, § 7. Nam de C. Rabirii perduellionis iudicio h. l. cogitari non potest; nam neque Cicero de eo iudicio, in quo ipse reum defendisset, *audisse* se diceret neque apud duumviros perduellionis aut ad populum hoc genere misericordiae movendae utendi locus erat. Et liberalitatis significatio ad Curtium pertinet. Madvig.

or. pro Milone. § 39 p. 1165, 8 *et P. Clodium in iudicium de vi, ad vim numquam vocavit* coni. Ieepius.

§ 46 p. 1166, 32 cum codd. Tullianis scribendum esse *Causinius* apparet ex Orellii Inscrr. Latt. Vol. III. n. 7214. (B.)

§ 49 p. 1167, 30. cf. de hoc loco quae exposuit Halmius in Annal. philolog. nov. Vol. 71, p. 110 sq.

§ 58 p. 1170, 11. *Hic vero nihil habet in his malis, quo minus moleste ferat* (scil. mala), *quam* cet. coni. Ieepius.

or. pro M. Marcello. § 2 p. 1185, 6 codici Ambrosiano (part. inf. C. 29 saec. X) a Maio deceptus falso tribui formam *veteri*; habet enim *in nostro curriculo* sine adiectivo. (B.)

§ 34 p. 1193, 20 praenomen *C.* firmat cod. Ambrosianus.

or. Philipp. I, § 18 p. 1230, 6. *Quaere acta Gracchi; leges Semproniae proferentur: quaere Syllae, Corneliae* affert Martianus Capella V. § 486.

p. 1237, 3. Novus versus a vv. *Cepi fructum,* non a *Quid igitur* (v. 1) incipiendus erat.

II, § 6 p. 1240, 10 *vino lustrisque* confectus affert Servius ad Vergil. Aen. III, 647.

§ 63 p. 1258, 14 *si hoc tibi inter cenas et illis immanibus poculis tuis accidisset* Iulius Victor p. 225 sq. edit. nostrae. — 17. *frustis esculentis vinum redolentibus* affert Servius ad Vergil. Aen. III, 632.

III, § 19 p. 1283, 14 *currentem, ut dicitur, occupavit* Schol. Lucani VII, 559.

V, § 6 p. 1297, 29. Nunc demum videmus lectionem *urbis diripiendae*, quam tamen caute litteris inclinatis imprimendam curavimus, plane perversam esse; latet in rasura codicis Vaticani: *urbis dividundae* (vel *partiendae*), ut apparet ex or. IV, §§ 1. 4. V, § 7. VIII, § 9. XIII, §§ 19. 42. 47. (H.)

X, § 17 p. 1350, 9. Hic in collatione nostra Vaticani est quaedam obscuritas; ea enim iterum inspecta incertum videtur, utrum Vat. eius loco quod est *comitiis centuriatis* habeat *cōmittis c* an *c* post *cōmittis* ab eo absit.